

LEON I, Papa, Santo

[Sermones] / [L] Leonis Magni

... — Editio Nova exacta et  
 recoperta. — K Parisiis: Sumptibus  
 Hieronymi Drouard ... , 1618

Nota: El nombre del autor precede al título  
 Portada incompleta

S. S. P. P.

ANIS MAGNI

MANI PONTIFICIS

IVS NOMINIS PRIMI,

MI TAVRINENSIS EPISC.

ET

RI CHRYSOLOGI

RAVENNATIS EPISCOPI,

OMNIA QUAE REPERIRI POTVERUNT.

EDITIO NOVA AVCTA ET RECOGNITA



PARISIIS.


Sumptibus HIERONYMI DROVARD, via Jacobæ

M. D. C. LXXVII


CUM PRIVILEGIO REGIS



9  
in  
E  
6



VERENDO IN CHRISTO  
PATRI, AC GENEROSO D. ARNOLDO  
Ganthois, Monasterii Marcenensis Abbati dignissimo, ac  
vigilantissimo, Salutem in Domino plurimam.

 Pera Leonis Primi cognomento sancti, & magni, quem etiam  
oecumenica Synodus ter sanctum acclamauit, pro authoris sui di-  
gnitate, Reuerende Domine Prælate, multorum labore & operâ  
sunt hæcenus emendata. Nam, ut ceteros omittam, quid hæc  
præstitum sit à duobus celeberrimis Germanis, PETRO CANISIO,  
& LAURENTIO SVRIO, publicæ editiones attestantur.


Nostrum autem monasterium, cum Hieronymus VVellaus, typographus Lo-  
uanienſis, Leonem à se editum recudere meditaretur, impressa exemplaria cum ma-  
nuscriptis contulit, cumque animaduertet & se in emendando Leone aliquid Re-  
publicæ Christianæ conferre posse, laborem eum non detrectauit. Plurimum autem  
nos adiuit in Epistolis Decretalibus emendandis vetustus codex, quem nobis è sua  
instructissima Bibliotheca communicauit Clarissimus Dominus IOANNES VVA-  
MESIVS, I. V. Doctor quem modò Louanium nostrum habet primum & cele-  
berrimum Iuris Pontificij Professore, nostrum autem monasterium ut patronum  
suum perpetuò veneratur.

Ceterum Reuerende Pater, non nihil reformidauimus hic nostram qualemcun-  
que in castigando Leone, & Indice cõficiendo, opellam, salutis loco Paternæ  
transmittere, & publicæ præfatiuncula Lectori committere. Audenter tamen id  
fecimus, quia cum Louaniensis alma Vniuersitatis studiosus esses, humilis fuisti nostri  
monasterij conuictor, quantumuis claro & generoso stirpe natus. Humilitas au-  
tem nihil respuere solet oblatum, licet paruum. Nunc quo qualem erga studia affe-  
ctû reseruaueris testantur profusa tua in recentem Vniuersitatem Duacensem benefi-  
cia. Cui tale fundasti & dotasti Collegium, quale hæcenus numquam vidit Loua-  
nium. Nobis iucundum est talem habuisse conuictorem sed iucundius eundem studio-  
sis Mæcenatem, seu potius Patrem, ad multos annos, Dei beneficio, conserua-  
VALE in Domino. Codicem Ms. Paschasij de Situ sancto, & sermonum  
Eti Augustini fideliter remitemus, mox ubi cõfuerimus. LOVANI-  
lendis Augusti, Anno 1575.

Rdæ. Vx.

addictissimus

IOANNES VVAMESIVS.



SANCTI

# LEONIS PRIMII.

Pontificis Romani, vitæ Compendium.

*Ex Romano Breuiario die xj. Aprilis.*



**L**EO, Etruscus, eo tempore præfuit Ecclesiæ, cum Rex Hunnorum Atrilas: cognomento *Flagellum Dei*, Italiam inuadens, Aquileiam triennii obsidione captam diripuit, & incendit. Vnde cum Romam ardenti furore raperetur, iamque copias, ubi Mincius in Padum influit, traicere pararet, occurrit ei Leo, malorum Italiæ impendentium, misericordia permotus: cuius diuina eloquentia perlasum est Attilæ, vt regrederetur: qui interrogatus à suis quid esset, quod præter consuetudinem, tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret, respondit se astantem quendam alium, illo loquente, sacerdotali habitu, veritum esse, sibi stricto gladio minitantem mortem, nisi Leoni obtemperaret. Quare in Pannoniam reuersus est.

Leo autem Romæ singulari omnium lætitiâ exceptus, paulò post inuadenti urbem Gensico, eadem eloquentiæ vi, & sanctitatis opinione persuasit, vt ab incendio, ignominia, ac cædibus abstineret. Sed cum Ecclesiam à multis hæresibus oppugnari, maximèque à Nestorianis, & Eutyrianis exagitari videret, totum se ad eam purgandam, & in fide Catholica confirmandam contulit: Quare concilium Chalcedonense indixit, ubi sexcentis triginta coactis Episcopis, Nestorius, Eutyriusque condemnati sunt, & Dioscori fracta superbia: eiusque concilii decreta, sua auctoritate confirmauit.

His actis, sanctus Pontifex se ad reficiendas, & ædificandas Ecclesias conuertit. Cuius suasu Diemetria, pia foemina, Sancti Srephani Ecclesiam construxit in suo fundo, v. Latina, tertio ab urbe milliario: ipse via Appia, sub nomine sancti Corneli alteram condidit. Multas præterea & sacras ædes, & sacra earum vasa restituit. In tribus basilicis, Petri, Pauli, & Constantiana, cameras extruxit, ædificauit monasterium vicinum Basilicæ Sancti Petri, sepulchris Apostolorum custodes adhibuit, quos Cubicularios appellauit. Statuit, vt in unctione mysterii diceretur. Sanctum sacrificium, immolatum hostiam: anxius, ne monacha benedictum capitis velamen reciperet, nisi quadraginta annorum virginitatem probasset. His & aliis præclare gestis, cum multa sanctè & luculenter scripseret, tertio Idus Aprilis obdormiuit in Domino, sedit in Pontificatu annos viginti vnum, mensem vnum, dies tredecim.

Ex Gennadii Catalogo Illustrium Virorum.

C A P. L X X.

**H**EO urbis Romę Episcopus, scripsit ad Flavianum Constantinopolitanae Ecclesie Episcopum aduersum Eutychem Presbyterum, qui tunc ambitione Episcopatus noua in Ecclesiam moliebatur inducere, Epistolam: in qua admonet eum, vt si confiteretur errorem, & polliceretur emendationem, reciperet eum: Sin autem persisteret in incepto, cum sua hæresi damnaretur: Simul docet in ipsa epistola, & diuinis confirmat testimonij: Dominum nostrum Iesum Christum, sicut & paterna diuinitatis verum filium, ita verum humana nature esse hominem credendum, id est, ex carne virginis Marię carnem traxisse, & non de celo corpus sibi exhibuisse, sicut Eutyches asserbat. Moritur Leone & \* Maiorano Imperatoribus.

\* Marciano Imperatoribus.

**I O A N N E S T R I T T E N H E M, A B B A S**  
*Spanhemensis, in libro de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

**H**EO Papa primus, natione Tuscus, post Sixtum III. sedit in Cathedra Petri annos viginti vnum: vt in diuinis scripturis eruditissimus, & in declamandis homilijs ad populum adeo celebris & facundus, vt superiorem in Ecclesia Romana habuerit neminem: quod Sermones eius clarissimi testantur. Fuit enim Ecclesiasticę dictionis Tullius, sacrę Theologię Homerus, rationum fidei Aristoteles, authoritatis Apostolicę Petrus; & in Christiano pulpito Paulus. Eius Sermones cor penetrant, afficiunt animum, fidem Catholicam dulci breuiloquio confirmant. Nec mirum, ignem diuini amoris gestans accensus in pectore, quid aliud quàm verba ardentia loqueretur? Scripsit autē plura opuscula. De quibus ego tantum reperi subiecta: videlicet, Contra Eutychem Presbyterum, Lib. ij. Sicut peritorum dilectiss. De Symbolo Niceno: Lib. i. Credimus in vnum Deum. Ad Leonem Augustum, testimoniorum: Lib. i. Vnum igitur hoc immob. Ad inquisitiones Ianuarij Episcopi: Lib. i. Nulla ratio sint, vt in. De Passione Domini. Homilias xxliij. Lib. i. semper quidem dilectiss. Homilias multas ad populum, Lib. i. Multis diuinarum scriptur. Ad Flavianum Episcopum contra Eutychem, Lib. i. lectis dilectionis tuę. Ad Leonem Augustum contra Eutychem, Lib. i. Promississe me memini. Ad Turibium Episcopum contra Priscill. Lib. i. Quam laudabiliter pro Catho. Ad Rusticum Narbonensem Episcopum. Lib. i. Subditis responsionibus. Ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem. Lib. i. Quanta fraternitati. Epistolarum multarum ad diuersos, Lib. i. Dilectissimo filio Eutyc. De ceteris nihil

reperi.

Moritur tandem post multos pro Ecclesiastica vtilitate labores, sub Leone Augusto, Anno Domini CCCCLXI. Indictione quartadecima.



# INDEX SERMONVM



In anniuersario die Assumptionis suæ ad Pontificatum, Sermones iij

De Collectis & Eleemosynis, Sermones v

De Ieiunio decimi mensis, & Collectis, ac Eleemosynis, Sermones viij

In Solennitatem Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, Sermones x

In Solennitatem Epiphaniæ Domini nostri Iesu Christi, Sermones viij

De Quadragesima, Sermones xij

De Passione Domini, Sermones xix

De Resurrectione Domini, Sermones ij

De Ascensione Domini, Sermones ij

De Pentecoste, Sermones iij

De Ieiunio Pentecostes, Sermones iij

In Natiuitatem Apostolorum Petri & Pauli, Sermones ij

In Octauam Apostolorum Petri & Pauli, Sermo vnicus ij

In Natiuitatem Sanctorum septem fratrum Machabæorum Martyrum, Sermo vnicus ij

In Natiuitatem Sancti Laurentii Martyris, sermo vnicus.

De Ieiunio septimi mensis, Sermones ix

Contra hæresim Eurychetis, sermo siue tractatus

De Transfiguratione Domini, Homilia vnica

In festo omnium Sanctorum, in Euangelium Homilia vnica

In Natale sancti Vicentii Martyris, sermo vnicus.

De Martyribus, alterius authoris, sermo vnicus.

# INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRÆ.

## GENES.

- 1 **F**iant luminaria in firmamento  
caeli, & luceat super terram & di-  
vident inter diem & noctem. 59.c
- 3 Terra es, & in terram ibis. 46.b
- 22 Et vidit Abraham arietem inter vepres  
herentem cornibus. 621.d
- 22 In semine tuo benedicentur omnes gentes.  
45.b
- 49 Nō deficiet princeps ex Iuda, neque dux de  
femoribus eius, donec veniat cui repositum  
est, & ipse erit expectatio gentiū. 76.d. 85.b

## EXOD.

- 20 Reddam peccata patrum in filios. 454.d
- 33 Tu autem non poteris videre faciem meā.  
556.d

## NUM.

- 24 Orietur stella ex Iacob, & exurget homo  
ex Israel, & dominabitur gentium. 80.b  
573.b

## I. REGVM.

- 2 Si sacerdos peccaverit, quis orabit pro eo.  
476.b

## PSALM.

- 2 Filius meus es tu, ego hodie genui te. 66.d
- 6 Nō est in morte qui memor sit tui, in infer-  
no autem quis confitebitur tibi. 87.a. 90.d
- 9 Patientia pauperum non peribit in atern-  
num. 244.b
- 14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,  
aut quis requiescet in monte sancto tuo.  
30.a
- 15 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti  
sunt, non est qui faciat bonum, non est vs-  
que ad vnum. 552.a
- 18 Caeli enarrant gloriam Dei & opera manū  
eius annuntiant firmamentum. 33.d
- 18 Ab occultis meis munda me Domine, &  
ab alienis parce seruo tuo. 113.c
- 31 Deus Deus meus, quare me deliquisti.  
184.b
- 24 Vniuersa via Domini, misericordia &

veritas.

116.c

- 92 Ira in indignatione eius, & vita in vo-  
luntate eius. 18.c
- 33 Oculi Domini super iustos, & aures eius in  
preces eorum. 617.b
- 35 Noluit intelligere ut bene ageret, iniquita-  
tem meditatus est in cubili suo. 304.c
- 36 Quum occiderit iustus non collidetur, quia  
Dominus supponet manum suam. 198.a
- 50 In iniquitatibus conceptus sum, & in pecca-  
tis mater mea in visero me auit. 455.b
- 67 Mirabilis Deus in sanctis suis. 94.d
- 93 Beatus homo quem tu erudieris Domine,  
& de lege tuā docueris eum. 49.b.c
- 97 Notum fecit Dominus salutare suum: ante  
conspēctum gentium reuelauit iustitiam  
suam. 78.d. 88.c
- 98 Defecerūt oculi mei dum spero in Deo meo.  
640.a
- 109 Tu es sacerdos in eternum secundum ordi-  
nem Melchisedech. 4.a.b
- 109 Sede à dextris meis, donec ponam inimicos  
tuos scabellum pedum tuorum. 52.b. 61.a.  
65.d. 635.d. 636.b
- 115 Quid retribuam Domino pro omnibus que  
retribuit mihi. 449.a
- 118 Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt  
me. 486.a
- 123 Apud Dominum misericordia est, & co-  
piosa apud eum redemptio. 472.b
- 144 Alleuat Dominus omnes qui corruunt &  
erigit omnes elisos. 90.d

## PROVERB.

- 11 Anima sua benefacit vir misericors. 25.d
- 20 Quis gloriabitur castum se habere cor, aut  
mundum se esse à peccato. 92.a. 111.a. 113.c  
132.c.d
- 21 Qui obdurat aures ne audiat imbecillum:  
& ipse vocabit Dominum, & non erit qui  
exaudiat eum. 17.a

## ECCLES.

- 2 Accedens ad seruitutem Dei prepara ani-  
mam tuam ad tentationem. 97

# Index Locorum

3. Sicut aqua extinguit ignē ita elemosynā extinguit peccatum. 131. c. 698. c. 700. c.
- E S A I.
7. Ecce virgo concipiet in utero & pariet filium & vocabitur eius nomen Emmanuel. 42. a. 45. c. 66. b. 200. b. 305. d. 557. d.
9. Seditibus in tenebris & in umbra mortis, lux orta est eis. 51. a. 66. c. 78. c.
9. Ecce natus est puer, & datus est nobis filius cuius imperium super humeros eius. 155. d. 306. a.
11. Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. 45. c. 632. d.
35. Aperientur oculi caecorum, & aures surdorum audient, tunc sabet claudus ut cernus, & plana erit lingua mutorum. 140. d.
40. Omnis vallis implebitur, & omnis collis & mons hemilabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas. 116. b.
42. Adducam caecos in viam quam ignorabant & semitas quas nesciebant faciam illos calcare. 18. a.
53. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est. 63. c.
53. Hic peccata nostra portat, & pro nobis daret, & nos putauimus illum esse in dolore & plaga & vexatione. 153. b.
55. Generationem eius quis enarrabit. 41. d. 64. c. 67. b. 556. a.
65. Inuentus sum à non quærentibus me, & palam apparui iis qui me non interrogabant. 18. b. 78. c.

## H I E R E M.

1. Prius quam te formarem in utero, noui te, & antequam exires de vulua sanctificauit te. 69. a. b. 486. a.
5. Flagellasti eos, & non doluerunt, castigasti eos, & noluerunt accipere disciplinam. 231. a.
31. Patres manducauerunt uiam acerbam, & dentes filiorum obstupefcunt. 455. a.
31. Ecce dies veniant dicit Dominus, & consummabo super domum Israël & super domum Iuda testamentum nouum post dies illos, dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas. 262. b.

## E Z E C H I E L.

18. Dominus non puniet filios pro delictis patrum. 455. a.

## O S E A E.

13. Omors, ego mors tua, & ero morsus tuus inferne. 157. d.

## I O E L.

2. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, in fletu & in planctu, & disrumpite corda vestra & conuertimini ad Dominum Deum vestrum. 139. c.

## I O N A E.

2. Domine, ne des super sanguinem in-

nocentem.

## M I C H.

5. Et tu Bethleem terra Iuda, non es ma inter principes Iuda. Ex te enim princeps qui regat populum meum 174. d. 80. c.

## T O B.

4. Ex substantia tua fac elemosynā, & noli auertere faciem tuam ab illo opere, ita fiet ut nec à te auertatur facies Dei. 17. a.

## M A T T H.

1. Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. 66. a.
3. Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me. 582. a.
4. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. 101. a. 587. d. 590. a. 594. d.
4. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli serues. 24. a.
5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. 261. c.
- Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. 263. d.
- Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. 101. b.
- Beati misericordes quoniam ipsorum miseretur Deus. 16. c. 25. d. 124. c. 131. a. 221. c. 265. a.
- Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uidentes opera uestra bona magnificent patrem uestrum, qui est in caelis. 112. d. 118. a. 223. b.
- Nō ueni legē soluere sed adimplere. 552. a.
- Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam scribarum & Phariseorum non intrabitis in regnum caelorum. 249. d.
- Pluit super iustos & iniustos, & solē suū oriri facit super bonos & malos. 95. a. 104. b.
- Ubi est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum. 250. c.
- Respicite uolatilia caeli, quoniam non nēt neque metunt, & pater uester qui est in caelis pascit illa. 693. b.
7. Nolite dare sanctū canibus, neq; miseritis margaritas uestras ante porcos. 429. c.
8. Filius hominis non habet ubi caput suum reclinat. 558. d.
9. Non iustos Christus sed peccatores uocat, 85. c.
10. Cum autem tradent uos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. 215. c.
- Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. 667. c. 690. b.
- Omnis qui confitebitur me coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre

# S. Scripturæ.

- Calix est. 173.b.  
 Non accipit crucem suam, & sequitur  
 non est me dignus. 122.c.156.a.192.c.  
 Alite iugum meum super vos, & discite à  
 me quia mitis sum & humilis corde, & in-  
 uenietis requiem animabus uestris. 44.c.86.c.  
 Quicumque dixerit uerbum contra filium  
 hominis remittetur ei. Qui autem dixerit  
 contra Spiritum sanctum non remittetur ei  
 neque in hoc seculo neque in futuro. 211.a.  
 213.d.  
 13. Omnis plantatio quam non plantauit pater  
 celestis radicibus auferetur. 98.c.225.a.  
 16. Christus filius Dei uiui. 309.b.320.c.498.  
 c.659.d.  
 Tu es Petrus & super hanc petram adifica-  
 bo Ecclesiam meam & porte inferi non pre-  
 ualebunt aduersus eam. 5.a.8.b.165.b.229.  
 a.464.c.618.c.656.c.670.a.681.a.  
 17. Hoc genus demoniorum non eijcitur nisi in  
 ieiunio & oratione. 238.a.  
 18. Si dimiseritis hominibus peccata eorum di-  
 mittet & pater uester qui in caelis est. Si  
 autem non dimiseritis hominibus nec pater  
 uester dimittet uobis peccata uestra. 98.d.  
 112.b.  
 19. Simite paruulos uenire ad me, talium est  
 enim regnum caelorum. 75.b.  
 20. Quicumque uoluerit inter uos maior fieri,  
 sit uester minister. 385.a.  
 24. Beatus qui perseuerauerit usque in finem.  
 474.a.620.a.  
 25. Enge serue bone & fidelis, quia super pauca  
 fuisi fidelis, supra multa te constituam, in-  
 tra in gaudium Domini tui. 470.d.  
 Veniet in maiestatis sue gloria Dominus,  
 sicut ipse praedixit, aderitque cum eo radians  
 in splendoribus suis innumerabilis angeli-  
 carum multitudo legionum. 13.a.  
 Ad dexteram oues, ad sinistram uero con-  
 stituentur hedi. 636.a.  
 Quandiu fecistis omni de fratribus his meis,  
 mihi fecistis. 248.d.255.a.  
 Discedite à me maledicti in ignem aeternum  
 quem preparauit pater meus diabolo, & an-  
 gelis eius. Esurui enim, &c. 32.b.  
 117.d.  
 26. Pater si possibile est, transeat à me calix iste.  
 146.b.  
 Spiritus quidem promptus est, caro autem  
 infirma. 245.b.  
 27. Mundus ego sum à sanguine iusti huius.  
 623.b.  
 Sanguis eius super nos & filios nostros.  
 85.c.138.b.155.c.165.d.628.a.  
 Alius saluus facit, seipsum non potest sal-  
 uum facere. 185.b.  
 28. Euntes predicatè & docete omnes gentes,  
 baptizantes eos in nomine patris, & filij, &  
 spiritus sancti. 290.d.  
 Ego sum uobiscum omnibus diebus usque  
 ad consummationem saeculi. 175.c.471.d.  
 475.b  
 M A R C.  
 4. Quo iudicio iudicaueritis, indicabitur de  
 uobis, & qua mensura mensueritis, ea-  
 dem remetietur uobis. 295.b  
 9. Quicumque scandalizauerit unum de pusil-  
 lis istis, expedit ei ut mola asinaria alli-  
 getur collo eius, & demergatur in profun-  
 dum maris. 299.d.  
 16. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus  
 erit, qui autem non crediderit, condemna-  
 bitur. 400.b  
 L V C.  
 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & uir-  
 tus altissimi obumbrabit tibi, quod nasce-  
 tur ex te sanctum uocabitur filius Dei  
 559.d  
 Impassibilis Deus non dedignatus est ho-  
 mo esse passibilis, & immortalis mortis le-  
 gibus subiacere. 38.a  
 2. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax ho-  
 minibus bonae uoluntatis. 53.b.114.c.559.a  
 6. Diligite inimicos uestris, benefacite his  
 qui uos oderunt, uisitit filij patris uestri  
 qui in caelis est. 645.d  
 Date & dabitur uobis. 29.b  
 10. Qui uos audit me audit, qui uos recipit  
 me recipit. 655.d  
 12. Ignem ueni mittere in terram, & quam  
 uolo ut ardeat. 668.a  
 Date elemosynam, & ecce omnia sunt  
 munda uobis. 32.c  
 14. Qui se humiliat, exaltabitur, & qui se  
 exaltat humiliabitur, 116.b.294.c  
 16. Nemo potest duobus dominis seruire.  
 195.d  
 22. Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis, &  
 efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in  
 regnum caelorum. 92.c.631.a  
 23. Memento mei Domine, dum ueneris in  
 regnum caelorum. Amen, dico tibi, mecum  
 hodie eris in paradiso, 137.d.614.a  
 Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa-  
 ciunt. 165.d.179.a  
 24. Videte manus meas & pedes, quia ego  
 sum. Palpate & uidete quia spiritus car-  
 nem & ossa non habet, sicut me uideris ha-  
 bere. 309.d.499.a  
 I O A N.  
 1. In principio erat Verbum & Verbum erat  
 apud Deum, & Deus erat Verbum. 57. a  
 66.b.68. b. 73. d.123. d  
 Lux in tenebris lucet, & tenebra eam non  
 comprehenderunt. 626.a

# Index locorum

- Lex per Moſen data eſt, gratia autem & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt.  
175.d. 259.c. 292.d.
1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. 84.c. 191.c. 654.d.  
Non ille eguit homo effici per quem homo factus eſt, ſed nos eguimus, ut Deus caro fieret. 502.d.
2. Soluite templum hoc, & in triduo reſurſurabo illud. 490.d.
3. Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo filius hominis qui eſt in cœlo. 611.d.  
Non venit Chriſtus ut iudicet mundum, ſed ut ſaluetur mundus per ipſum. 603.d.
4. Omnis qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum, qui autem biberit ex aqua quam ego dabo illi, non ſitiet in æternum 698.d.
5. Qui credit in me & eum qui me miſit, habet vitam æternam, 685.c.
7. Hac eſt vita æterna, ut cognoscant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. 48.c.
8. Homo faciens peccatū, ſeruus eſt peccati. 145.d.  
Vos ex diabolo patre eſtis & deſideria patris veſtri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate nō ſtetit, quia veritas in eo non eſt, quādo loquitur mendacium, & ſuis propriis loquitur quia mendax eſt & pater eius. 400.d.  
Ille mendax eſt ab initio, & in ſola viget arte fallendi. 149.d.  
Diabolus in veritate non ſtetit, totam vim ſuam in mendacio collocavit. 12.c.
10. Habeo & alias oves quæ non ſunt ex hoc ovili, & illas, oportet me adducere, & vocem meam audient, & erit unus grex & unus paſtor. 176.c.  
Potēſtatem iterum habeo ponēdi animam meam, & potēſtatem iterum habeo ſumenēdi eam. 614.c.d. 687.b.  
Dominus noſter bonus & verus paſtor, qui animam ſuam pro omnibus ſuis poſuit, & qui venit animas hominum ſaluare, non perdere. 311.c.
14. Ego ſum via, veritas & vita. 189. 190.a. 199.b.  
Pacem meam do vobis, pacē meam relinquo vobis. 56.a.  
Qui videt me, videt & patrem. 50.c.
15. Si mundus vos odit, ſcite quia me priorem odio habuit. 270.b.
16. Hæc locutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis, in mundo autem tribulationem habebitis. 475.b.  
Nolite timere quia ego vici mundum. 31.a.
20. Quia vidisti me inquit Dominus, credidisti, beati qui non viderunt & rant.
- ACT. APOSTOL.
2. Penitentiam agite, & baptizetur quisque vestrum in nomine Iesu Christi remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. 181.d.
4. Præter Christum non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri. 71.b. 201.b. 442.b. 499.b.
7. Ecce video cœlos apertos, & ſtantem Dominum Ieſum ad dexteram Dei. 636.b. 643.a.
20. Viri Galilæi, quid statis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet quemadmodum vidisti eum euntem in cœlum. 207.c. 418.b.
- AD ROMANOS.
1. Inuſibilia Dei per ea quæ facta ſunt, intellectus conſpiciuntur. 33.d.
2. Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſervatio mandatorū Dei. 174.d.
3. Nunquid non habet potēſtate ſigulus lutū ex eadem maſſa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam. 604.b.
5. Iuſtificati ex fide pacem habemus ad Deū. 54.c.  
Per unum hominē peccatum introiuit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. 134.c. 454.c.  
Vbi abundavit delictum, ſuperabundavit gratia. 168.c. 497.b.  
Non pro iuſtis neque pro ſanctis, ſed pro iniquis, & impiis Chriſtus eſt mortuus. 157.d.
8. Non accepisti ſpiritum adoptionis filiorum in quo clamamus Abba pater. 66.d.  
Si Deus pro nobis quis contra nos. 150.a.  
Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio an anguſtia? an perſecutio? an ſaſmes? an modus? an periculuſ? an gladius? 89.c. 486.d. 668.d.
9. Iacob dilectus eſt à Deo antequam natus eſſet. 69.a.
11. Concluſit Deus omnia in incredulitate, ut omnium miſereretur. 191.d.
13. Filij lucis abſtinere debent opera tenebrarum. 75. in fine. & 76.a.
14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. 119. 222.c.
- I. AD CORINTH.
1. Predicamus Ieſum crucifixum, Iudeis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam. 613.d.
2. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum maieſtatis crucifixiſſent. 536.a.

# S. Scripturæ.

- Non vidit, nec auris audiuit,  
nominis ascendit, que prepara-  
tus diligentibus se. 553. c  
Missa nostram immolatus est Christus.  
156. b. 163. d  
Vos estis templum Dei viui. 109. d  
Glorificate & portate Deum in corpore ve-  
stro. 44. b  
9. Quis plantat vineam & de fructu eius  
non edit. 703. a  
10. Fidelis est Deus qui vos non patietur tem-  
tari super id quod potestis, sed faciet pro-  
uentum, ut possitis sustinere. 31. a  
10. Sine manducatis sine bibitis, sine aliud  
quid facitis, omnia in gloria Dei. 691. d  
11. Qui bibit & manducat indigne, iudicium  
sibi manducat & bibit. 645. c  
12. Nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi  
in Spiritu sancto. 214. a. 218. a  
13. Si dedero omnes facultates meas in cibos  
pauperum, & si tradidero corpus meum ut  
ardeam, charitatem autem non habuero,  
nihil mihi prodest. 645. b  
14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia.  
92. d  
15. Sicur in Adam omnes moriuntur, ita & in  
Christo omnes viuificantur. 158. a.  
189. a  
Deus omnia in omnibus. 175. a

## II. CORINTH.

1. In sapientia Dei non cognouit mundus  
per sapientiam Deum, placuit Deo per stul-  
ticiam predicationis saluos facere creden-  
tes. 51. b. c  
4. Que videtur temporalia sunt: qua autem  
non videntur eterna sunt. 60. a. 129. a  
6. Nolite iugum cum infidelibus ducere.  
11. c  
8. Dum esset dives pro nobis pauper factus est,  
ut nos illius paupertate ditaremur. 508. c

## GALAT.

1. Si quis vobis euangelizauerit prater id  
quod accepistis, anathema sit. 319. c. 340. a  
5. Quicumque in Christo baptizati estis, Chri-  
stum induistis. Non est Iudeus neque Gre-  
cus, non est seruus neque liber, non est mas-  
culus neque femina, Omnes enim unum  
estis in Christo Iesu. 486. c  
6. Absit mihi gloriari, nisi in cruce Domini  
nostri Iesu Christi, per quem mihi mun-  
dus crucifixus est, & ego mundo. 193. b

## E P H E S.

2. Propter multam charitatem suam qua di-  
lexit nos, misertus est nostri, & cum esse-  
mus mortui peccatis conuiuificauit nos  
Christus ut essemus in ipso noua creatura,  
nouumque figmentum. 450. c  
Ipse est pax nostra. 50. a

4. Vnus Dominus, una fides, unum baptis-  
ma. 48. c  
Ascendens in altum captiuam duxit cap-  
timitatem, dedit dona hominibus. 638. b  
5. Fuiſtis aliquando tenebre, nunc autem lux  
in domino, ut filij lucis ambulate. 87. c  
Nemo unquam odio habuit carnem suam,  
sed nutrit & fouet eam. 167. d. 629. b  
Membra sumus corporis eius, de carne eius  
& ossibus eius. 331. c  
6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem  
& sanguinem, sed aduersus principes &  
potestates, aduersus mundi rectores tene-  
brarum harum, contra spiritualia nequitia  
in celestibus. 97. c  
State succincti lumbos mentis vestre in  
veritate, & calceati pedes in preparatione  
Euangelij pacis in omnibus, sumeres scu-  
tum fidei in quo possitis omnia tela mali-  
gni ignea extinguere, & galeam salutis  
assumite & gladium spiritus quod est ver-  
bum Dei.

## AD PHILIP.

1. Viuere Christus erat & mori lucrum.  
656. b  
2. Propter quod & Deus exaltauit illum, &  
dedit illi nomen quod est super omne no-  
men. 202. a. 499. c. 537. d  
In nomine Iesu omne genu flectatur, cele-  
stium, terrestrium & infernorum. 65. c  
200. d. 249. a. 313. d. 321. b. 487. c  
3. Conuersatio nostra in caelis est. 180. a

## AD COLOSS.

2. Ne quis vos seducat per Philosophiam &  
inanem fallaciam secundum traditionem  
hominum & non secundum Christum. 63  
in fine & 64. a. 247. d. 428. c  
3. Mortui estis & vita vestra abscondita est  
cum Christo in Deo. Cum autem Christus  
apparuerit vita vestra tunc & vos appa-  
rebitis cum ipso in gloria. 60. b. 121. b. 177.  
c. 300. a. 259. b  
Deponentes veterem hominem cum acti-  
bus suis, induite nouum qui secundum  
Deum creatus est. 631. d

## AD T H E S S A L.

5. Semper gaudete, sine intermissione orate,  
in omnibus gratias agite. 19. d

## AD TIMOTH.

2. Vnus est mediator Dei & hominum homo  
Christus Iesus. 169. a  
3. Qui pie volent in Christo viuere, perse-  
cutionem patientur. 123. b. 190. b. 193. d  
232. d. 474. c

## AD TITVM.

1. Omnia munda mundis, 108. a  
2. Qui Deum profitentur se scire, factis ne-  
gant. 90. c. 515. b

# Index locorum S. Scripturæ.

## AD HEBR.

11. *Sine fide impossibile est placere Deo.* 117. b  
 13. *Iesus Christus heri & hodie, idem ipse & in æternum.* 508. d. 626. d. in fine.

## D. IACOBI.

1. *Si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat & dabitur ei.* 130. b

## D. PETRI.

1. *Non enim redempti estis corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine agni incontaminati & immaculati Iesu Christi.* 603. c  
 2. *Tanquam lapides vivi superedificamini in domos spirituales, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias Deo acceptabiles per Iesum Christum.* 7.  
 4. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* 11. a

## I. IOHANN.

1. *Sanguis Iesu filij Dei emundat nos ab omni peccato.* 310. c  
 2. *Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum.* 636. d

*Si dixerimus, quia peccatum non nos ipso seducimus, & veritas non est.* 92. b

3. *Filius Dei venit, dissoluere opera dei.* 58. a

*Qui odit fratrem suum homicida est.* 401. b. 645. b

4. *Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior nos dilexit.* 18. b

*Charissimi, diligamus inuicem, quoniam charitas ex Deo est, & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum, & qui non diligit non nouit Deum, quoniam Deus charitas est.* 126. d

5. *Scimus quoniam filius Dei venit & dedit nobis sensum ut cognoscamus verum, & simus in vero filio eius.*

## APOCALYPS.

3. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* 380.

14. *Hi sunt qui sequuntur agnum quocunque vadit, qui se cum mulieribus non coinquinauerunt.* 636. b

Finis locorum sacræ Scripturæ.





# D. LEONIS PAPÆ. HVIVS NOMINIS PRIML SERMONES IN PRAECIPVIS ANNI TOTIVS FESTIVITATIBVS, AC DE SERIIS quibusdam aliisnegotiis, habiti ad fidelem plebcm.

*In anniuersario die assumptionis eius ad summi Pontificis Romani  
culmen & onus, Sermo primus.*

Dignitates Ecclesiasticæ à quo potissimum conferantur,  
& ad quid valeant.

Ingenititudo  
diuis est  
beneficia  
Deitacere.



**L**AVDEM Domini loqua-  
tur os meum, & nomen  
sanctum eius anima mea  
ac spiritus, caro & lingua  
benedicat. Quia non vere-  
cundæ, sed ingrataræ mentis  
iudicium est, beneficia ta-

**A**ne tuo, quos dedisti mihi, semperque profi-  
cientibus vobis ad salutem, magnificet ani-  
ma mea Dominum, & in futuri retributio-  
ne iudicij ita mihi apud iustum iudicem sa-  
cerdotij mei ratio subsistat, vt vos mihi per  
bona opera vestra sitis gaudium, vos corona,  
qui bona voluntate syncerum præsen-  
tis vitæ testimonium præstitistis. Honora-  
bilem igitur mihi, dilectissimi, hodiernum  
diem fecit diuina dignatio: quæ dum humili-  
tatem meam in summum gradum proue-  
hit, quod neminem suorum sperneret, de-  
monstrauit. Vnde etsi necessarium est trepi-  
dare de merito, religiosum est tamen gaude-

1. Thes. a.

**C**ere diuina: & factis dignum est, à sacrificijs  
Dominicæ laudis obsequium consecrati  
Pontificis inchoare. Quia in humilitate nos-  
tra memor fuit nostri Dominus, & benedi-  
xit nobis: quia fecit mihi mirabilia magna  
solus, vt præsentem me cerneret vestræ san-  
ctitatis affectio, quem fecerat necessitas  
longæ peregrinationis absentem. Ago igitur  
Deo nostro gratias, & semper acturus  
sum pro omnibus, quæ tribuit mihi. Vestri  
quoque fauoris arbitrium debita gratiarum  
actione concelebro, euidenter intelligens,  
quantum mihi possint reuerentiæ, amoris  
& fidei, studia vestræ dilectionis impendere,  
animarum vestrarum salutem pastorali sol-  
licitudine cupienti, qui tam sanctum de me  
nullis admodum præcedentibus meritis iu-  
dicium protulistis. Obsecro igitur per miseri-  
cordias Domini, iuuat votis, quem desi-  
deratis expetistis, vt & spiritus gratiæ ma-  
neat in me, & iudicia vestra non fluctuent.  
Præstet in commune nobis omnibus pacis  
bonum, qui nobis vnanimis studia in-  
fudit: vt omnibus diebus vitæ meæ, in om-  
nipotentis Dei seruitium, & ad vestra para-  
tus obsequia, cum aduicia possim Dominum  
deprecari, vt *sanctis, conserva eos in nomi-*

**B**re de dono: quoniam qui mihi \* honoris est  
autor, ipse mihi fiet administrationis adiu-  
tor: & ne sub magnitudine gratiæ succum-  
bat infirmus, dabit virtutem, qui contulit  
dignitatem. Recurrente igitur per suum or-  
dinem die, quo me Dominus Episcopalis  
officij voluit habere \* principium, vera mihi  
in gloriam Dei causa est lætandi: qui mihi,  
vt multum à me diligeretur, multa dimisit.  
Et vt mirabilem faceret gratiam suam, in  
eum munera sua contulit, in quo merito-  
rum suffragia non inuenit. Quo opere suo  
Dominus, quid cordibus nostris insinuat,  
quidue commendat, nisi vt de iustitia sua  
nemo præsumat, & de ipsius misericordia  
nemo diffidat? Quæ tunc euidentius præ-  
minet, quando peccator sanctificatur, & ab-  
iectus erigitur. Neque enim de qualitate  
nostrorum operum pædet cælestium men-  
sura donorum: aut in isto sæculo, in quo tota

Alias, ong-  
vii.

Vide num  
principatū  
legendum.

Quid nō  
moneat  
Deus in  
honorum  
collatione.  
Ioh. 7.

Ioh. 17.

vita tentatio est, hoc unicuique retribuitur, quod meretur: vbi si iniquitates Dominus obseruaret, nullus iudicium suum sustineret. Magnificate ergo, dilectissimi, Dominum mecum, & exaltemus nomen eius inuicem, vt tota ratio celebritatis hodiernæ ad laudem sui referatur autoris. Nam quod propriè ad effectum animi mei pertinet, confiteor, me plurimum de omnium vestrum deuotione gaudere. Cùmque hanc venerabilium confacerdotum meorum splendidissimam frequentiam video, angelicum nobis in tot sanctis sentio interesse conuentum. Nec dubito nos abundantiore hodie diuinæ præsentis gratia visitari, quando simul adfuit, & vno lumine micant, tot speciosissima tabernacula Dei, tot membra excellentissima corporis Christi. Nec abest, vt confido, ab hoc coetu etiam beatissimi Apostoli Petri pia dignatio & fida dilectio: nec vestram deuotionem ille deseruit, cuius nos reuerentia congregauit. De vestro itaque & ipse gaudet affectu, & in consortibus honoris sui, obseruantiam Dominicæ institutionis amplectitur, probans ordinatissimam totius Ecclesiæ charitatem, quæ in Petri sede Petrum suscipit, & à tanti amoris pastoris nec in persona tam imparis tepescit hæredis. Vt ergo hæc pietas, dilectissimi, quam erga humilitatem meam vnanimiter exhibetis, fructum sui studij consequatur, misericordissimam Dei nostri clementiam supplices obsecrate, vt in diebus nostris expugnet impugnantes nos, muniat fidem vestram, multiplicet deuotionem ac dilectionem, augeat pacem, meque seruuulum suum, quem ad ostendendas diuitias gratiæ suæ gubernaculis Ecclesiæ voluit præsidere, sufficientem tanto operi, & vtilem vestræ defensionis dignetur efficere, & ad hoc tempora nostræ seruitutis extendere, vt proficiat deuotioni, quod fuerit largitus ætati, per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Sermo II. in anniuersario die adsumptionis eiusdem ad summi Pontificis munus.*

Pontificatus qualitas secundum ordinem Melchisedec quæ sit.



NOTIES nobis misericordia Dei donorum suorum dies renouare dignatur, iusta, dilectissimi, & rationabilis causa est lætandi, si officij origo suscepti ad laudem sui referatur autoris. Hanc enim obseruantiam omnibus quidem sacer-

dotibus congruam, sed mihi necessarium esse cognosco, qui respiciens ad exitum meæ tenuitatem, & ad suscepti munus magnitudinem, etiam ego illud propheticum debeo proclamare: *Domine, audiui aurium tuum, & timui: consideravi opera tua, & expaui.* Quid enim tam insolentem, tam pauendum, quàm labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti? Et tamen non desperamus, neque deficimus, quia non de nobis, sed de illo præsumimus, qui operatur in nobis. Vnde & Dauidicum Psalmum, dilectissimi, non ad nostram elationem, sed ad Christi Domini gloriam consona voce cantauimus. Ipse est enim, de quo prophetice scriptum est: *Tues sacerdos in æternum secundum*

*ordinem Melchisedec.* hoc est, non secundum ordinem Aaron, cuius sacerdotium per propaginem sui feminis currens, temporalis ministerij fuit, & cum veteris testamenti lege cessauit: sed secundum ordinem Melchisedec, in quo æterni Pontificis forma præcessit. Et dum quibus parentibus sit editus, non refertur, in eo ille intelligitur ostendi, cuius generatio non potest enarrari. Denique cum huius diuini sacerdotij sacramentum etiam ad humanas peruenit functiones, non per generationum tramitem currit, nec quod caro & sanguis creauit, eligitur: sed cessante priuilegio patrum, & familiarum ordine prætermisso, eos rectores Ecclesia accipit, quos Spiritus sanctus preparauit: vt in populo adoptionis Dei, cuius vniuersitas sacerdotalis atque regalis est, non prærogatiua terrenæ originis obtineat vinctionem, sed dignatio cœlestis gratiæ gignat antistitem. Quamuis ergo, dilectissimi, nos ad explendam nostri officij seruitutem, & infirmi inueniamur & segnes, dum si quid deuotè & strenuè agere cupimus, ipsius nostræ conditionis fragilitate tardamur: habentes tamen incessabilem propiciationem omnipotentis & perpetui sacerdotis, qui similis nostri, æqualis Patri, diuinitatem vsque ad humana submisit, humanitatè vsque ad diuina prouexit, dignè & piè de ipsius constitutione gaudemus: quoniam et si multis pastoribus curam suarum ouium delegauit, ipse tamen dilecti gregis custodiam non reliquit. De cuius principali æternoque præsidio, & Apostolici operis munimen accepimus, quod vtiq; ab opere suo non vacat: & firmitas fundamenti, cui totius Ecclesiæ superstruitur altitudo, nulla incumbētis sibi templi mole lassescit. Soliditas enim illius fidei, quæ in Apostolorum principe est laudata perpetua est. Et sicut permanet, quod in Christo Petrus credidit: ita permanet, quod

Psal. 109.

Sacerdos est Christus secundum ordinem Melchisedec.

Ecclesia stabilitas.

in Petro Christus instituit. Cum enim sicut A  
Euangelica lectione referatur est, interro-  
gasset Dominus discipulos, quem ipsum  
(multis diuersa opinantibus) crederent, res-  
pondissetque beatus Petrus, dicens: *Tu es  
Christus filius Dei viui*: Dominus ait: *Beatus  
es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non ve-  
nelauit tibi, sed Pater meus, qui in calis est. Et  
ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc pe-  
tram adificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi  
non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo cla-  
ues regni caelorum. Et quodcumque ligaueris super  
terram, erit ligatum & in calis. Et quodcumque  
solueris super terram, erit solutum & in calis.*  
Manet ergo dispositio veritatis, & beatus  
Petrus in accepta fortitudine petrae perse-  
uerans, suscepta Ecclesiae gubernacula non  
reliquit. Sic enim praeter ceteris est ordinatus,  
vt dum petra dicitur, dum fundamentum  
pronunciatur, dum regni caelorum ianitor  
constituitur, dum ligandorum soluendo-  
rumque arbiter, mansura etiam in caelis iu-  
dicio suorum definitione, praeficitur,  
qualis ipsi cum Christo esset societas, per  
ipsa appellationum eius mysteria noscere-  
mus. Qui nunc plenius & potentius ea, quae  
sibi commissa sunt, peragit, & omnes partes  
officiorum atque curarum in ipso & cum ipso,  
per quem est glorificatus, exequitur. Si quid  
itaque a nobis recte agitur, recteque discer-  
nitur: si quid a misericordia Dei quotidia-  
nis supplicationibus obtinetur: illius est o-  
perum atque meritorum, cuius in Sede sua  
viuit potestas & excellit autoritas. Hoc e-  
nim obtinuit, dilectissimi, illa confessio, quae  
a Deo Patre Apostolico inspirata cordi,  
omnia humanarum opinionum incerta tra-  
scendit: & firmitatem petrae, quae nullis im-  
pulsionibus quateretur, accepit. In vniuer-  
sa namque Ecclesia: *Tu es Christus filius Dei  
viui*, quotidie Petrus dicit: & omnis lingua,  
quae confitetur Dominum, magisterio huius  
vocis imbuitur. Haec fides diabolum vincit,  
& captiuorum eius vincula dissoluit. Haec  
erutos mundo inserit caelo, & portae inferi  
aduersus eam praualere non possunt. Tanta  
enim diuinitus soliditate munita est, vt eam  
neque haeretica vnquam corrumpere pra-  
uitas, nec pagana potuerit superare perfidia.  
His itaque modis, dilectissimi, rationabili  
obsequio celebratur hodierna festiuitas, vt  
in persona humilitatis meae ille intelligatur,  
ille honoretur, in quo & omnium pastorum  
solicitude cum commendatarum sibi ouium  
custodia perseuerat, & cuius etiam dignitas  
in indigno haerede non deficit. Vnde vene-  
rabilium quoque fratrum & consacerdotum  
meorum desiderata mihi & honoranda pre-

sentia hinc sacrator est atque deuotior, si  
pietate huius officij, in quo adesse dignati  
sunt, ei principaliter deserunt, quem non  
solum huius Sedis praesulem, sed & omnium  
Episcoporum nouerunt esse primatem. Cum  
ergo cohortationes nostras auribus vestrae  
sanctitatis adhibemus, ipsum vobis, cuius  
vicefungimur; loqui credite: quia & illius  
vos affectu monemus, & non aliud vobis,  
quam quod docuit, praedicamus, obsecran-  
tes, vt succincti lumbos mentis vestrae, ca-  
stam & sobriam vitam in timore Dei ducatis,  
nec concupiscentiae carnis, mens prin-  
cipatus sui oblita, consentiat. Breuia & ca-  
duca sunt terrenarum gaudia voluptatum,  
quae ad aeternitatem vocatos, a semitis vitae  
conantur auertere. Fidelis ergo & religio-  
sus animus, ea quae sunt caelestia, concupi-  
scat, & diuinarum promissionum avidus, in  
amorem se incorruptibilis boni, & in spem  
verae lucis atcollat. Certi autem estote, di-  
lectissimi, quod labor vester, quo viris resi-  
stistis, & carnalibus desideriis repugnatis,  
placens in conspectu Dei est atque precio-  
sus, nec solum vobis, sed etiam mihi apud  
Dei misericordiam profuturus: quia de pro-  
fectu Domini gregis gloriatur cura pasto-  
ris, *Corona enim mea*, sicut Apostolus ait, &  
*gaudium vos estis*: si fides vestra, quae ab initio  
Euangelij in vniuerso mundo praedicata est,  
in dilectione & sanctitate permanferit. Nam  
licet omnem Ecclesiam, quae in toto est or-  
be terrarum, cunctis oporteat florere virtu-  
tibus, vos tamen praecipue inter ceteros po-  
pulos decet meritis pietatis excellere, quos  
in ipsa Apostolicae petrae arce fundatos, &  
Dominus noster Iesus Christus cum omni-  
bus redemit: & beatus Apostolus Petrus  
praeter omnibus erudit, per eundem Chri-  
stum Dominum nostrum, Amen.

*Sermo III. in anniuersario die eiusdem  
assumptionis.*

**D** Sacerdotium supremum quare beato  
Petro & eius collatum suc-  
cessoribus.



**C**AVDEO, dilectissimi, de religio-  
so vestrae deuotionis affectu,  
& Deo gratias ago, quod in  
vobis pietatem Christianae v-  
nitatis agnosco. Sicut enim  
ipsa frequentia vestra testatur, intelligitis  
huius diei recursum ad communem laetitiam  
pertinere: & honorem celebrari totius gre-  
gis per annua festa pastoris. Nam licet vni-

uerſa Eccleſia Dei diſtinctis ordinata ſit gradibus, vt ex diuerſis membris ſacra-  
 tiſ ſubſiſtat integritas: nos tamen omnes,  
 ſicut ait Apoſtolus, *in Chriſto Ieſu vnum ſu-*  
*mus*, nec quiſquam ab alterius ita eſt diuiſus  
 officio, vt non ad connexionem pertineat  
 capitis cuiuſlibet humilitas portio-  
 nis. In vnitare igitur fidei atque baptiſmatis, indi-  
 creta nobis ſocietas, dilectiſſimi, & genera-  
 lis eſt dignitas, ſecundum illud beatiſſimi  
 Petri Apoſtoli ſacra-*tiſſima* voce dicentis:  
*Et ipſi tanquam lapides vini ſuper edificamini in*  
*domos ſpirituales, ſacerdotium ſanctum, offeren-*  
*tes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo per Ieſum*  
*Chriſtum.* Et infra: *Vos autem genus electum,*  
*regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acqui-*  
*ſitionis.* Omnes enim in Chriſto regenera-  
 tos, crucis ſignum efficit Reges, ſancti verò  
 Spiritus vinctio conſecrat ſacerdotes: vt  
 præter iſtam ſpecialeſ noſtri miniſterij ſer-  
 uitudinem, vniuerſi ſpirituales & rationales  
 Chriſti agnoſcant ſe regij generis, & ſacer-  
 dotalis officij eſſe conſortes. Quid enim  
 tam regium, quàm ſubditum Deo animum  
 corporis ſui eſſe rectorem? Et quid tam ſa-  
 cerdotalis, quàm vouere Domino conſcien-  
 tiam puram, & immaculatam pietatis ho-  
 ſtias de altari cordis offerre? Quod cum  
 omnibus per Dei gratiam commune ſit fa-  
 ctum, religioſum tamen nobis atque lau-  
 dabile eſt, de die prouectionis noſtræ, quaſi  
 de proprio honore gaudere: vt vnum cele-  
 bretur in toto Eccleſiæ corpore Pontificij  
 ſacramentum, quod effuſo benedictionis  
 vnguento, copioſius quidem in ſuperiora  
 profluxit, ſed non parè etiam in inferiora  
 deſcendit. Quum itaque, dilectiſſimi, de  
 conſortio iſtius muneris magna ſit nobis  
 materia communium gaudiorum, verior  
 tamen nobis & excellentior erit cauſa læ-  
 tandi, ſi non in noſtræ humilitatis conſide-  
 ratione remoremur: cum multò vtilius  
 multoque ſit dignius, ad beatiſſimi Petri  
 Apoſtoli gloriam contemplandam aciem  
 mentis attollere, & hunc diem in illius po-  
 tiſſimum veneratione celebrare, qui ab ipſo  
 omnium chariſmatum fonte tam copioſis  
 eſt irrigationibus inundatus: vt cum multa  
 ſolus acceperit, nihil in quemquam ſine il-  
 lius participatione tranſierit. Verbum enim  
 caro factum fuerat, & habitabat iam in no-  
 bis, vt reparando humano generi totum ſe  
 Chriſtus impenderet. Nihil indiſpoſitum  
 ſapientiæ, nihil erat arduum poteſtati. Fa-  
 mulabantur elementa, miniſtrabant ſpiri-  
 tus, angeli ſeruebant, nec vilo modo po-  
 terat inefficax eſſe ſacramentum, quod ſi-  
 mul ipſius Deitatis vnitas operabatur &

Trinitas: Et tamen de toto mundo vni-  
 trus eligitur, qui & vniuerſarum gentium  
 vocationi, & omnibus Apoſtoliſ, cunctis  
 que Eccleſiæ patribus præponatur: vt qua-  
 uis in populo Dei multi ſacerdotes ſint,  
 multique paſtores, omnes tamen proprie  
 regat Petrus, quos principaliter regit &  
 Chriſtus. Magnum & mirabile, dilectiſſi-  
 mi, huic viro conſortium potentie ſuæ tri-  
 buit diuina dignatio: & ſi quid cum eo com-  
 mune cæteris voluit eſſe principibus, nun-  
 quam niſi per ipſum dedit, quæ quid aliis nõ  
 negauit. Omnes denique Apoſtolos Domi-  
 nus, quid de ſe homines opinentur, inter-  
 rogat: tandiu ſermo reſpondentium com-  
 munitis eſt, quamſermo humanæ intelligentiæ  
 ambiguitas explicatur. At vbi, quid habeat  
 ſenſus diſcipulorum, exigitur, primus eſt in  
 Domini conſeſſione, qui primus eſt in Apo-  
 ſtolica dignitate. Qui cum dixiſſet: *Tu es*  
*Chriſtus filius Dei viui*: reſpondit ei Ieſus:  
*Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & ſanguis*  
*non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cælis eſt.*  
 Id eſt, ideo beatus es, quia Pater meus te  
 docuit, nec terrena opinio te feſellit, ſed  
 inſpiratio cæleſtis te inſtruxit: & non caro  
 & ſanguis, ſed ille me tibi, cuius ſum vnige-  
 nitus filius, indicauit. *Et ego, inquit, dico ti-*  
*bi: hoc eſt, ſicut Pater meus tibi manifeſta-*  
 uit diuinitatem meam: ita & ego tibi notam  
 facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus. Id  
 eſt, cum ego ſim inuiolabilis petra, ego la-  
 pis angularis, qui facio vtraque vnum; ego  
 fundamentum præter quod nemo poteſt  
 aliud ponere: tamen tu quoque petra es,  
 quia mea virtute ſolidaris, vt quæ mihi po-  
 teſtate ſunt propria, ſint tibi mecum parti-  
 cipatione communia. *Et ſuper hanc petram*  
*edificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præ-*  
*ualebunt aduerſus eam.* Super hanc, inquit, for-  
 titudinem æternum extruam templum: &  
 Eccleſiæ meæ cælo inferenda ſublimitas, in  
 huius fidei firmitate conſurget. Hanc con-  
 ſeſſionem portæ inferi non tenebunt, mor-  
 tis vincula non ligabunt: vox enim iſta,  
 vox vitæ eſt. Et ſicut conſeſſores ſuos in  
 cæleſtia prouehit: ita negatores ad inferna  
 demergit. Propter quod dicitur beatiſſimo  
 Petro: *Tibi dabo claues regni calorum. Et qua-*  
*cumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata &*  
*in cælis. Et quæcumque ſolueris ſuper terram, er-*  
*unt ſoluta & in cælis.* Tranſiuit quidem  
 etiam in alios Apoſtolos vis poteſtatis  
 iſtius, & ad omnes Eccleſiæ principes  
 decreti huius conſtitutio conuenit: ſed non  
 fruſtrà vni commendatur, quod omnibus  
 inſtimatur. Petro enim ideo  
 hoc ſingulariter creditur, quia cunctis

1. Cor. 12.

1. Petr. 2.

Sacerdotiũ  
quomodo  
competat  
omnibus  
Chriſtia-  
nis.Hoſtiæ ſpi-  
rituales.

Ioan. 1.

Math. 16.

Ephes. 1.  
1. Cor. 3.  
Petrus dici-  
tur petra,  
ſuper quam  
fundatur  
Eccleſia.Petrus om-  
nibus Apo-  
ſtoliſ præ-  
latus.

Ecclesie rectoribus Petri forma preponitur. **A** Manet ergo Petri privilegium, vbi cumque ex ipsius fertur æquitate iudicium. Nec nimia est vel seueritas, vel remissio, vbi nihil erit hgatum, nihil solutum, nisi quod beatus Petrus aut soluerit, aut ligauerit. Instante autem passione sua Dominus, quæ discipulorum erat turbatura constantiam, Simoni inquit: *Simon, ecce Satanas expostulauit vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, ut non intretis in tentationem.* Commune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant. Quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro fide Petri propriè supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, ut firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Cùm itaque, dilectissimi, tantum nobis videamus præsidium diuinitus institutum, rationabiliter & iuste in ducis nostri meritis & dignitate lætamur, gratias agētes sempiterno Regi redemptori nostro Domino Iesu Christo, qui tantam potentiam dedit ei, quem totius Ecclesie principem fecit: ut si quid etiam nostris temporibus rectè per nos agitur, rectèque disponitur, illius operibus, illius sit gubernaculis deputandū, cui dictum est: *Et tu conuersus, confirma fratres tuos.* Et cui post resurrectionem suam Dominus ad trinam æterni amoris professionē mystica insinuatione ter dixit: *Pasce oves meas.* Quod nunc quoque proculdubid facit, & mandatum Domini pius pastor exequitur, confirmans nos cohortationibus suis, & pro nobis orare non cessans, ut nulla tentatione superemur. Si autem hanc pietatis suæ curam omni populo Dei, sicut credendum est, vbi que præterdit: quanto magis nobis alumnis suis opem suam dignatur impendere, apud quos in sacro beatæ dormitionis thoro, eadem qua præfedit carne, requiescit: Illi ergo hunc seruitutis nostræ natalitium diem, illi adscribamus hoc festū, cuius patrocinio sedis ipsius meruimus esse consortes, auxiliante nobis per omnia gratia Domini nostri Iesu Christi, qui viuit & regnat cum Deo Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

Lucz 22.

Christus specialiter pro Petro rogauit.

Lucz 22.

Ioan. 21.

Oratio sanctorum pro nobis.

## SERMO PRIMVS DE COLLECTIS.

*Eleemosyna quid prosit, et vti præstetur.*

**M**

VLTI diuinarum scripturarum testimoniis edocemur, quantum eleemosynarum meritum, & quanta sit virtus. Certum est enim vnumquemque nostrum animæ suæ benefacere, quoties misericordia sua inopiæ succurrit alienæ. Prompta ergo & facilis, dilectissimi, apud nos largitas esse debet, si credimus sibi vnumquemque id præstare, quod indigentibus tribuit. Thesaurum enim suum condit in cælo, qui Christum pascit in paupere. Benignitatem itaque in hoc & dispensationē diuinæ pietatis agnosce. Idcirco enim te abundare voluit, ut per te alii non egeret, & per ministerium operis tui, pauperem ab egestatis labore, teque à peccatorum multitudine liberaret. O mira prouidentia & bonitas creatoris, ut vno facto duobus vellet esse succursum! Ventura igitur Dominica dies, collectarū futura est. Hortor & moneo sanctitatem vestram, ut singuli quique & pauperum memineritis & vestri, & pro possibilitate virium vestrarum intelligatis in egentibus Christum, qui tantum nobis pauperes commendauit, ut se in ipsis vestri ac suscipi testaretur & pasci Christus Dominus noster, qui cum Patre & sancto Spiritu viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Eleemosynarum fructus.

Math. 25.

*Sermo II. de collectis.*

*Eleemosyna sit secundum lauacrum à peccatis, & opus maximæ charitatis.*

**N**

OTVM vobis, dilectissimi, & familiare mandatum pastorali prædicamus hortatū, ut in opere misericordiæ studeatis esse deuoti. Quod etiam si nunquā à vestra sanctitate negligitur, nunc tamen promptius est & impensius exequendū, quia primus collectarū dies saluberrimè à sanctis patribus institutus hoc exigit, ut vnusquisque, prout votiuum atque possibile est, in vsu atque alimoniam pauperum de vestris facultatibus conferatis: scientes præter illud regenerationis lauacrum, in quo vniuersorum ablutæ sunt maculæ peccatorum, hō

Eleemosynis extinguuntur peccata.

remedium infirmitati humanæ diuinitus esse donatum, vt si quid culpârû in hac terrena habitatione contrahitur, eleemosynis deleatur. Eleemosynæ enim opera charitatis sunt, & scimus, quòd charitas operit multitudinem peccatorum. Proinde, dilectissimi, in secundam feriam spontaneas \* collectas vestras sollicitè præparate, vt quicquid vobis de temporalibus substantiis dempseritis, id multiplicatum in æterna retributione sumatis.

*Sermo III. de collectis.*

Eleemosyna quantum exerceat demones, quidve sentiendum de collectis.



**C**HRISTIANÆ pietatis est, dilectissimi, vt quæ Apostolicis sunt traditionibus instituta, perseueranti deuotione seruentur. Nam illi beatissimi discipuli veritatis, hoc diuinitus inspirata commendauere doctrina, vt quoties cæcitas paganorum \* in superstitionibus suis esset intentior, tunc præcipuè populus Dei orationibus & operibus pietatis instaret. Quoniam immundi spiritus, quantum gentiliū errore lætantur, tantum veræ religionis obseruantia atteruntur, & augmenta iustitiæ vrunt impietatis autorem. Cuius impia & prophana commenta, ne sacratis Deo vero cordibus aliquid pollutionis inferrent, beatus magister gentium præcauebat, cum voce Apostolica diceret: *No- lite iugum cum infidelibus ducere.* Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate: aut quæ focieras lucis ad tenebras? Et deinde vocem prophetici spiritus addidit dicens: *Exite, exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis.* Vnde quoniã ad destruendas antiqui hostis insidias in die, quo impij sub idolorum suorû nomine diabolo seruebant, prouidentissimè in sancta Ecclesia prima est instituta collectio: volumus dilectionem vestrã tertia feria per omnes regionum vestrarum Ecclesias cum voluntatis oblationibus eleemosynarum conuenire. In quo opere, etsi non est omnium æqualis facultas, debet \* esse par pietas: quoniam fidelium largitas nõ de muneris pensatur pondere, sed de beneuolentiæ quantitate. Habeant in hoc misericordiæ cõmercio etiã pauperes lucrum, & ad sustentationem egentiũ de quantacumq. substantia aliquid, quod eos non contristet, excerpant. Sit diues munere copiosior, dum pauper animo non sit inferior. Quamuis enim maior speretur reditus de maiore semente, potest tamè de exi-

Mer  
elem  
nz  
Matth  
Aqua satione, multus fructus provenire iustitiæ. Iustus enim est iudex & verax, qui neminem fraudat mercede meritõrũ. Et ideo nos curam pauperũ vult habere, vt in futuræ retributionis examine, misericordibus, quã promisit, misericordiam largiatur Christus Deus noster, qui cum Patre & Spiritu sancto viuut & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

*Sermo IV. de collectis & eleemosyna.*

Eleemosyna vt saluet hominem.

**M**ISERICORDIA, dilectissimi, & iustitia Dei, forma retributionũ suarũ à mundi constitutione dispositã, per doctrinam Domini nostri Iesu Christi, benignissima nobis expositione reseruauit, vt acceptis r̃ r̃ũ significationibus, quæ futura credimus, iam quasi gesta nosceremus. Sciebat enim redemptor noster atq. seruator, quantos fallacia diaboli per totum mundum sparsisset errores, & quã multis superstitionibus maximam sibi partem humani generis subdidisset. Sed ne vltra per ignorantiam veritatis, creatura ad imaginẽ Dei condita, in præcipitia perpetuæ mortis ageretur, Euangelicis paginis iudicij sui inseruit qualitatẽ, quæ omnem hominẽ callidissimi hostis reuocaret insidiis: quum iam nulli esset incognitum, quæ bonis speranda præmia, & quæ malis essent inferenda supplicia. Incentor namq. ille autõr q. peccati, primũ superbus, vt caderet, deinde inuidus, vt noceret, quia in veritate non stetit, totam vim suam in mendacio collocauit, omniãq. deceptionum genera de hoc venenatissimo artis suæ fonte produxit, vt ab illo bono, quod ipse propria elatione perdiderrat, spem humanæ deuotionis excluderet, eosque in consortium damnationis suæ traheret, ad quorũ ipse reconciliationem pertinere non posset. Quidquid igitur hominũ quibuslibet impietatibus Deum læsit, huius fraude traductum, huius est nequitia deprauatum. Facile enim in omnia flagitia impulit, quos religione decepit. Sciens autè Deũ non solũ verbis, sed etiam factis negari, multis quibus auferre non potuit fidem, sustulit charitatem: & agro cordis ipsorum auaritiæ radicibus occupato, spoliavit fructu operum, quos non priuauit confessione labiorũ. Propter has ergo, dilectissimi, versutias hostis antiqui, scire nos voluit ineffabilis benignitas Christi, quid in die retributionis de vniuersitate hominũ esset decernendum, vt dum in hoc tempore legitimorum remediorum medicina præbetur, dum elisis reparatio non negatur, & qui diu fuerunt

1. Cor. 13.

1. Petr. 4.

Alias, collectioes.

Alias, super institutionibus suis.

Opera bona exerceant diabolum.

1. Cor. 6.

Addendum forte, tamè.

Ioan. 8.  
Diaboli astus & malitia in deceptione generis humani.

Fides sine charitate esse potest. Ad Tit. 1.

steriles, possint tandem esse fecundi, praeueniatur disposita censura iustitiae, & nunquam à cordis oculis diuinæ discretionis imago discedat. Veniet enim in maiestatis suæ gloria Dominus, sicut ipse prædixit, aderitque cum eo radians in splendoribus suis, innumerabilis angelicarum multitudo legionum. Congregabuntur ante thronum potentiae eius omnium gentium populi, & quicquid hominum vniuersis seculis toto orbe terrarum progenitum est, in conspectu iudicantis adstabit. Separabuntur ab iniustis iusti, à nocentibus innocentes: & cum præparatum sibi regnum, recensitis misericordiae operibus, filij pietatis acceperint, exprobrabitur duritia sterilitatis iniustis: & nihil habentes sinistri commune cum dextris, in ignem ad diaboli & Angelorum eius tormenta dispositum, omnipotentis iudicis damnatione mittentur, cum illo habituri poenæ communionem, cuius elegerunt facere voluntatem. Quis igitur istam sortem æternorum cruciatuum non pauescat? Quis mala nunquam finienda non timeat? Sed cum ideo denunciata sit seueritas, vt misericordia quaeretur, in diebus presentibus cum misericordiae est largitate viuendum, vt homini post periculosam negligentiam, ad pietatis opera reuertenti, possibile sit ab hac sententia liberari. Hoc enim agit potentia iudicis, hoc gratia seruatoris, vt relinquat impius vias suas, & ab iniquitatis suæ consuetudine peccator abscedat. Misereantur pauperum, qui sibi volunt parcere Christum. Faciles sint in alimenta miserorum, qui cupiunt ad societatem \* peruenire fidelium. Non si vilis homini homo, nec in quoquam despiciatur illa natura, quam rerum conditor suam fecit. Cui enim laborantium licet negare, quod Christus sibi profitetur impendi? Iuuatur conseruus, & gratiam refert Dominus. Cibus egeni, regni caelestis est precium: & largitor temporalium, haeres efficitur æternorum. Vnde aurè exigua ista impendit, tanta æstimari taxatione meruerunt: nisi quia pondera operum charitatis lance pensantur, & quem amatur ab homine quod Deus diligit, merito in eius ascenditur regnum, in cuius transitur affectum. Ad horum ergo operum, dilectissimi, piam curam dies nos Apostolicæ institutionis inuitat, in quo sanctarum collectionum prima collectio est prudenter à patribus & vtiliter ordinata: vt quia in hoc tempore gentilis quondam populus superstitiosus daemonibus seruiebat, contra prophanas hostias impiorum, sacratissima à nobis nostrarum eleemosynarum celebraretur oblatio. Quod quia incrementis Ecclesiae fructuo-

Assissimum fuit, placuit esse perpetuum. Vnde hortamur sanctitatem vestram, vt per Ecclesias regionum vestrarum quarta feria de facultatibus vestris, quantum suadet possibilitas & voluntas, expensas misericordiae conferatis: vt possitis illam beatitudinem promereri, in qua sine fine gaudebit, qui intelligit super egenum & pauperem. Ad quem intelligendum, dilectissimi, sollicita benignitate vigilandum est, vt quem modestia regit, & verecundia præpedit, inuenire possimus. Sunt enim, qui palam poscere ea, quibus indigent, erubescunt: & malunt miseria tacite egestatis affligi, quam publica petitione confundi. Intelligendi ergo isti sunt, & ab occulta necessitate \* subleuandi, vt hoc ipso amplius gaudeant, cum & paupertati eorum consultum fuerit, & pudori. Rectè enim in egeno & paupere, ipse Iesu Christi Domini nostri persona sentitur, qui cum esset diues, sicut dicit Apostolus, in opus factus est, vt nos sua paupertate ditaret. Ene deesse nobis sua presentia videretur, ita humilitatis & gloriae suæ temperauit mysterium, vt quæ Regem & Dominum in maiestate patris adoramus, eundem in suis pauperibus pauperem, liberandi ob hoc in die mala à damnatione perpetua, & pro intellecti pauperis cura, regni caelestis consortis inferendi. Vt autem in omnibus, dilectissimi, placeat Domino vestra deuotio, etiam ad hanc vos hortamur industriam, vt Manichæos vbicumque latentes vestris presbyteris publicetis. Magna est enim pietas proderet latebras impiorum, & ipsum in eis, cui seruiunt, diabolium debellare. Contra istos enim, dilectissimi, omnem quidem orbem terrarum, & totam vbique Ecclesiam deest fidei arma arripere. Sed vestra in hoc opere deuotio debet excellere, qui in progenitoribus vestris Euangelium crucis Christi ab ipso beatissimorum Apostolorum Petri & Pauli ore didicistis. Non sinantur latere homines, qui legem per Moysen datam, in qua Deus vniuersitatis conditor ostenditur, recipiendam esse non credunt: Prophetis & sancto Spiritui contradicunt: Psalmos Dauidicos, qui per vniuersalem Ecclesiam cum omni pietate cantantur, damnabili impietate ausi sunt refutare: Christi Domini natiuitatem secundum carnem negant: passionem & resurrectionem eius simulatam dicunt fuisse, non veram: baptismum regenerationis totius gratiæ virtute dispolant: Nihil est apud eos sanctum, nihil integrum, nihil verum. Cauendi sunt, ne cuiquam nocent: prodendi sunt, ne aliqua ciuitatis nostræ parte consistant. Vobis, dilectissimi, ante

Ier. 25.

Iudicij extremi forma.

Opera misericordiae saluant hominem.

Alias, perlinere.

Institutiones Apostolorum seruanda sunt.

Psal. 40.

Pauperibus verecundia subueniendum est.

Alias reuandit.

2. Cor. 8.

Hæretici prodendi sunt.

tribunal Domini proderit, quod indicimus, aut infelix abundantia, aut probanda frugalitas, si ipsis tantum propriæ opes seruiunt, si eorum bonis nulli iuuantur pauperes, nulli fouentur infirmi: si de magnarum abundantia facultatum, non captiuus redemptionem, non peregrinus solatium, non exul sentit auxilium. Huiusmodi diuites, egentiores sunt omnibus egenis. Perdunt enim illos redditus, quos possunt habere perpetuos: & dum breui nec semper libero incumbunt vsui, nullo iustitiæ cibo, nulla misericordiæ suauitate pascuntur: foris splendidi, intus obscuro: abundantes temporalium, inopes æternorum: quia ipsi animas suas fame afficiunt, & nuditate honestant: qui de iis, quæ terrenis horreis commendarunt, nihil thesauris cælestibus intulerunt. Sed fortè sunt aliqui diuitem, qui licet nullis largitionibus pauperes Ecclesiæ soleant adiuuare: alia tamen mandata Dei custodiunt, & inter diuersa fidei & probitatis merita, venialiter sibi æstimant vnam deesse virtutem. Verùm hæc tanta est, vt sine illa cæteræ, etsi sint, prodesse non possint. Quamuis enim quis fidelis sit, & castus, & sobrius, & aliis moribus ornatus insignibus, misericors tamen si non est, misericordiam non meretur. Ait enim Dominus: *Beati misericordes, quoniam ipsorum miserabitur Deus.* Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & sederit in throno gloriæ suæ: & congregatis omnibus gentibus, bonorum & malorum fuerit facta discretio, in quo laudabuntur, qui ad dexteram Dei stabunt, nisi in operibus beneuolentiæ & charitatis officiis, quæ Iesus Christus sibi impensa reputabit? Quoniam qui naturam hominis suam fecit, in nullo se ab humana humilitate discreuit. Sinistris verò quid obicietur, nisi neglectus dilectionis, duritia inhumanitatis, & pauperibus misericordia denegata? quasi nec alias virtutes dexteri, nec alias offensiones habeant sinistri. Sed illo magno summòque iudicio tanti æstimabitur vel largitatis benignitas, vel tenacitatis impietas, vt plenitudine omnium virtutum, & pro summa omnium commissorum, & per vnum bonum isti introducantur in regnum, & per vnum malum illi mittantur in ignem æternum. Nemo igitur, dilectissimi, de vllis sibi bonæ vitæ meritis blandiatur, si illi defuerint opera charitatis: nec de sui corporis qualitate securus sit, qui nulla eleemosynarum purificatione mundatur. Eleemosynæ enim peccata delent, mortem perimunt, & poenam perpetui ignis extinguunt. Sed qui ab earum fructu fuerit va-

tribunal Domini proderit, quod indicimus, aut infelix abundantia, aut probanda frugalitas, si ipsis tantum propriæ opes seruiunt, si eorum bonis nulli iuuantur pauperes, nulli fouentur infirmi: si de magnarum abundantia facultatum, non captiuus redemptionem, non peregrinus solatium, non exul sentit auxilium. Huiusmodi diuites, egentiores sunt omnibus egenis. Perdunt enim illos redditus, quos possunt habere perpetuos: & dum breui nec semper libero incumbunt vsui, nullo iustitiæ cibo, nulla misericordiæ suauitate pascuntur: foris splendidi, intus obscuro: abundantes temporalium, inopes æternorum: quia ipsi animas suas fame afficiunt, & nuditate honestant: qui de iis, quæ terrenis horreis commendarunt, nihil thesauris cælestibus intulerunt. Sed fortè sunt aliqui diuitem, qui licet nullis largitionibus pauperes Ecclesiæ soleant adiuuare: alia tamen mandata Dei custodiunt, & inter diuersa fidei & probitatis merita, venialiter sibi æstimant vnam deesse virtutem. Verùm hæc tanta est, vt sine illa cæteræ, etsi sint, prodesse non possint. Quamuis enim quis fidelis sit, & castus, & sobrius, & aliis moribus ornatus insignibus, misericors tamen si non est, misericordiam non meretur. Ait enim Dominus: *Beati misericordes, quoniam ipsorum miserabitur Deus.* Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & sederit in throno gloriæ suæ: & congregatis omnibus gentibus, bonorum & malorum fuerit facta discretio, in quo laudabuntur, qui ad dexteram Dei stabunt, nisi in operibus beneuolentiæ & charitatis officiis, quæ Iesus Christus sibi impensa reputabit? Quoniam qui naturam hominis suam fecit, in nullo se ab humana humilitate discreuit. Sinistris verò quid obicietur, nisi neglectus dilectionis, duritia inhumanitatis, & pauperibus misericordia denegata? quasi nec alias virtutes dexteri, nec alias offensiones habeant sinistri. Sed illo magno summòque iudicio tanti æstimabitur vel largitatis benignitas, vel tenacitatis impietas, vt plenitudine omnium virtutum, & pro summa omnium commissorum, & per vnum bonum isti introducantur in regnum, & per vnum malum illi mittantur in ignem æternum. Nemo igitur, dilectissimi, de vllis sibi bonæ vitæ meritis blandiatur, si illi defuerint opera charitatis: nec de sui corporis qualitate securus sit, qui nulla eleemosynarum purificatione mundatur. Eleemosynæ enim peccata delent, mortem perimunt, & poenam perpetui ignis extinguunt. Sed qui ab earum fructu fuerit va-

Auarorum & prodigorum ægestas.

Matth. 9. Virtutes aliz absque misericordiz operibus non proficiunt. Matth. 25.

Eleemosynæ bona.

Sermo V. de collectis & eleemosynis.

Eleemosynæ ac temperantiæ bona quæ, virtutesque omnes non prodesse sine misericordiæ operibus.



POSTOLICÆ traditionis, dilectissimi, instituta seruantes, pastorali vos sollicitudine cohortamur, vt diem quem illi ab impiorum superstitione purgatū, misericordiæ operibus consecrarunt, deuotione religiosæ consuetudinis celebremus, ostendentes apud nos autoritatem patrum viuere, eorumque doctrinam in nostra obedientia permanere. Quoniam sancta tantæ constitutionis utilitas, non præterito tantū temporis, sed etiam nostræ prospexit ætati: vt quod illis profuit ad destructionem vanitatum, hoc nobis proficeret ad incrementa virtutum. Quid autem tam aptum fidei, quid tam conueniens pietati, quàm egentium iuuare pauperatatem? infirmorum curam recipere? fraternis necessitatibus subuenire? & conditionis propriæ in aliorum labore meminisse? In quo opere, quantum quis possit, quantumque non possit, solus veraciter ille discernit, qui nouit, quid quibusque contulerit. Non solum enim spirituales opes & dona cælestia Deo donante capiuntur, sed etiam terrenæ & corporeæ facultates ex ipsius largitate proueniunt, vt meritò rationem earum quæsiturus sit, quæ non magis possidenda tradidit, quàm dispensanda commisit. Muneribus igitur Dei iustè & sapienter vtendum est, ne materia boni operis fiat causa peccati. Nam diuitiæ quidem, quantum ad ipsas species earum atque substantias pertinet, bonæ sunt, & humanæ societati plurimum profunt, cum à beneuolis habentur & largis, nec illas aut luxuriosus prodigit, aut auarus abstrudit, vt tam pereant malè conditæ, quàm insipienter expensæ. Quamuis autem laudabile sit, intemperantiam fugere, & turpium voluptatum damna vitare, multique magnificè dedignentur facultates suas occultere, & in horreant parcitatem: non est tamen talium

B

C

D

Patrum traditiones.

Terrenarum facultatum non tam possessio quam dispensatio nobis commissa est.

Temperantiæ modus ac bonum.

cuius; erit ab indulgentia retribuētis alienus, dicente Solomone: *Qui obdurat auris ne audiat imbecillum; & ipse vocabit Dominum, & non erit qui exaudiat eum.* Vnde & Tobias filium suum præceptis pietatis instituens: *Ex substantia, inquit, tua fac elemosynam; & noli auertere faciem tuam ab illo paupere:* ita fiet, ut nec à te auertatur facies Dei. Hæc virtus omnes facit viles esse virtutes, quæ ipsam quoque fidem, ex qua iustus vivit, & quæ sine operibus mortua nominatur, sui admixtione viuificat. Quia sicut in fide est operum ratio: ita in operibus fidei fortitudo. Dum ergo tempus habemus, sicut ait Apostolus, operemur bonum: maximè autem ad domesticos fidei. Bonum autem facientes non deficiamus; tempore enim suo metemur. Præsens itaque vita tempus est messis, quando vnusquisque seminum fructus secundum rationis suæ percipiet quantitatē. De prouentu autem istius segetis nemo fallatur, quia animorum ibi magis quàm impendiorum mensura taxabitur: & tantum reddent exigua de exiguis, quantum magna de magnis. Et ideo, dilectissimi mi, satisfiat Apostolicis institutis. Et quia die Dominica; prima est futura collectio, omnes vos deuotioni voluntariæ præparate, ut vnusquisque secundum sufficientiam habeat in sacratissima oblatione consortiū. Exorabunt pro vobis & ipsæ elemosynæ, & ij, qui vestris muneribus iuuabuntur, ut ad omne opus bonum idonei semper esse possitis, in Christo Iesu Domino nostro, qui vivit & regnat per infinita sæcula sæculorum, Amen.

SERMO PRIMVS DE  
IEIUNIO DECIMI MEN-  
SIS & collectis.

*Creatio hominis vt fuerit ad Dei imaginem,  
quantumve oratio ieiunium, elemosyna nos Deo commendent.*



I fideliter, dilectissimi, atque sapienter creationis nostræ intelligamus exordium, inueniemus hominem ideo ad imaginem Dei conditum, ut imitator sui esset autoris: & hanc esse naturalem nostri generis

Homo autem ad imaginem Dei fit conditus.

dignitatem, si in nobis quasi in quodam speculo diuinæ benignitatis forma resplendet. Ad quam quotidie nos vtique reparat gratia seruatoris, dum quod cecidit in Adam primo, erigitur in secundo. Causa autem reparationis nostræ non est nisi misericordia Dei, quem non diligeremus, nisi si prius nos ipse diligeret, & tenebras ignorantie nostræ suæ veritatis luce discuteret. Quod per sanctum Elaiam Dominus denunciāns ait: *Adducam cecos in viam quam ignorabant, & semitas quas nesciebant faciam illos calcare. Faciam illis tenebras in lucem, & prana in directa. Hæc verba faciam illis, & non relinquam eos.* Et iterum: *Inuenimus sum, inquit, à non quærentibus me, & palam apparui eis, qui me non interrogabant.* Quod quomodo impletum sit, Ioannes Apostolus docet, dicens: *Scimus, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum, & simus in vero filio eius.* Et iterum: *Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Diligendo itaque nos Deus, ad imaginem suam nos reparat, & ut in nobis formam suæ bonitatis inueniat, dat vnde ipsi quoque quod operatur, operemur: accedens scilicet mentium nostrarum lucernas, & igne nos suæ charitatis inflammans, ut non solum ipsum, sed etiam quicquid diligit, diligamus. Nam si inter homines ea demum firma amicitia est, quam morum similitudo sociarit, cum tamen parilitas voluntatum sæpe in reprobos tendat affectus: quantum nobis operandum atque nitendum est, ut in nullo ab iis, quæ Deo sunt placita, discrepemus? De quo dicit Propheta: *Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius:* quia non aliter in nobis erit dignitas diuinæ maiestatis, nisi imitatio fuerit voluntatis. Dicente itaque Domino: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum,* suscipiat fidelis animā autoris sui atque rectoris immarcescibilem charitatem, totamque se etiam eius subiciat voluntati, in cuius operibus atque iudiciis nihil vacat à veritate iustitiæ, nihil à miseratione clementiæ. Quoniam et si magnis quis laboribus & multis fatigetur incommodis, bona est illi causa tolerandi, qui se aduersis vel corrigi intelligit, vel probari. Charitatis verò istius pietas perfecta esse non poterit, nisi diligatur & proximus. Quo nomine non ij tantum intelligendi sunt, qui nobis amicitia aut

Amicitia vera quæ fit.

Psalm. 19.

Matth. 23.

Proximus noster quis fit.

propinquitatem iunguntur, sed omnes profusus homines, cum quibus nobis natura communis est, siue illi hostes sint, siue socij, siue liberi, siue serui. Vnus enim nos conditor finxit, vnus nos creator animauit: eodem cuncti cælo & aëre, iisdem vtimur diebus & noctibus. Quumque alij sint boni, alij mali, alij iusti, alij iniusti; Deus tamen omnibus largitor, omnibus est benignus, sicut Lycanoni à Paulo & Barnaba Apostolis dicitur de prouidentia Dei, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gêtes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens eis de cælo, dans pluuiam & tempora fructifera, & implens cibo & iustitia corda nostra. Dedit autem nobis maiores diligendi proximum causas, Christianæ gratiæ latitudo, quæ se per omnes partes totius orbis extendens, neminem despectat, dum docet neminem negligendum. Et meritò etiam inimicos diligere, & pro persecutoribus sibi præcipit supplicari, qui ex omnibus quotidie gentibus fractis oliuæ suæ ramis, germen inferens oleastri, de inimicis reconciliatos, de alienis adoptiuos, de impiis facit iustos, vt omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Cùm ergo Deus bonos nos esse velit, quia bonus est, nihil nobis debet de eius iudicij displicere. Nam non per omnia illi gratias agere, quid est aliud, quàm ex quadam eum parte reprehendere? Audet plerumque humana insipientia aduersus creatorem suum, non solum de inopia, sed etiam de copia, murmurare: vt & quum aliquid non suppetit, querula, & quum quædam exuberant, sit ingrata. Multæ messis Dominus, horreorum suorum plenitudinem fastidiuit, & ad copiam vindemiæ affluens ingemuit: nec de magnitudine fructuum gratulatus, sed de vilitate conquestus est. Si autem parcior fuerit in susceptis terra feminibus & castigatione prouentu vites oleæque defluerint, accusatur annus, arguuntur elementa, & nec aëri parcitur nec cælo, quum fideles & pios discipulos veritatis nihil magis commendat & munit, quàm perseverans in Deum indefessa laudatio, dicente Apostolo: *Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hac enim voluntas Dei est in Christo Iesu in omnibus nobis.* Huius autem deuotionis quemadmo-

adum poterimus esse particeps, nisi rerum varietas constantiam mentis exerceat? vt amor directus in Deum, nec inter secunda superbiat, nec inter aduersa deficiat. Quod placet Deo, placeat & omnibus nobis, de omni mensura munerum eius gaudeamus. Qui bene vsus est magnis, vtatur bene & modicis. Tam nobis copia, quàm parcitate consulitur. Nec in spiritalibus lucris angustia grauabimur fructuum, si fecunditas non arefcat animorum. Oriatur de cordis agro, quod terra non dedit. Semper illi, quod largiatur, occurrit, cui bene velle non deficit. Ad omnia igitur, dilectissimi, opera pietatis, omnium nobis qualitas proffit annorum, nec beneuolentiam Christianam difficultas temporalis impediatur. Nouit Dominus vasa hospitali viduæ in opus pietatis suæ vacuata complere: nouit aquas in vina conuertere: nouit de paucissimis panibus quinque millia esurientium saturare populorum. Et ille, qui in suis pascitur, quæ potuit augere dando, potest multiplicare sumendo. Tria verò sunt, quæ maximè ad religiosas pertinent actiones, oratio scilicet, ieiunium, & elemosyna, quibus exercendis omne quidem tempus acceptum, sed illud est studiosius obseruandum, quod Apostolicis accepimus traditionibus consecratum: sicut etiam decimus hic mensis morem refert veteris instituti, vt tria illa, de quibus locutus sum, diligentius exequamur. Oratione enim propiciatio Dei quaeritur, ieiunio concupiscentia carnis extinguitur, elemosynis peccata redimuntur, simulque per omnia Dei in nobis imago renouatur, si & in laudem eius semper parati, & ad purificationem nostram sine cessatione solliciti, & ad sustentationem proximi indefinenter sumus intenti. Hæc triplex obseruantia, dilectissimi, omnium virtutum comprehendit effectus. Hæc ad imaginem & similitudinem Dei peruenit, & à Spiritu sancto inseparabilis facit. Quia in orationibus permanet fides recta, in ieiunio innocens vita, in elemosynis mens benigna. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato autem apud beatissimum Apostolum Petrum vigilias celebremus: qui & orationes, & ieiunia, & elemosynas nostras, precibus suis dignabitur adiuuare, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & sancto Spiritu viuunt & regnant in sæcula sæculorum, Amen.

Act. 14.

Matth. 5.  
Rom. 12.

Philip. 2.

Matth. 9.  
Lucæ 16.

1. Thess. 5.

4. Reg. 4.  
Ioan. 2.  
Ioan. 6.Tria potissimum  
miseratione  
diæ opera.

Dan. 4.

Intercessio  
sanctorum.

*Sermo II. de ieiunio decimi mensis, & collectis eiusdem.*

Ieiunium mensis Septembris cur institutum, eiusque efficacia.



Q V O D temporis ratio & deuotionis nostræ admonet consuetudo, pastorali vobis, dilectissimi, sollicitudine prædicamus, decimi mensis celebrandum esse ieiunium, quo pro consummata perceptione omnium fructuum, dignissimè largitori eorum Deo, continentix libamen offeratur. Quid enim potest efficacius esse ieiunio? cuius obseruantia appropinquamus Deo, & resistentes diabolo, vitia blanda superamus. Semper virtuti cibus ieiunium fuit. De abstinentia prodeunt castæ cogitationes, rationabiles voluntates, salubriora consilia. Et per voluntarias afflictiones caro concupiscentiis moritur, virtutibus spiritus innovatur. Sed quia non solo ieiunio animarum nostrarum salus acquiritur, ieiunium nostrum misericordix pauperum suppleamus. Impendamus virtuti, quod subtrahimus voluptati. Fiat refectio pauperis, abstinentia ieiunantis. Studeamus viduarum defensionis, pupillarum vtilitati, lugentium consolationi, dissidentium paci. Suscipiatur peregrinus, adiuuetur oppressus, vestiatur nudus, foueatur ægrotus, vt quicumque nostrum de iustis laboribus auctori bonorum omnium Deo sacrificium huius pietatis obtulerit, ab eodem regni cælestis præmium percipere mereatur. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus. Sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum pariter vigilemus, cuius suffragantibus meritis, quæ poscimus, impetrare possumus, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & sancto Spiritu viuunt & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

*Sermo III. de ieiunio decimi mensis, & de elemosynis eiusdem.*

Ager dominicus vt fide muniatur, ieiuniis exerceatur, elemosyna feratur, orationibusque fecundetur.



I N dominico agro, dilectissimi, cuius operarij sumus, oportet nos prudenter atque vigilanter spiritalem exercere culturam, vt persecueranti industria, quæ legitimis tempora-

libus sunt exequenda, curantes, de sanctorum operum fruge lætemur. Quæ si pigro ocio & inerti desidia negligantur, terra nostra nihil generosi germinis pariet, & spinis ac tribulis subdita, non producet quæ condenda sint horreis, sed quæ vræda sint flammis. Ager autem iste, dilectissimi, torante desuper gratia Dei, fide munitur, ieiuniis exercetur, elemosynis seritur, orationibus fecundatur, vt inter plantationes rigationesque nostras, nullius amantitudinis radix pullulet, nec se incrementa cuiusque noxæ stirpis attollant, sed enecato omni semine vitiorum, conualescat seges læta virtutum. Ad quam diligentiam omni quidem nos tempore pietatis magister adhortatur, sed in his diebus, qui huic operi sunt specialius præstituti, maior animositas & cura est excitanda feruentior, ne quod pium est agere non indictum, impium sit negligere prædicatum. Decimi itaque mensis ieiunium, ad quod charitatem vestram religioso proposito nouimus præparatam, vnanimiter auxiliante CHRISTO celebrantes, hortamur Diabolus bene operantibus magis insidiat. monentes, vt vnusquisque secundum mensuram possibilitatis quam accepit à Deo, in bonis operibus enitescat. Quia & inimici nostri, qui nostra sanctificatione torquentur, in his diebus, quos ad maiorem obseruantiam nobis dispositos esse nouerunt, vehementius sauiunt, & subtiliore insidiantur astutia, vt aliis immittendo merum inopix de largitatis expensis, aliis immittendo tristitiam de labore ieiunij, quàm plurimos à consortio huius deuotionis abducant. Contra quas tentationes, dilectissimi, vigilet in nobis pij cordis intentio, & à Christianis mentibus cogitationes dissidentix repellantur. Modicum est enim, quod pauperi satis est. Nec victus illius, nec vestitus onerosus est. Vile enim est, quod esurit: vile est, quod sitit: & nuditas, quæ indiget operiri, non poscit ornari. Et tamen Dominus noster tam pius operum nostrorum arbiter, tam benignus est æstimator, vt etiam pro calice aquæ frigidæ sit præmiû redditurus. Et quia iustus inspector est animum, non impendium solum operis, sed etiam affectû est remuneraturus operantis, per Christum Dominum nostrum.

*Sermo IV. de ieiunio decimi mensis, & de eleemosynis eiusdem.*

Ieiunium in utroque testamento obseruatum quid valeat contra peccata.



**C**ONFIDENTER vos, dilectissimi, ad opera pietatis hortamur, quia experimentis didicimus, libenter vos suscipere, quod monemus. Scitis nam-

que, & Deo docente cognoscitis, ad æternū vobis gaudium profuturam diuinorum obseruantiam mandatorum. In quibus exequendis quia humana fragilitas plerumque lassescit, & in multis per lubricum suæ infirmitatis offendit, misericors & pius Dominus remedia nobis & adiutoria dedit, per quæ veniam obtinere possimus. Quis enim tot illecebras mundi, tot insidias diaboli, tot denique pericula suæ mutabilitatis euaderet, nisi clementia æterni regis mallet nos

reparare, quam perdere? Nam & qui iam redempti, iam regenerati filij lucis effecti sunt, quamdiu tamen in hoc mundo, qui totus in maligno positus est detinentur: quamdiu infirmitati carnis, corruptibilia & temporalia blandiuntur, non possunt istos dies sine tentatione transire. Nec facile prouenit cuiquam tam infrequenta victoria, vt inter multos hostes frequentisque confidit, etiamsi sit liber à morte, sit quoque immunis à vulnerere. Curandis igitur læsionibus, quas sæpe incidunt, qui cum inuisibili hoste confligunt, trium maximè remediorum est adhibenda medicina: in orationis instantia, in castigatione ieiunij, in eleemosynæ largitate. Quæ cum pariter exercentur, Deus propiciatur, culpa deletur, tentator eliditur. Et iis quidem præsidij semper fidelis anima debet accingi, sed tunc studiosius præparari, cum ij adsunt dies, qui propriè sunt ad hæc pietatis officia præstituti. De quorum ordine est etiam decimi huius mensis solenne ieiunium: quod non ideo negligendum est, quia de obseruantia veteris legis adsumptū est, tanquam hoc de illis sit, quæ inter discretionēs ciborum, inter baptismatum differentias, & auium pecudumque hostias esse destiterunt. Illa enim quæ rerum futurarum figuras gerebant, impletis, quæ significauerit, finita sunt. Ieiuniorum verò utilitatem, noui testamenti gratia non remouit. Et continentiam corpori atque animæ semper profuturā, pia obseruatione suscepit. Quoniam sicut permanet apud intelligentiam

Christianam: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias.* Et: *Diliges proximum tuum sicut teipsum, & cætera talium mandatorum: ita quod in eisdem libris de ieiuniorum sanctificatione & curatione præceptum est, nulla interpretatione vacuatur. In omnium enim tempore, omnique vita huius sæculi, ieiunia nos contra peccata faciunt fortiores, ieiunia concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutrient: si tamen in societatem sibi beneuolentiam charitatis adsumant, & in operibus misericordiz se prudenter exercent. Ieiunium enim sine eleemosyna, non tam purgatio animæ, quam carnis afflictio est, magisque ad auaritiam, quam ad continentiam referendum est, quando aliquis sic à cibo abstinet, vt etiam à pietate abstineat. Nostra ergo ieiunia, dilectissimi, abundant fructibus largitatis, & in pauperes CHRISTI benignis sint secunda muneribus. Nec tardentur in hoc opere mediocres, quia parum sit, quod possint de sua facultate decerpere. Nouit Dominus omnium vires, & scit iustus inspektor, de qua mensura quisque quid tribuat. Dissimiles quidem substantiæ, similes erogationes habere non possunt. Sed æquatur plerumque merito, quod distat impendio. Qui potest esse par animus, etiam vbi impar est sensus? Hæc itaque vt adiuuante Deo pia deuotione curentur, quarta & sexta feria ieiunemus. Sabbato verò apud beatum Petrum Apostolum vigilias celebremus, cuius orationibus adiuti, in omnibus misericordiam Dei mereamur.*

*Sermo V. de ieiunio decimi mensis, & de eleemosynis eiusdem.*

Ieiunij & eleemosynarum fructus, ac hæreticorum prodigiosa seruitus.

**D**IVINITAS quidem, dilectissimi, gratiæ Dei hoc quotidie operatur in cordibus Christianis, vt omne desiderium nostrum à terrenis ad cælestia transferatur. Sed & præsens vita per creatoris opem ducitur, & per ipsius prouidentiam sustinetur: quia idem est largitor temporalium, qui promissor est æternorum. Sicut enim pro spe felicitatis, ad quam per fidem currimus, gratias Deo agere debemus, quòd ad perceptionem tantæ præparationis euehimur: ita pro iis quoque commodis, quæ singulorum annorum reuolutione consequimur,

Pugna cõtinua Christianorum. I. Ioan. y.

Ieiunium licet in veteri testamento sit obseruatum, tamen etiam nouo obseruandum est.

quimur, Deus à nobis honorandus atque laudandus est, qui sic terræ fecunditatē ab initio dedit: sic parientorum fructum leges in quibusque germinibus & seminibus ordinavit, ut nunquam sua instituta desereret, sed in rebus conditis benigna conditoris administratio permaneret. Quicquid ergo ad usum hominum segetes, vineæ, oleæque pepererint, totum hoc diuinæ bonitatis largitate profudit: quæ elemētorum qualitate variata, dubios agricolarum labores clemēter adiuvat, ut utilitatibus nostris venti & imbres, frigora & æstus, dies noctesque seruiunt. Non enim sibi ad effectum operum suorum humana ratio sufficeret, nisi plantationibus & rigationibus solitis Deus incrementa præberet. Vnde plenum pietatis atque iustitiæ est, ut de iis quæ nobis cælestis pater misericorditer contulit, nos quoque alios adiuuemus. Sunt enim plurimi, qui nullam in agris, nullam in vineis, nullam habent in oleis portionem, quorum inopiæ de ea, quam Dominus dedit, copia consulendum est, ut & ipsi nobiscum Deo pro terræ fecunditate benedicant, & gaudeant possidentibus fuisse donata, quæ etiam pauperibus ac peregrinis fuerunt facta communia. Felix est illud horreum, & omnium fructuum multiplicatione dignissimum, de quo egentium & debiliū saturatur esuries, de quo releuatur peregrini necessitas, de quo desiderium fouetur infirmi. Quos ideo sub diuersis molestiis iustitia Dei laborare permisit, ut & miseros pro patientia, & misericordes pro beneuolentia coronaret. Huic autem operi, dilectissimi, cum omnia opportuna sint tēpora, hoc nunc præcipuè aptum est atque conueniens, in quo sancti patres nostri diuinitus inspirati, decimi mensis sanxerunt ieiunium, ut omnium fructuum collectione conclusa, rationabilis Deo abstinentia dicaretur: & meminisset quisque ita uti abundantia, ut & circa se abstinentior, & circa pauperes esset effusior. Efficacissima enim pro peccatis deprecatio est in elemosynis atque ieiuniis, & velociter ad diuinam conscendit aures talibus oratio eleuata suffragiis.

**Q**uoniam, sicut scriptum est, *anima sua benefacit vir misericors*, & nihil vniuscuiusque tam proprium, quam quod impendit in proximum. Pars enim corporalium facultatum, quæ indigentibus ministratur, in diuitias transit æternas: & illæ opes de hac largitate pariuntur, quæ nullo usu minui, nulla poterunt corruptione violari. Beati autē misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus: & ipse erit illis summa præmij, qui est forma præcepti. Inter hæc autem,

**A** dilectissimi, opera pietatis, quæ nos Deo magis magisque commendant, dubium non est, quin hostis noster, nocendi cupidus & perurus, acrioribus inuidiæ stimulis incitetur: ut quos apertis & cruetis persecutionibus impugnare non sinitur, sub falsa Christiani nominis professione corrumpat, habens hæreticos huic operi seruiētes, quos à Catholica fide deuos, sibi que subiectos, militare in castris suis sub diuersis erroribus fecit. Et sicut decipiendis primis hominibus ministrum sibi serpentis adsumpsit: ita horum linguæ ad seducendos rectorū animos, veneno suæ falsitatis armauit. Sed iis insidijs, dilectissimi, pastoralis sollicitudine, in quantum Dominus auxiliatur, occurrimus. Et ne quid de sancto grege pereat, præcauētes, paternis vos denunciationibus admonemus, ut labia iniqua & linguam dolosam, à quibus animam suam Propheta liberari postulat, declinetis: quoniam sermo eorum, sicut ait beatus Apostolus, serpit ut cancer. Humiliter irepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latenter occidunt. Veniunt enim, sicut Saluator prædixit, sub vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces: quia non possent veras & simplices oves fallere, nisi Christi nomine tegerent rabiem bestialem. In iis autem omnibus operatur, qui cum sit veræ illuminationis inimicus, in lucis se angelum transfiguratur. Huius arte Basilides, huius Marcio callet ingenio, hoc duc agitur Sabellius, hoc præcipitur rectore Photinus, huius potestati famulatur Arius, huius spiritui seruit Eunomius. Tota denique bestiarum talium cohors hoc præfide ab Ecclesiæ unitate discessit, hoc magistro à veritate desciuit. Sed cum in cunctis peruersitatibus multiformè teneat principatum, arcem tamen sibi in Manichæorum struxit insania, & latissimam in eis aulam, in qua se exultantius iactaret, inuenit, ubi non vnus prauitatis speciem, sed omnium simul errorum impietatumque mixturam generaliter possideret. Quod enim in pagani propheta, quod in Iudæis carnalibus cecum, quod in secretis magicæ artis illicitum, quod denique in omnibus hæresibus sacrilegum atque blasphemum est, hoc in istos, quasi in sentinam quandam cum omnium sordium concreione confluit. Vnde vniuersas eorum impietas ac turpitudines enarrate, perlongum est. Superat enim verborum copiam criminum multitudo. Et quibus ad indicandum pauca sufficiunt, ut de iis quæ audieritis, etiam illa, quæ verecundè prætermittimus, æstimetis. De sacris tamen eorum, quæ apud illos tam obscœna sunt, quam nefanda, quod

Hæretici  
ministri  
diaboli.

Genes. 3.

Psal. 119.

2. Tim. 2.

Matth. 7.

Hæretici  
mentuntur  
se Christianos.

Manichæorum  
impie-  
tas.

Manichæorum  
facin-  
cia.

Elemosyna  
fructus.

Prou. 11.

Matth. 5.

inquisitioni nostræ Dominus manifestare voluit, nõ tacemus, ne quisquam putet nos de hac re dubiæ famæ & incertis opinionibus credidisse. Residentibus itaque mecum Episcõpis ac presbyteris, ac in eundem confessum Christianis viris ac nobilibus congregatis, electos & electas eorum iussimus præsentari. Qui quum de peruersitate dogmatis sui & de festiuitatum suarum consuetudine multa referarent, illud quoq. scelus, quod eloqui verecundum est, prodiderunt, quod tanta diligentia inuestigatũ est, vt nihil minus credulis, nihil obrectatoribus relinqueretur ambiguum. Aderat enim omnes personæ, per quas infandum facinus fuerat perpetratum, puella scilicet vt multũ B decennis, & duæ mulieres, quæ ipsam nutrierant, & huic sceleri præpararant. Præsto erat etiam adolescentulus vitiator puellæ, & Episcopus ipsorum detestandi criminis ordinator. Omnium par fuit horum & vna cõfessio, & patefactum est execratum, quod aures nostræ vix ferre potuerunt. De quo ne apertius loquentes, castos offendamus auditus, gestorũ documenta sufficiunt: quibus plenissimè docetur nullam in hac secta pudicitiam, nullam honestatem, nullam penitus reperiri castitatem, in qua lex est mendacium, diabolus religio, sacrificium turpitudine. Hos itaque homines, dilectissimi, per omnia execrabiles atq. pestiferos quos aliarum regionũ perturbatio nobis intulit crebriores, ab amicitia vestra penitus abdicare, vosque præcipuè mulieres à talium notitia & colloquiis abstinete: nedũ fabulosis narrationibus incautus delectatur auditus, in diaboli laqueos incidatis. Qui sciens, quod primum virum mulieris ore seduxerit, perq. femineam credulitatem omnes homines à paradisi felicitate deiecerit, vestro nunc quoque sexui securiore insidiatur astutia, vt eas, quas sibi potuerit per ministros suæ falsitatis illicere, & fide spoliare & pudore. Illud quoque vos, dilectissimi, obsecrans moneo, vt si cui vestrum innotuerit, vbi habitent, vbi doceant, quos frequentent, & in quorũ societate requiescant, nostræ sollicitudini fideliter indicetis: quia parum prodest vnicuique, quod proegente Spiritu sancto ab istis ipse non capitur, si cum aliis capi intelligit, non mouetur. Contra communes hostes pro salute communi, vna communis debet esse vigilantia: ne de alicuius membri vulnere etiam alia possint membra corrumpi: & qui tales non prodendos putant, in iudicio Christi inueniantur rei de silentio, etiam si non, contaminantur assensu. Adsumite igitur religiosæ sollicitudinis pium ze-

Hæretici  
prodendi  
sunt.

alum, & contra saeuissimos animarum hostes, omnium fidelium cura consurgat. Ideoque enim misericors Deus quandam nobis partem prodidit hominum noxiorum, vt manifestato periculo, excitaretur diligentia cautionis. Non sufficiat, quod actum est, sed eadem inquisitio perseueret: quæ hoc auxiliante Deo consequitur, vt non solum, qui recti sunt, incolumes perseuerent, sed etiam multi, qui diabolica seductione decepti sunt, ab errore reuocentur. Vestræ autem orationes & elemosynæ atque ieiunia, misericordie Deo per hanc ipsam deuotionem sacratius \* adferentur: cum etiam hoc opus fidei ad offerentur. omnia officia pietatis accesserit. Quarta igitur & sexta feria ieiunemus: Sabbato autem apud præsentem beatissimum Apostolum Petrum vigiliis celebremus. Qui sicut experimur & credimus, pro commendatis sibi à Domino ouibus indefinenter pastorales prærendit excubias, exoraturus deprecationibus suis, vt Ecclesia Dei, quæ ipsius est prædicationibus instituta, ab omni errore sit libera: per Christum Dominum nostrum, Amen.

Intercessio  
sanctorum.

Sermo VI. de ieiunio decimi mensis,  
& de misericordie operibus.

*Morbis auaritiæ quæ, & fructus elemosynarum ac ieiuniorum Christianorum.*



VANGELICIS functionibus dilectissimi, multum \* auctoritatis præbet doctrina legalis, cū quædam de mandato veteri ad nouam obseruantiam transferuntur: & ex ipsa Ecclesiastica deuotione demonstratur, quod Dominus Iesus Christus non venit legem soluere, sed adimplere. Cessantibus enim significationibus, quibus Saluatoris nostri nuntiabatur aduentus: & peractis figuris, quas abstulit ipsa præsentia veritatis, ea quæ vel ad regulas morum, vel ad simplicem Dei cultum ratio pietatis instituit, in eadem apud nos forma, in qua sunt condita, perseuerant: & quæ vtrique testamento erant congrua, nulla sunt commutatione variata. Ex his autem est etiam decimi mensis solenne ieiunium, quod à nobis nunc annua est consuetudine celebrandum: quia plenum iustitiæ est atque pietatis, gratias diuinæ agere largitati pro fructibus, quos in vsus hominum secundum summæ providentiæ temperamentum terra produxit. Quod vt prompto animo nos facere monstramus, non solum continentiam ieiunij, sed

CAP. I.  
Vtilitatis.

Matth. 1.  
Vetus lex  
in noua  
impletur.

Lucæ 6.  
Elemofy-  
narum vti-  
litas.

humanitas.  
CAP. II.

Lucæ 6.

1. Cor. 4.

Pfal. 48.

Auaritiz  
morbus.

CAP. III.  
Fœnerato-  
ris malum.

etiam elemofynarum curam oportet affu-  
mi: vt de terra quoque cordis noſtri, germen  
iuſtitiz & fructus charitatis oriatur, & miſe-  
ricordiam Dei pauperum ipſius miſerendo  
mereamur. Efficaciſſima enim eſt ad exorã-  
dum Deum poſtulatío, cui pietatis opera  
ſuffragantur: quoniam qui ſuum ab inope  
non auertit animum, cito ad ſe Domini con-  
uertit auditum, dicente Domino: *Eſſote mi-  
ſericordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Di-  
mittite, & dimittetur vobis.* Quid hac iuſtitia  
benignius? Quid hac retributione clemen-  
tius, vbi ſententia iudicatori in poteſtate po-  
nitur iudicandi? *Date, inquit, & dabitur vo-  
bis.* Quàm citò, diffidentiz ſollicitudo & a-  
uaritiz eſt amputata cunctatio: vt quod red-  
dituram ſe promittit veritas, ſecura expen-  
dat \* humilitas. Conſtans eſto, Chriſtiane  
largitor, da quod accipias: ſere quod metas:  
ſparge quòd colligas. Noli metuere diſpen-  
dium, noli de dubio ſuſpirare prouentu. Sub-  
ſtantia tua cum bene erogatur, augetur: &  
concupiſcere iuſtum miſericordiz lucrum,  
æterni quæſtus eſt ſectari commercium. Mu-  
nerator tuus vult te eſſe munificum, & qui  
dat vt habeas, mandat vt tribuas dicens:  
*Date & dabitur vobis.* Amplectenda eſt tibi  
promiſſionis iſtius gratulanda conditio.  
Quamuis enim non habeas, niſi quod acce-  
peris: non poteſt tamen non habere, quod  
dederis. Qui ergo pecunias amat, & multi-  
plicare opes ſuas immodicis optat augmen-  
tis, hoc potius ſanctum fœnus exerceat, &  
hac uſurarum arte diteſcat, vt non hominũ  
laborantium capret neceſſitates, ne per do-  
loſa officia laqueos incidat inſolubilem de-  
bitorum, ſed illius ſic creditor, illius fœnera-  
tor, qui dicit: *Date, & dabitur vobis, & Qua  
meſura meſi fueritis, eadem remetietur vobis.*  
Infidelis autem & iniquus eſt etiam ſibi, qui  
quod æſtimat diligendum, non vult habere  
perpetuum. Quantalibet adiiciat, quantali-  
bet condat & congerat, inops de hoc mũ-  
do & egenus abſcedet, dicente Dauid Prop-  
heta, *Quoniam cum interierit, non accipiet om-  
nia, neque descendet cum eo gloria eius.* Qui ſi  
benignus eſſet animæ ſuz, illi bona ſua cre-  
deret, qui & idoneus fideiuſſor eſt pauperũ,  
& largiſſimus redditor uſurarum. Sed iniu-  
ſta & impudens auaritia, quæ beneficium ſe  
dicit præſtare, cum decipit, non credit Deo  
veraciter promittenti, & credit homini tre-  
pidè paciſcenti: Dumque certiora exiſtimat  
præſentia quàm futura, meritò in hoc frè-  
quenter incurrit, vt ei cupiditas iniuſti lucri  
non iniuſti cauſa ſit damni. Vnde quilibet  
ſequatur euentus, mala ſemper eſt ratio fœ-  
nerantis, cui pecuniã & minuiſſe & auxiſſe

A peccatum eſt: vt aut miſer ſit amittendo  
quod dedit, aut inferior accipiendo quod  
non dedit. Fugienda proſus eſt iniquitas  
fœnoris: & lucrum, quod omni caret huma-  
nitate, vitandum eſt. Multiplicatur quidem  
facultas iniuſtis & triſtibus incrementis, ſed  
mentis ſubſtantia contabefcit: quoniam fœ-  
nus pecuniæ, funus eſt animæ. Quid enim  
de huiusmodi hominibus ſentiat Deus, ſa-  
cratiſſimus Propheta Dauid manifeſtat. *Qui  
cum diceret, Domine quis habitabit in taber-  
naculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?*  
reſponſo diuinæ vocis inſtruitur, & cum ad  
æternam requiem pertinere cognoviſſet, qui  
inter alias piæ conuerſationis regulas, pecu-  
niam ſuam non dedit ad uſuram: & à taber-  
naculo Dei oſtenditur alienus, & à ſancto  
monte eius extraneus, qui dololum quæſtũ  
de pecuniæ ſuz captat uſuris: & dum per  
aliena cupit damna ditari, æterna dignus eſt  
egeſtate puniti. Vos itaque, dilectiſſimi, qui  
ex toto corde promiſſionibus Domini cre-  
dididiſtis, fugientes auaritiz lepram immu-  
diſſimam, donis Dei piè & ſapienter vtimi-  
ni. Et quoniam de ipſius largitate gaudetiſ-  
tis, date operam vt poſſitis gaudiorum veſtrorũ  
habere conſortes. Multis enim, quæ vobis  
ſupperunt, deſunt: & in quorundam indi-  
gentia, materia vobis data eſt diuinæ boni-  
tatis imitandæ: vt per vos etiam in alios be-  
neſicia diuina tranſirent, & benè diſpenſan-  
tes temporalia, acquireretis æterna. Quarta  
igitur & ſexta Feria ieiunemus: Sabbatho au-  
tem apud beatiffimum Petrum Apoſtolum  
vigilemus, cuius orationibus nobis per om-  
nia obtineatur diuina protectio, per Chriſtũ  
Dominum noſtrum, Amen.

### Sermo VII. de ieiunio decimi menſis & elemofynis.

*Vt homo Chriſtianus impugnetur aſidue,  
quæque ſint piis arma contra inmi-  
ſibiles hoſtes.*

**R**ESPONDIA militiz Chriſtiane  
dilectiſſimi, ſanctificandis men-  
tibus noſtris atq; corporibus di-  
uinitus inſtituta, idèd cum diuini  
temporũq; curriculum ſine ceſſatione repa-  
rantur: vt infirmitatum noſtrarum ipſa nos  
medicina commoneat. Natura quippe mu-  
tabilis & de peccati labe mortalis, licet eti-  
am redempta & ſacro Baptiſmate ſit ren-  
ta: in quantum eſt paſſibilis, in tantum eſt  
deteriora procius, corrumpeturq; ca-  
li deſiderio, niſi ſpiritali muniretur aux

quia sicut illi nunquam deest, unde corrumpatur: ita semper præsto est, unde subsistat, dicente Apostolo, *Fidelis enim Deus, qui vos non patitur tentari supra id, quod potestis, sed faciet pronentum, ut possitis sustinere.* Quamuis ergo Dominus protegat bellatores, & milites suos ille, qui potens est in prælio, cohortetur & dicat, *Nolite timere, quia ego vici mundum:* sciendum tamen est, dilectissimi, hoc incitamento formidinem sublata esse, non pugnam, & retulo aculeo timoris, causam manere certaminis: quod ab hoste versuto, terribiliter quidem furore persecutionis mouetur, sed innocentibus specie pacis inferitur. Vbi enim in aperto sunt pugne, in manifesto sunt & coronæ. Et hoc ipsum alit atque accendit patientiæ fortitudinem: quod sicut proxima est tribulatio, ita est & vicina promissio. Cessantibus verò publicis impugnationibus impiorum, & à cædibus ac suppliciiis fidelium diabolo continente, ne pertinacia crudelitatum, multiplicatio nostrorum fieret triumphorum: Fremunt aduersarius, & cruentas inimicitias ad quietas conuertit insidias: ut quos vincere fame & gelu, flammis ferroque non poterat, ocio tabefaceret, cupiditatibus irretiret, ambitione inflaret, voluptate corrumperet. Sed iis malis atque aliis omnibus destruendis habet acies Christiana potentes munitiones & arma victoricia, Deo scilicet instruente milites suos, ut spiritu veritatis, mansuetudo iram, largitas auaritiam, benignitas extinguat inuidiam. Commutante enim dextera Excelsi corda mulcorum, rediit in nouitatem vetustas, & de famulis iniquitatis ministri prodire iustitiæ. Subegit luxuriam continentia, humilitas arrogantiam propulsauit: & qui impudicitia sorduerant, castitate niuerunt. His autem conuersionibus, dilectissimi, prouidente gratia Dei, addita sunt sancta ieiunia, quæ in quibusdam diebus ab vniuersa Ecclesia deuotione obseruantia generalis exigent. Quamuis enim pulchrum sit atque laudabile, ut singula quæque membra corporis Christi propriis ornentur officiis: excellentioris tamen est actionis sacrationisque virtutis, cum in vnum propositum pie plebis corda concurrunt: ut illi cui sanctificatio nostra supplicium est, non solum à patre, sed etiam à soliditate superetur. Cui nunc operi, dilectissimi, decimus mensis offertur, admonens quodammodo pro qualitate temporis sui, ne quisquam frigore infidelitatis obtorpeat, sed potius charitatis spiritu concaleseat. Quonia & per ipsa elementa mundi, tanquam per publicas paginas, significationem diuinæ voluntatis accipimus: nec

vnquam cessat superna eruditio, quando etiam de iis, quæ nobis famulantur, imbuimur. Præter illam namque Apostolicam sententiam, qua homines fructu pietatis carentes, vacuis arboribus comparantur, etiã illa ficus nobis cauenda est de suæ infæcunditatis exemplo, quam Dominus Iesus, sicut Euangelium refert, nihil habentem, quod esuriens sumeret, perpetua sterilitate damnauit: ut intelligeremus, quoniam qui esurientem non refouet egenum, illi denegat cibum, qui quod pauperi est datû, sibi dixit impensum. Et huius maledictionis arbores erunt, quibus à iudicante dicetur, *Discedite à me maledicti in ignem æternum; quem præparauit pater meus diabolo & angeli eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c.* Quæ ideo singula recoluntur, ut aduertamus non futurum extra misericordiam, qui vel partem horum operum fuerit exsecutus. Anima autem neminem iuuans, erit arbor non habens poma, cum totius fructu pietatis inuenietur aliena. Decimi ergo mensis ieiunium, quod hyemalis est temporis, ad agriculturam nos mysticam vocat: qua segetum & palmitum atque arborum vires, quibus humana sustentatur infirmitas, spiritualibus studiis excolantur: ut Dominicus ager suis ditetur impendiis, & quem nunquam expedit esse sine fructu, de propria fiat vbertate fecundior. Quod utiq. intelligit sanctitas vestra, ad totius Ecclesiæ profectum esse referendum: quorum in fide germen est, in spe incrementum, in charitate maturitas: quia castigatio corporis, & instantia orationis, tunc veram obtinent puritatem, cum eleemosynarum sanctificatione nitescunt, dicente Domino, *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Quarta igitur & sexta Fera ieiunemus: Sabbato autem apud beatissimum Petrum Apostolû vigiliis celebremus, ipso præstante & adiuuante, qui cum Patre & sancto Spiritu viuit & regnat per omnia sæcula sæculorum, Amen.

### Sermo VIII. de ieiunio decimi mensis, & eleemosynis.

*Ieiuniorum Christianorum tempora quæ sint, de quæ duplici ieiunio.*



**M** de aduentu regni Dei, & de mundi fine ac temporum, discipulos suos Saluator instrueret, totamque Ecclesiam suam in Apostolis erudiret: *Caute,* inquit, *ne forte grauentur corda vestra in crapula &*

Psalm. 23.  
Ioan. 16.  
Pugnandû  
homini cõ-  
tinuè.

CAP. II.

Arma Christi-  
anorum.

Matth. 21.  
Pena eor-  
um, qui  
elemosy-  
nas non fe-  
cerunt.

Matth. 25.

Luc. 11.

Luc. 11.

Matth. 7.

*ebrietate, & cogitationibus secularibus. Quod A*  
 vitique præceptum; dilectissimi, ad nos  
 specialius pertinere cognoscimus: quibus  
 denunciatus dies etiam si esto occultus, non  
 dubitatur esse vicinus. Ad cuius aduentum  
 omnem hominem conuenit præparari:  
 ne quem aut ventri deditum; aut curis se-  
 cularibus inueniat implicatum. Quotidia-  
 no enim, dilectissimi, experimento proba-  
 tur; potus fatiatate aciem mentis obtundit,  
 & ciborum nimietate vigorem cordis he-  
 betatis ita vt delectatio edendi, etiam cor-  
 porum contraria sit salutis, nisi ratio tempe-  
 rantie obstat illecebræ, & quod futurum  
 est oneri subtrahat voluptati. Quamuis e-  
 nim sine anima nihil caro desideret, & inde  
 accipiat sensus, vnde sumit & motus: eius-  
 dem tamen est animæ, quædam sibi subdi-  
 tæ negare substantiæ, & interiori iudicio,  
 ab inconuenientibus exteriora frenare, vt  
 à corporeis cupiditatibus sæpius libera, in  
 aula mentis possit diuinæ vacare sapientie,  
 vbi omni strepitu terrenarum silente cura-  
 rum, in meditationibus sanctis, & in de-  
 lectis lætetur æternis. Quod si in hac vita  
 difficile est continuari, potest tamen fre-  
 quenter adsumi: vt sæpius ac diutius spiri-  
 talibus potiùs quàm carnalibus occupemur.  
 Et cum melioribus curis maiores impendi-  
 mus moras, ad incorruptibiles diuitias, et-  
 iam temporales transeunt actiones. Huius  
 obseruantie utilitas, dilectissimi, in Eccle-  
 siasticis præcipue est constituta ieiuniis, quæ  
 ex doctrina sancti Spiritus, ita per totius  
 anni circulum distributa sunt: vt lex absti-  
 nentia omnibus sit ascripta temporibus. Si-  
 quidem ieiunium vernum in Quadragesi-  
 ma, æstiuum in Pentecoste, autumnale in  
 mense septimo, hyemale autem in hoc, qui  
 est decimus, celebramus, intelligentes di-  
 uinis nihil vacuum esse præceptis, & ver-  
 bo Dei ad eruditionem nostram omnia ele-  
 menta seruire: dum per ipsius mundi car-  
 dines, quasi per quatuor Euangelia, inces-  
 sabiliter discimus, quod & prædicemus &  
 agamus. Dicente enim Propheta: *Celi*  
*enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius*  
*annuntiant firmamentum. Dies diei erudit ver-*  
*bum, & nocte nocti indicat scientiam:* quid est per  
 quod veritas nobis non loquitur? Ipsius vo-  
 ces in die, ipsius audiuntur in nocte. Et pul-  
 chritudo rerum vnius Dei opificio condita-  
 rum non desinit cordis auribus magistram  
 insinuare rationem: vt inuisibilia Dei per ea,  
 quæ facta sunt, intellecta conspiciantur, &  
 non creaturis, sed creatori omnium seruiat-  
 ur. Cum ergo vniuersa vitia per continen-  
 tiam destruantur, & quicquid auaritia sitit,

quicquid superbia ambit, quicquid luxuria  
 concupiscit, huius virtutis soliditate superer-  
 tur: quis non intelligat, quantum nobis per  
 ieiunia conferatur? in quibus indicitur, vt  
 non solum à cibis, sed etiam ab omnibus car-  
 nalibus desideriis temperetur. Alioqui su-  
 perfluum est suscipere esuriam, & inquam  
 non deponere voluntatem: reciso affligi ci-  
 bo, & à cõcepto non desinere peccato. Car-  
 nale est, non spiritale ieiunium, vbi soli cor-  
 pori non patitur: & in iis, quæ omnibus de-  
 lectis nocetiora sunt, permanetur. Quid pro-  
 dest animæ foris agere quasi dominã, & in-  
 tus seruire captiuam? membris propriis im-  
 perare, & ius propria libertatis amittere? Et  
 merito plerunque patitur famulã rebellan-  
 tem, quæ non reddit Domino debitam ser-  
 uitutem. Ieiunãs ergo corpus ab escis, mens  
 ieiunet à vitis, & curas cupiditatisque ter-  
 renas, regis sui lege diiudicet. Meminerit  
 primam dilectionem Deo, secundam deberi  
 proximo, omnesque affectus suos hac regu-  
 la dirigendos: vt nec à cultu recedat Domini,  
 nec ab utilitate conferui. Quomodo autem  
 Deus colitur, nisi vt quod ipsi placet, pla-  
 ceat & nobis? Nec ab eius imperio nostrer  
 vnquam resulet affectus, quoniam si hoc,  
 quod ille vult, volumus, ab illo sumet infir-  
 mitas nostra virtutem, à quo ipsam accipi-  
 mus voluntatem. Deus est enim, sicut ait  
 Apostolus, qui operatur in nobis & velle &  
 perficere pro bona voluntate: Nec superbia  
 denique homo inflabitur, nec desperatione  
 frangetur: si bonis diuinitus datis, in glo-  
 riam dantis vtatur, & ab iis desideria sua re-  
 uocet, quæ sibi nocitura cognoscit. Abstines  
 enim ab inuidiæ malignitate, à luxuria dis-  
 solutione, à perturbatione iracundiæ, à cupi-  
 ditate vindictæ, purificabitur veri sanctifica-  
 tione ieiunij: & incorruptibilium delicia-  
 rum voluptate pascetur, vt per vsum spirita-  
 lem etiam terrenas copias in caelestem nouerit  
 transferre substantiam, non sibi condendo,  
 quæ acceperit, sed magis magisque mul-  
 tiplicado quod dedit. Vnde paternæ chari-  
 tatis affectu dilectionem vestram mone-  
 mus, vt ieiunium decimi mensis fructuosum  
 vobis eleemosynarũ largitate faciatis, gau-  
 dentes, quod per vos Dominus pauperes  
 suos pascit & vestit. Quibus vtique possit  
 eas, quas vobis contulit, tribuere facultates:  
 nisi pro ineffabili misericordia sua, & illos  
 iustificare vellet de patientia laboris, & vos  
 de opere charitatis. Quarta igitur & sexta  
 Feria ieiunemus: Sabbato autè apud beatif-  
 simum Apostolum Petrum vigiliis celebremus,  
 qui & orationes, & ieiunia, & eleemo-  
 synas nostras, precibus suis dignabitur adiu-  
 uare.

In temperantia ma-  
lum.

Anime cor-  
pus debet  
esse subie-  
ctum:

Ieiunium  
corporale  
abique spi-  
ritali non  
prodest.

Cap. II.

Cap. III.

Philip. 4.

Ieiunii tẽ-  
pora ab Ec-  
clesia per  
totum an-  
num descri-  
pta.  
Quadrage-  
simæ obser-  
uatio.

Psal. 18.

Rom. 1.

Ieiunii vi-  
litas.

Intercessio  
sanctorum.

uare, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & sancto Spiritu uiuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

IN SOLENNITATE  
NATIVITATIS DOMINI  
nostri Iesu Christi.

SERMO I.

*De lætitia in hac solemnitate habenda, & quid Christus sua natiuitate nobis attulerit.*

CAP. I.



ALVATOR noster, dilectissimi, hodie natus est, gaudeamus. Neque enim fas est locū esse tristitiæ, ubi natalis est vitæ: quæ consumpto mortalitatis timore, nobis ingerit de promissa æternitate lætitiā. Nemo ab huius alacritatis participatione fecernitur. Vna cunctis lætitiæ communis est ratio, quia Dominus noster, peccati mortisque destructor, sicut nulum à reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit. Exultet sanctus, quia propinquat ad palmā. Gaudeat peccator, quia inuitatur ad veniam. Animetur gētilis, quia vocatur ad vitam. Dei namque filius secundum plenitudinem temporis, quam diuini consilij inscrutabilis altitudo disposuit, reconciliandam autori suo naturam generis adsumpsit humani: vt inuentor mortis diabolus, per ipsam, quam vicerat, vinceretur. In quo conflictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iure certatum est: dum omnipotēs Dominus cum sæuissimo hoste, non in sua maiestate, sed in nostra congregitur humilitate: obiciens ei eandem formam, eandemq. naturam, mortalitatis quidem nostræ participem, sed peccati totius expertem. Alienum quippe ab hac natiuitate est, quod de omnibus legitur, *Nemo mundus à sorde, nec infans, cuius est vnus diei vita super terram.* Nihil ergo in istam singularem natiuitatem de carnis concupiscentia tran-

Iob 15. secundū 70.

Mariaprius mente Deū concepit quàm corpore.

eff. 2us.

siuit, nihil de peccati lege manauit. Virgo regia Dauidicæ stirpis eligitur, quæ sacro grauidanda fœtu, diuinam humanamque prolem prius conciperet mente, quàm corpore. Et ne superni ignara consilij, ad inusitatos paueret \* affatus: quod in ea operandum erat à Spiritu sancto, colloquio discit angelico. Nec damnum credit pudoris, Dei genitrix mox futura. Cur enim de conceptionis nouitate desperet, cui efficiētia de

Altissimi virtute promittitur? Confirmatur credentis fides etiam præ cunctis attestatiōne miraculi, donaturque Elizabeth inopinata fecunditas: vt qui conceptum dederat sterili, daturus non dubitaretur & virgini. Verbum igitur Dei Deus, filius Dei, qui in principio erat apud Deum, per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, propter liberandum hominem ab æterna morte, factus est homo: ita se ad susceptionem humilitatis nostræ sine diminutione suæ maiestatis inclinans, vt manens quod erat, assumensque quod non erat, veram serui formam ei formæ, in qua Deo patri est æqualis, vniret: & tanto fœdere naturam

CAP. II.  
Ioan. 1.

Philip. 1.

vt utramque consereret, vt nec inferiorem consumeret glorificatio, nec superiorem minueret assumptio. Salua igitur proprietate vtriusque substantiæ, & in vnā coeunte personam, suscipitur à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad rependendum nostræ conditionis debitum, natura inuiolabilis naturæ est vnita passibili, Deusque verus & homo verus, in vnitatem Domini temperatur, vt quod nostris remediis congruebat, vnus atque idem Dei hominūque mediator, & mori posset ex vno, & resurgere posset ex altero. Meritō igitur virginæ integritati nihil corruptionis intulit partus salutis: quia

Mediator Dei & hominū Christus.

1. Tim. 2.

custodia fuit pudoris, editio veritatis. Talis igitur, dilectissimi, natiuitas decuit Dei virtutem & Dei sapientiam Christum: qua nobis & humilitate congrueret, & diuinitate præcelleret. Nisi enim esset Deus verus, non adferret remedium: nisi esset homo verus, non præberet exemplum. Ab exultantibus ergo angelis nascente Domino gloria in excelsis Deo canitur: & pax in terra bonæ voluntatis hominibus nunciatur. Vident enim cælestem Hierusalem ex omnibus mundi gentibus fabricari: de quo inenarrabili diuinæ pietatis opere, quantum lætari debet humilitas hominum, quum tantum gaudeat sublimitas angelorum? Agamus ergo, dilectissimi, gratias Deo Patri per Filium eius in Spiritu sancto, qui propter multam charitatem suam, qua dilexit nos, misertus est nostri: & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, vt essemus in ipso noua creatura, nouūque figmentum. Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis: & adepti participationem generationis Christi, carnis renūciemus operibus. Agnosce, ô Christiane, dignitatem tuam: & diuinæ consors factus naturæ, noli in veterem vtilitatem degeneri conuersatione redire. Memento,

1. Cor. 1.

Lucæ 2.

CAP. III.  
Ephes. 2.

Ephes. 4.  
Coloss. 3.

cuius capitis & cuius corporis sis membrum. Reminiscere, quia erutus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen & regnum. Per Baptismatis sacramentum, Spiritus sancti factus es templum. Noli tantum habitorem prauis de te actibus effugare, & diaboli te iterum subiicere seruituti: quia pretium tuum sanguis est Christi, qui in veritate te iudicabit, \* qui in misericordia te redemit, Qui cum Patre & Spiritu sancto regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo II. in eadem solennitate.

*Natiuitatis Christi qua fuerit necessitas, qualitas & utilitas.*

CAP. I.



**B**XVLTEMVS in Domino, dilectissimi, & spiritali iucunditate lætemur: quia illuxit nobis dies redemptionis nouæ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. Reparatur enim nobis salutis nostræ annua reuolutione sacramentum, ab initio promissum, in fine redditum, sine fine mansurum. In quo dignum est nos erectis sursum cordibus diuinum adorare mysterium: vt quod magno Dei munere agitur, magnis Ecclesiæ gaudiis celebretur. Deus enim omnipotens & clemens, cuius natura bonitas, cuius voluntas potentia, cuius opus misericordia est: statim vt nos diabolica malignitas veneno suæ mortificauit inuidiæ, prædestinata renouandis mortalibus suæ pietatis remedia inter ipsa mundi primordia præsignauit: denunciens serpenti futurum semen mulieris, quod noxij capitis elationem sua virtute cõtereret, Christum scilicet in carne venturum hominemque signans, qui natus ex virgine violatorum humanæ propaginis incorrupta natiuitate damnaret. Nam quia gloriabatur, diabolus hominem sua fraude deceptum, diuinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam de præuaricatoris cõsortio inuenisse solatium: Deum quoque iustè, seueritatis exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore condiderat, antiquam mutasse sententiam: opus fuit, dilectissimi, secreti dispensatione consilij, vt incommutabilis Deus (cuius voluntas non potest sua benignitate priuari) primam pietatis suæ dispositionem, sacramento occultiore completeret, & homo diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpam, contra Dei propositum non peri-

Genes. 3.

Christi in carnem vè tura promissio.

Incarnationis necessitas.

ret. Aduenientibus ergo temporibus, dilectissimi, quæ redemptioni hominum fuerant præstituta, ingreditur hæc infima Iesus Christus Dominus noster, de cælesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuisibilis in suis, visibilis factus est in nostris. Incomprehensibilis voluit comprehendi. Ante tempora manens, esse cœpit ex tempore. Vniuersitatis Dominus serulem formam obumbrata maiestatis suæ dignitate suscepit. Impassibilis Deus non dedignatus est homo esse passibilis, & immortalis mortis legibus subiicere. Noua autem natiuitate genitus est, conceptus à virgine, natus ex virgine, sine paternæ carnis concupiscentia, sine maternæ integritatis iniuria: quia futurum hominum Saluatorem talis ortus decebat, qui & in se haberet humanæ substantiæ naturam, & humanæ carnis inquinamenta nesciret. Auctor enim in carne nascenti, Deus est, testante Archangelo ad beatam virginem Mariam: Quia Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Origo dissimilis, sed natura consimilis: humano vsu & consuetudine, quod credimus, caret, sed diuina potestate subnixum est, quod virgo conceperit, quod virgo pepererit, & virgo permanserit. Non hic cogitetur parientis conditio, sed nascentis arbitrium: qui sic homo natus est, vt volebat & poterat. Si veritatem quæris, humanæ naturæ cognosce materiam: si rationem scrutaris originis, virtutem confitere diuinam. Venit enim Dominus Iesus Christus contagia nostra auferre, non perpeti: nec succumbere vitis, sed mederi. Venit, vt omnem languorem corruptionis & vniuersa vulnera sordentium curaret animarum, propter quod oportuit, vt nouo nasceretur ordine: qui nouam impollutæ syncretitatis gratiam humanis corporibus inferebat. Oportuit enim vt primam genitricis integritatem nascens incorruptio custodiret, & complacitum sibi claustrum pudoris & sanctitatis hospitium, diuini spiritus virtus infusa seruaret, quæ statuerat deiecta erigere, contracta solidare, & superandis carnis illecebris, multiplicatam pudicitiz donare virtutem: vt virginitas, quæ in aliis non poterat salua esse generando, fieret in aliis imitabilis confitendo, renascendo.

CAP. II.

Luc. 1.

Partus diuini qualitatis.

CAP. III.

Hoc ipsum autè, dilectissimi, quod Christus nasci elegit ex virgine: nonne apparet altissimæ fuisse rationis? vt scilicet humano generi natâ salutem diabolus ignoraret, &

spiritali latente conceptu, quem non alium videret, quàm alios, non aliter crederet naturam esse quàm ceteros. Cuius enim similem cum vniuersis aduertit naturam, parem habere arbitratus est cum omnibus causam. Nec intellexit à transgressionis vinculis liberum; quem ab infirmitate mortalitatis non inuenit alienum. Verax namque misericordia Dei, cum ad reparandum humanum genus ineffabiliter ei multa suppeterent, hanc potissimum consulendi viam elegit, qua ad destruendum opus diaboli, non virtute veteretur potentia: sed ratione iustitiae. Nam superbia hostis antiqui non immerito sibi in omnes homines ius tyrannicum vindicabat, nec indebito dominatu premebat: quos à mandato Dei spontaneos in obsequium suæ voluntatis illexerat. Non itaque iuste amitteret originalem dediticij generis seruitutem, nisi de eo, quod subegerat, vinceretur. Quod vt fieret, sine virili semine editus est: Christus ex virgine: quam non humanus coitus, sed Spiritus sanctus fecundauit. Et cum in omnibus matribus non fiat sine peccati sordē conceptio: hæc inde purgationem traxit, vnde concepit. Quò enim paterni feminis transfusio non peruenit: peccati se illic origo non miscuit. Inviolata virginitas concupiscentiam nesciuit, substantiam ministrauit. Assumpta est de matre hominis natura, non culpa: creata est forma serui sine conditione virili, quia nouus homo sic contemperatus est veteri, vt & veritatem suscipere generis, & vitium excluderet vetustatis. Quum igitur misericors omnipotensque Saluator ita susceptionis humanæ moderaretur exordia, vt virtutem inseparabilis à suo homine deitatis, per velamen nostræ infirmitatis absconderet, illusa est securi hostis astutia, qui natiuitate pueri, in salutem generis humani procreati, non aliter sibi, quàm omnium nascentium putauit obnoxiam. Vidit enim vagientem atque lachrymantem, vidit pannis inuolutum, circumcissioni subditum, & legalis sacrificij oblatione perfundum. Agnouit deinceps solita pueritiæ incrementa, & vsque in viriles annos de naturalibus non dubitauit augmentis. Inter hæc intulit contumelias, multiplicauit iniurias, adhibuit maledicta, opprobria, blasphemias, conuicia: omnem postremò in ipsum vim furoris sui effudit. Omnia tentamentorum genera percurrit, & sciens quo humanam naturam infecisset veneno, nequaquam credidit primæ transgressionis exortem, quem tor documentis didicit esse mortalem. Perstitit ergo improbus prædo & auarus exactor in eum, qui

nihil ipsius habebat, insurgere: & dum vitia originis præiudicium generale persequitur, chirographum, quo nitebatur, excidit, ab illo iniquitatis exigens poenam, in quo nullam reperit culpam. Soluitur itaque lethiferæ pactionis male suasa conscriptio, & per iniustitiam plus petendi, totius debiti summa vacuatur. Fortis ille nequitur suis vinculis, & omne commentum maligni in caput ipsius retorquetur. Ligato mundi principe, captiuitatis vasa rapiuntur. Redit in honorem suum ab antiquis contagiis purgata natura: mors morte destruitur, natiuitas natiuitate reparatur, quoniam simul & redemptio aufert seruitutem, & regeneratio mutat originem; & fides iustificat peccatorem. Quisquis igitur Christiano nomine pie & fideliter gloriatur, reconciliationis huius gratiam iusto perpende iudicio. Tibi enim quondam abiecto, tibi extruso à Paradisi sedibus, tibi per longa exilia morienti, tibi in puluerem & cinerem dissolutio, cui iam non erat spes vlla viuendi: per Incarnationem Verbi potestas data est, vt de longinquo ad tuum reuertaris autorem, recognoscas parentem, liber efficiaris ex seruo, de extraneo proucharis in filium: vt qui ex corruptibili carne natus es, ex Dei spiritu renascaris, & obtineas per gratiam, quod non habebas per naturam: vt si te Dei filium per spiritum adoptionis agnoueris, Deum patrem audeas nuncupare. Male conscientia reatu absolutus, ad caelestia regna suspites: voluntatem Dei facias diuino fultus auxilio: imiteris Angelos super terram: immortalitatis substantia virtute pascaris, securus aduersus inimicas tentationes pro pietate confugas, & si caelestis militiæ sacramenta seruaueris, non dubites te in castris triumphalibus regis aeterni pro victoria coronandum: cum te resurrectio piis parata susceperit in regni caelestis consortium prouehendum. Habentes ergo tantæ spei fiduciam, dilectissimi, in fide, qua fundati estis, stabiles permanete, ne idem ille tentator, cuius iam à vobis dominationem Christus exclusit, aliquibus vos iterum seducat infidiis, & hæc ipsa præsentis diei gaudia suæ fallaciæ arte corrumpat, illud è simplicioribus animis de quorundam perfusione pestifera, quibus hæc dies solemnitatis nostræ, nõ tam de natiuitate Christi, quàm de noui, vt dicunt, solis ortu honorabilis videatur. Quorum corda vastis tenebris obuoluta, & ab omni incremento veræ lucis aliena sunt, trahuntur enim adhuc stultissimis gentilitatis erroribus. Et quia supra id, quod carnali intuentur aspectu, nequeunt

Diaboli tyrannus iuste destruitur.

CAP. IV.

Luc. 1.

Humana natura per Christum sublata.

CAP. V.

per assumptionem.

aciem mentis erigere: ministra mundi luminaria diuino honore venerantur. Absit ab animis Christianis impia superstitio, prodigiosumque mendacium. Ultra omnem modum distant à sempiterno temporalia, ab incorporeo corporea; à dominatore subiecta: quia etsi mirandam habent pulchritudinem, adorandam tamen non habent deitatem. Illa ergo virtus, illa sapientia, illa est colenda maiestas, quæ vniuersitatem mundi creauit ex nihilo, & in quas voluit formas atque mensuras, terrenam cœlestemque substantiam omnipotenti ratione produxit. Sol, luna, & sydera, sint commoda vrentibus, sint speciosa cernentibus: sed ita, vt de illis gratiæ referantur auctori, & adoretur Deus, qui condidit, non creatura, quæ seruit. Laudate igitur Deum, dilectissimi, in omnibus operibus eius atque iudiciis. Sit in vobis indubitata credulitas virginis integritatis & partus. Reformationis humanæ sacrum diuinumque mysterium sancto atque sincero honorate seruitio. Amplectimini Christum in nostra carne nascentem, vt eundem Deum gloriæ videre mereamini in sua maiestate regnantem: Qui cum Patre & Spiritu sancto manet in vnitatis deitatis in secula sæculorum, Amen.

### Sermo III. in eadem solennitate.

*Vt sentiendum sit de Christi diuinitate & humanitate, & quare eius incarnatio tam diu dilata fuit.*

**N**O T A quidem sunt nobis, dilectissimi, & frequenter audita, quæ ad sacramenta pertinent solennitates hodiernæ: sed sicut illæ oculis voluptatem adfert lux ista visibilis: ita cordibus sanis æternum dat gaudium natiuitatis Saluatoris, quæ à nobis nunquam est reticenda. Non enim ad illud tantummodo sacramentum, quo Filius Dei consempiternus est Patri, sed etiam ad hunc ortum, quo Verbum caro factum est, credimus pertinere, quod dictum est, *Generationem eius quis enarrabit?* Deus itaque Dei filius, par atque eadem de patre & cū patre natura, vniuersitatis Creator Dominus, totus vbique præsens, & vniuersa excedens, in ordine temporum, quæ ipsius dispositione decurrunt, hunc sibi diem, quo in salutem mundi ex beata Virgine nasceretur, elegit, integro per omnia pudore generantis. Cuius virginitas si non est violata partu, vt non fuerat temerata conceptu, vt impleretur, sicut ait Euange-

lisa, quod dictum est à Domino per Esaiam <sup>Esaiæ 7.</sup> Prophetam, *Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel,* quod interpretatur nobiscum Deus. Hic enim mirabilis sacre virginis partus, verè humanam, verè diuinam, vna edidit prole naturam, quia non ita proprietates suas tenuit vtraque substantia, vt personarum in eis possit esse discretio: nec sic natura in societatem sui creatoris est assumpta, vt ille habitator & illa habitaculum esset, sed ita, vt nature alteri altera misceretur. Et quamuis alia sit, quæ suscipitur, alia verò quæ suscipit: in tantam tamen vnitatem conuenit vtriusque diuersitas, vt vnus idemque sit filius, qui <sup>Ioan. 14.</sup> se, & secundum quod verus est homo, <sup>Ioan. 16.</sup> patre dicit minorem: & secundum quod verus est Deus, patri profitetur æqualem. Hanc vanitatem, dilectissimi, qua creatori creatura cōseritur, intelligenti oculis cernere cæcitas Arriana non potuit: quæ vnigenitū Dei, eiusdem cū patre gloriæ atque substantiæ esse non credēs, minorem dixit filij deitatem, de iis argumenta sumens, quæ ad formam sunt referenda seruile, quam idem filius Dei, vt ostendat in se non discrete, neque alterius esse persone, sic cum eadem dicit: *Ego & pater vnus sumus.* In forma enim serui, quam nostræ reparationis causa in fine seculorum suscepit, minor est patre: in forma autem Dei, in qua erat ante secula, æqualis est patri. In humilitate humana factus est ex muliere, factus sub lege: in maiestate diuina, manens Dei Verbum, per quod facta sunt omnia. Proinde qui in forma Dei fecit hominem, in forma serui factus est homo: sed vtrunque Deus de potentia suscipientis, vtrunque homo de humilitate suscepit. Tenet enim sine defectu proprietatem suam vtraque natura. Et sicut formam serui forma Dei non adimit: ita formam Dei serui forma non minuit. Sacramentum itaque vnitatis cum infirmitate virtutis, propter eandem hominis naturam <sup>Christus quomodo maior & minor sit patre.</sup> minorem patre dici filium sinit. Deitas autem, quæ vna est in Trinitate Patris, & Filij, & Spiritus sancti, omnem opinionem inæqualitatis excludit. Nihil enim ibi habet æternitas temporale, nihil natura dissimile: vna illic voluntas est, eadem substantia, par potestas, & non tres dii, sed vnus est Deus: quia vera & inseparabilis est vnitatis, vbi nulla potest esse diuersitas. In integrā igitur veri hominis perfectæque natura, verus natus est Deus, totus in suis totus in nostris. Nostra autem dieimus, quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda suscepit. Nam illa, quæ deceptor inuenit, &

Natura diuina & humana in vna persona subsistit.

Ioan. 14.  
Ioan. 16.

C. A. E. II.

Galat. 4.

Ioan. 1.  
Philip. 2.

Christus quomodo maior & minor sit patre.

homo deceptus admisit, nullum habuerunt in Salvatore vestigium. Nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum particeps fuit delictorum. Assumpsit formam serui sine sorde peccati, humana prouehens, diuina non minuens. Exinanitio enim illa, qua se inuisibilis visibilem præbuit, inclinatio fuit miserationis, nõ defectio potestatis. Vt ergo ad æternam beatitudinem ab originalibus vinculis, & à mundanis reuocemur erroribus, ipse ad nos descendit, ad quem nos non poteramus ascendere: quia etsi multis inerat amor veri, incertarum tamen opinionum varietas, fallitium dæmonum decipiebatur astutia, & falsi nominis scientia in diuersas compugnantesque sententias humana ignorantia traheretur. Ad auferendum autem hoc ludibrium, quo captiue mentes superbienti diabolo seruiebant, non sufficebat doctrina legalis, nec per solas cohortationes propheticas poterat natura nostra reparari: sed adiicienda erat veritas redemptionis mortalibus instituta, & corruptam ab initio originem nouis renasci oportebat exordiis. Offerenda erat pro reconciliandis hostia, quæ esset nostri generis sociæ, & nostræ contaminationis aliena: vt hoc propositum Dei, quo peccatû mundi in Iesu Christi placuit natiuitate ac passione delere, ad omnium generationum secula pertineret: nec turbarent nos, sed potius confirmarent mysteria, pro temporum ratione variata, quum fides, qua viuimus, nulla fuerit ætate diuersa.

Cessent igitur illorum querelæ, qui impio murmure diuinis dispensationibus obloquētes, de Dominicæ natiuitatis tarditate causantur: tanquam præteritis temporibus non sit impensum, quod in vltima mundi ætate est gestum. Verbi incarnatio hæc contulit facienda, quæ facta, & sacramentum salutis humanæ in nulla vnquam antiquitate cessauit. Quod prædicauerunt Apostoli, hoc annuntiauerunt Prophetæ: nec sero est impletum, quod semper est creditum. Sapiētia verò & benignitas Dei hac salutiferi operis mora, capaciores nos suæ vocationis effecit: vt quod multis signis, multis vocibus, multisque mysteriis per tot fuerat secula prænūciatum, in his diebus Euangelij non esset ambiguum: & natiuitas, quæ omnia miracula, omnemque intelligētiam erat excessura mensuram, tanto constantiorem in nobis gigneret fidem, quanto prædicatio eius & antiquior præcessisset & crebrior; Non itaque nouo consilio Deus rebus humanis, nec sera miseratione consuluit: sed à constitutione mundi vnā eandemque omnibus causam

salutis instituit. Gratia autē Dei, qua semper est vniuersitas iustificata sanctorū, aucta est Christo nascente, nõ cœpta. Et hoc magnæ pietatis sacramentum, quo totus iam mundus impletus est, tam potens etiam in suis significationibus fuit: vt nõ minus adepti sint, qui in illud credidēre promissum, quam qui suscepēre donatum. Vnde cum manifesta pietate, dilectissimi, tantæ in nobis diuinæ bonitatis effusæ sint gratiæ, quibus ad æternitatem vocandis, non solum exemplum præcedentium vtilitas ministravit, sed etiam ipsa veritas, visibilis & corporalis apparuit, non segni, neque carnali lætitia diem Dominicæ natiuitatis celebrare debemus: quod dignè ac intelligentè fiet à singulis, si meminerit quisque cuius corporis membrum sit, & cui capiti coaptatum, ne sacræ ædificationi discors compago non hæreat. Considerate, dilectissimi, & secundum illuminationem Spiritus sancti prudenter aduertite, quis nos in se suscepit, & quem suscepimus in nobis: quoniam sicut factus est Dominus caro nostra nascendo: ita & nos facti sumus ipsius renascendo. Ideo & membra Christi, & templum sumus Spiritus sancti. Et ob hoc B. Apostolus dicit, *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Qui formam nobis suæ mansuetudinis & humilitatis insinuans, ea nos virtute imbuit, qua redemit, ipso Domino pollicente, *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Suscipiamus ergo regentis nos veritatis non graue nec asperum iugū, & simus eius humilitati similes, cuius gloriæ volumus esse conformes: ipso auxiliante & perducente nos ad promissiones suas, qui secundum magnam misericordiam suam potens est peccata nostra delere, & sua in nobis dona perficere, Iesus Christus Dominus noster, qui viuut & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

#### Sermo I V. in eadem solemnitate.

*Rationem incarnationis Christi explicat, erroresque circa eandem quorundam hæreticorum refellit.*

**EMPER** quidem, dilectissimi, diuersis modis multisque mensuris humano generi bonitas diuina consuluit, & plurima prouidentia suæ munera omnibus retro sæculis clemēter impartit: sed in nouissimis temporib. omne

CAP. III.

Incarnatio  
tonis necessitas.Fides vna  
& eadem  
seper fuit.  
Incarnatio  
Christi nõ  
frustra dilata.

CAP. V.

1. Cor. 6.

Math. II.

CAP. I.

abundantiam solitæ benignitatis excessit; A quando in Christo, ipsa ad peccatores misericordia, ipsa ad errantes veritas, ipsa ad mortuos vita descendit: vt Verbum illud coæternum & coæquale genitori in vnitatem deitatis suæ naturam nostræ humilitatis assumeret, & Deus de Deo natus, idem etiam homo de homine nasceretur. Promissum quidem hoc à constitutione mundi, & multis significationibus rerum atque verborum semper fuerat prophetatum, sed quantam hominum portionem figuræ illæ & mysteria obumbrata seruari, nisi longa & occulta promissa aduentu suo Christus impletet? & quod tunc paucis credentibus profuit faciendum, innumeris iam fidelibus prodesset effectum. Iam ergo nos non signis neque imaginibus ad fidem ducimur, sed Euangelicâ historia confirmati, quod factum credimus, adoramus: accedentibus ad eruditionem nostram prophetis instrumentis, vt nullo modo habeamus ambiguum, quod tantis oraculis scimus esse prædictum. Hinc enim est quod Dominus Abrahæ ait: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Hinc Dauid promissionem Dei propheticò spiritu canit: *Intrauit Dominus Dauid, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Hinc idem Dominus per Esaiam: *Ecce virgo, in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpretatur nobiscum Deus.* Et iterum, *Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* In qua virga non dubiè beata virgo Maria prædicta est, quæ de Iesse & Dauid stirpe progenita, & Spiritu sancto sæcundata, nouum florem carnis humanæ, vterò quidem maternò, sed partu est enixa virgineo. Exultent ergo in laudem Dei corda credentium, & mirabilia eius confiteantur filij hominum: quoniã in hoc præcipuè Dei opere humilitas nostra cognoscit, quanti eam suus conditor æstimat. Qui cum origini humanæ multum dederit, quod nos ad imaginem suam fecit: reparationi nostræ longè amplius tribuit, cum seruili formæ ipse se Dominus coaptauit. Quamuis enim ex vna eademque pietate sit, quicquid creaturæ creator impedit, minus tamen mirum est hominem ad diuinam proficere, quàm Deum ad humana descendere. Hoc autem nisi facere dignaretur omnipotens, nulla quenquam species iustitiæ, nulla forma sapientiæ à captiuitate diaboli, & à profundo æternæ mortis erueret. Condénatio enim ex vno in omnes eum peccato trãsiens permaneret, & lethali vulnere tabefacta natura, nullum remedium reperiret,

quia conditionem suam suis viribus mutare non posset. Primus namq; homo carnis substantiam accipit è terra, & rationali spiritu per insufflationem creatis animatus est, vt ad imaginem & similitudinem sui authoris viuens, formam Dei bonitatis atque iustitiæ in splendore imitationis tãquam in speculatore serualet. Quã naturæ suæ speciosissimam dignitatem si per obseruantiam legis datæ perseueranter excoleret: ipsam illam terreni corporis qualitatem ad cælestem gloriam mens incorrupta perduceret. Sed quia inuido & deceptorì temerè atq; infelicitè credidit, & superbix consiliis acquiescens, repositum honoris augmentum occupare maluit quàm mereri, non solum ille homo, sed etiã vniuersa in illo posteritas eius audiuit: *Terra es & in terram ibis.* Qualis ergo terrenus, tales & terreni: & nemo immortalis, quia nemo cælestis. Ad hoc itaque peccati & mortis vinculum resoluendum, omnipotens filius Dei omnia implens, omnia continens, æqualis per omnia Patri, & in vna ex ipso & cum ipso consempiternus essentia, naturam in se suscepit humanam, & creator ac Dominus omnium rerum, dignatus est vnus esse mortaliu: electa sibi matre, quam fecerat: quæ salua integritate virgineæ, corporeæ esset tantum ministra substantiæ, vt humani seminis cessante cõtagio, nouo homini & puritas inesset & veritas. Non ergo in Christo ex vtero virginis genito, quia natiuitas est mirabilis, idco est natura dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo: & nullum est in vtraque substantia mendacium. Verbum caro factum est proiectione carnis, non defectione deitatis: quæ sic potentiam suam bonitatemque moderata est, vt & nostra suscipiendo proueretur, & sua communicando non perderet. In hac natiuitate Christi secundum Prophetiam Dauid, *Veritas de terra orta est, & iustitia de celo prospexit.* In hac natiuitate etiam Esaiæ sermo completus est dicentis: *Producat terra, & germinet Saluatorem, & iustitia oriatur simul.* Terra enim carnis humanæ, quæ in primo fuerat præuaricatore maledicta, in hoc solo beatæ virginis partu germen edidit benedictum, & à vitio suæ stirpis alienum. Cuius spiritalem originem in regeneratione quicquid cõsequitur, & omni homini renascenti aqua baptismatis instar est vteri virginialis, eodem Spiritu sancto replente fontem, qui repleuit & virginem: vt peccatum quod ibi euacuauit sacra conceptio, hic mystica tollat ablutio. Ab hoc sacramento, dilectissimi, infanus Manichæorum error alienus est, nec vilam habeat in Christi regene-

Genef. 1.

Adam in statu innocentia potuit mereri. Genef. 3. 1. Cor. 15.

CAP. III.

Genef. 22.

Psal. 130.

Esa. 7.

Esa. II.

CAP. II.

Psal. 84.

Esa. 45.

Baptismus est quasi virginis vterus. Manichæorum infantia.

CAP. IV.

ratione consortium, qui cum de Maria virgine negant corporaliter natum: ut cuius non credunt veram natiuitatem, nec veram recipiant passionem, & quem non confitentur vere sepultum, abnuant veraciter suscitatum. Ingressi enim præruptam execrandi dogmatis viam, in qua nihil non tenebrosum nihilque non lubricum est, ruunt in profunda mortis per præcipitia falsitatis: nec aliquid solidum, cui innitantur inueniunt, qui propter omnia diabolici propria commentari, in ipso præcipuo obseruantur suæ festo, sicut proxima eorum confessione patefactum est: ut animi, ita & corporis pollutione lætatur, neque in fide integritatem nec in pudore seruantes, ut & in dogmatibus suis impij, & in sacris inueniantur obsceni. Aliæ hæreses, dilectissimi, licet merito omnes in sua peruersitate damnandæ sint, habent tamen singulæ in aliqua sua parte quod verum est. Arrius Dei filium minoræ patre & creaturam esse definiens, & ab eodē inter omnia creatum putans Spiritum sanctum, magna impietate se perdidit: sed sempiternam atque incommutabilem deitatem, quam in Trinitatis unitate non vidit, in patris essentia non negauit. Macedonius à humane veritatis alienus diuinitatem sancti Spiritus non recepit, sed in patre & filio vnā potentiam, & eandem confessus esse naturam. Sabellius inexplicabili errore confusus, unitatem substantiæ in Patre & Filio & Spiritu sancto inseparabilem sentiens, quod æqualitati tribuere debuit, singularitati dedit. Et cum veram Trinitatem intelligere non valeret, vnā eandemque credidit sub triplici appellatione personam. Photinus mentis cæcitate deceptus, in Christo verum & substantiam nostram cōfessus est hominem, sed eundem Deum de Deo ante omnia sæcula genitum esse non credidit. Apollinaris fidei soliditate priuatus, filium Dei ita veram humanæ carnis credidit suscepisse naturam, ut in illa carne diceret animam non fuisse, quia vicem eius expleuerit ipsa diuinitas. Hoc modo si omnes, quos Catholica fides dānat, retractentur errores, in aliis atque aliis quiddam inuenitur, quod à damnabilibus possit abiungi: In Manichæorum autem scelestissimo dogmate profus nihil est, quod ex vlla parte possit tolerabile iudicari. Sed vos, dilectissimi, quos nullis dignius quā beati Petri Apostoli alloquor verbis, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ædificati super inuiolabilem petram Christum, ipsique Domino Salvatore nostro per veram susceptionem nostræ carnis inserti, permanete stabiles in ea fide, quam confessi estis coram multis testibus, &

in qua renati per aquam & Spiritum sanctum, accepistis chrisma salutis, & signaculum vitæ æternæ. Si quis autem vobis aliud annunciauerit præter id quod didicistis, anathema sit. Nolite impias fabulas præponere lucidissimæ veritati, & quicquid contra regulam Catholici & Apostolici Symboli aut legere aut audire contigerit, id omnino mortiferum & diabolicum iudicate. Non vos seducant deceptoris artibus ficta & simulata ieiunia: quæ non ad purificationem, sed ad perditionem proficiunt animarum. Speciem quidem sibi pietatis & castitatis assumunt, sed hoc dolo actuum suorum obscœna circumtegunt, & de prophani cordis penetralibus iacula quibus simplices vulnerentur, emittunt, ut sicut ait Propheta, *Sagittent in obscuro rectos corde.* Magnum præsidium est fides integra, fides vera, in qua nec augeri ab vllō quicquam, nec minui potest: quia nisi vna est, fides non est, dicente Apostolo, *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma: vnus Deus pater omnium qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* Huic unitati, dilectissimi, incōcussis mentibus inhzrete, & in hac omnem sectamini sanctitatem, in hac præceptis Domini deseruite: quia sine fide impossibile est placere Deo. Et nihil sine illa sanctum, nihil castum est, nihil viuum. Iustus enim ex fide viuus. Quam qui diabolo decipiente perdidit, viuens mortuus est. Quia sicut per fidem iustitia, ita etiam per fidem veram vita obtinetur æterna, dicente Domino Salvatore, *Et æ est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Qui vos proficere & perseuerare faciat vsque in finem, qui viuus & regnat cum Patre & Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

### Sermo V. in eadem solennitate.

*Humanitas Christi ut fuerit ad credendum  
difficilis, deque stulta sapientia mundi,  
quidque obedientia & humilitas  
Christi nobis attulerint.*



QVAMVIS, dilectissimi, ineffabilis sit natiuitas Domini nostri Iesu Christi, qua se naturæ nostræ carne vestiuit: audeo tamen non de facultate mea, sed de ipsius inspiratione præsumere, ut in die, qui in sacramentum humanæ restorationis electus est, aliquid à nobis, quod audientes possit ædificare, promatur. Non enim quia maior pars Ecclesiæ Dei, quod credit, intelligit, ideo necessarium non

CAP. V.

Arrius.

Macedo-  
nius.

Sabellius.

Photinus.

Apollina-  
ris.

1. Petr. 2.

Ioan. 1.  
Galat. 1.Psal. 10.  
Fidei com-  
mendatio.

Ephes. 4.

Hebr. 12.

Abac. 1.

Ioan. 7.

CAP. I.

non

est, etiam quæ dicta sunt discere, cum utique nunc multis ad fidem primum venientibus oris nostri officium debeamus, meliusque sit doctos onerare iam notis, quam rudes fraudare discendis. Quod ergo filius Dei, qui cum Patre & Spiritu sancto non vnus personæ, sed vnus essentia est, dignatus est humanitatis nostræ particeps fieri, & vnus passibilium, vnus voluit esse mortaliū, tam sacratum tamque mirabile est: vt ratio diuini consilij sapientibus mundi patere non possit, nisi humanæ ignorantia tenebras lux vera discusserit. Non enim in solo opere virtutum, aut in sola obseruantia mandatorum, sed etiam in tramite fidei angustâ & ardua via est, quæ ducit ad vitam, & magni laboris est magnique discriminis, inter dubias imperitorum opiniones & verisimiles falsitates per vnâ sanæ doctrinæ semitam inoffensis gressibus ambulare: & cum vndique se laquei erroris opponant, omne periculum deceptionis euadere. Quis autem ad hæc idoneus, nisi qui Spiritu Dei docetur & regitur: dicente Apostolo, *Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est, vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis*: Canente etiam Dauid, *Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum*. Habentes itaque, dilectissimi, inter pericula erroris præsidia veritatis, & non humanæ sapientia verbis, sed doctrina Spiritus sancti eruditi, quod didicimus, credimus: quod credimus, prædicamus, Dei filium ante secula à patre genitum, & patri sempiternum, & consubstantiali æqualitate coæternum venisse in hunc mundum per vterum virginis, in hoc sacramentum pietatis electæ, in qua & ex qua ædificauit sibi Sapientia domum, & formam sibi serui in similitudinem carnis peccati, incommutabilis Verbi deitas coaptauit: in nullo apud se & Patrem & Spiritum sanctum minor gloria sua, quia diminutionem & varietatem summæ & æternæ essentia natura non recipit. Propter nostram autem infirmitatem extenuauit se in capibus sui, & velamine corporis splendorem maiestatis suæ, quem visus hominum non ferebat, obtexit. Vnde etiam exinanisse se dicitur, tanquam se propria virtute euacuauerit: dum in ea humilitate, qua nobis consuluit, non solum patre, sed etiam seipso factus est inferior. Nec aliquid illi hac inclinatione decessit: cui cum Patre & Spiritu sancto, hoc quod est, commune est, vt hoc ipsum intelligamus ad omnipotentiam pertinere, quod qui secundum nostra mi-

nor est, secundum propria minor non est. Quia enim lux ad obsecratos, virtus ad imbecilles, misericordia respexit ad miseros, de magna factum est potestate, vt Dei filius substantiam humanam causamque susceperit, qui & nostram naturam, quam condidit, reformaret: & mortem quam non fecit, aboleret. Repudiatis igitur longæque reiectis omnibus opinionibus impiorum, quibus aut stultitia est Crux Christi aut scandalum, exulter rectorum mentium fides, & verum vnumque Dei filium, non solum secundum deitatem, qua à patre genitus, sed etiam secundum humanitatem, qua de matre virgine est natus, intelligat. Ipse est enim in humanitate nostra, qui est in maiestate diuina, verus homo & verus Deus, sempiternus in suis, temporalis in nostris: vnum cum patre in substantia, quæ nunquam fuit minor patre: vnum cum matre in corpore, quod creauit. In assumptione enim naturæ nostræ nobis factus est gradus, quo ad ipsum per ipsum possumus ascendere. Nam illa essentia, quæ semper vbique tota est, locali descensione non eguit, & tam ei proprium fuit, totam homini inferi, quam ei propriū est, totam à patre non diuidi. Manet ergo, quod in principio erat Verbum, & non est ei accidens, vt quod est aliquando non fuerit. Sempiternè enim filius, filius est, & sempiternè pater, pater est. Vnde cum ipse filius dicat, *Qui videt me, videt & patrem*: extæcauit te, ô hæretice, impietas tua, vt qui maiestatem filij non vidisti, patris gloriam non videres: dicendo enim genitum esse, qui non erat, filium asseris temporalem: & dum filium asseris temporalem, credidisti patrem esse mutabilem. Mutabile enim est, non solum quod minuitur, sed etiam quicquid augetur: & si ideo patri impar est genitus, quia vt tibi videtur, generando eum, qui non erat genuit, imperfecta erat etiam generantis essentia, quæ adhibendo, quod non habuit, generando perfecit. Sed hanc impiam peruersitatem tuam fides Catholica execratur & damnat: quæ in deitate vera nihil temporalitatis agnoscit, sed vnus sempiternitatis & patre confiteretur & filium: quia splendor ex luce ortus, non est luce posterior, & lux vera nunquam est sui splendoris indiga: sic substantiale semper habens fulgere, sicut substantiale semper habet existere. Huius autem splendoris manifestatio, missio dicitur, quæ Christus mundo apparuit. *Qui cum omnia inuisibili maiestate sua semper impleteret, tamen quasi de remotissimo altissimoque secreto, iis quibus erat ignotus, aduenit, cum*

Fidei difficultas.  
Matth. 7.

I. Cor. 2.

Psal. 93.

CAP. II.

Prouer. 9.  
Roman. 8.

Philip. 1.

I. Cor. 2.  
CAP. III.

Diuinitas  
Christi.

Ioan. 14.

Mutabile  
quicquid  
augetur.

Ebd. 9.  
CAP. IV.

Pfal. 42.

Galat. 4.

Filius mi-  
nor patre.

A. Cor. 1.

Sapientia  
mundi.

CAP. V.

Rom. 5.

cæcitatem ignorantie sustulit, sicut scri-  
ptum est: *Sedentibus in tenebris & in umbra  
mortis, lux orta est eis.* Quamvis enim etiam  
prioribus seculis ad illuminationem san-  
ctorum Patrum & Prophetarum lumen ve-  
ritatis emissum sit, dicente David, *Emitte  
lucem tuam & veritatem tuam*: & diuersis  
modis multisque signis opera præsentie  
sue deitas filij declarauit, omnes tamen illæ  
significationes, cunctaque miracula, testi-  
monia fuerunt istius missionis, de qua di-  
cit Apostolus, *Cum ergo uenit plenitudo tem-  
poris, misit Deus filium suum, natum ex mu-  
liere, factum sub lege.* Quid uero hoc est,  
nisi Verbum carnis fieri? Conditorum  
mundi per uerum virginis nasci? Dominum  
maiestatis, humanis se coaptare primordiis?  
& licet conceptui spiritali nulla sint terreni  
seminis mixta contagia, ad suscipiendam  
tamen ueræ carnis substantiam, solam su-  
mere de matre naturam? Hac missione, qua  
Deus unitus est homini, filius impar est  
patri, non in eo, quod ex patre, sed in eo,  
quod est factus ex homine. Æqualitatem  
enim, quam inuolabilem habet deitas, non  
corrupt humanitas: & creatoris ad crea-  
turam descensio, credentium est ad æter-  
na subuectio. Nam quia, sicut ait Apo-  
stolus, *In sapientia Dei non cognouit mundus per  
sapientiam Deum placuit Deo per stultitiam præ-  
dicationis saluos facere credentes.* Mundo er-  
go, id est, prudentibus mundi, sapientia  
sua cæcitas facta est, nec potuerunt per il-  
lam cognoscere Deum, ad cuius notitiam  
non nisi in sapientia eius acceditur. Et ideo,  
quia mundus de uanitate suorum dogma-  
tum superbiebat, in eo constituit Dominus  
saluandorum fidem, quod & indignum uide-  
retur & stultum, ut & deficientibus omni-  
bus opinionum præsumptionibus, sola Dei  
gratia reuelaret, quod comprehendere hu-  
mana intelligentia non ualeret. Agnoscat  
igitur Catholica fides in humilitate Domi-  
ni gloriam suam, & de salutis sue sacramen-  
tis gaudeat Ecclesia, quæ corpus est Christi:  
quia nisi Verbum Dei caro fieret & habita-  
ret in nobis, nisi in communionem creatu-  
ræ creator ipse descenderet, & uetustatem  
humanam ad nouum principium sua nati-  
uitate reuocaret: regnaret mors ab Adam  
usque in finem, & super omnes homines  
condemnatio insolubilis permaneret, cum  
de sola conditione nascendi, una cunctis ef-  
set causa pereundi. Solus itaque inter filios  
hominum Dominus Iesus innocens natus  
est: quia solus sine carnalis concupiscen-  
tiæ pollutione conceptus. Factus est homo  
nostri generis, ut nos diuinæ naturæ possi-

amus esse confortes. Originem, quam sum-  
psit in uero virginis, posuit in fonte bap-  
tismatis. Deditaque, quod dedit matri. Virtus  
enim Altissimi, & obumbratio Spiritus sancti,  
quæ fecit, ut Maria pareret Saluatorem:  
eadem facit, ut regeneret uita credentem.  
Quid autem sanandis ægris, illuminandis  
cæcis, uiuificandis mortuis aptius fuit: quam  
ut superbæ uulnera, humilitatis remediis  
curarentur? Adam præcepta Dei negligens,  
peccati induxit damnationem: Iesus factus  
sub lege, reddidit iustitiæ libertatem. Ille  
diabolo obtemperans usque ad præuarica-  
tionem, meruit ut in ipso omnes morerentur:  
hic patri obediens usque ad crucem, fe-  
cit ut in ipso omnes uiuificarentur. Ille cu-  
pidus honoris angelici, naturæ suæ perdidit  
dignitatem: hic infirmitatis nostræ susci-  
piens conditionem, propter quos ad inferna  
descendit, eosdem in cælestibus collocauit.  
Postremo, illi per elationem lapsio dictum  
est, *Terra es, & in terram ibis*: huic per subie-  
ctionem exaltato dictum est: *Sede à dextris  
meis, donec ponam inimicos tuos sibiellum pe-  
dum tuorum.*

Luca 7.

Christi o-  
bedientia &  
humilitas.  
Adq inobe-  
dientia &  
superbia.

Genes 3.  
Psal. 109.

CAP. VI.

Hæc Domini nostri opera, dilectissimi,  
non solum sacramento nobis utilia sunt, sed  
etiam imitationis exemplo, si in disciplinam  
ipsa remedia transferantur, quodque im-  
pensum est mysteriis, pro sit & moribus: ut  
meminerimus, nobis in humilitate & man-  
suetudine Redemptoris nostri esse uiuen-  
dum, quoniam sicut ait Apostolus, *Si com-  
patimur, & conregnabimus.* Frustra enim ap-  
pellamur Christiani, si imitatores non simus  
Christi: qui ideo se uiam dixit esse, ut con-  
uersario magistri, forma esset discipuli, &  
illam humilitatem eligeret seruus, quam se-  
ctatus est Dominus, *Qui uiuit & regnat in  
secula seculorum, Amen.*

Sermo VI. in eadẽm solennitate.

*Filius Dei quare factus sit filius hominis,  
& opera bona quid profint.*



M N I B V S quidem diebus, di-  
lectissimi, atque temporibus, a-  
nimis fidelium diuina meditan-  
tium, Domini & Saluatoris nos-  
tri ex matre uirginem occurrit:  
ut mens ad confessionem sui auctoris  
crecta, siue in gemitu supplicationis, siue in  
exultatione laudis, siue in sacrificij oblatio-  
ne uerferetur, nihil crebrius, nihilque magis  
fide ter spiritali attingat intuitu, quam quod  
Deus Dei filius, genitus de patre coæter-  
no, idem etiam partu est natus humano.

CAP. I.

Sed hanc adorandam in cælo & in terra natiuitatem nullus nobis dies magis quam hodiernus insinuat, & noua etiam in elementis luce radiante, totam sensibus nostris mirabilis sacramenti ingerit claritatem. Nō solum enim in memoriam, sed in conspectū quodammodo redit angeli Gabrielis cum Maria stupente colloquium, & cōceptione de Spiritu sancto tam mirè promissa quam credita, autor mundi editus est utero virginali. Et qui omnes naturas condidit, eius est factus filius quam creauit. Hodie Verbum Dei carne apparuit vestitum, & quod nunquam fuit humanis oculis visibile, cœpit etiam manibus esse tractabile. Hodie genitum in nostræ carnis animæque substantia Saluatorem angelicis vocibus didicere pastores, & apud Dominicorum præfules gregum hodie euāgelizandi forma præcondita est, vt nos quoque cum cœlestis militiæ dicamus exercitu: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quamuis igitur illa infantia, quam filij Dei non est dignata maiestas, in virum perfectum ætatis adiectione prouecta sit, & consummato passionis & resurrectionis triumpho, omnes susceptæ pro nobis humilitatis transferint actiones: renouat tamen nobis hodierna Festiuitas nati Iesu ex Maria virgine sacra primordia, & dum Saluatoris nostri adoramus ortum, inuenimur nos nostrum celebrare principium. Generatio enim Christi, origo est populi Christiani: & natalis capitis, natalis est corporis. Habeant licet singuli quique vocatorū ordinem suum, & omnes Ecclesiæ filij temporum sint successione distincti, vniuersa tamen summa fidelium, fonte orta baptismatis, sicut cum Christo in passione crucifixi, in resurrectione resuscitati, in ascensione ad dexterā patris collocati: ita cum ipso sumus in hac natiuitate cōgeniti. Quicquid enim hominum, in quacunque mūdi parte credentium, regeneratur in Christo: interciso originalis tramite vetustatis, transit in nouum hominem renascendo, nec iam in propagine habetur carnalis patris, sed in germine Saluatoris, qui ideo filius hominis est factus, vt nos filij Dei esse possimus. Nisi enim ille ad nos hac humilitate descēderet, nemo ad illum vllis suis meritis perueniret. Nihil hic vocatorum cordibus caliginis inferat terrena sapientia, nec se contra altitudinem gratiæ Dei, mox in ima rediturus terrenarum cogitationum puluis attollat. Impletū est in fine seculorum, quod erat ante tempora æterna dispositum, & sub præsentia rerum, signis cessantibus figurarum, lex

& prophetiæ veritas facta est, vt Abraham fieret omnium gentium pater, & in semine eius daretur mundo promissa benedictio, ne ij tantum essent Israël, quos sanguis & caro genuisset, sed in possessionem hæreditatis fidei filius præparatæ, vniuersitas adoptio- nis intraret. Nec obstrepant ineptarum calumniæ quæstionum, nec effectus diuini operis ratiocinatio humana discutiat. Nos cum Abraham credimus Deo, nec hæsitamus diffidentia, sed plenissimè scimus, quoniam quod promisit Dōminus, potens est & facere. Nascitur ergo non de carnis semine, dilectissimi, sed de Spiritu sancto Saluator: quem primæ transgressionis condemnatio non teneret. Vnde ipsa collati muneris magnitudo dignam à nobis exigit suo splendore reuerentiam. Ideo enim, sicut beatus Apostolus docet, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum, qui ex Deo est: vt sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis: qui non aliter piè colitur, nisi id ei, quod ipse tribuit, offeratur. Quid enim in thesauro Dominicæ largitatis ad honorem præsentis festi tam congruum possumus inuenire, quam pacem, quæ in natiuitate Domini prima est angelico prædicata concentu? Ipsa enim est, quæ parit filios Dei, nutrix dilectionis, & genitrix vnitatis: requies beatorum, & æternitatis habitaculum, cuius hoc opus proprium & speciale beneficium est, vt iungat Deo, quos secernit de mundo. Vnde Apostolus ad hoc bonum nos incitat, dicens: *Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum.* Cuius sententiæ breuitate, omnium ferè mandatorum continetur effectus: quia vbi fuerit veritas pacis, nihil ibi potest deesse virtutis. Quid est autem, dilectissimi, pacem habere ad Deum, nisi vel- le quod iubet, & nolle quod prohibet? Si enim humanæ amicitie pares animos & similes experunt voluntates, nec vnquam diuersitas morum ad firmam potest peruenire concordiam: quomodo diuinæ particeps erit pacis, cui ea placent, quæ Deo displicent, & iis appetit delectari, quibus illum nouit offendi? Non est iste animus filiorum Dei, nec talem sapientiam recipit adoptiua nobilitas. Genus electum & regium, regenerationis suæ respondeat dignitati. Diligat, quod diligit pater, & in nullo ab autore suo dissentiat, ne iterum dicat Dominus: *Filios genui & exaltati, ipsi autem spreuerunt me. Agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus me non intellexit.* Magnum est, dilectissimi, huius muneris sacramentum, & omnia dona excedit

Festorum  
celebrationis  
ratio.

Luc. 2.

Cap. II.

Cap. III.

Rom. 4.

1. Cor. 2.

Pacis com-  
mendatio.

Rom. 5.

Pax cum  
Deo qualis  
sit.

Eccl. 1.

Cap. VI.

hoc donum, vt Deus hominem vocet filium, & homo Deum nomet Patrem. Per has enim appellationes sentitur & discutitur, quis ad tantam altitudinem ascendat affectus. Nam si in progenie carnali & stirpe terrena claris parentibus genitos vitia male conuersationis obscurant, & ipso maiorum suorum lumine soboles indigna confunditur, in quem exitum venient, qui propter amorem mundi à generatione Christi non metuunt abdicari? Si autem ad humanam pertinet laudem, vt Patrum decus in prole resplendeat: quantum magis gloriosum est, ex Deo natos in autoris sui imaginem refulgere? & illum in se, qui illos generauit, ostendere, dicente Domino: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in calis est.* Scimus quidem, quod sicut Ioannes Apostolus dicit, *Totus mundus in maligno positus est:* & insidiante diabolo & angelis eius, hoc innumeris tentationibus laboratur, vt hominem ad superna nitentem, aut aduersa terreant, aut secunda corumpant: sed maior est, qui in nobis est, quam qui aduersum nos est: & pacem cum Deo habentibus, ac semper Patri toto corde dicentibus, *Fiat voluntas tua:* nulla praeualere certamina, nulli possunt nocere conflictus. Accusantes enim nosmetipsos confessionibus nostris, & consensum animi carnis concupiscentiis denegantes, inimicitias quidem aduersum nos eius, qui peccati auctor est, commouemus: sed inexpugnabilem cum Deo pacem, gratiæ ipsius seruiendo firmamus, vt regi nostro non solum obedientia subiiciamur, sed etiam iudicio copulemur: Quoniam si in eadem sententia sumus, si quod vult, volumus, & quod improbat, improbamus, ipse iam pro nobis omnia bella conficiet, ipse qui dedit velle, donabit & posse, vt simus cooperatores operum eius, & propheticum illud cum fidei exultatione dicamus: *Domine illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, à quo trepidabo?*

Qui ergo non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, offerant Patri pacificorum concordiam filiorum, & in primogenitum nouæ creaturæ, qui venit non suam, sed mittentis facere voluntatem, vniuersa adoptionis membra cõcurrant: quoniam gratia patris non discordes, neque dissimiles, sed vnum sentientes, vnũque amantes, adoptauit hæredes. Ad vnã reformatos imaginem oportet animam habere conformem. Natalis Domini, natalis est pacis.

A Sicenim ait Apostolus: *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum:* quoniam siue Iudæus, siue gentilis, per ipsum habemus accessum in vno spiritu ad patrem: qui antepassionis diem, voluntaria dispositione præelectum, discipulos suos hac præcipue doctrina sua informauit, vt diceret: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Et ne sub nomine generali, pacis suæ qualitas lateret, adiecit: *Non quemadmodum mundus dat, ego do vobis.* Non habet, inquit, mundus amicitias veras, & multos facit peruerso amore concordēs. Sunt etiam in vitiiis pares animi: & similitudo desideriorum æqualitatem gignit affectuum. Et si quidam forsitan reperiantur, quibus praua & inhonesta non placeant, quique illicitas consentiones à fœdere suæ charitatis excludant: tamen etiam tales, si vel Iudæi sint, vel hæretici, vel pagani, non de amicitia Dei, sed de pace sunt mundi. Pax autem spiritualium & Catholicorum, à supernis veniens, & ad superna perducens, cum amatoribus mundi nulla nos vult communionē misceri, sed omnibus obstaculis resistere, & ad vera gaudia à perniciosis delectationibus euolare, dicente Domino: *Vbi fuerit thesaurus tuus, ibi erit cor tuum.* Hoc est, si deorsum sunt quæ amas, ad ima descendens: si sursum sunt quæ diligis, ad summa peruenies. Quò non vnum volentes, vnum sentientes, & in fide ac spe & in charitate concordēs, spiritus pacis agat atque perducatur: quoniam quicumque spiritu Dei aguntur, ij filij sunt Dei, qui regnat cum Filio & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

### Sermo VII. in eadem solennitate.

*Duarum naturarum in Christo rationem explicat, & quatenus creaturis viuendum.*



ESTIUITATIS hodiernæ, CAP. I. diiectissimi, verus venerator est & pius cultor, qui nec de incarnatione Domini aliquid falsum, nec de deitate aliquid sentit indignum. Pars enim periculi malum est, si illi aut naturæ nostræ veritas, aut paternæ gloriæ negatur æqualitas. Cùm ergo ad intelligendũ sacramentum natiuitatis Christi, qua de matre virgine est ortus, accedimus: abigatur procul terrenarum caligo rationum, & ab illuminatæ fidei oculo mundanæ sapientiæ fumus abscedat. Diuina est enim auctoritas, cui credimus: diuina est doctrina, quam sequimur. Quoniam siue legis testificationi, siue oraculis Prophetarũ, siue

Opera bona necessaria filiis Dei.

Matth. 5.

1. Ioan. 5.

Matth. 6.

Cooperatores Dei sumus. Psal. 26.

CAP. V. Ioan. 1.

Euangelicæ tubæ, interiorē admouea-  
mus auditum, verum est quod Ioannes  
plenus Spiritu sancto intōnuir: *In princi-  
pio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,  
& Deus erat Verbum. Hoc erat in principio a-  
pud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & si-  
ne ipso factum est nihil.* Et similiter verum  
est, quod idem prædicator adiecit: *Verbum  
caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus  
gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre.* In  
vtraque ergo natura idem est Dei filius, no-  
stra suscipiens, & propria non amittens: in  
homine hominem renouans, in se incom-  
mutabilis perseverans. Deitas enim, quæ  
illi cum patre communis est, nullum detri-  
mentum omnipotentis subiit, nec Dei for-  
mam serui forma violauit: quia summa &  
sempiterna essentia, quæ se ad humani ge-  
neris inclinauit salutem, nos quidem in suâ  
gloriam transulit, sed quod erat, esse non  
destitit. Vnde cum unigenitus Dei mino-  
rem se patre confiteretur, cui se dicit æqua-  
lem, veritatem in se formæ vtriusque de-  
monstrat: vt & humanam prober imparili-  
tas, & diuinam declaret æqualitas. Maie-  
stati igitur filij Dei corporea natiuitas nihil  
abstulit, nihil contulit: quia substantia in-  
commutabilis nec minui potuit, nec auge-  
ri. Quod enim Verbum caro factum est,  
non hoc significat, quod in carnem sit Dei  
natura mutata, sed quod à Verbo in vnita-  
tem personæ sit caro suscepta: in cuius v-  
trique nomine homo totus accipitur, cum  
quo intra virginis viscera, sancto Spiritu fec-  
undata, & nunquam virginitate caritura,  
tam inseparabiliter Dei filius vnitur, vt qui  
erat intemporaliter de essentia patris geni-  
tus, ipse sit temporaliter de vtero virginis  
natus. Aliter enim ab æternæ mortis vincu-  
lis non possemus absolui: nisi in nostris fie-  
ret humilis, qui omnipotens permanebat in  
suis. Nascens itaque Dominus noster Iesus  
Christus homo verus, qui nunquam desti-  
tuit esse Deus verus, nouæ creaturæ in se fe-  
cit exordium, & in ortus sui forma dedit  
humano generi spiritale principium, vt ad  
carnalis generationis abolenda contagia,  
esset regenerandis origo sine semine crimi-  
nis de quibus dicitur: *Qui non ex sanguini-  
bus, neque ex voluntate carnis, neque ex volun-  
tate viri, sed ex Deo nati sunt.* Quæ hoc sacra-  
mentum mens comprehendere, quæ hanc  
gratiam valet lingua narrare? Redit in inno-  
centiam iniquitas, & in nouitatem vetustas:  
in adoptionem veniunt alieni, & in hæredi-  
tatem ingrediuntur extranei. De impiis ius-  
ti, de auaris benigni, de incontinentibus cas-  
ti, de terrenis incipiunt esse cælestes. Quæ

A autem est ista mutatio, nisi dextra Excel-  
si? Quoniam venit filius Dei dissoluere opera  
diaboli: & ita se nobis, nosque inseruit sibi,  
vt Dei ad humana descensio, fieret hominis  
ad diuina prouectio. In hac autem, dile-  
ctissimi, misericordia Dei, cuius erga nos  
magnitudinē explicare non valeamus, multa  
solicitudine præcauendum est Christianis,  
ne diabolicis iterum capiantur insidiis, &  
eisdem rursus, quibus renunciauerant, er-  
roribus implicentur: Non enim desinit hos-  
tis antiquus, transfigurans se in angelum  
lucis, deceptionum laqueos vbique præten-  
dere, & vt quoquo modo fidem credentium  
corrumpat instare. Nouit, cui adhibeat æstus  
cupiditatis, cui illecebras gulæ ingerat, cui  
apponat incitamenta luxuriæ, cui infundat  
virus inuidiæ. Nouit, quem mœrore con-  
turbet, quem gaudio fallat, quem metu op-  
primat, quem admiratione seducat. Omnium  
discutit consuetudines, ventilat curas, scrut-  
tatur affectus: & ibi causas querit nocendi,  
vbi quemque viderit studiosius occupari.  
Habet etenim multos ex eis, quos tenacius  
obligauit, aptos suis artibus, quorum ad al-  
ios decipiendos & ingeniis vtatur & lin-  
guis. Per istos remedia ægritudinum, indi-  
cia futurorum, placationes dæmonum, &  
depulsiones promittuntur vmbraarum. Ad-  
duntur & illi, qui totam humanæ vitæ con-  
ditionem de stellarum pendere effectibus  
C mentiuntur, & quod est aut diuinæ volun-  
tatis, aut nostræ, indeclinabili dicunt esse  
fatorum. Quæ tamen vt cumulatiu nocē-  
ant, spondent posse mutari, si illis, quæ ad-  
uersantur, syderibus supplicetur. Vnde cō-  
mentum impium sua ratione destruitur:  
quia si prædicta non permanent, non sunt  
fata metuenda: si permanent, non sunt  
stra veneranda. De talibus institutis etiã  
illa generatur impietas, vt sol inchoatione  
diurnæ lucis exurgens, à quibusdam infi-  
pientioribus de locis eminentioribus ado-  
retur: quod nonnulli etiã Christiani ad  
se religiosè facere putant, vt priusquam ad  
B Petri Apostoli Basilicam, quæ vni Deo  
vivo & vero est dedicata, peruent, supe-  
ratis gradibus, quibus ad suggestum aræ su-  
perioris ascenditur, conuictio corpore ad-  
nascentem se solem reflectant, & curuatis  
ceruicibus, in honorem se splendidi orbis  
inclinent. Quod fieri partim ignorantia vt-  
tio, partim paganitatis spiritu, multum ta-  
bescimus & dolemus. Quia etsi quidã forte  
creatorem potius pulchri luminis, quam ip-  
sum lumen, quod est creatura, venerantur:  
abstinendum tamen est ab ipsa huiusmodi  
specie officij, quam cum in nostris inuenit,

pan. 1.

Naturæ  
duz in  
Christo.Ioan. 14.  
Ioan. 10.

CAP. 11.

Verbū caro  
factum est,  
quomodo  
intelligen-  
dum sit.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

CAP. 11.

1. Cor. 11.

Diaboli æ-  
stus & infi-  
diæ.Fatorū ob-  
seruatio &  
solis vene-  
ratio su-  
persticiosa.

CAP. 11.

qui deorum cultum reliquit, nonne hanc A. celo. Non itaque vobis, dilectissimi, hoc  
 secum partem opinionis vetustæ tanquam  
 probabilem retentabit, quam Christianis  
 & impiis viderit esse communem? Abii-  
 ciatur ergo à consuetudine fidelium dam-  
 nanda peruersitas, nec honor vni Deo de-  
 bitus, eorum ritibus, qui creaturis deser-  
 uunt, misceatur. Dicit enim scriptura di-  
 uina: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi  
 soli serues.* Et beatus Iob, *Homo sine quere-  
 la, ut ait Dominus, & continens se ab omni  
 re mala. Nunquid vidi, inquit, solem cum sul-  
 geret, & lunam incedentem clarè, & latatum  
 est cor meum in abscondito?* Et osculatus sum  
 manum meam, quæ est iniquitas maxima,  
 & negatio contra Deum Altissimum. Quid B  
 autem est sol, vel quid est luna, nisi vi-  
 sibilis creaturæ & corporeæ lucis elemen-  
 ta? quorum vnum est maioris claritatis, &  
 aliud minoris est luminis. Sicut enim alia  
 diurna, alia nocturna sunt tempora: ita di-  
 uersam in luminaribus qualitatem creator  
 instituit, cum tamen prius, quam hæc fie-  
 rent, & dies sine solis officio, & noctes  
 sine lunæ ministerio præcessissent. Sed com-  
 dita sunt ista ad faciendam hominis utili-  
 tatem, ut rationale animal, nec in distin-  
 ctione mensium, nec in recursu annorum,  
 nec in dinumeratione temporum fallere-  
 tur, cum per \* inæqualium horarum impar-  
 equalium. res moras, & dissimilium ortuum signa ma-  
 nifesta, & annos sol concluderet, & men-  
 ses luna renouaret. Quarto namque, ut leg-  
 imus, die, dixit Deus: *Fiant luminaria in  
 firmamento cali, & luceant super terram, & di-  
 uident inter diem & noctem, & sint in signa  
 & tempora, & dies, & annos, & sint in fir-  
 mamento cali, ut luceant super terram.* Exper-  
 giscere, ô homo, & dignitatem tuæ cogno-  
 sce naturæ. Recordare te factum ad imagi-  
 nem Dei: quæ etsi in Adam corrupta, in  
 Christo tamen est reformata. Vtere quo-  
 modo vtendum est visibilibus creaturis, si-  
 cut veteris terra, mari, celo, aëre, fontibus, D  
 atque fluminibus: & quicquid in eis pul-  
 chrum atque mirabile est, refer ad laudem  
 & gloriam conditoris. Noli esse deditus illi  
 lumini, quo volucres & serpentes, quo be-  
 stis & pecudes, quo muscæ delectantur &  
 vermes. Lucem corpoream sensu range cor-  
 porco, & toto mentis affectu illud verum  
 lumen amplectere, quod *illuminat omnem  
 hominem venientem in hunc mundum, & de  
 quo dicit Propheta: Accedite ad eum, &  
 illuminamini, & vultus vestri non erubescunt.*  
*Si enim templum Dei sumus, & spiritus Dei  
 habitat in nobis, plus est, quod fidelis quisque  
 habet in sua anima, quam quod miratur in*

celo. Non itaque vobis, dilectissimi, hoc  
 aut indicimus, aut suademus, vt despicia-  
 ris opera Dei, aut contrarium aliquid fi-  
 dei vestræ, in iis, quæ Deus bonus bona  
 condidit, æstimeris: sed vt omni creatura-  
 rum specie, & vniuerso huius mundi or-  
 naturationabiliter & temperanter vtamini.  
*Quæ enim videntur,* sicut ait Apostolus, *tem- 1. Cor. 4.  
 poralia sunt: quæ autem non videntur, æterna  
 sunt.* Vnde quia ad præsentia sumus nati,  
 ad futura autem tenati: non temporalibus  
 bonis dediti, sed æternis simus intenti. Et  
 vt spem nostram possimus propius intueri,  
 in ipso sacramento natalis Domini cogite-  
 mus, quid naturæ nostræ gratia diuina con-  
 tulerit. Audiamus Apostolum dicentem:  
*Mortui enim estis, & vita vestra abscondita Coloss. 3:  
 est cum Christo in Deo.* Cum autem Christus  
 apparuerit vita vestra, tunc & vos appare-  
 bitis cum ipso in gloria, *Qui viuunt & regnat  
 cum Patre & Spiritu sancto per omnia secula  
 seculorum, Amen.*

### Sermo VIII. in eadem solennitate.

*Incarnationis Christi modum, necessitatem-  
 que, & hereticorum circa eandem  
 diuersorum mendacia expendit.*



V M semper nos, dilectissimi, CAP. 11.  
 gaudere in Domino, omnia diui-  
 na eloquia exhortentur, hodie  
 procul dubio ad spiritalem læti-  
 tiã copiosius incitatur, natiuita-  
 tis Dominicæ sacramento nobis clarius co-  
 ruscante: vt recurrentes ad illam diuinæ mi-  
 sericordiæ ineffabilem inclinationem, qua  
 creator hominum homo fieret dignatus, in  
 ipso nos inueniamur natura, quem adora-  
 mus in \* nostra. Deus enim dei filius, de sem-  
 piterno & ingenito patre vnigenitus, sem-  
 piternus manens in forma Dei, & incom-  
 mutabiliter atque intemporaliter habens  
 non aliud esse quàm pater, formam serui si-  
 ne suæ detrimento maiestatis accepit: vt in  
 sua nos proucheret, non ipse in nostra de-  
 ficeret. Vnde vtrique naturæ in suis pro-  
 prietatibus permanenti, tanta est vnitatis  
 facta communio, vt quicquid ibi est Dei,  
 non sit ab humanitate disinctum: quic-  
 quid autem est hominis, non sit à Deitate  
 diuisum. Celebrantes igitur, dilectissimi, CAP. 11.  
 natalem diem Domini Saluatoris, par-  
 rum beatæ virginis integrè cogitemus, vt  
 carni animæque conceptæ virtutem Verbi  
 nullo temporis puncto defuisse credamus,  
 nec prius formatum atque animatum tem-

Creaturis  
 vt vtendū.

Ioan. 1.

Psal. 31.

1. Cor. 3.

Corpus  
 Christi non  
 prius for-  
 matum quàm  
 animatum.

plum corporis Christi, quod sibi superueniens vindicaret habitator, sed ipsum & in ipso, nouo homini datum esse principium: vt in vno Dei atque hominis filio, & sine matre deitas, & sine patre esset humanitas. Simul enim per Spiritum sanctum fecundata virginitas, sine corruptionis vestigio edidit, & sui generis sobolem, & suæ stirpis autorem. Vnde & idem Dominus, sicut Euangelista commemorat, quæsiuit à Iudæis, cuius filium Christum scripturarum autoritate didicissent, & eisdem respondentibus, quod ex Dauid venturus semine traderetur: *Quomodo*, inquit, *illum Dominum suum Dauid in spiritu vocat, dicens: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?* Nec potuerunt Iudæi propositam soluere quæstionem: quia non intelligebant in vno Christo, & progeniem Dauidicam, & naturam prophetatam esse diuinam. Maieestas autem filij Dei æqualis patri, vestiens se humilitate seruili, nec metuebat minui, nec indigebat augeri: ipsūque effectum misericordię suæ, quem restitutioni impendebat humanæ, sola exequi poterat virtute deitatis, vt creaturam ad imaginem Dei conditam à iugo diræ dominationis erueret. Sed quia non ita in primum hominem diabolus violentus extiterat, vt eum in partes suas sine liberi arbitrij consensione transferret: sic destruendum peccatum fuerat voluntarium, & hostis consilium, vt dono gratiæ non obesset norma iustitiæ. In totius igitur humani generis strage communi, vnum solum fuit remedium sub diuinæ rationis occulto, quod posset subuenire prostratis, si aliquis filiorum Adam originalis præuacationis alienus atque innocens nasceretur, qui cæteris exemplo prodesset & merito. Sed quia hoc naturalis generatio non sinebat, nec poterat viciatæ radicis sine semine propago esse, de quo Scriptura dicit: *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es? Dominus Dauid, factus est filius Dauid, & de promissi generis fructu proles est orta sine vitio, in vnam personam gemina conueniente natura: vt eodem conceptu eodemque partu gigneretur dominus noster Christus, cui vera inesset deitas ad miracula operum, & vera humanitas ad tolerantiam passionum.*

CAP. IV.

Fides igitur Catholica, dilectissimi, oblatrantium hæreticorum spernat errores, qui mundanæ sapientiæ vanitate decepti, à veritatis Euangelio recesserunt, & incarnationem Verbi intelligere non valentes, de

causa illuminationis fecerunt sibi materiam cæcitat. Nam omnium ferè falsa credentium opinionibus, quæ etiam in sancti Spiritus negationem prouunt, retractatis, neminem pene deuiasse cognoscimus, nisi qui duarum in Christo naturarum veritatem sub vnius personæ confessione nõ credidit. Alij etenim Domino solum humanitatem, alij solum adscribere deitatem. Alij veram quidem in ipso diuinitatem, sed carnem dixerunt fuisse simulatam. Alij professi sunt veram eum suscepisse carnem, sed Dei patris non habuisse naturam: & deitati eius, quæ erant humanæ substantiæ, depurantes, maiorem sibi Deum minoremque finxerunt, cum gradus in vera diuinitate esse non possit. Quoniam quicquid Deo minus est, Deus non est. Alij cognoscentes patris & filij nullam esse distantiam, quia non poterant vnitatem deitatis intelligere nisi in vnitate personæ, eundem asseruerunt esse patrem, quem filium, & nasci & nutriri, pati & mori, sepeliri & resurgere, ad eundem pertinere, qui per omnia & hominis personam impleret & Verbi. Quidam putauerunt Dominum Iesum Christum non nostræ substantiæ corpus habuisse, sed ab elementis superioribus ac subtilioribus sumptum. Quidam autem æstimauerunt in carne Christi humanam animam non habitasse nec fuisse, sed partes animæ ipsam Verbi impleisse deitatem. Quorum imprudentia in hoc transit, vt animam quidem fuisse in Domino faterentur, sed eandem dicerent mente caruisse, quia sufficeret homini sua deitas ad omnia rationis officia. Postremò, iidem asserere præsumpserunt, partem quãdam Verbi in carnem fuisse conuersam, vt in vnius dogmatis varietate multiplici, non carnis tantum animæque natura, sed etiam ipsius Verbi solueretur essentia.

CAP. V.

Multa sunt & alia prodigia falsitatum, quibus enumerandis charitatis vestræ non est fatigandus auditus: sed post diuersas impietates, quæ sibi inuicem sunt multiformium blasphemiarum cognatione connexæ, & de iis potissimum erroribus declinandis obseruantiam vestræ deuotionis admoneo, quorum vnus dudum Nestorio autore consurgere non impunè tentauit. Alius nuper pari execratione damnandus, Eutyche assertore prorupit. Nam ille beatam Mariam virginem hominis tantummodo ausus est prædicare genitricem, vt in conceptu eius & partu nulla Verbi & carnis facta vnicio crederetur: quia Dei filius non ipse factus est hominis filius, sed creato homini sola se dignatione sociauerit. Quod Catholicæ aures

C iij

March. 22.

Psal. 109.

Genes. 1.

CAP. III.

Incarnationis filij Dei necessitas.

Iob. 14.

Hæreseon catalogus.

Eutyche hæretic.

nequaquam tolerare potuerunt, quæ sic E-  
 uangelio veritatis imbutæ sunt, vt firmissi-  
 me nouerint, nullam esse humano generi  
 spem salutis, nisi ipse esset filius virginis,  
 qui creator est matris. Hic autem recentio-  
 ris sacrilegij prophanus adfertor, vnitione  
 quidem in Christo duarum confessus est  
 naturarum, sed ipsa vnitione id dixit esse  
 factum, vt ex duabus vna remaneret, nullatenus  
 alterius existente substantia, quæ vti-  
 que fieri nisi aut in consumptione aut sepa-  
 ratione non posset. Hæc verò tam inimica  
 sunt sanæ fidei, vt nequeant recipi sine ex-  
 cidio nominis Christiani. Si enim Verbi in-  
 carnatio non vnitione est diuinæ humanæque  
 naturæ, sed hoc ipso concursu, quod erat  
 geminum, factum est singulare, sola diuini-  
 tas vtero virginis nata est, & per iudificato-  
 riam speciem sola subiit nutrimenta & in-  
 crementa corporea: vtque omnes mutabi-  
 lites humanæ conditionis omittam, sola  
 diuinitas crucifixa, sola diuinitas mortua,  
 sola diuinitas est sepulta, vt iam secundum  
 talia sentientes, speradæ resurrectionis nul-  
 la sit ratio, nec sit primogenitus ex mortuis  
 Christus: quia non fuit, qui deberet resu-  
 scitari, si non fuit qui posset occidi. Ab-  
 sint à cordibus vestris, dilectissimi, diaboli-  
 carum inspirationum virulenta mendacia:  
 & scientes, quòd sempiterna filij deitas nul-  
 lo apud patrem creuit augmento: prudenter  
 aduertite, quod cui naturæ in Adam dictū  
 est, *Terra, & in terram ibis*: eidem in Chri-  
 sto dicitur, *Sede à dextris meis*. Secundum  
 illam naturam, qua Christus æqualis est  
 patri, numquam inferior fuit vnigenitus  
 sublimitate genitoris, nec temporalis est  
 ei cum patre gloria, quæ est ipsa patris dex-  
 tera. De qua in Exod. dicitur: *Dexteratus,*  
*Domine, glorificata est in virtute*. Et in Esa-  
 ia: *Domine, quis credidit auditui nostro? &*  
*brachium Domini cui reuelatum est?* Assum-  
 ptus igitur homo in filium Dei, sic in vnita-  
 tem personæ Christi ab ipsis corporalibus  
 est receptus exordiis: vt nec sine deitate  
 conceptus sit, nec sine deitate editus, nec  
 sine deitate nutritus. Idem erat in miracu-  
 lis, idem in contumeliis, per humanam in-  
 firmitatem crucifixus, mortuus & sepultus,  
 per diuinam virtutem die tertia resuscita-  
 tus, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram  
 Dei patris, & in natura hominis accepit à  
 patre, quod in natura deitatis etiam ipse  
 donauit. Hæc, dilectissimi, pio corde me-  
 ditantes, Apostolici semper memores esto-  
 re præcepti, qui vniuersos admonet dicens:  
*Videte, ne quis vos seducat per philosophiam &*  
*inanem fallaciam, secundum traditionem ho-*

*minum, & non secundum Christum, quia in ip-  
 so habitat omnis plenitudo diuinitatis corporali-  
 ter, & estis repleti in illo.* Non dixit spiritali-  
 ter, sed corporaliter, vt veram intelligamus  
 substantiam carnis, vbi est plenitudinis di-  
 uinitatis inhabitatio corporalis: qua vtique  
 tota etiam repletur Ecclesia, quæ inhærens  
 capiti, corpus est Christi, Qui viuuit & re-  
 gnat cum Patre & Spiritu sancto Deus in  
 secula seculorum, Amen.

Ephes. 1.  
Colof. 1.

### Sermo IX. in eadem solen- nitate.

**B** *Diuinitas immutabilis vt nostra infirma  
 suscepit, & quid libertatis nobis  
 per hoc ipsum contulerit.*



**X** C E D I T quidem, dilectissi-  
 mi, multumque supereminet  
 humani eloquij facultatē di-  
 uini operis magnitudo: & in-  
 de oritur difficultas fandi, vn-  
 de adest ratio non tacendi: Quia in Chri-  
 sto Iesu filio Dei non solum ad diuinam ef-  
 fectiam, sed etiam ad humanam spectat na-  
 turam, quod dictum est per Prophetam:  
*Generationem eius quis enarrabit? Vtram-*

CAP. I.

Esa. 55.

que enim substantiam in vnam conuenisse  
 personam, nisi fides credat, sermo non ex-  
 plicat: & ideo nunquam materia deficit  
 laudis, quia nunquam sufficit copia lau-  
 datoris. Gaudeamus igitur, quòd ad elo-  
 quendum tantæ misericordiæ sacramen-  
 tum impares sumus, & cum salutis no-  
 stræ altitudinem promere non valeamus,  
 sentiamus nobis bonum esse, quod vincimur.  
 Nemo enim ad cognitionem veri-  
 tatis magis propinquat, quàm qui intelli-  
 git in rebus diuinis, etiam si multum pro-  
 ficat, semper sibi superesse quod querat.  
 Nam qui se ad id, in quo tendit, peruenisse  
 præsumit, non quæsitã reperit, sed in  
 inquisitione defecit. Ne autem infirmita-  
 tis nostræ perturbemur angustiis, euange-  
 licæ nos & propheticæ adiuuant voces,  
 quibus ita accendimur & docemur, vt nos  
 natiuitatem Domini, qua Verbum caro fa-  
 ctum est, non tam præteritam recolere  
 quàm præsentem videamur inspicere. Quod  
 enim pastoribus pro gregum suorum cu-  
 stodia vigilantibus nunciauit angelus, et-  
 iam nostrum impleuit auditum: & ideo  
 dominicis ouibus præsumus, quia verba  
 diuinitus edita cordis aure seruamus, tan-  
 quam & in hodierna festiuitate dicatur, *E-  
 uangelico vobis gaudium magnum, quod erit*

Ioan. 1.

Lucæ 2.

Ibid.

Rom. 8.  
Colof. 1.  
CAP. VI.

Genes. 3.  
Psal. 109.

Exod. 15.  
Dextera  
patris filius  
Dei.  
Esa. 55.  
Rom. 10.

CAP. VII.

Colof. 2.

omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in civitate David. Cuius prædicationis summitati exultatio innumerabilium iungitur angelorum, ut excellentius fieret testimonium, cui militiæ cælestis multitudo concineret in honorem Dei vna benedictione dicentium: *Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Dei ergo gloria est ex matre virgine Christi nascentis infantia, & reparatio humani generis merito in laudem sui refertur autoris: quia & ipse beatæ Mariæ missus à Deo Gabriel angelus dixerat: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: idèoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* In terra autem illa pax conceditur, quæ homines efficit bonæ voluntatis. Quo enim spiritu de intemeratæ matris visceribus nascitur Christus, hoc de sanctæ Ecclesiæ vtero renascitur Christianus, cui vera pax est, à Dei voluntate non diuidi, & in iis solis, quæ Deus diligit, deletari.

CAP. II.

Natalem igitur, dilectissimi, diem Domini celebrantes, qui ex omnibus præteritorum temporum diebus electus est, licet dispensatio actionum corporalium, sicut æterno consilio fuerat præordinata, transierit, totaque Redemptoris humilitas in gloriam paternæ maiestatis euecta sit, ut in nomine Iesu omne genua flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris: indesinenter tamen ipsum partum saluteræ virginis adoramus, & illam Verbi & carnis indissolubilem copulam non minus suscipimus in præsepe iacentem, quam in throno paternæ altitudinis confidentem. Immutabilis enim deitas quamvis intra semetipsam & claritatem suam & potentiam contineret, non tamen ideo non erat conferta nascenti, quia humano aspectui non patebat, ut per veri hominis inuisitata primordia ille agnosceretur genitus, qui regis David & Dominus esset & filius. Ipse enim prophetico spiritu cantat, dicens: *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Quo testimonio, sicut Euangelium refert, confutata est impietas Iudæorum. Nam cum Iesu interrogante Iudæos, cuius filium dicerent Christum, respondissent, *David*, confestim Dominus cæcitate illorum arguens, ait: *Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis? Interclusistis vos, ô Iudæi, intelligentiam viam, & dum solam naturam*

Philipp. 2.

Psal. 9.

Math. 22.

A carnis aspiciatis, tota vos veritatis luce privastis. Expectantes enim secundum vestræ persuasionis fabulosa figmenta, David filium de sola stirpe corporea, dum spem vestram in homine tantum constituistis, Deum Dei filium repulistis, ut quod nobis confiteri gloriosum est, vobis prodesse non possit. Nam & nos interrogati, cuius filius sit Christus, voce Apostoli confitemur, quod factus est ex semine David secundum carnem: & de ipso initio Evangelicæ prædicationis instruimur, legentes: *Liber generationis Iesu Christi filij David.* Sed ideo à vestra impietate discernimur, quia quem ex progenie David hominem nouimus natum, eundem secundum quod Verbum caro factum est, Deum Deo Patri credimus coæternum. Vnde si teneres, ô Israël, tui nominis dignitatem, & propheticas denunciationes non obcæcato corde percurreres, Esaias tibi Evangelicam panderet veritatem, & non surdus audires diuina inspiratione dicentem: *Ecce Virgo accipiet in utero, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.* Quem si in tanta proprietate sacri nominis non videbas, in Dauidica saltem voce didicisses, ne contra testificationem noui & veteris testamenti, Iesum Christum David filium denegares, quem David Dominum non fateris.

Quopropter, dilectissimi, quoniam per ineffabilem gratiam Dei, Ecclesia fidelium gentium consecuta est, quod carnalium Iudæorum synagoga non meruit, dicente David: *Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam:* & Esaias similiter prædicante, *Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: qui habitabant in regione umbræ mortis, lux orta est eis.* Ecce iterum, *Gentes quæ te non nouerunt, inuocabunt te: & populi qui te nesciunt, ad te confugient: exultemus in die salutis nostræ, & per nouum testamentum in consortium eius assumpti, cui dicitur à Patre per Prophetam: *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* In adoptantis nos misericordia gloriemur: quia sicut Apostolus ait, *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.* Dignum est enim atque conueniens, ut testantis Patris voluntas ab adoptionis filiis impleatur, & dicente Apostolo, *Si compatimur, & conglorificabimur, sint humilitatis Christi participes, qui sunt futura gloria cohæredes.* Honoretur in infantia sua Dominus, nec ad deitatis referantur iniuriam exordia &*

Rom. 1.

Math. 1.

Ioan. 1.

Esa. 7. Matth. 1.

CAP. III.

Psal. 97.

Esa. 9.

Esa. 55.

Psal. 27.

Rom. 8.

Ibid.

Rom. 8. incrementa corporea: quoniam naturæ incommutabili nec addidit aliquid nostræ naturæ, nec minuit; sed qui in similitudinem carnis peccati dignatus est hominibus esse conformis, in unitate deitatis Patri permanet æqualis, Cum quo & Spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo X. in eadem solennitate.

*Verbum paternæ maiestatis ut habitauit in nobis, & de eiusdem excellentia.*

CAP. I.



ÆPE, ut nostis, dilectissimi, de excellentia festiuitatis hodiernæ officium uobis sermonis salutaris impendimus; nec ambigimus ita cordibus uestris diuinæ pietatis resplenduisse uirtutem: ut quod uobis fide est insitum, id sit etiam intelligentia comprehensum. Sed quia Domini Saluatorisque nostri natiuitas non solum secundum deitatem de patre, sed etiam secundum carnem de matre, ita facultatem humani excedit eloquij, ut merito ad utrūque referatur, quod dictum est, *Generatio nem eius quis enarrabit?* In eo enim ipso, quod dignè non potest explicari, semper exuberat ratio discernendi, non quia liberum sit diuersa sentire, sed quia dignitati materiæ nulla potest lingua sufficere. Magnitudo igitur sacramenti, in salutem humani generis ante secula æterna dispositi, in seculorum sine reuerenti, integritati suæ nec auferri aliquid patitur, nec augeri: & sicut propria non amittit, ita aliena non recipit. Sed multi opinionum suorum sequaces, & quod nondum intellexerant, paratiores docere quàm discere, sicut ait Apostolus, circa fidem naufragauerunt: quorum prauas compugnantésque sententias breui significatione perstringam: ut errorum tenebris à ueritatis luce discretis, & religiosè honorentur beneficia diuina, & scienter caueantur mundana mendacia. Quidam enim ex documentis natiuitatis Domini Iesu Christi, quæ cum uerum hominis filium demonstrabant, nihil ipsum amplius quàm hominis filium crediderunt, non putantes illi adscribendam esse dignitatem, quem & primordia infantia, & incrementa corporea, & passionum usque ad crucem mortemque conditio, non dissimilem cæteris mortalibus approbassent. Alij uero uirtutum admiratione permoti, & origiginis nouitatem, & dictorum factorumque potentiam, ad diuinam intelligentes

Esai. 53.

Hæreses uade.

1. Tim. 1.

CAP. II.

Hæreses diuersa circa incarnationem Verbi.

Aptinere naturam, nihil illi putauerunt nostræ inesse substantiæ, totumque illud quod corporeæ fuit actionis & formæ, aut de sublimioris generis prodiisse materia, aut simulatam carnis speciem habuisse, ut uidentium & tangentium sensus ludicatoria imagine fallerentur. Fuit autem in quibusdam errantibus etiam illa persuasio, quæ conarentur asserere, ex ipsa Verbi substantia quiddam in carnem fuisse conuersum, natoque Iesu ex Maria uirgine, nihil maternæ fuisse naturæ, sed & quod erat Deus & quod erat homo, utrunque ad id pertinuisse, quod Verbum est: ut scilicet in Christo & per diuersitatem substantiæ salua fuerit humanitas, & per defectum mutabilitatis non uera diuinitas. Has ergo, dilectissimi, aliàsque impietates diabolica inspiratione conceptas, & in multorum noxam per uasa perditionis effusas, olim Catholica fides, cui Deus & magister est & auxiliator, obtinuit, exhortante & instruente Spiritu sancto per legis reuificationem, per uaticinia Prophetarum, & per Euangelicam tubam, Apostolicamque doctrinam, ut constanter intelligentèrque credamus, quia, sicut ait beatus Ioannes: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* In nobis utique, quos sibi Verbi diuinitas coaptauit, cuius caro de uero uirginis sumpta nos sumus. Quæ si de nostra, id est, uerè humana non esset, Verbum caro factum non habitasset in nobis. In nobis autem habitauit, qui naturam nostri corporis suam fecit, ædificante sibi sapientia domum, non de quacumque materia, sed de substantiâ propriè nostra, cuius assumptio est manifestata, cum dictum est, *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Huic autem sacratissimæ prædicationi etiam beati Pauli Apostoli doctrina concordat, dicentis, *Uide, ne quis uos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in Christo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis repleti in illo.* Totum igitur corpus implet tota diuinitas, & sicut nihil deest illius maiestatis, cuius habitatione repletur habitaculum: sic nihil deest corporis, quod non suo habitatore sit plenum. Quod autem dictum est, *Et estis repleti in illo,* nostræ utique est significata natura, ad quos illa repletio non pertinet, nisi Dei Verbum, nostri sibi generis & animam & corpus unisset. Agnoscendum sane, dilectissimi, & toto corde est confitendum, quod hæc generatio, qua & Verbum

CAP. III.

Ioan. 1. Deus Verbum. ut in nobis habitauit.

Ibid.

Colos. 2.

CAP. IV.

& caro, id est, Deus & homo vnus Dei filius. A re nostro manifestè cognoscimus geminæ vnusque Christus efficitur, supra omnem originem humanæ creationis excellit. Nec enim aut Adæ de limo terræ formatio, aut Eux de viri carne plasmatio, aut cæterorum hominum de vtriusque sexus permixtione conditio, Iesu Christi potest ortui comparari. Genuit Abraham senex diuinæ promissionis hæredem, & transgressa fecunditatis annos, sterilis Sara concepit. Iacob dilectus est à Deo, antequam natus, & præueniente gratia voluntariis actiones ab hispida cogeniti fratris asperitate discretus. Hieremix dicitur, *Prius quàm te formarem in utero; nomi te, & antequam exires de vulua, sanctificauit te.* Anna diu fecunditatis aliena, Samuelem Prophetam, quem Deo offerret, enixa est, vt & partu clara esset & voto. Zacharias sacerdos de Elizabeth sterili sanctam suscepit prolem: & præcursor Christi futurus Ioannes, spiritum propheticum intra viscera matris acceperat, & nondum editus puer, genitricem Domini signo clausæ exultationis ostenderat. Magna hæc omnia, & diuinorum operum fune plena miraculis: sed hoc ipso immoderatiùs stupenda, quo plura. Natiuitas autem Domini nostri Iesu Christi omnem intelligentiam superat, & cuncta exempla transcendit. Nec potest vllis esse comparabilis, quæ est inter omnes singularis. Electæ namque virgini de femine Abrahamæ, ac de radice Iesse, per propheticas voces & per mystica signa promissæ, denunciatur ab archangelo sine dâmno pudoris beata fecunditas, sacram virginitatem nec conceptu violatura nec partu. Superueniente quippe in eam Spiritu sancto, & Altissimi obumbrante virtute, incommutabile Dei verbum de incontaminato corpore habitum sibi humanæ carnis assumpsit: quæ & nullum contagium de concupiscentia carnis traheret, & nihil eorum, quæ ad animæ corporisque naturam pertinent, non haberet. Recedant procul atque in tenebras suas eant hæreticarum monstra opinionum, & insanarum sacrilegia falsitatum. Nos exultans in laudem Dei celestium multitudo, & instructi ab angelis docuere pastores: vt cognitis naturæ vtriusque documentis, & Verbum in Christo homine, & Christum hominem adoremus in Verbo. Nam si, vt Apostolus ait, *Qui adheret Domino, vnus spiritus est*: quanto magis Verbum caro factum vnus est Christus? vbi nihil est alterius naturæ, quod non sit vtriusque. Non ergo infirmetur in consiliis misericordiæ Dei, quæ nos & innocentia reformat & vitæ, nec quia in Saluato-

re nostro manifestè cognoscimus geminæ signa naturæ, aut in gloria Dei de veritate carnis, aut in humilitate hominis de deitatis maiestate dubitemus. Idem est in forma Dei, qui formam suscepit serui: idem est incorporeus manens, & corpus assumens. Idem est in sua virtute inuiolabilis, & in nostra infirmitate passibilis. Idem est à paterno non diuisus throno, & ab impiis crucifixus in ligno. Idem est super cælorum altitudines victor mortis ascendens, & vsque ad consummationem seculi vniuersam Ecclesiam non relinquens. Idem postremò est, qui in eadem, qua ascendit, carne venturus, sicut iudicium sustinuit impiorum, ita iudicaturus est de omnium actione mortalium. Vnde ne plurimis testimoniis immoremur, vnum sufficit ex Euangelio beati Ioannis adhiberi, quo ipse Dominus noster dicit: *Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.* Ergo sub vna sententia ostendit, quia filius Dei atque filius hominis est. Vnde apparet, quemadmodum Christum Dominum in vnitatem personæ credere debeamus, quia cum sit filius Dei, per quem facti sumus, etiam filius hominis per assumptionem carnis est factus, vt moreretur, sicut ait Apostolus, propter delicta nostra, vt resurgeret propter iustificationem nostram. Hæc confessio, dilectissimi, nullas metuit contradictiones, nullis cedit erroribus. Agnoscimus enim misericordiam Dei ab initio promissam, & ante secula præparatam, per quam resoluti captiuitatis humanæ vincula poruerunt, quibus primum hominem omnemque eius posteritatem malè suafus peccati autor obstrinxerat, & propaginem dedititiam originali sibi præiudicio vindicabat. Quia igitur iustificandis hominibus hoc principaliter opitulatur, quod vnigenitus Dei, etiam filius hominis esse dignatus est, vt *ὁμοούσιος* patri Deus, id est, vnus substantiæ, idem homo verus & secundum carnem matri consubstantialis existeret, vtroque gaudemus, quia non nisi vtroque saluamur, in nullo diuidentes visibilem ab inuisibili, corporeum ab incorporeo, passibilem ab impassibili, palpabilem ab impalpabili, formam serui à forma Dei: quia etsi vnum manet ab æternitate, aliud cœpit à tempore: quæ tamen in vnitatem conueniunt, nec separationem possunt habere nec finem, dum exaltans & exaltatus glorificans & glorificatus, ita sibi in hæserunt,

Genef. 21.  
 Genef. 25.  
 Malac. 1.  
 Rom. 9.  
 Hier. 1.  
 Generatio-  
 nes mira-  
 biles om-  
 nium æta-  
 tum.  
 1. Reg. 1.  
 Luc. 1.  
 Natiuitatis  
 Christi ex-  
 cellentia.  
 Luc. 1.  
 CAP. V.  
 1. Cor. 6.

Matth. 25.

Ioan. 3.

Rom. 4.

CAP. VI.

vt siue in omnipotentia, siue in contumelia, nec diuina in Christo careant humanis, nec humana diuinis. Hoc credentes, dilectissimi mi, Christiani sumus, veri Israëlitar, & in consortium filiorum Dei veraciter adoptati: quia & omnes sancti, qui Saluatoris nostri tempora præcesserunt, per hanc fidem iustificati, & per hoc sacramentum Christi sunt corpus effecti, expectantes vniuersalem credentium redemptionem in semine Abrahamæ, de quo dicit Apostolus: *Abrahæ dictæ sunt repromissiones, & semini eius.* Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Propter quod Matthæus Euangelista, vt promissionem ad Abraham factam ostenderet in Christo esse completam, generationum ordinem percurrit, & in quo omnibus gentibus disposita fuisset benedictio, demonstrauit. Lucas quoque Euangelista ab ipso Domini ortu seriem generis sui sursum versus retexit, vt etiam illa secula, quæ diluuium præuenerunt, & huic sacramento doceret fuisse connexa, omnique ab initio successionum gradus, ad eum in quo vno erat salus omnium, tetendisse. Non ergo dubitandum est, quia præter Christum non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri, Qui cum Patre & Spiritu sancto æqualis in Trinitate viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

## SERMO PRIMVS IN SO- lennitate Epiphaniæ Domini nostri Iesu Christi.

*Epiphaniæ celebritas quid insinuet, & de  
trium Magorum aduentu ac  
muneribus.*

CAP. I.



CELEBRATO proximo die, quo intemerata virginitas humani generis edidit Saluatorem, Epiphaniæ nobis, dilectissimi, veneranda festiuitas dat perseverantiam gaudiorum: vt inter cognatarum solennitatum vicina sacramenta, exultationis vigor & feruor fidei non tepescat. Ad omniū enim hominum spectat salutem, quod infantia mediatoris Dei & hominum iam vniuerso declarabatur mundo, cum adhuc exiguo detineretur oppidulo. Quamuis enim Israëliticam gentem, & ipsius gentis vnā familiam delegisset, de qua naturam vniuersæ humanita-

tis assumeret, noluit tamen intra maternæ habitationis angustias ortus sui latere primordia: sed mox ab omnibus voluit agnoscisci, qui dignatus est omnibus nasci. Tribus igitur Magis in regione Orientis stella nouæ claritatis apparuit, quæ illustrior cæteris pulchriorque sideribus, facile in scientientium oculos animosque conuerteret: vt confestim aduerteretur non esse ociosum, quod tam insolidum videbatur. Dedit ergo aspicientibus intellectum, qui præstitit signum: & quod fecit intelligi, fecit inquiri, & se inueniendum, obtulit requisitus.

Sequuntur tres viri superni luminis ductum, & præuij fulgoris indicium intenta contemplatione comitantes, ad agnitionem veritatis, gratiæ splendore ducuntur, qui humano sensu significatum sibi regis ortum æstimauerunt in ciuitate regia esse quærendum. Sed qui serui susceperat formam, & non iudicare venerat, sed iudicari, Bethleem prælegit natiuitati, Hierosoly mam passioni. Herodes verò audiens Iudæorum principem natum, successorem suspicatus expiavit, & molitus necem salutaris auctori, falsum spondit obsequium. Quam felix foret, si Magorum imitaretur fidem, & conuerteret ad religionem, quod disponebat ad fraudem. O cæca stultæ æmulationis impietas, quæ perturbandum putas diuinum tuo furore consilium. Dominus mundi, temporale non quærit regnum, qui præstat æternum. Quid incommutabilem dispositarum rerum ordinem vertere, & aliorum facinus præoccupare conaris? Mors Christi non est temporis tui. Ante condendum est Euangelium, ante prædicandum est Dei regnum, ante sanitates donandæ, ante sunt facienda miracula. Cur, quod alieni futurum est operis, tui vis esse criminis? & non habiturus effectum sceleris, in solum te reatum præcipitas voluntatis? Nihil hac molitione proficis, nihil peragis. Qui voluntate natus est, sui arbitrij potestate morietur. Consummant ergo Magi desiderium suum, & ad puerum Dominum Iesum Christum eadem stella præeunte perueniunt. Adorant in carne Verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, & in hominis veritate Dominum maiestatis: vtque sacramentum fidei suæ intelligentiæque manifestent, quod cordibus credunt, muneribus protestantur. Thus Deo, myrrham homini, aurum offerunt regi. scienter diuinam humanamque naturam in vnitatem venerantes, quia quod erat in substantiis proprium, non erat in persona diuersum.

Re-

Reuersis autem Magis in regionem suam, A  
 tranlatō que Iesu in Ægyptū, ex admoni-  
 tionibus suis Herodis insania. Necari om-  
 nes Berhlem paruulos iubet: & quoniam  
 quem meruat, nescit infantem, generalē sa-  
 uitiā in suspectam sibi tendit ætatem. Sed  
 quos rex impius eximit mundo, Christus  
 inserit cælo: & quibus nōdum sanguinis sui  
 impēdit redemptionem, iā martyrii tribuit  
 dignitatem. Erigite igitur, dilectissimi, fide-  
 les animos ad coruscātem gratiam luminis  
 sempiterni, & impensa saluti humanæ gra-  
 tiæ sacramenta venerantes, studium ve-  
 strum iis, quæ pro vobis gesta sunt, subdite. B  
 Diligite castimoniz puritatem, quia Chri-  
 stus virginitatis est filius: abstinete vos à car-  
 nalibus desideriis, quæ militant aduersus  
 animam, quemadmodum nos præbens bea-  
 tus Apostolus suis, vt legimus, verbis hortatur: *Malitia paruuli estote, quia Dominus glorie, mortalium se conformauit infantia.* Sedamini  
 humilitatem, quam Dei filius discipulos  
 suos docere dignatus est. Induite vos vir-  
 tutem patientiæ, in qua animas vestras pos-  
 sitis acquirere: quoniam qui cunctorum est  
 redemptio, ipse est omnium fortitudo. C  
*Quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram.* Per viam veritatis & vitæ constanter  
 incedite: nec vos impediāt teyrena,  
 quibus sunt parata cælestia, Per Dominum  
 nostrum Iesum Christum, qui cum Patre &  
 Spiritu sancto viuūt & regnat in secula se-  
 culorum, Amen.

Sermo II. in eadem solennitate.

*Epiphania Dominice ratio, & quid Christianis profuerit exca-  
 catio Iudæorum.*

**A**VDETE in Domino, dile-  
 ctissimi, iterum dico gaudete,  
 quoniā breui intervallo tem-  
 poris post solennitatem nati-  
 uitatis Christi, festiuitas de-  
 clarationis eius illuxit: & quem in illo die  
 virgo peperit, in hoc mundus agnouit. Ver-  
 bum enim caro factum sic susceptionis no-  
 stræ temperauit exordia: vt natus Iesus, &  
 credentibus manifestus, & persequentibus  
 esset occultus. Iam tunc ergo cæli enarra-  
 uerunt gloriam Dei, & in omnē terram so-  
 nus veritatis exiuit: quando & pastoribus  
 exercitus angelorum Saluatoris editi an-  
 nunciator apparuit, & Magos ad eum ado-  
 randum præuia stella perduxit: vt à solis or-  
 tu vsque ad occasum veri regis generatio

coruscaret, cum rerū fidē & regna Orien-  
 tis per Magos discerent, & Romanum im-  
 perium non lateret. Nam & fauicia Hero-  
 dis, volens primordia suspecti sibi regis ex-  
 tinguere, huic dispensationi nesciēs feruie-  
 bat: vt dum atroci intentus facinori, igno-  
 tum sibi puerum indiscreta infantium cæde  
 persequitur, annunciatum cælitus domina-  
 toris ortum insignior vbique fama loquer-  
 retur, quam promptiorem ad narrandum  
 diligentiorēque faciebat, & supernæ si-  
 gnificationis nouitas, & cruentissimi per-  
 secutoris impietas. Tūc autem etiā Ægypto  
 Saluator illatus est, vt gens antiquis errori-  
 bus dedita, iam ad viciuam salutem, per oc-  
 cultam gratiam signaretur: & quæ nondum  
 eiecerat ab animo superstitionem, iam ho-  
 spitio reciperet veritatem. Merito igitur,  
 dilectissimi, dies iste manifestatione Domi-  
 ni consecratus, specialē in toto mundo ob-  
 tinuit dignitatem, quæ in cordibus nostris  
 digno debet splendore clarescere: vt rerum  
 gestarum ordinem nō solum credendo, sed  
 etiam intelligendo veneremur. Quantam  
 enim gratiarum actionem debeamus Do-  
 mino pro illuminatione gentium, probat  
 obcæcatio Iudæorum. Quid enim tam cæ-  
 cum, quid tam lucis alienum, quàm illi sa-  
 cerdotes & scribæ Israëlitarum fuerunt?  
 qui percontantibus Magis, & Herode quæ-  
 rente, vbi Christus secūdum scripturarum  
 testimonium nasceretur, hoc responderunt  
 de prophetico eloquio, quod indicabat  
 stella de cælo. Quæ utique poterat Magos  
 Hierosolymis prætermisiss vsque ad cuna-  
 bula pueri, sicut postmodū fecit, sua signi-  
 ficatione perducere: nisi ad confutandā Iu-  
 dæorum duritiam pertinuisset, vt non solū  
 ductu syderis, sed etiam ipsorum professio-  
 ne innotesceret natiuitas Saluatoris. Iam  
 ergo ad eruditionem gentium propheticus  
 sermo transibat, & prænunciatum antiquis  
 oraculis Christum alienigenarum corda  
 discebant: cum Iudæorum infidelitas veri-  
 tatem ore proferret, & mendacium corde  
 retineret. Noluerunt enim agnoscere ocu-  
 lis, quem de sacris indicabāt libris: vt quem  
 non adorabant in infantia infirmitate hu-  
 milem, postea crucifigerent in virtutum  
 sublimitate fulgentem. Quæ ista Iudæi  
 tam imperita in vobis scientia est, & tam in-  
 docta doctrina? Interrogati, vbi Christus  
 nasceretur, veraciter & memoriter dicitis,  
 quod legistis in Berhlem Iudæ: Sic enim  
 scriptum est per Prophetam, *Et tu Berhlem*  
*terra Iuda, non es minima inter principes Iuda.*  
*Ex te enim exiet princeps, qui regat populum*  
*meum Israël.* Hunc principem natum, &  
 D

hoc est marty  
 Pet. 2.  
 1. Cor. 14.  
 Math. 11.  
 Colof. 3.  
 CAP. 1.  
 Philipp. 4.  
 Ioan. 1.  
 Psal. 18.  
 Rom. 10.  
 Lucæ 2.  
 Matth. 2.

Christus  
 curio Ægy-  
 ptū delat-  
 tus.  
 Executio  
 Iudæorum  
 illuminatio  
 fuit gentiū.

Matth. 2.

Cap. 11.

Mich. 5.

**LUC. I.** pastoribus angeli, & vobis nunciare pa-  
stores. Hunc principem natum longin-  
quæ Orientalium gentium nationes inso-  
lito noui syderis splendore didicerunt. Et  
ne de loco editi regis ambigerent, vestra  
eruditio prodidit, quod stella non docuit.  
Cur vobis viam, quam alii aperitis, ob-  
struitis? Cur in vestra infidelitate residet  
dubium, quod ex vestra sit responsione ma-  
nifestum? Locum natiuitatis de scriptu-  
rarum testimonio demonstratis, præsen-  
tiam temporis de cæli & terræ attestatio-  
ne cognoscitis: & tamen ubi ad perfe-  
quendum animus Herodis exarsit, ibi ad  
non credendum vester sensus obduruit.

**Matth. 2.** Felicius ergo ignorantia infantium, quos  
persecutor occidit, quam vestra sciencia,  
quam in sua perturbatione consuluit. Vos  
noluistis regnum eius recipere, cuius op-  
pidum potuistis ostendere. Illi poterunt  
pro eo mori, quem nondum poterant con-  
fiteri. Itaque Christus, ne vllum ei tempus  
esset absque miraculo, ante vsum linguæ

**Matth. 18.** potestatem verbi tacitus exerebat, & quasi  
iam diceret: *Sinite paruulos venire ad me, ta-  
lium est enim regnum cælorum*, noua gloria  
coronabat infantes, & de initiis suis paruu-  
lorum primordia consecrabat: vt disce-  
retur neminem hominum diuini incap-  
cem esse sacramenti, quando etiam illa

**CAP. III.** ætas gloriæ esset apta martyrij. Agno-  
scamus ergo, dilectissimi, in Magis adora-  
toribus Christi, vocationis nostræ fidei-  
que primitias, & exultantibus animis bea-  
tæ spei initia celebremus. Exinde enim  
in æternam hæreditatem cœpimus introi-  
re. Exinde nobis Christum loquentia scri-  
pturarum arcana patuerunt, & veritas,  
quam Iudæorum obcæcatio non recipit,  
omnibus nationibus lumen suum inuexit.  
Honoretur itaque à nobis sacratissimus  
dies, in quo salutis nostræ autor apparuit,  
& quem Magi infantem venerati sunt in  
cunabulis, nos omnipotentem adoremus  
in cœlis. Ac sicut illi de thesauris suis my-  
stificas Domino munerum species obrule-  
runt: ita & nos de cordibus nostris, quæ

Deo sunt digna, promamus. Quamuis  
enim omnium bonorum sit ipse largitor,  
etiam nostræ tamen fructum quærit indu-  
stria. Non enim dormientibus proue-  
nit regnum cælorum, sed in mandatis Dei  
laborantibus atque vigilantibus: vt si do-  
na illius irrita non fecerimus, per ea, quæ  
dedit, mereamur accipere quod promissit.  
Vnde cohortamur dilectionem vestram, vt  
abstinentes vos ab omni opere malo, quæ  
sunt casta & iusta scemini. Filij enim lucis

Abiicere debent opera tenebrarum. Itaque  
odia declinate, mendacia abiicite, super-  
biam humilitate destruite, auaritiam largi-  
tate delete. Decet enim, vt capiti suo mem-  
bra conueniant: vt promissarum beatitudi-  
num mereamur esse consortes, Per Domi-  
num nostrum Iesum Christum, qui cum  
Patre & Spiritu sancto viuunt & regnat Deus  
in secula seculorum, Amen.

### Sermo III. in eadem solennitate.

#### Declarationis Christi causam, necessi- tatem, vtilitatemque explicat.

**B** VAMVIS sciam dilectissimi, **CAP. I.**  
quod sanctitatem vestram  
hodiernæ festiuitatis causa  
non lateat, eamque secun-  
dum consuetudinem Euangelicus vobis  
sermo reserauerit: tamen vt nostri nihil  
desit officij, loqui de eadem, quod Domi-  
nus donauerit, audebo: vt in communi  
gaudio, tanto religiosior sit omnium pie-  
tas, quanto magis omnibus fuerit intelle-  
cta solennitas. Providentia nãque miseri-  
cordiæ Dei, dispositum habens pereunti  
mundo in nouissimis temporibus subueni-  
re: saluationem omnium gentium præfina-  
uit in Christo, vt quia & cunctas nationes  
à veri Dei cultu impius dudum error auer-  
terat, & ipse peculiaris Dei populus Israël  
ab institutis legalibus penè totus exci-  
derat, conclusis omnibus sub peccato  
omnium miseretur. Deficiente enim  
vbiue iustitia, & toto mundo in vana &  
maligna prolapsa, nisi iudicium suum diu-  
ina potestas differret: vniuersitas homi-  
num sententiam damnationis exciperet.  
Sed in indulgentiam ira translata est, & vt  
clarior fieret exerendæ gratiæ magnitudo,  
tunc placuit abolendis peccatis hominum,  
sacramentum remissionis adferri: quando  
nemo poterat de suis meritis gloriari.

**D** Huius autem ineffabilis misericordiæ  
manifestatio facta est Herode apud Iu-  
dæos ius regium tenente, vbi legitima re-  
gum successione cessante, & Pontificum  
potestate destructa, alienigena obtinuerat  
principatum: vt veri regis ortus, illius  
prophetiæ probaretur voce, quæ dixerat:  
*Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de se-  
moribus eius, donec veniat, cui repositum est,*  
*& ipse erit expectatio gentium.* De quibus  
quondã beatissimo patriarchæ Abrahæ in-  
numerabilis fuerat promissa successio, non  
carnis semine, sed fidei fecunditate generã-  
da: & ideo stellarum multitudini compara-

Laboranti-  
bus, non  
ociosis re-  
gnum Dei  
promissum.

CAP. II.  
Incarna-  
tionis Chri-  
sti tempus  
promissum.

Genes. 49.

Genes. 22.

Rom. 13.

ella cur  
gis ap-  
tuerit.

ta, vt ab omni gentium patrē, non terrena, sed cælestis progenies speraretur. Ad creādam ergo promissam posteritatem, hæredes in syderibus designati, ortu noui syderis excitantur: vt in quo cœli adhibitū fuerat testimonium, cœli famularetur obsequium. Commouet Magos cæteris stellis orientis habitatores stellis cæteris stella fulgentior, & de mirandi luminis claritate, viti ad hæc spectāda non inscij, magnitudinem significationis intelligunt: agente hoc sine dubio in eorum cordibus inspiratione diuina, vt eos tantæ visionis mysterium non lateret, & quod oculis ostendebatur insolitū, animis non esset obscurum. Denique officium suum cum religione disponunt, & his se instruunt donis, vt adoraturi vnum, tria se simul credidisse demonstrent: auro honorantes personam regiam, myrrha humanam, thure diuinam. Ingrediuntur itaque Iudaici regni præcipuam ciuitatem, & in vrbe regia ostendi sibi postulant, quem ad regnandum didicerant procreatum. Conturbatur Herodes, timet salutis suæ, metuit potestati. Requirit à sacerdotibus & doctõribus legis, quid de ortu Christi scriptura prædixerit, in notitiam venit quod fuerat prophetatum. Veritas illuminat Magos, infidelitas obcæcat magistros. Carnalis Israël non intelligit quod legit, non videt quod ostendit: vitur paginis, quarum non credit eloquiis. Vbi est, Iudæe, gloriatio tua? Vbi de Abrahamâ patre ducta nobilitas? Nonne circumcisio tua præputium facta est? Ecce maior seruis minori, & alienigenis in formam hæreditatis tuæ intrantibus, eius testamenti, quod in sola litera tenes, recitatione famularis. Intrer, intret in patriarcharū familiam gentium plenitudo, & benedictionem in semine Abrahamæ, qua se filij carnis abdicant, filij promissionis accipiant. Adorent in tribus Magis omnes populi vniuersitatis autorē: & non in Iudæa tātum Deus, sed in toto orbe sit notus, vt vbique in Israël sit magnū nomē eius. Quoniam hanc electi generis dignitatem sicut infidelitas in suis posteris conuincit esse degenerem: ita fides omnibus facit esse communem. Adorato autem Domino Magi, & omni deuotione completa, secundum admonitionem somnij non eodem, quo venerant, itinere reuertuntur. Oportebat enim, vt iā in Christum credentes, non per antiquæ conuersationis semitas ambularent: sed nouā ingressi viam, à relictis erroribus abstinerēt. Tum vt etiam Herodis vacuarentur insidiæ, qui in puerum Iesum impietate doli per simulationem disponebat officij. Vnde quia spes

A istius erat soluta commenti, in maiorem furorē iracundia regis ardescit. Nam recollens tempus, quod indicauerant Magi, iñ omnes Bethleem pueros rabiem crudelitatis effundit, & cæde generali vniuersæ ciuitatis illius in æternam gloriam transituram trucidat infantiam: æstimans fore, vt nullo illic paruulo non occiso, occideretur & Christus. At ille, qui sanguinem suum pro mundi redemptione fundendum in a-

Iesus infan-  
tur Ægy-  
pto illatus.

Joan. 6:

CAP. IV.  
Magi primi  
gentiū.

Colof. 1.

Esaie 9:

Esaie 55:

Ioan. 8.  
Rom. 8:

Psal. 35:

Psal. 97:

salutare suum, ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Quod vtiq; exinde fieri nouimus, ex quo tres Magos, de longinquitate suę regionis excitatos, ad cognoscendum & adorandum regem cœli & terræ stella perduxit, & rectè intuentibus quotidie apparere non desinit. Et si potuit notum facere Christū in infantia latentem, quanto magis potest eundem manifestare

CAP. III.

Rom. 1.  
Genes. 23.  
Rom. 9.

Psal. 75.  
Malach. 1.

Magi cur  
per aliam  
viā reuer-  
sunt.

Colof. 3.

in maiestate regnantem? Cuius utique famulatus ad formam nos sui hortatur obsequij, ut huic gratiæ, quæ omnes inuitat ad Christum, quantum possumus, seruiamus. Quicumque enim in Ecclesia piè uiuit & castè: qui ea quæ sursum sunt, sapit, non quæ super terram: cælestis quodammodo instar est luminis. Et dum ipse sanctæ uitæ nitorem seruat, multis uiam ad Dominum quasi stella demonstrat. In quo studio, dilectissimi, omnes uobis inuicem prodesse debetis, ut in regno Dei, ad quod recta fide & i bonis operibus peruenitur, sicut lucis filij splendeatis. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

### Sermo IIII. in eadem solennitate.

*Epiphania festum ( in quo magnum præsidium prouidentia diuina constituit ) summis laudibus celebrandum docet, Spiritusque sancti in Magos opus ostendit, atque Manichæorum hæresim detegendo confutat.*

**I**ESTVM & rationabile, dilectissimi, veræ pietatis obsequium est, in diebus, qui diuinæ opera misericordiæ protestantur, toto corde gaudere, & honorificè ea, quæ ad salutem nostram gesta sunt, celebrare: uocante nos ad hanc deuotionem ipsa recurrentium temporum lege, quæ nobis post diem, in quo coæternus patri filius Dei natus ex uirgine est, breui interuallo Epiphaniæ intulit festum, ex apparitione Domini cõsecratum. In quo fidei nostræ magnum præsidium prouidentia diuina constituit: ut dum solempni ueneratione recolitur adorata in exordiis suis Saluatoris infantia, per ipsa originalia documenta probaretur veri hominis in Christo orta natura. Hoc enim est, quod iustificat impios, hoc est, quod ex peccatoribus facit sanctos, si in vno eodémq; Domino nostro Iesu Christo, & uera deitas, & uera credatur humanitas. Deitas, qua ante omnia secula in forma Dei æqualis est patri: humanitas, qua nouissimis diebus in forma serui unius est homini. Ad roborandum ergo hanc fidem, quæ contra omnes pronuntiabatur errores, ex magna gestum est diuini pietate consilij: ut gens in longinqua Orientalis plagæ regione consistens, quæ spectandorum syderum arte pollebat, signum nati pueri, qui supra omnem Israël esset re-

agnaturus, acciperet. Noua etenim claritas apud Magos stellæ illustrioris apparuit, & intuitum animos ita admiratione sui splendoris impleuit: ut nequaquam sibi crederent negligendum, quod tanto nunciabatur indicio. Præerat autem, sicut res docuit, huic miraculo gratia Dei, & cum Christi natiuitatem nec ipsa adhuc Bethleem tota didicisset, iam illam credituris gentibus inferebat: & quod nondum poterat humano eloquio disseri, cælo faciebat euangelizante cognosci. Quamuis autem diuinæ dignationis esset hoc munus, ut cognoscibilis gentibus fieret natiuitas Saluatoris, ad intelligendum tamen miraculum signi potuerunt Magi etiam de antiquis Balzæ prænunciationibus commoneri, scientes olim esse prædictum, & celebri memoria diffamatum: *Orietur stella ex Jacob, & exurgit homo ex Israël, & dominabitur gentium.* Tres itaque uiri, fulgore insoliti syderis diuinitus incitati, præuium micantis luminis cursum sequuntur, existimantes se significatum puerum Hierosolymis in ciuitate regia reperturos. Sed cum eos hæc opinio fefellisset, per Iudæorum scribas atque doctores, quod sacra de ortu Christi prænunciauerat scriptura, dilicerunt, ut gemino testimonio confirmati, ardentiori fide expeterent, quem & stellæ claritas, & prophetiæ manifestabat autoritas. Prolato autem diuino oraculo per responsa pontificum, & declarata spiritus uoce, quæ dicit, *Et tu Bethleem terra Iudæ, nequaquam minima es inter principes Iudæ: Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël:* quàm facile & quàm consequens fuit, ut Hebræorum proceres crederent, quod docebant. Sed apparet illos carnaliter cum Herode sapuisse, & regnum Christi commune cum huius mundi potestatibus æstimasse: ut & isti temporalem sperarent ducem, & terrenum metueret ille consortem. Superfluo Herodes timore turbatis, & frustra in suspectum tibi puerum scire moliris. Non capit Christum regio tua, nec mundi Dominus potestatis tuæ sceptri est contentus angustius. Quem in Iudæa regnare non vis, ubique regnat: & felicius ipse regnare, si eius imperio ipse subdereris. Cur sincero officio non facis, quod subdola falsitate promittis? Perge cum Magis, & uerum regem suppliciter adorando uenerare. Sed tu Iudæicæ sequacior cæcitatibus, non imitaris gentium fidem, cõrque peruersum ad crudeles cõuertis insidias, nec illum occisurus quem metuis, nec illis nociturus quos perimis.

CAP. II.

Num. 24.

Mich. 5.  
Math. 2.

CAP. III.

Deducti igitur, dilectissimi, in Bethleem Magi stellæ præcedentis obsequio, gauisi sunt gaudio magno valde, sicut Euangelista narrauit. *Et intrantes domum, inueniunt puerum cum Maria matre eius: Et proci-*  
 *dentes adorauerunt eum: & aperitis thesauris suis, obtulerunt ei munerâ, aurum, thur & myrrham.* O perfectæ scientiæ mirabilem fidem, quam non terrena sapientia erudiuit: sed Spiritus sanctus instituit! Vnde enim ij viri, cum proficiscerentur de patria, qui nondum viderant Iesum, nec aliquo contuitu eius, quod eum tam ordinatè venerarentur, aduerterant, hanc deferendorum munerum seruauere rationem? nisi quia præter illam stellæ speciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit, vt priusquam labores itineris inchoarent, eum sibi significari intelligerent, cui in auro regius honor, in thure diuina veneratio, in myrrha mortalitatis confessio deberetur. Et hæc quidem, quantum ad illuminationem fidei pertinebat, potuerunt illis credita & intellecta sufficere: vt corporali intuitu non inquirerent, quod plenissimo visu mentis inspexerant. Sed diligentia sagacis officij, vsque ad videndum puerum perseuerans, futuri temporis populis, & nostri seculi hominibus seruiebat: vt sicut omnibus nobis profuit, quod post resurrectionem Domini: vestigia vulnerum in carne eius Thomæ Apostoli explorauit manus, ita ad nostram vtilitatem proficeret, quod infantiam ipsius Magorum probauit aspectus. Viderunt itaque Magi, & adorauerunt puerum de tribu Iuda, de semine Dauid secundum carnem, factum ex muliere, factum sub lege, quam non soluere venerat, sed adimplere. Viderunt & adorauerunt puerum, quantitate paruulum, alienæ opis indignum, fandi impotem, & in nullo ab humanâ infantia generalitate dissimilem. Quia sicut fideliterant testimonia, quæ in eo maiestatem inuisibilis deitatis assererent: ita probatissimum esse decebat Verbum carnem factum, & sempiternam illam essentiam filij Dei, hominis veram suscepisse naturam, ne vel ineffabilium operum secutura miracula, vel excipiendarum supplicia passionum, sacramentum fidei ex rerum diuersitate turbarent: cum iustificari omnino non possent, nisi qui Dominum Iesum & verum Deum & verum hominem credidissent.

CAP. IV.  
Manicheo-  
rum impietas

Huic singulari fidei, dilectissimi, & prædicatæ per omnia secula veritati diabolica Manichæorum resistit impietas: qui si-

bi ad interficiendas deceptorum animas nefandi dogmatis ferale commentum de sacrilegis & fabulosis mendaciis texuerunt: & per has insanarum opinionum ruinas consue præcipites prouunt; vt sibi falsi corporis fingerent Christum; qui nihil in se solidum, nihil verum, oculis hominum actibusque præbuerit; sed simulatæ carnis vacuam imaginem demonstraret. Indignum enim videri voluit, vt credatur Deus Dei filius, femineis se inferuisse visceribus, & maiestatem suam huic contumeliæ subdidisse, vt naturæ carnis immixtus, in verbo humanæ substantiæ corpore nasceretur: cum totum hoc opus non iniuria sit ipsius; sed potentia, nec credenda pollutio, sed gloriosa dignatio. Si enim lux ista visibilis nullis immunditiis, quibus superfusa fuerit, violatur, nec radiorum solis nitorem, quem corpoream esse creaturam non dubium est; loca vlla fordentia vel cænosa contaminant: quid illius sempiternæ & incorporeæ lucis essentiam potuit qualibet sui qualitate pollueri? quæ se ei, quam ad imaginem suam condidit, sociando creaturæ purificationem præstitit, maculam non recepit: & sic sanauit vulnera infirmitatis, vt nulla pateretur damna virtutis. Quod diuinæ pietatis magnum & ineffabile sacramentum, quia omnibus sanctarum scripturarum testificationibus est nunciatum: isti, de quibus loquimur, aduersarij veritatis, legem per Moysen datam, & inspirata diuinitus Prophetarum oracula respuerunt, ipsasque Euangelicas & Apostolicas paginas, quædam auferendo, & quædam inferendo violauerunt: confingentes sibi sub Apostolorum nominibus, & sub verbis ipsius Saluatoris, multa volumina falsitatis, quibus erroris sui commenta munirent, & decipientium mentibus mortiferum virus infunderent. Videbant enim sibi vniuersa obistere, omnia reclamare, & non solum nouo, sed etiam veteri Testamento sacrilegæ impietatis suæ dementiam confutari. Et tamen in furiosis mendaciis persistentes, Ecclesiam Dei deceptionibus suis perturbare non desinunt: hoc miseris (quos illaqueare potuerunt) persuadentes, vt negent à Domino Iesù Christo humanam naturam verè esse susceptam, negent eum verè pro mundi salute crucifixum, negent de eius latere lancea vulnerato sanguinem redemptionis & aquam fluxisse baptismatis, negent eum sepultum, ac die tertia resuscitatum, negent eum in conspectu discipulorum ad confidendum in dextera Pa-

tris super omnes, cælorum altitudines ele-  
 uatarum: & vt tota Apostolici veritate Sym-  
 boli subblata, nullus metus terreat impios,  
 nulla spes incitet sanctos: negent à Christo  
 vaunos & mortuos iudicandos, vt quos tan-  
 totum sacramentorum virtute priuarint,  
 doceant in sole & luna colere Christum, &  
 sub nomine Spiritus sancti, ipsum talium  
 impietatum magistrū adorare Manichæum.  
 Ad confirmanda igitur, dilectissimi, corda  
 nostra in fide & veritate, profit omnibus ho-  
 dierna festiuitas, & ex testimonio manife-  
 stata Saluatoris infantix confessio Catho-  
 lica muniatur, & naturæ nostræ carnem in  
 Christo negatiū anathematizetur impietas, B

C. A. P. V.

Manicheo-  
 rum impie-  
 ras anathe-  
 matizanda.  
 I. Ioan. 4.  
 Manichæi  
 vitandi.

bio sermone præmonuit, dicens: *Omnis spiri-  
 tus, qui confitetur Christum Iesum in carne venis-  
 se, ex Deo est: & omnis spiritus, qui soluit Iesum,  
 ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Nihil er-  
 go cum huiusmodi hominibus commune  
 sit cuiquam Christiano, nulla cum talibus  
 habeatur societas, nullūque consortium.  
 Profit vniuersæ Ecclesiæ, quod multi ipso-  
 rum, Domino miserante, detecti sunt, & in  
 quibus sacrilegiis viuerent, eorumdem con-  
 fessione patefactum est. Neminem fallant  
 discretionibus ciborum, sordibus vestium,  
 vultuūque palloribus. Nō sunt casta ieiun-  
 ia, quæ non de ratione veniunt continen-  
 tiæ, sed de arte fallaciæ. Hactenus nocue-  
 rint incautis, hactenus illuserint imperitis,  
 post hæc nullius excusabilis erit lapsus: nec  
 iam simplex habendus est, sed valde ne-  
 quam atque peruersus, qui deinceps reper-  
 tus fuerit nefando obstrictus errore. Eccle-  
 siasticum sanè atque diuinitus institutum  
 non solum non inhibemus, sed etiam incita-  
 mus affectum: vt etiam pro talibus nobis-  
 cum Domino supplicetis, quoniam & nos  
 deceptarum animarum ruinas cum fletu &  
 mœrore misereamur, exequentes Apostoli-  
 cæ pietatis exemplum, vt cum infirmitati-  
 bus infirmemur, & cum flentibus desfle-  
 mus. Speramus enim exorandam misericor-  
 diam Dei multis lachrymis & legitima satis-  
 factione lapsorum: quia dum hoc in corpo-  
 re vivitur, nullius desperanda reparatio, sed  
 omnium est optanda correctio: auxiliante  
 Domino, qui erigit cecos, soluit compeditos, illu-  
 minat cecos, Cui est honor & gloria in secula  
 seculorum, Amen.

Ora dum  
 pro hereti-  
 cis.

I. Cor. 11.  
 Rom. 11.

Psal. 145.

Sermo V. in eadem solennitate.

*Epiphaniæ festum quare celebrandum sit,  
 quid stella designet, quid Herodes, &  
 quomodo in Magis (personam gentium  
 gerentibus) eorum vocatio, Iudæis in  
 errore obstinatis, indicata sit, quos  
 tandem ad resipiscentiam reuocare co-  
 natur.*



ODIERNAM festiuitatem, di- CAP. 1.

lectissimi, apparitio Domini &  
 Saluatoris nostri (sicut nostis)  
 illustrat: Et hic ille dies, quo  
 ad cognoscendum adoradūm-  
 que Dei Filium tres Magos præuia stella  
 perduxit. Cuius facti memoriam meritò  
 placuit honore annuo celebrari: vt dum E-  
 uangelica historia incessabiliter recensetur,  
 semper se intelligētium sensibus inferat fa-  
 lutiferum mysterium per insigne miracu-  
 lum. Præcesserant quidem multa documē-  
 ta, quæ corpoream natiuitatem Domini  
 manifestis indiciis declararent: siue cum  
 beata Maria virgo fecundandam se Spiri-  
 tu sancto, parituramque Dei filium audiuit  
 & credidit: siue cum ad salutationem ipfius  
 in vtero Elisabeth nondum natus Ioannes  
 prophetica exultatione commotus est, &  
 quasi etiam intra matris viscera iam clama-  
 ret, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:*

Tres Magi.  
 Matth. 2.

C in vtero Elisabeth nondum natus Ioannes

Luc. 1.

prophetica exultatione commotus est, &  
 quasi etiam intra matris viscera iam clama-  
 ret, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi:*

Ioan. 1.

vel cum ortū Domini angelo nunciante pa-  
 stores cælestis exercitus sunt claritate cir-  
 cundati, vt non ambigerent de maiestate  
 pueri, quem erant in præsepe visuri: nec pu-  
 tarēt, quòd in sola natura hominis esset edi-  
 tus, cui supernæ militiæ famularerur occur-  
 sus. Sed hæc atque alia huiusmodi paucis  
 tunc videntur innotuisse personis, quæ vel  
 ad cognitionem Mariæ virginis, vel ad san-  
 cti Ioseph familiam pertinebant. Hoc au-  
 tem signum, quod Magos in lōginquo po-  
 sitos & efficaciter mouit, & ad Dominum  
 Iesum perseueranter attraxit, illius sine du-  
 bio gratiæ sacramentum, & illius fuit voca-  
 tionis exordium, qua nimirum non in Iu-  
 dæa tantum, sed etiam in toto mundo Chri-  
 sti erat Euangelium prædicandum: vt per  
 illam stellam, quæ Magorum visui splen-  
 dit, Israëlitarum verè oculis non refulsit:  
 & illuminatio significata sit gentium, & cæ-  
 citas Iudæorum. Permanet igitur, dilectis-  
 simi, sicut euidenter apparet, mysticorum  
 forma gestorum: & quod imagine inchoa-  
 batur, veritate completur. Radiat nam-  
 que è cælo stella per gratiam, & tres Magi  
 sticæ Stella.

Luc. 2.

C. A. P. II.

Quid my-  
 sticæ Stella.

coruscatione Euangelici fulgoris acciti, in omnibus quocidie nationibus ad adorandam potentiam summi regis acurrunt. Herodes quoque in diabolo fremit, & auferri sibi iniquitatis suæ regnum in iis, qui ad Christum transeunt, ingemiscit. Vnde si paruulos interficiat, Iesum sibi videtur occidere. Quod vtique facere sine cessatione molitur, dum primordiis renatorum Spiritum sanctum eripere, & quandam tenere fidei velut infantiam tentat extinguere. Iudæi verò, qui extra regnum Christi esse voluerunt, adhuc quodammodo sub Herodis sunt principatu, & dominante sibi Saluatoris inimico, alienigenæ seruiunt potestati, quasi nesciant prophetatum, dicente Iacob: *Non deficiet princeps ex Iuda, & dux de femoribus eius, donec veniat cui reposita sunt: & ipse est expectatio gentium.* Sed nondum intelligunt quod negare non possunt, & mente non capiunt quod scripturarum narratione nouerunt. Quoniã insanis magistris veritas scandalum est, & cæcis doctoribus fit caligo, quod lumen est. Respondent itaque interrogati, quod in Bethleem nascitur Christus: & scientiam suam, qua alios instruunt, non sequuntur. Perderunt igitur successionem regum, placationem hostiarum, locum supplicationum, ordinem sacerdotum: cum omnia sibi clausa, omnia experiantur sibi esse finita, non vident ea in Christum esse translata. Vnde quod illi tres viri vniuersarum gentium personam gerentes, adorato Domino sunt adepti, hoc in populis suis per fidem, quæ iustificat impios, totus mundus assequitur: & hæreditatem Domini ante secula præparatam accipiunt adoptiui, & perdunt, qui videbantur esse legitimi. Respice tandem Iudææ, respice & ad Redemptorem etiam tuum deposita infidelitate conuertere. Noli sceleris tui immanitate terreri. Non iustos Christus, sed peccatores vocat: nec impietatem tuam repellit, qui pro te cum crucifixus esset, orauit. Immitem crudelium patrum tuorum solue sententiam, neque te eorum maledicto patiaris obstringi, qui clamantes de Christo, *Sanguis eius super nos & super filios nostros*, facinus in te sui criminis transfuderunt. Redite ad misericordiam, vtimini clementia remittentis. Sæuitia enim vestræ iniquitates conuersa est in causam salutis: Viuit, quem perire voluistis. Confitemini negatum, adorate venditum: vt vobis bonitas illius prosit, cui vestra malignitas nocere non potuit. Quod ergo ad veram, dilectissimi, pertinet charitatem, quam etiam inimicis nostris ex Do-

A minica eruditione debemus, & optandum nobis est & studendum, vt & hic populus, qui ab illa spiritali patrum nobilitate defecit, ramis suæ arboris inferatur. Multum enim nos Deo beneuolentia ista commendat: quia ideo delictum illorum nobis misericordie locum fecit, vt eos ad æmulationem salutis recipiendæ fides nostra reuocaret. Nam vitam piorum non solum sibi, sed etiam aliis esse vtilem decet: vt quod apud eos agi nõ potest verbis, obtineatur exemplis. Considerantes itaque, dilectissimi, ineffabilem erga nos diuinorum munerum largitatem, cooperatores sumus gratiæ Dei operantis in nobis. Non enim dormientibus prouenit regnum cælorum, nec ocio desidiatque torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur: sed quia, sicut Apostolus ait, si compatimur, & conglorificabimur, illa nobis currenda est via, quam ipse Dominus se esse testatus est: qui nobis nullis operum meritis suffragantibus, & sacramento consuluit & exemplo: vt in adoptionem vocatos per illum prouheret ad salutem, per hoc imbueret ad laborem. Hic autem labor, dilectissimi, piis filiis & bonis seruis non solum nec asper nec onerosus, sed etiam suavis & lenis est, dicente Domino: *Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* Nihil ergo, dilectissimi, arduum est humilibus, nihil asperum mitibus, & facile omnia præcepta veniunt in effectum, quando & gratia præterit auxiliium, & obedientia mollit imperium. Intonante enim quotidie auribus nostris eloquio Dei, omnis homo, quid diuinæ iustitiæ placeat, scire conuincitur. Sed quia iudiciũ illud, quo vnusquisque recipiet, prout gessit, siue bonum, siue malum, iudicaturi patientia & bonitate differtur: impunitatem sibi iniquitatis infidelium corda promittunt, & putant humanorum actuum qualitates ad diuinæ prouidentie non pertinere censuram, quasi non euidentissimis plerumque suppliciiis malè gesta plectantur, aut non sæpè cælestium comminationum terror ostendatur: quibus vtique & fides monetur, & infidelitas increpatur.

Inter hæc autem permanet super omnes benignitas Dei, & nulli misericordiam suam denegat, cum indiscretè vniuersis bona multa largiatur, eosque quos merito subderet pœnis, mauult inuitare beneficiis. Dilatio enim vindictæ, dat locum pœnitentiæ.

D iiii

Quid Magi-  
Matth. 2.  
Quid He-  
rodes.

Genes. 49.

Magi gen-  
tium perso-  
nam gerunt.

Iudæorum  
votatio ad  
respiscen-  
tiam.

Matth. 9.

Luc. 23.

Matth. 27.

Cap. 11.  
Matth. 5.

Operum  
commen-  
tatio.

Rom. 8.  
Ioan. 14.

Humilibus  
& obedien-  
tibus nihil  
difficile.

Matth. 11.

2. Cor. 3.

Cap. III.

Nec tamen dici potest nulla ibi esse ultio, v-  
 A bi nulla conuersio est: quia mens dura & in-  
 grata iam sibi ipsa supplicium est, & in con-  
 scientia sua patitur quicquid Dei bonitate  
 differtur. Non ita igitur delinquentes pec-  
 cata delectent, vt illos in suis actibus vitæ  
 huius finis inueniat: Quoniam in inferno  
 nulla est correctio, nec datur remedium sa-  
 tisfactionis, vbi iam non superest actio vo-  
 luntatis, dicente Propheta Dauid, *Quoniam  
 non est in morte, qui memor sit tui: in inferno au-  
 tem quis confitebitur tibi?* Fugiantur noxiæ  
 \* voluptates, inimica gaudia, & desideria  
 iam iamque peritura. Quis fructus est, quæ-  
 ve vtilitas, ea indefinenter cupere, quæ e-  
 tiam si non deserant, deserenda sunt: Amor  
 rerum deficientium ad incorruptibilia trans-  
 feratur, & ad sublimia vocatus animus cæ-  
 lestibus delectetur. Confirmate amicitias  
 cum sanctis angelis, intrate in ciuitatem  
 Dei, cuius nobis spondetur habitatio, & Pa-  
 triarchis, Prophetis, Apostolis, Martyri-  
 bûsque sociamini. Vnde & illi gaudent, in-  
 de gaudent. Horum diuitias concupiscite,  
 & per bonam æmulationem ipsorum ambi-  
 te suffragia. Cum quibus enim fuerit vo-  
 bis confortium deuotionis, erit & commu-  
 nio dignitatis. Dum itaque tempus vobis  
 ad mandata Dei exequenda conceditur,  
 glorificate Deum in corpore vestro, & lu-  
 cere, dilectissimi, sicut luminaria in hoc  
 mundo. Sint lucernæ mentium vestrarum  
 semper ardentes, & nihil resideat vestris  
 in cordibus tenebrosum. Quoniam, sicut ait  
 Apostolus: *Fuistis aliquando tenebræ, nunc au-  
 tem lux in Domino, vt filij lucis ambulare:* im-  
 plectanturque in vobis quæ in trium Mago-  
 rum imagine præcesserunt. *Et sic luceat lumen  
 vestrum coram hominibus, vt videntes opera ve-  
 stra bona, magnificent Patrem vestrum qui in cae-  
 lis est.* Sicut enim magnum peccatum est,  
 cum inter gentes propter malos Christia-  
 nos nomen Domini blasphematur: ita ma-  
 gnum pietatis est meritum, cum eidem in  
 sancta seruatorum suorum conuersione be-  
 nedicitur: Cui est honor & gloria in secula  
 seculorum, Amen.

Sermo VI. in eadem solennitate.

*Quomodo munera mystice offerre debeamus; docet, diaboli (per Herodem significati) insidiandi rabiem & furorrem, & quomodo persecutoribus tyrannorum Ecclesia creuerit, indicat, & quam periculosa sit tranquillitas ista à tyrannorum persecutionibus.*



LES, dilectissimi, quo primum CAP. I.

gentibus Saluator mundi  
 Christus apparuit; sacro nobis  
 honore venerandus est: & illa  
 hodie cordibus nostris concipi-

enda sunt gaudia, quæ in trium Mago-  
 rum fuere pectoribus: quando regem cæ-  
 li & terræ signo & ductu noui syderis in-  
 citati, quem crediderant promissum, ado-  
 rauere conspicuum. Neque enim ita ille e-  
 mensus est dies, vt virtus operis, quæ tunc  
 est reuelata, transierit, nihilque ad nos ni-  
 si rei gestæ fama peruenerit; quam fides sus-  
 sciperet, & memoria celebraret, cum mul-  
 tiplicato munere Dei, etiam quotidie no-  
 stra experiantur tempora, quicquid illa ha-  
 buere primordia. Quamuis ergo narratio

Tres Magi  
vnde vocantur.  
 C Euangelicæ lectionis illos proprie recensent  
 dies, in quibus tres viri, quos nec propheticæ  
 prædicatio docuerat, nec testificatio  
 legis instruxerat, ad cognoscendum Deum  
 à remotissima Orientis parte venerunt,  
 hoc idem tamen & manifestum nunc & copiosius  
 fieri in omnium vocatorum illuminatione  
 perspiciamus, quoniam impletur  
 Prophetia Esaiæ, dicentis: *Reuelauit Domi-  
 nus brachium sanctum suum in conspectu om-  
 nium gentium: & viderunt omnes gentes terræ  
 salutem, quæ à Domino Deo nostro est.* Et ite-  
 rum, *Et quibus non est annunciatum de eo, vi-  
 debunt: & qui non audierunt, intelligent.* Vnde Esaï. 55.

Esaï. 52.  
 cum cernimus homines mundanæ sapien-  
 tiæ deditos, & à Iesu Christi confessione  
 longinquos, de profundo erroris sui reduci,  
 & ad cognitionem veri luminis aduocari:  
 diuinæ procul dubio gratiæ splendor  
 operatur, & quicquid in cordibus tene-  
 brosis nouæ lucis apparet, de eiusdem  
 stellæ radiis micat, vt mentes quas suo ful-  
 gore contigerit, & miraculo moueat, & ad  
 Deum adorandum præeundo perducatur. Si  
 autem sollicito intellectu velimus aspiceret,  
 quomodo etiam triplex illa species mune-  
 rum ab omnibus, qui ad Christum gressu  
 fidei veniunt, offeratur: nonne in cordibus  
 rectè credentium eadem celebratur oblatio?

Psal. 6.

voluntates.

Sanctorum  
ambienda  
suffragia.

1. Cor. 6.

Philip. 2.

Luc. 12.

Ephes. 5.

Matth. 5.

Christo  
quis offerat  
Aurum.  
Mirram.  
Thus.

Aurum etenim de thesauro animi sui promit, qui Christum regem vniuersitatis agnoscit. Myrram offert, qui vniuersitatis Dei credit veram sibi hominis vniuersitatis naturam. Et quodam eum thure veneratur, qui in nullo ipsum paternæ maiestati impari confitetur. His comparationibus, dilectissimi, prudenter inspectis, inuenimus etiam Herodis non deesse personam, cuius ipse diabolus, sicut tunc fuit occultus inventor, ita nunc quoque indefessus est imitator. Cruciatum enim vocatione gentium, & quotidiana potestatis suæ destructione torquetur: dolens ubique se deserui, & verum regem in locis omnibus adorari. Parat fraudes, fingit dissensiones, erumpit in cædes: & ut reliquos eorum, quos adhuc fallit, utatur, inuidia vratur in Iudæis, simulatione infidiatur in hæreticis, sæuitia accenditur in paganis. Videt enim insuperabilem esse potentiam regis æterni, cuius mors ipsius vim mortis extinxerit, & ideo totam nocendi artem in eos qui vero regi famulantur, armavit: alios per inflationem scientiæ legalis obdurans, alios vero in furorem persequutionis instigans, alios per falsæ fidei commenta deprauans. Sed hanc Herodis istius rabiem ille vincit & destruit, qui etiam paruulos martyrij gloria coronauit: & fidelibus suis tam inuictam indidit charitatem, ut Apostoli verbis audeant dicere: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?* sicut scriptum est: *Quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut ones occisionis: sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.* Hanc fortitudinem, dilectissimi, non illis tantum temporibus necessariam fuisse credimus, quibus reges mundi, & omnes seculi potestates, cruenta impietate in Dei populum sæuebant: quum ad maximam pertinere gloriam suam ducerent, si de terris nomen Christianum auferrent, nescientes Ecclesiam Dei per furorem suæ crudelitatis auferri: quoniam in suppliciis & mortibus beatorum Martyrum qui putabantur minui numero, multiplicabantur exemplo. Denique tantum conculcit fidei nostræ impugnatione persequentium, ut nihil magis regium ornet principatum, quam quod Domini mundi membra sunt Christi, nec tam gloriantur, quod in imperio geniti, quam gaudent, quod in Baptismate sunt renati. Sed quia tempestas priorum turbinum conqueuit, & dudum cessantibus præliis quædam videtur ariditate tranquillitas: vigilan-

A ter cauenda sunt illa discrimina, que de otio ipsius pacis oriuntur. Aduersarius enim, qui in apertis inefficax persecutionibus fuit, recta nocendi arte desequit: ut quos non percudit ictu afflictionis, lapsu deiciat voluptatis. Videns itaque sibi resistere principum fidem, & vniuersitatis inseparabilem Trinitatem, non segnius in palatijs, quam in Ecclesijs adorari: interdicitam dolet sanguinis Christiani effusionem, & quorum obtinere non potest mortes, impetit mores. Terrores proseriptionum in avaritiæ mutat incendium, & quos damnis non fregit, cupiditate corrumpit. Malignitas enim longo vsu propriæ imbuta nequitia, non deposuit odium, sed vertit ingenium: quo sibi mentes fidelium blandius subdat. Inflammatur enim concupiscentiis, quos non potest vexare tormentis: serit discordias, accendit iras, incitat linguas, & ne ab illicitis dolis cautiore corda se reuocent, consummatorum scelerum ingerit facultates: quia illi totius fraudis hic fructus est, ut qui immolatione pecudum & thuris incensatione non colitur, quibuslibet ei criminibus seruiatur. Habet igitur, dilectissimi, pax nostra pericula sua: & frustra de fidei libertate securi sunt, qui vitiorum desideriis non resistunt. Cor hominū de operum ostenditur qualitate, & formas mentium species deregit actionum. Nam sunt quidam, sicut ait Apostolus, qui Deum prostentur se scire, factis autem negant. Verè enim reatus negationis incurritur, quando bonum, quod in sono vocis auditur, in conscientia non habetur. Fragilitas enim humanæ conditionis facile in delicta prolabitur. Et quia nullum sine delectatione peccatum est, cito acquiescitur deceptoris voluptati. Sed à carnalibus desideriis recurratur ad spirituale præsidium, & mens habens notitiam Dei sui, à consilijs se malè suadentis hostis auertat. Prosit illi patientia Dei, nec ideo delinquendi pertinacia nutriatur, quia vindicta differtur. Non sit peccator de impunitate securus, quia si tempus penitentia amiserit, locum indulgentia non habebit, dicente Propheta: *Quia non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Qui autem sibi correctionis reparationem experitur esse difficilem, confugiat ad auxiliantis Dei clementiam, & vincula malæ consuetudinis ab illo poscat abrumpi, Qui alleuat omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Non erit vacua confidentis oratio, quoniam misericors Deus voluntatem timentium se faciet, & dabit quod petitur, qui dedit unde peteretur,

CAP. II.

Herodis & diaboli similes infidiantur furor. Organa salutem.

Rom. 8.

Plal. 43.

CAP. III.

Persecutionibus tyrannorum creuisse Ecclesiam.

Ocij & tranquillitatis pericula.

Persecutio noua demonis in Christianis.

CAP. III.

Fides vana.

Ad Tit. 2.

Plal. 6.

Plal. 144.

Per Dominum nostrum Iesum Christum, A  
 uiuentem & regnantem in secula seculo-  
 rum, Amen.

Sermo VII. in eadem solennitate.

De humilitate & infantia Saluatoris, ad  
 quam nos cohortatur.

CAP. I.



MEMORIA rerum ab humani  
 generis Saluatore gestarū, ma-  
 gnā nobis, dilectissimi, con-  
 fert utilitatem: si quæ venerā-  
 mur credita, suscipiamus imi-  
 tanda. In dispensationibus enim sacramen-  
 torum Christi, & virtutes sunt gratiæ, & in-  
 citamenta doctrinæ: vt quem confitemur  
 fidei spiritu, operum quoque sequamur  
 exemplo. Nam etiam ipsa primordia, quæ  
 Dei filius per matrem virginem nascendo  
 suscepit, ad prouectum nos pietatis insti-  
 tuunt. Simul enim apparet cordibus rectis  
 in vna eademque persona, & humana hu-  
 militas, & diuina maiestas. Quem cunæ te-  
 stantur infantem, cælum & cælestia suum  
 loquuntur autorem, Puer corpore paruus,  
 mundi Rector & Dominus: & genitricis  
 gremio continetur, qui nullo sine conclu-  
 ditur. Sed in his nostrorum vulnerum est  
 curatio, & nostræ deiectionis erectio: quia  
 nisi in vnum tanta diuersitas conueniret, re-  
 conciliari Deo humana natura non posset.

Fides ope-  
 ribus decla-  
 randa.

CAP. II.

Tres Magi.

Legem ergo viuendi remedia nobis nostra  
 sanxerunt: & inde data est moribus forma,  
 vnde mortuis est impensa medicina.  
 Nec immeritò, cum tres Magos ad adorandū  
 Iesum noui syderis claritas deduxisset,  
 non eum imperantem dæmonibus,  
 non mortuos suscitātem, non cæcis visum,  
 aut claudis gressum, aut mutis eloquium  
 reformantem, vel in aliqua diuinarum vir-  
 tutum actione viderunt: sed puerum silen-  
 tem, quietum, & sub matris sollicitudine  
 constitutum: in quo nullum quidem appa-  
 reret de potestate signum, sed magnum  
 præbecur de humilitate miraculum. Ipsa  
 itaque species sacræ infantie, cui se Deus  
 Dei filius aptarat, prædicationem auribus  
 intimandam oculisque gerebat: & quod  
 adhuc vocis non proferebat sonus, visio-  
 nis iam docebat effectus. Tota enim victo-  
 ria Saluatoris, quæ & diabolū superauit  
 & mundum, humilitate est concepta, hu-  
 militate est confecta. Dispositos dies sub  
 persecutione inchoauit, & sub persecu-  
 tione finiuit, nec puero tolerantia passionis,  
 nec passuro defuit mansuetudo puerilis:  
 quia vnigenitus Dei sub vna maiestatis suæ

inclinacione suscepit, vt & homo vellet na-  
 sci, & ab hominibus posset occidi. Si igitur  
 omnipotens Deus causam nostram nimis  
 malam, humilitatis priuilegio bonam fecit,  
 & ideo destruxit mortem & mortis auto-  
 rem: quia omnia, quæ persecutores intule-  
 re, non renuit, sed obediens patri crudeli-  
 tates sæuientium mitissima lenitate tolera-  
 uit: quantum nos humiles, quantum oportet  
 esse patientes, qui si quid laboris incidi-  
 mus, numquam nisi nostro merito sustine-  
 mus? Quis enim gloriabitur castum se ha-  
 bere cor: aut mundum se esse à peccato? &  
 dicente beato Ioanne: Si dixerimus, quia  
 peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, &  
 veritas in nobis non est: quis inuenietur ita  
 immunis à culpa, vt in eo non habeat,  
 vel iustitia quod arguat, vel misericor-  
 dia quod remittat? Vnde tota, dilectissimi,  
 Christianæ sapientiæ disciplina, non in  
 abundantia verbi, non in astutia disputan-  
 di, neque in appetitu laudis & gloriæ, sed in  
 vera & voluntaria humilitate consistit: quā  
 Dominus Iesus Christus ab vtero matris  
 vsque ad supplicium crucis, pro omni for-  
 titudine & elegit & docuit. Nam cum disci-  
 puli eius intra se, vt ait Euangelista disqui-  
 rerent, quis eorum maior esset in regno cæ-  
 lorum, vocauit paruulum, & statuit eum in  
 medio eorum, & dixit: Amen dico vobis,  
 nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli,  
 non intrabitis in regnum cælorum. Quicum-  
 que ergo humiliauerit se sicut puer iste,  
 hic maior erit in regno cælorum. Amat  
 Christus infantiam, quam primum & ani-  
 mo suscepit, & corpore. Amat Christus  
 infantiam, humilitatis magistrā, inno-  
 centiæ regulā, mansuetudinis formā.  
 Amat Christus infantiam, quæ maiorum  
 dirigit mores, ad quam senum reducit æta-  
 tes, & eos ad suum inclinat exemplum,  
 quos ad regnum sublimat æternum. Vt au-  
 tē plenē valeamus agnoscere, quomodo  
 apprehendi possit tam mira confessio, & in  
 puerilem gradum qua nobis imitatione re-  
 deundum sit: doceat nos beatus Paulus, &  
 dicat, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia  
 paruuli estote. Non ergo ad lubrica infantie  
 & imperfecta nobis primordia redeundum  
 est, sed aliquid quod etiam graues annos  
 deceat, inde sumendum est, velox com-  
 motionem transitus, citus ad pacem recur-  
 sus. Nulla sit memoria offensionis, nulla  
 cupiditas dignitatis. Amor sociæ dilectio-  
 nis, æqualitas naturalis. Magnum enim  
 bonum est, nocere non nosse, & ad maligna  
 non sapere: quia inferre ac referre iniuriam,  
 mundi huius prudentia est: nemini autem

CAP. VIII.  
 Humilitatis Christi  
 magnum  
 exemplum.

Prouer. 20.

1. Ioan. 8.

Humilitatis  
 laus.

Lucæ 22.  
 Matth. 18.

Infantia  
 quam sic  
 Christo  
 grata.

1. Cor. 14.

CAP. V.  
 Pueri vt ef-  
 fici debe-  
 mus.

malum pro malo reddere, Christianæ est A nem accipit Christum, de ipsa naturæ no-  
 zquanimittatis infantia. Ad hanc vos, dile-  
 ctissimi, similitudinem paruulorum myste-  
 rium hodiernæ festiuitatis inuitat, & hanc  
 vobis humilitatis formam adoratus à Magis  
 puer Saluator in sinuat, qui vt imitatoribus  
 suis quid gloriæ pararet, ostenderet ortus  
 sui tempore editos martyrio consecrauit: vt  
 in Bethleem, vbi Christus natus est, geniti,  
 per communionem ætatis consortes fierent  
 passionis. Ameretur igitur humilitas, & omnis  
 à fidelibus vitetur elatio. Alter alterum sibi  
 præferat, & nemo quod suum est, quærat,  
 sed quod alterius: vt cum in omnibus abun-  
 dauerit affectus beneuolentiæ, in nullo vi-  
 rus inueniatur inuidiæ: quoniam *qui se exal-*  
*tat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur:*  
*codem ipso testante Domino nostro Iesu*  
*Christo, Qui cum Patre & Spiritu sancto*  
*viuit & regnat Deus in secula seculo-*  
*rum, Amen.*

Luc. 14.  
 Luc. 16.

### Sermo VIII. in eadem solennitate.

*Non indigna estimanda de Christi maie-*  
*state, & quibus argumentis deprehenda-*  
*tur, Deum in nobis habitare.*

CAP. I.



**Q**A V S A M, dilectissimi, & ratio-  
 nem solennitatis hodiernæ sæpe  
 vobis & Evangelica narratio, &  
 obseruantia consuetudo pate-  
 fecit: nec necesse est ita nunc,  
 quæ inter Saluatoris nostri humana primor-  
 dia sunt gesta, replicari, vt de splendore no-  
 ui syderis, de Magis Magorumque muneribus,  
 de scuitia Herodis, & de interfectione  
 infantium disseramus: cum sicut nostris, &  
 in stellæ fulgore Dei gratia, & in tribus viris  
 vocatio gentium, & in rege impio crudelitas  
 paganorum, & in occisione infantium  
 cunctorum Martyrum forma præcesserit.  
 Sed quia in sacratissimo die reddendum ex-  
 pectationi vestræ est sacerdotalis sermonis  
 officium: nitamur, vt possumus adiuuante  
 Spiritu Dei, eò per intelligentiæ semitas  
 peruenire, vt cognoscamus sacramentum  
 præsentis festi ad omnium fidelium tempo-  
 ra pertinere: nec vlllo modo habeatur inso-  
 litum, quod in dispensationum ordine ado-  
 ratur antiquum.

CAP. II.

Quamuis ergo omnis anima Christiana  
 nihil indignum habeat de filij Dei maiestate  
 sentire, & transcensis incipientis fidei rudi-  
 mentis oporteat vnumquemque ad subli-  
 miora proficere: necesse est tamen infirmi-  
 tatem mentis humanæ, dum verum homi-

Mythicè  
 quid stella,  
 tres Magi,  
 Herodes,  
 Trucidatio  
 infantium.

stræ communionem trepidare, & per incitia, vel  
 incrementa corpora ad agnitionem vnus  
 cum patre deitatis difficulter accedere. Sed  
 vbi inter caligantes cogitationes radius su-  
 pernæ lucis resullerit, cunctantes fidei mo-  
 ras splendor veritatis abruptat, vt cor libe-  
 rum, & à visibilibus absolutum, lumen in-  
 telligentia tanquam duces stellas sequa-  
 tur: quia sicut Apostolus ait: *Dominus Ie-*  
*sus Christus in gloria est Dei Patris, quem vt*  
*venerabatur in cunis humiliter iacentem,*  
*ipsum sine dissidentia adoret cum Patre re-*  
*gnantem.* Hæc autem manifestatio, dile-  
 ctissimi, quæ hæsitantium nebulas dissol-  
 uit animarum, & ita facit innotescere Dei  
 Filium, vt de hoc, quod idem est etiam ho-  
 minis filius, nihil patiatur obstaculi, ad præ-  
 sentis festi pertinet dignitatem, & vera est  
 infantia Saluatoris, declaratio deitatis,  
 quando carnis sensus ab humanis ad diui-  
 na transfertur, vt quos deprimunt experi-  
 menta infirmitatum, erigant signa virtu-  
 tum: Quia tali auxilio & natura nostra in-  
 digebat, & causa, vt reparare humanum  
 genus, nec sine maiestate posset humili-  
 tas, nec sine humilitate maiestas. Iam verò  
 cum in singulorum fidelium profectibus  
 diuinorum elucet custodia mandatorum,

Philip. 2.

B

C

impleturque quod dictum est: *Sic luceat lu-*  
*men vestrum coram hominibus, vt videant ope-*  
*ra vestra bona, & magnificent Patrem vestrum*  
*qui in celis est: quis illic non præsentem in-*  
*telligat maiestatem, vbi veram videt appa-*  
*retere virtutem? quæ vtique sine Deo nulla*  
*est, nec proprietatem obtinet dignitatis, ni-*  
*si spiritu sui vegetetur autoris. Dicente e-*  
*nim Discipulis suis Domino, Sine me nihil*  
*potestis facere, dubium non est, hominem*  
*bona egentem, à Deo habere & effectum*  
*operis, & initium voluntatis. Vnde & Apo-*  
*stolus copiosissimus fidelium cohortator,*  
*Cum timore, inquit, & tremore vestram salu-*  
*tem operamini. Deus est enim, qui operatur in*  
*vobis & velle & operari pro bona voluntate.*

Matt. 5.

Ioan. 15.

Philip. 2.

D

Et hæc sanctis causa est tremendi, atque me-  
 tuendi: ne ipsis operibus pietatis elati, de-  
 serantur ope gratiæ, & remaneant in infir-  
 mitate naturæ. Qui autem experiri cupit,  
 an in ipso Deus habitet, de quo dicitur, *Mi-*  
*rabilis Deus in sanctis suis: sincero examine*  
*cordis sui interiora discutiat, & sagaciter*  
*quærat, qua humilitate resistat superbiæ, qua*  
*beneuolentia obliuetur inuidiæ, quam*  
*non capiatur adulantium linguis, quamque*  
*bonis delectetur alienis: an pro malo non*  
*cupiat malum reddere, malitque inultas*  
*obliuisci iniurias, quam imaginem & simi-*

Operi bo-  
 nori Deus  
 author.  
 In hac vita  
 nemo sic se-  
 curus.  
 Psal. 67.

Experimē-  
 ta inhabi-  
 tationis di-  
 uina.

litudinem sui conditoris amittere, quo omnes ad cognitionem sui generalibus incitans donis, pluit super iustos & iniustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos. Ac ne in multis labore solitæ discretionis inspectio, ipsam matrem virtutum omnium charitatem in secretis suæ mentis inquirat: & si in ea dilectionem Dei & proximi toto corde inrentè repererit, ita vt etiã inimicis suis eadem velit tribui, quæ sibi optat impendi, quisquis huiusmodi est, Deum & rectorem & habitorem sui esse non dubitet. Quem tanto magnificentius recipit, quanto magis non in se, sed in Domino gloriatur. Quoniam quibus dicitur, *Regnum Dei intra vos est: nihil non illius agunt spiritu, cuius reguntur imperio.* Scientes igitur, dilectissimi, quoniam charitas Deus est, qui operatur omnia in omnibus, sectamini charitatem, ita vt in vnum castæ dilectionis affectum, vniuersorum fidelium corda concurrant. Transcuntia nos & \* vana non occupent: constanti desiderio ad ea, quæ sunt semper mansura, tendamus. Sacramentum enim præsentis festi oportet in nobis esse perpetuum. Quod vtique sine fine celebrabitur, si in omnibus actibus nostris Dominus Iesus Christus appareat, Qui cum Patre & Spiritu sancto viuut & regnat in secula seculorum, Amen.

S E R M O P R I M V S  
D E Q V A D R A G E S I M A .

*Ieiunandum esse Hebræorum exemplo & Christi, ad victoriam obtinendam contra hostes inuisibiles, & de modo ieiunandi.*

CAP. I.



**N**ON DAM populis, & omnes Israëliticæ tribus, cum propter peccatorum suorum offensiones graui Philistinorum dominatione premerentur, vt superare hostes suos possent, sicut sacra manifestat historia: vires animi & corporis indicto sibi reparauere ieiunio. Intellexerant enim duram & miseram illam subiectionem neglectu se mandatorum Dei & morum corruptione meruisse, frustra que se armis certare, nisi prius vitiis repugnassent. Abstinentes ergo à cibo & potu, seueræ sibi castigationis adhibuere censuram: & vt hostes suos vincerent, gulæ illecebram

A in seipsa ante vicerunt. Factumque est hoc modo, vt sæui aduersarii & graues Domini esurientibus cederent, quos sibi saturos subiugarant. Et nos itaque, dilectissimi, inter multas aduersitates & prælia constituti, si similibus remediis vti cupimus, simili obseruatione curemur. Eadem enim prope modum causa nostra est, quæ illorum fuit: quoniam sicut illi à carnalibus aduersariis, ita & nos à spiritualibus maxime impugnamur inimicis. Qui si donata nobis per Dei gratiam morum correctione vincantur: & corporeorum nobis hostium fortitudo succumbet: & emendatione nostra infirmabuntur, quos graues nobis, non ipsorum merita, sed nostra delicta fecerunt.

B Quapropter, dilectissimi, vt omnes hostes nostros superare valeamus, per obseruantiam cælestium mandatorum diuinum quaramus auxilium: scientes non aliter nos præualere posse aduersariis nostris, nisi præualuerimus & nobis. Sunt enim intra nosmet ipsos multa certamina, & aliud caro aduersus spiritum, aliud aduersus carnem spiritus concupiscit. In qua dissentione si cupiditates corporis fuerint fortiores: turpiter animus amittet propriam dignitatem, & perniciosum erit eum seruire, quem decuerat imperare. Si autem mens rectori suo subdita, & supernis muneribus delectata, terrenæ voluptatis incitamenta calcauerit, & in suo mortali corpore regnare peccatum non fuerit, ordinatissimum tenebit ratio principatum, & munitiones eius nulla spiritualium nequitiarum labefactabit illusio: quia tunc est vera pax hominis & vera libertas, quando & caro animo iudice regitur, & animus Deo præside gubernatur. Hæc autem præparatio, dilectissimi, licet omni tempore salubriter assumatur, vt peruigiles hostes inaccessibili superentur industria, nunc tamen sollicitius expetenda est, & studiosius instruenda, quando & ipsi subtilissimi aduersarii acriori insidiantur astutia. Scientes enim agere nos sacratissimos Quadragesimæ dies, in quorum obseruantia omnes præteritæ desideria castigantur, omnes negligentia diluuntur: ad hoc totam vim suæ malignitatis intendunt, vt celebraturi sanctum Pascha Domini, in aliquo inueniamur indigni: & vnde nobis obtinenda erat propitiatio, inde contrahatur offensio.

C pratis incitamenta calcauerit, & in suo mortali corpore regnare peccatum non fuerit, ordinatissimum tenebit ratio principatum, & munitiones eius nulla spiritualium nequitiarum labefactabit illusio: quia tunc est vera pax hominis & vera libertas, quando & caro animo iudice regitur, & animus Deo præside gubernatur. Hæc autem præparatio, dilectissimi, licet omni tempore salubriter assumatur, vt peruigiles hostes inaccessibili superentur industria, nunc tamen sollicitius expetenda est, & studiosius instruenda, quando & ipsi subtilissimi aduersarii acriori insidiantur astutia. Scientes enim agere nos sacratissimos Quadragesimæ dies, in quorum obseruantia omnes præteritæ desideria castigantur, omnes negligentia diluuntur: ad hoc totam vim suæ malignitatis intendunt, vt celebraturi sanctum Pascha Domini, in aliquo inueniamur indigni: & vnde nobis obtinenda erat propitiatio, inde contrahatur offensio.

D Accedentes ergo, dilectissimi, ad Quadragesimæ initium, id est, ad diligentiorum Domini seruitutem, quia quasi ad quandam agonem sancti operis introimus, ad pugnantationum animos præparemus: & intelligamus quantum studiosiores pro nostra salute

CAP. III.  
Quadragesimæ tempus.

salute fuerimus, tantò nos vehementiùs ab aduersariis impetendos. Sed fortior est, quàm qui aduersum nos est, & per ipsum validi sumus, in cuius virtute confidimus: quia ob hoc Dominus se tentari à tentatore permisit, vt cuius munimur auxilio, eiusdem erudiremur exemplo. Vicit enim aduersarium, vt audistis, testimoniis legis, non potestate virtutis: vt hoc ipso & hominem plus honoraret, & aduersarium plus puniret, cum hostis generis humani non solum quasi à Deo, sed etiam quasi ab homine impugnaretur & vinceretur. Pugnauit ergo ille tunc, vt & nos postea pugnaremus: vicit ille, vt & nos similiter vinceremus. Nulla sunt enim, dilectissimi, sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Vita hæc nostra in medio insidiatorum, in medio præliorum est. Si volumus non decipi, vigilandum est: si volumus superare, pugnandum est. Et ideo sapientissimus Salomon, *Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem.* Vir enim sapientia Dei plenus, sciens studium religionis laborem habere certaminis, cum prævideret pugne periculum, ante admonuit pugnaturum: ne fortè si ad ignorantem tentator accederet, imparatum citius vulneraret. Nos itaque, dilectissimi, qui diuinis institutionibus eruditi, ad agonem præsentis certaminis scienter accedimus: audiamus dicentem Apostolum, *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in caelestibus.* Et non ignoremus, quòd hi hostes nostri contra se geri omnia sentiunt, quæcunque nos pro nostra salute agere tentamus, & hoc ipso, quod boni aliquid appetimus, aduersarios prouocamus. Hæc enim inter nos atque illos per diabolicæ inuidiæ fomitem inueterata dissensio est: vt quia illi ab his bonis exciderunt, ad quæ nos Deo auxiliante prouehimur, nostris iustificationibus torqueantur. Si ergo nos erigimur, illi corruunt: si nos conualescimus, illi infirmantur. Remedia nostra, plagæ ipsorum sunt: quia curatione nostrorum vulnerum vulnerantur. State ergo, dilectissimi, vt Apostolus ait, succincti lumbos mentis vestite in veritate, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est

A Verbum Dei. Videre, dilectissimi, quàm potentibus nos telis, quàm insuperabilibus munimentis dux multis insignis triumphis, & inuictus Christianæ militiæ magister armaverit. Succinxit lumbos baltheo castitatis calceauit pedes vinculis pacis: quia & discinctus miles citò ab impudentiæ incensore vincitur, & non calceatus facile à serpente mordetur. Scutum fidei ad protectionem totius corporis dedit, capiti galeam salutis imposuit, dexteram gladio, id est, verbo veritatis instruxit: vt spiritualis præliator non solum sit tutus à vulnerere, sed & repugnantem valeat vulnerare. His igitur, dilectissimi, freti armis, impigre atque intrepide propositum nobis certamen incamus: vt in isto ieiuniorum studio, non eo tantum sumus sine contenti, vt solam ciborum abstinentiam putemus esse sectandam. Parum enim est, si carnis substantia tenuatur, & animæ fortitudo non alicur. Afflicto paululum exteriore homine, reficiatur interior, & subtracta carni saturitate corporea, spiritalibus mens deliciis roboretur. Circumspiciat se omnis anima Christiana, & seuerò examine cordis sui interna discutiatur. Videat, ne quid ibi discordiæ inhæserit, ne quid cupiditatis insiderit. Incontinentiam castitas procul pellat, mædacijs tenebras lux abigat veritatis. Quia os, quod mentitur, animam mentientis interficit. Detumescat superbia, humilitas assumatur, resipiscat iracundia, comminuantur iacula noxarum, & obtestatio linguæ frenetur. Cessent vindictæ, & obliuioni mædantur iniuriæ. Omnis postremò plantatio, quam non plantauit pater cælestis, radicitus auferatur. Tunc enim in nobis benè virtutum semina nutriuntur, quando ab agro cordis nostri omne negermen externum euellitur. Si quis ergo in quæpiam ita cupiditate vltionis exarsit, vt eum aut carceri traderet, aut vinculis illigaret, absolutionem non solum insonitis, sed etiam eius, qui pœna dignus videtur, acceleret: vt illa Dominicæ Orationis regula fidenter vtatur, dicens: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Quam partem petitionum ita Dominus speciali insinuatione commendat, vt totius orationis effectus in hac conditione consistat. *Si enim, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & Pater vester vobis, qui in caelis est. Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra.*

Proinde dilectissimi, memores infirmitatis nostræ, quia facile in quolibet delicta prolabimur: hoc potentissimum

Tentari cur  
Christus  
voluerit.

Eccl. 2.

Cap. IV.

Eph. 6.

Dissensio  
inter nos &  
dæmones.

Eph. 6.

Arma Christi  
Mianorum.

Cap. 1.  
Ieiunium  
quomodo  
fit.

Sapient. 11

Matth. 18.

Matth. 6.

Matth. 18.

Cap. VI.

remedium, & istam efficacissimam vul-  
nerum nostrorum curationem nullatenus  
negligamus. Remittamus, vt remittatur no-  
bis, demus veniam, quam rogamus, & non  
studeamus vindicari, qui nobis precamur  
ignosci. Pauperum gemitus surdo non tran-  
seamus auditu, & misericordiam indigen-  
tibus prompta benignitate præstemus: vt  
misericordiam in iudicio mereamur inueni-  
re. Ad quam perfectionem qui studium  
suum gratia Dei adiutus intenderit, hic san-  
ctum ieiunium fideliter peraget, hic à fer-  
mento malitiæ veteris alienus, in azimis syn-  
ceritatis & veritatis ad beatum Pascha per-  
ueniet, & per nouitatem vitæ dignè lætabi-  
tur in sacramento reformationis humanæ,  
Per Christum Dominum nostrum, Qui  
cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat  
in secula seculorum, Amen.

1. Cor. 5.

## Sermo II. de Quadragesima.

*Viendum est in Quadragesima religio-  
sius, quia tunc diabolus aduersum nos a-  
criore sœuit inuidia.*

CAP. I.



**I**CET nobis, dilectissimi, ap-  
propinquante festiuitate Pas-  
chali ieiunium Quadragesimæ  
ipse legitimi temporis recursus  
indicat: cohortatio tamen etiam  
nostri sermonis adhibenda est, quæ auxi-  
liante Domino, nec inuicilis sit pigris, nec  
onerosa deuotis. Nam cum omnem obser-  
uantiam nostram ratio istorum dierum po-  
scat augeri: nemo est (vt confido) de vobis,  
qui se ad opus horum non gaudeat incitari.  
Natura enim nostra, manente adhuc mor-  
talitate, mutabilis etiam si ad summa quæq;  
virtutum studia prouehatur: semper tamen  
sicut potest habere quo recidat, ita potest  
habere, quo crescat. Et hæc est perfectorum  
vera iustitia, vt nunquam præsumant se esse  
perfectos: ne ab itineris nondum finiti in-  
tentione cessantes, ibi incidant deficiendi pe-  
riculum, vbi proficiendi deposuerint appe-  
titum. Quia ergo nemo nostrum, dilectissi-  
mi, tam perfectus & sanctus est, vt perfe-  
ctior sanctiorque esse non possit: omnes si-  
mul sine differentia graduum, sine discre-  
tione meritum, ab iis, in quæ pertuenimus,  
in ea quæ nondum apprehendimus, pia aui-  
ditate curramus, & ad mensuram consue-  
tudinis nostræ necessarii aliquid addamus  
augmenti. Parum enim religiosus alio tem-  
pore demonstratur, qui in his diebus non  
religiosior inuenitur. Vnde opportunè au-

Vera perfe-  
ctorum iu-  
sticia.

CAP. II.

aribus nostris lectio Apostolicæ prædicatio-  
nis insonuit, dicens: *Ecce nunc tempus acceptum*, 2. Cor. 6.  
*ecce nunc dies salutis*. Quid enim acceptius  
hoc tempore? quid salubrius his diebus?  
in quibus vitis bellum indicitur, & om-  
nium virtutum profectus augetur. Sem-  
per quidem tibi, ô anima Christiana, vigi-  
landum cõtra salutis tuæ aduersarium fuit,  
ne vllus pateret locus tentatoris insidiis: sed  
modo tibi maior cautio & sollicitior assu-  
menda prudentia est, quando idem hostis  
tuus acriori sœuit inuidia. Nunc enim in to-  
to mundo potestas ei antiquæ dominatio-  
nis aufertur, & innumera illi captiuitatis  
vasa rapiuntur. Renunciatur atrocissimo  
prædoni à populis omnium nationum, om-  
niùmque linguarum, & nullum iam genus  
hominum reperitur, quod non iam tyran-  
nicis legibus reluctetur, dum per omnes fi-  
nes terræ regeneranda in Christo multo-  
rum millium millia præparantur: & appro-  
pinquante nouæ creature ortu, spiritualis ne-  
quicia, ab iis quos possidebat, excluditur.  
Fremet ergo expoliati hostis impius furor:  
& nouum quærit lucrum, quia ius perdidit  
antiquum. Captat indefessus & peruigil, si  
quas reperiat oues à sacris gregibus negli-  
gentiùs euagantes, quæ per procliuia volu-  
ptatum & per deuexa luxuriæ in diuersoria  
mortis inducat. Inflamat itaque iras, nu-  
trit odia, acuit cupiditates, irridet conti-  
nentiam, incitat gulam. Quem enim ten-  
tare non audeat, qui nec ab ipso Domino  
nostro Iesu Christo conatum suæ fraudis  
abstinuit? Nam sicut Euangelica patefa-  
cit historia, cum Saluator noster, qui erat  
verus Deus, vt verum se hominem etiam  
demonstraret, & impias opiniones totius  
erroris excluderet, post quadragesima die-  
rum noctiùmque ieiunium infirmitatis nos-  
træ in se recepisset esuriam, gauisus dia-  
bolus signum se in eo passibilis atque mor-  
talis inuenisse naturæ, vt exploraret poten-  
tiam, quam timebat, *Si filius Dei*, inquit,  
*es, dic vt lapides isti panes fiant*. Poterat itaque  
istud omnipotens, & facile erat, vt ad crea-  
toris imperium, in quam iuberetur spe-  
ciem, cuiuslibet generis \* creatura transi-  
ret, sicut cum voluit, in conuiuio nuptia-  
li aquam mutauit in vinum: sed hoc mag-  
is salutiferis dispensationibus congruebat,  
vt nequissimi hostis astutia, non poten-  
tia deitatis, sed humilitatis mysterio vin-  
ceretur. Denique fugato diabolo, & om-  
nibus artibus callidi tentatoris elisis, ac-  
cesserunt ad Dominum angeli, & mi-  
nistrabant ei: vt veri hominis & veri  
Dei, & apud dolosas interrogaciones,

Dæmonis  
calliditas.

CAP. III.

Marth. 4.

\* MATTH.  
IOAN. 2.

CAP. III.

manifesta.

Math. 4.  
Deut. 6.Ieiunium  
verum.

Math. 5.

Voluntas  
bonarum  
necitatur.

CAP. V.

inviolata esset humanitas, & apud sancta  
obsequia manifesta diuinitas. Confundantur  
itaque filij diaboli atque discipuli, qui  
repleti inspiratione viperea, simplices  
quosque decipiunt, negantes in Christo  
vtrâque veram esse naturam, dum aut dei-  
tatem homine, aut hominem deitate dispo-  
siant, cum vnus temporis gemino docu-  
mento vtrâque falsitas sit perempta: quia &  
per famem corporis perfecta humanitas, &  
per famulantes angelos demonstrata est \*  
perfecta diuinitas. Quia ergo dilectissimi,  
sicut Redemptoris nostri magisterio edocti  
sumus, non in solo pane viuit homo, sed in  
omni verbo Dei, dignumque est populus  
Christianus in quantacunque abstinentia  
constitutus, magis desideret se Dei verbo,  
quàm cibo satiari corporeo: prompta deu-  
otione & alacri fide suscipiamus solenne  
ieiunium, non in sterili inedia; quam ple-  
runque & imbecillitas corporis & auaritiæ  
morbus indicit, sed in larga beneuolentiæ  
celebrandum, vt scilicet simus de illis, de  
quibus ipsa veritas dicit: *Beati qui esuriunt &  
satiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Deli-  
citiæ igitur nostræ sint opera pietatis, & illis  
cibus, qui nos ad æternitatem nutriunt, im-  
pleamur. Lætetur in refectionibus paupè-  
rum, quos impendia nostra satiauerint. Iu-  
cundemur in vestitu eorum, quorum nudita-  
tem indumentis necessariis texerimus.  
Sentiant humanitatem nostram ægritudi-  
nes decumbentium, imbecillitates debilium,  
labores exulium, destitutio pupillorum, &  
desolataram lamenta viduarum: in quibus  
iuuandis nemo est, qui non aliquam possit  
exequi beneuolentiæ portionem. Nulli enim  
paruus est census, cui magnus est animus:  
neq; de rei familiaris modo mensura mise-  
rationis penderet aut pietatis. Nunquam me-  
rito caret, etiam in tenui facultate, bonæ  
voluntatis opulentia. Maiora quidem im-  
pendia sunt diuitiū, & minora mediocriū: sed  
nō discrepat fructus operum, vbi eadem est  
affectus operantium. In ista autem, dilectif-  
simi, exercendarum opportunitate virtu-  
tum, sunt & aliarum insignia opera corona-  
rum, quæ nullo horreorū dispendio, nulla  
diminutione pecuniæ capiuntur: si pellatur  
lasciuita, si abdicetur ebrietas, & carnalis cō-  
cupiscentia, castitatis legibus edometur. Si  
odia transeant in dilectionem, si inimicitia  
conuertantur in pacem, si tranquillitas ex-  
tingat iram, si mansuetudo remittat iniuriā:  
si denique dominorum atque seruorum  
tam ordinati sint mores, vt & illorum pote-  
stas mitior, & istorum sit disciplina deu-  
otior. Hac igitur obseruatiā, dilectissimi, ob-

atinebitur misericordia Dei, & abolito pec-  
catum reatu, religiosè venerandum Pa-  
scha celebrabitur. Quod & Romani orbis  
pūssimi Imperatores: sancta antiquitū ob-  
seruatione custodiunt, qui in honorem Do-  
minicæ passionis, altitudinem suæ potesta-  
tis inclinant, & constitutionum suarum se-  
ueritate mollita, multarum culparum reos  
præcipiunt relaxari: vt in diebus, quibus  
mundus saluatur miseratione diuina, etiam  
ipsorum supernæ bonitatis imitatrix sit æmu-  
landa clementia. Imitentur igitur Christia-  
ni populi Principes suos, & ad domesticam  
indulgentiā regis incitentur exemplis. Nō  
enim priuatas leges fas est austeriores esse,  
quàm publicas. Remittantur culpæ, vincu-  
la soluantur, deleantur offensa, percant vl-  
tiones: vt sacra festiuitas per diuinam atque  
humanam benignitatem, omnes lætantes,  
omnes habeat innocentes: Per Dominum  
nostrum Iesum Christum, qui cum Deo pater  
& Spiritu sancto viuit & regnat Deus  
per infinita secula seculorum, Amen.

Imperato-  
res Roma-  
ni quando  
legum sua-  
rum relaxent  
seueritatē.

### Sermo III. de Quadragesima.

*Non præsumendum de non peccandi faci-  
litate, & de calliditate diabolicæ ten-  
tationis.*



EMPER quidem nos, dilectif-  
simi, sapienter & sanctè viuere  
debet, & in voluntates nostras  
actionesque dirigere, quod di-  
uinæ nouimus placere iustitiæ: Sed cum ij  
appropinquant dies, quos illustriores nobis  
salutis nostræ sacramenta fecerunt, dili-  
gentiore sollicitudine corda nostra sunt  
mundanda, & studiosius exercenda est di-  
sciplina virtutum: vt sicut ipsa mysteria qua-  
dam sui parte maiora sunt, ita & nostra  
obseruantia superet in aliquo consuetudi-  
nem suam: & cui festiuitas est celebranda  
sublimior, ipse quoque in ea reperiatur or-  
natio. Si enim rationabile & quodam-  
modo religiosum videtur, per diem fe-  
stum in vestitu nitidiorē prodire, & habitu  
corporis hilaritatem mentis ostendere, si  
ipsam quoque Orationis Domum propen-  
sior tunc cura & ampliore cultu, quan-  
tum possumus, adornamus: nōne di-  
gnum est, vt anima Christiana, quæ ve-  
rum viuūque Dei templum est, spe-  
ciem suam prudenter exornet, & redem-  
ptionis suæ celebratura sacramentum,  
omni circumspectione præcaueat, ne vl-  
la eam macula iniquitatis obfuscet, aut

CAP. I.  
In Quadra-  
gesima vi-  
uendum  
sanctius.

Festis  
diebus ani-  
mus maxi-  
mè purga-  
tus.

duplicis cordis ruga dedecoret? Nam quid prodest honestatis formam præferens cultus exterior: si interiora hominis aliquorū fordeant contaminatione vitiorum? Omnia igitur quæ animi puritatem & speculum mentis obnubilant abstergenda sedulo, & quadam eliminatione radenda sunt. Seruetur quisque conscientiam suam, seq̄ ante se statuat proprii censura iudicij. Videat, si in secreto cordis sui illam, quæ Christus dat inuenit pacem, si desiderium spiritus nulla concupiscentia carnis impugnat, si humilia non spernit, si alta non appetit, si iniquo non delectatur lucro, si immoderato rerum suarum non gaudet augmento: si denique aliena felicitate non vritur, aut inimici miseria non lætatur. Et cum harū perturbationum nihil in se fortè repererit, syncero disquirat examine, qualium cogitationum specie frequentetur: & verum nullis vanitatū imaginibus acquiescat, vel quàm cito animum ab iis, quæ noxiè blandiuntur, abducat. Nam nullis illecebris commoueri, nullis cupiditatibus titillari, non est istius vitæ, quæ tota tentatio est, & qua nimirum vincitur, qui vinci ab eadem non veretur. Superbum est enim, de non peccandi facilitate præsumere, cum hoc ipsum præsumpsisse, peccatum sit, dicente beato Ioanne

**I. Ioh. 6.** *Apostolo: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Nemo igitur se fallat, dilectissimi, nemo se decipiat: Neque ita quisquam de cordis sui puritate cōfidat, vt putet se nullis tentationum periculis subiaccere, cum peruigil ille tentator eos acrioribus pulset insidiis, quos maximè viderit abstinere à peccatis. Nam à quo dolos suos continet, qui ipsum quoque Dominum maiestatis auius est calliditatis suæ fraude tentare? Viderat superbiam suam baptizati Domini Iesu humilitate calcatam, intellexerat quadraginta dierum ieiunio omnem cupiditatem carnis exclusam, & tamen non desperauit de artibus suæ malitiæ spiritalis improbitas, tantūmque sibi de naturæ nostræ mutabilitate promisit: vt quem verum experiebatur hominē, præsumeret posse fieri peccatorem. Si ergo ab ipso Domino & Salvatore nostro deceptionū suarum diabolus non reuocauit insidias: quanto magis fragilitatem nostram impugnare præsumit, quos exinde vehementiore odio & inuidia seuiore persequitur, ex quo ei in baptismo renunciauimus, & ab illa, cui dominabatur origine, in nouam creaturam diuina regeneratione transiuimus? Vnde quia dū mortali carne circundamur, non desinit nobis

A hostis antiquus laqueos peccati vbiq; prætere, & tunc maximè aduersus Christi membra seuire, quando ab eis sunt sacraiora celebranda mysteria, merito doctrina Spiritus sancti hac eruditione imbuit populum Christianum, vt ad Paschale festum quadraginta dierum se continentia præpararet. Cuius purificationis ratio iam nos ad obseruantiam suæ salubritatis inuitat, & diligentiam nobis proposiæ castigationis indicit. Quansò enim sanctius quisque hos dies inuenietur egisse, tãrò probabitur Pascha Domini religiosius honorasse. In diebus igitur sanctorum ieiuniorum pietatis opera, quibus semper studendum est, abundantius exequamur: misericordes simus ad omnes, maximè autè ad domesticos fidei, vt in ipsis quoque elemosynarū distributionibus, bonitatem Patris cœlestis imitemur, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quamuis ergo fidelium præcipuè sit adiuuanda paupertas, etiam illi tamen, qui nondum Euangelium receperunt, in suo labore miserandi sunt: quia in omnibus hominibus naturæ est diligenda communitio, quæ nos etiã iis benignos debet efficere, qui nobis quacunque sunt conditione subiecti, maximè si eadem gratia iam tenati, & eodē sanguinis Christi precio sunt redempti. Simul enim & cum istis habemus, quòd ad imaginem Dei conditi sumus, nec carnali origine à nobis, nec spiritali natiuitate diuisi sunt. Eodem Spiritu sanctificamur, eadem fide viuimus, ad eadem Sacramenta concurrimus. Non spernatur hæc vnitas, nec vilis nobis sit tanta communitio: sed hoc ipsum nos per omnia faciat mitiores, quòd eorum vtimur subiectione, cum quibus vni Domino eadem subiciimur seruitute. Si qui ergo horum grauioribus seruitutes suos offendēte delictis, indulgentiam nunc in diebus reconciliationis accipiant. Auferat miseratio seueritatem, & venia deleat vltionem. Nullum custodia teneat, nullum carcer includat, quoniam Deus noster misericordiam suam hac conditione promisit, vt remittenda sibi is nosset peccata propria, qui remisisset aliena. Dissentionū materiæ, dilectissimi, & inimicitiarum aculei conteratur. Cessent odia, deficiant simultates, in vnitatem dilectionis omnia Christi membra conueniant. Beati enim pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, nec solum filij, sed etiam hæredes, cohæredes autem Christi, Qui viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

CAP. III.

Galat. 6.

Matth. 5.

Conscientia vt excutienda. Ioh. 14.

Iob. 7.

I. Ioh. 6.

CAP. III.

Matth. 22.

Matth. 5. Rom. 8.

## Sermo IIII. de Quadragesima.

*Abstinendum in Quadragesima ab omnibus vitijs, & misericordiae operibus incumbendum, atque de Manichaeorum impietate.*

CAP. I.  
Quadragesime sacramentum  
ieiunium.  
1. Cor. 6.

**R**ÆDICATURVS vobis, dilectissimi, sacratissimum maximumque ieiunium, quo aptius utar exordio, quam ut verbis Apostoli, in quo Christus loquebatur, incipiam: dicamque, quod lectum est, *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis?* Quamuis enim nulla sint tempora, quæ diuinis non sint plena muneribus, & semper nobis ad misericordiam Dei per ipsius gratiam præstetur accessus: nunc tamen omnium mætes maiori studio ad spirituales profectus moueri, & ampliori fiducia oportet animari: quando ad vniuersa pietatis officia, illius nos diei, in quo redempti sumus, recursus inuitat: ut excellens super omnia Passionis Dominicæ sacramentum purificatis & corporibus & animis celebremus. Debeatur quidem tantis mysterijs ita incessabilis deuotio, & continuata reuerentia: ut tales permaneremus in conspectu Dei, quales nos in ipso Paschali festo dignum est inueniri. Sed quia hæc fortitudo paucorum est, & dum carnis fragilitate austerior obseruantia relaxatur, dumque per varias actiones vitæ huius sollicitudo distenditur, necesse est de mūdano puluere etiam religiosa corda sordescere: magna diuinæ institutionis salubritate prouisum est, ut ad reparandam mentium puritatem Quadraginta nobis dierum, exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas, & pia opera redimerent, & ieiunia casta decoquerent. Ingressuri igitur, dilectissimi, dies mysticos, & purificandis animis atque corporibus sacratius institutos, præceptis Apostoli obedire curemus: emundantes nos ab omni inquinamēto carnis ac spiritus, ut castigatis colluctationibus, quæ sūt intervtræque substantiam, animus, quem sub Dei gubernaculis constitutum, corporis sui decet esse rectorem, dominationis suæ obtineat dignitatem: ut nemini dantes vllam offensionem, vituperationibus obloquentium non simus obnoxij. Digna enim ab infidelibus reprehensione carpemur, & nostro vitio linguæ impiæ in iniuriam se religionis armabunt: si ieiunantium mores à puritate perfectæ continētis discreparint. Nō enim

A in sola abstinentia cibi stat nostri summa ieiunii, aut fructuosè corpori esca subtrahitur: nisi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obrectationibus lingua cohibeatur. Sic ergo nobis edendi est moderanda libertas, ut etiam aliæ cupiditates eadem lege frenentur. Mansuetudinis & patientiæ, pacis & tranquillitatis hoc tempus est: in quo exclusa omnium contaminatio vitiorum, perpetuitas nobis est obtinenda virtutū. Nunc piarum mentium fortitudo donare culpas, negligere cōtumelias, & obliuisci assuescat iniurias. Nunc fidelis animus per arma iustitiæ à dextris se exerceat & sinistris: ut per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famā, securam conscientiam, constantemque probitatem, nec laudes inflēt, nec opprobria defatigent. Religiosorū modestia non sit mæsta, sed sancta: nec inueniatur in eis vllarum murmura querelarum quibus nunquam desunt sanctorum solatia gaudiorum. Non timeatur inter opera misericordiae terrenarum diminutio facultatum. Semper diues est Christiana paupertas, quia plus est quod habet, quam quod non habet. Nec pauet in isto mundo indigentia laborare, cui donatū est, in omnium rerum Domino omnia possidere. Operantibus ergo, quæ bona sunt, non est omnino metuendum, ne eis desit facultas operandi:

**B**onam famā, securam conscientiam, constantemque probitatem, nec laudes inflēt, nec opprobria defatigent. Religiosorū modestia non sit mæsta, sed sancta: nec inueniatur in eis vllarum murmura querelarum quibus nunquam desunt sanctorum solatia gaudiorum. Non timeatur inter opera misericordiae terrenarum diminutio facultatum. Semper diues est Christiana paupertas, quia plus est quod habet, quam quod non habet. Nec pauet in isto mundo indigentia laborare, cui donatū est, in omnium rerum Domino omnia possidere. Operantibus ergo, quæ bona sunt, non est omnino metuendum, ne eis desit facultas operandi:

**C**um & in duobus nummis Euāgelicæ illius viduæ sit laudata deuotio, & pro calice aquæ frigidæ præmium habeat gratuita largitio. Ex affectibus enim piorū benignitatis mēsurata taxatur: & numquam eum miserendi efficacia deserit, in quo misericordia ipsa nō deficit. Experta est hoc vidua illa de Sa-  
**D** sanctis vsibus non minueretur eius substantiæ plenitudo, cuius non fuerat formidanda defectio. His autem studiis, dilectissimi, ad quæ vos voluntariè confidimus præparatos, non ambigimus diabolus, qui omnium virtutum est aduersarius, inuidere, & ad hoc vim suæ malignitatis armare, ut pietati laqueos de ipsa pietate præcendat: & quos non potuerit deuicere per diffidentiam, conetur superare per gloriam. Vicinum est enim rectis actionibus superbix malum, & de proximo semper virtutibus insidiatur elatio: Quia difficile est, ut laudabiliter videntem laus non

Ieiunium  
Christi  
num.

1. Cor. 6.

Passio Domini  
vbi celebranda.

Lucæ 21.  
Matth. 10.

1. Reg. 17.

CAP. II.

1. Cor. 7.

CAP. III.

Superbia  
bonis operibus  
insidiatur.  
1. Cor. 10.

capiat humana, nisi vt scriptum est, *Qui glorietur, in Domino gloriatur.* Cuius verò ille hostis nequissimus non audeat impugnare propositum? cuius non appetat violare ieiunium? quando versutias suas, sicut Euangelica lectione patefactum est, nec ab ipso mundi Salvatore continuit? Expauescens enim in illo quadraginta dierum notitiumque ieiunium, explorare callidè voluit, virum hanc continentiam donatam haberet, an propriam: vt non metueret deceptionum suarum opera soluenda, si Christus eius esset conditionis, cuius est corporis. Primò, itaque dolo scrutatus est, an ipse esset substantiarum Creator, qui rerum corporearum posset, in quæ vellet mutare naturas. Secundò, an sub humanæ carnis specie diuinitas obumbrata tegetetur, cui facile esset peritium sibi aërem facere, & terrena per vacuum membra librare. Sed cum illi Dominus iustitiam malisset opponere veri hominis, quam potentiam manifestare deitatis: ad hoc conuertit tertix fraudis ingenium, vt cum, in quo diuinæ potestatis signa cessauerant, dominandi cupiditate tentaret, & ad venerationem sui regna mundi pollicendo traduceret. Sed prudentiam diaboli stultam fecit sapientia Dei: vt superbus hostis hominem videns, quem aliquando superauerat, non metueret eum persequi, quem pro omnibus oportebat occidi.

**CAP. IV.** Huius igitur aduersarij dolos, non solum in illecebris gulæ, sed etiam in proposito abstinentiæ caueamus. Qui enim sciuit humano generi mortem inferre per cibum, nouit & per ipsum nocere ieiunium: & ad contrariæ fraudis effectum, famulis vtendo Manichæis, sicut per serpentem intulit interdita præsumi: ita per famem suadet concessa vitari. Vtilis quidem est abstinentia, quæ parco assueta victu, deliciarum cohibet appetitum: sed vix illorum dogmati, apud quos etiam ieiunando peccatur. Damnant enim creaturarum naturam in Creatoris iniuriam, & contaminari edentes asserunt iis, quorum non Deum, sed diabolum conditorem esse definiunt: cum prorsus nulla sit substantia mala, nec ipsius mali sit vlla natura. Omnia enim bona bonus auctor instituit, & vnus est vniuersarum rerum creator, qui fecit calum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Ex quibus quicquid homini ad cibum potumque concessum est, sanctum & mundum in sui generis qualitate. Quod si immoderata auaritate sumatur, nimietas edaces & bibaces dedecorat, non cibi neque poculi natura contaminat. *Omnia enim, sicut* **Ad Tit. I.** *Apostolus ait, munda sunt mundis.* Coinqui-

natis autem & infidelibus nihil est mundum, sed coinquinata sunt eorum mens & conscientia.

**Vos autem, dilectissimi, Catholicæ matris sanctæ generatio, quos in schola veritatis Spiritus sanctus erudiuit, libertatem vestram congrua ratione moderamini, scientes quoniam bonum est, etiam à licitis abstinere, & cum castigatiùs viuendum est, ita discernere cibos, vt vsus eorum semoueat, non natura damnetur. Nulla itaque vos cõtagionis huius aspergat impietas, qui sua maximè obseruantia polliuntur, seruiantes creaturæ potius quam creatori, & luminaribus cæli stultam abstinentiam deuocentes, quos nemo ambigat esse Manichæos, qui in honorem solis ac lunæ die Dominico & secunda feria deprehensi fuerint ieiunare. Vno enim peruersitatis suæ opere, bis impij, bis prophani sunt: qui ieiunium suum, & ad syderum cultum, & ad resurrectionis Christi instituere contempserunt. Abdicant enim se sacramento salutis humanæ, & Christum Dominum nostrum, sicut in veritate carnis nostræ denegent natum: ita verè mortuum & resurrexisse non credunt. Et ob hoc diem salutis & lætitiæ nostræ sui ieiunij merore condemnant. Cùmque ad tegendum infidelitatem suam nostris audeant interesse mysteriis, ita in sacramentorum communionem se temperant, vt interdum tutius lateant: ore indigno Christi Corpus accipiunt, Sanguinem autem redemptionis nostræ haurire omnino declinant. Quod ideo vestram volumus scire sanctitatem, vt vobis huiuscemodi homines & his manifestentur iudiciis, & quorum deprehensa fuerit sacrilega simulatio, notati & proditi à Sanctorum societate, sacerdotali autoritate pellantur. De talibus enim beatus Paulus Apostolus Ecclesiam Dei prouidè monet dicens: *Rogamus autem vos, fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam didicistis, faciunt, & declinate ab illis.* Huiuscemodi enim Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. His ergo, dilectissimi, admonitionibus nostris, quas auribus vestris contra execrabilem sectam frequenter ingestimus, sufficienter instructi, sanctos Quadragesimæ dies pia deuotione suscipite: & ad promerendam misericordiam Dei per opera vos misericordiæ præparate. Iram extinguite, odia deponite, vnanimitatem diligite: & synceris vos humilitatis officiis inuicem præuenite. Seruis, & his qui vobis subiecti sunt, cum**

Tetrationis  
Christiane  
diabolo or-  
do explica-  
tur.

Rom. 1.

Rom. 16.

CAP. VI.

æquitate dominamini. Nullus eorum aut claustris crucietur, aut vinculis: cessent vindictæ, remittantur offensæ, seueritas lenitate, indignatio mansuetudine, discordia pace mutetur. Omnes nos modestos, omnes placidos, omnes experiantur benignos: vt ieiunia nostra accepta sint Deo. Cui ita demum sacrificium veræ abstinentiæ & veræ pietatis offerimus: si nos ab omni malitia contineamus. Cum inimicis autem Crucis Christi nulla consensione iungamur: ne impiorum consortio sanctitas fidelium polluat. Lux separetur à tenebris, & fugiant filios diaboli filij veritatis. In templum enim Domini, quod est Ecclesia Christi, nil contaminatum inferri, nil prophanum oportet admitti: vt omni immunditia à penetralibus cordis exclusa, sanctificetur ieiunium nostrum, & sumus æternum sancti Spiritus habitaculū: qui nos à peccatorum sordibus emundatos & possidere dignetur semper & regere. Secunda igitur & quarta & sexta Feria ieiunemus: Sabbato autem apud beatum Petrum Apostolum Vigiliis celebremus, qui commēdati sibi gregis curam habere non desinens, custodiam nobis de suis precibus obtinebit, Auxiliante Deo nobis per omnia, cui cum Filio & Spiritu sancto vna est deitas, vna maiestas in secula seculorum, Amen.

### Sermo V. de Quadragesima.

#### De multitudine periculorum huius vitæ, & peccatis remittendis.

CAP. 1.  
Ephes. 4.  
Colos. 3.



POSTOLICA, dilectissimi, doctrina nos admonet, vt deponentes veterem hominem cū actibus suis, de die in diem sancta conuersatione renouemur. Si enim templū Dei sumus, & mentiū nostrarū Spiritus sanctus habitator est, dicente Apostolo, Vos estis templum Dei viui: multa nobis vigilātia laborandū est, vt cordis nostri receptaculū tanto hospite non sit indignum. Et sicut in domibus manufactis laudabili diligentia prouideret, vt si quid aut infusione imbrium, aut turbine procellarum, vel ipsa fuerit antiquitate corruptū, in integrum cura restituat: ita iugi oportet sollicitudine præcaueri, ne quid in nostris animis incompositum, ne quid inueniatur immundum. Quamuis enim ædificium nostrum sine opere sui non subsistat artificis, nec fabrica nostra possit esse incolumis, nisi ei protectio præfuerit condito-

ris: tamen quia rationabiles lapides sumus & viua materies, sic nos auctoris nostri ex truit manus, vt cum opifice suo etiam is, qui reparatur, operetur. Gratiæ igitur Dei obedientia se humana non subtrahat, nec ab illo bono, sine quo non potest bona esse, deficiat. At si quid sibi impossibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur, non in se remaneat, sed ad iubentem recurrat: qui ideo dat præceptum, vt excitet desiderium, & præster auxilium, dicente Propheta: *Iacta in Deum cogitatum tuum, & ipse te enutriet.* An fortè quisquam ita insolenter superbit, ita se illæsum, ita immaculatum esse præsumit, vt nullius iam renouationis indigeat? Fallitur prorsus ista persuasio, & nimia vanitate veterascit, quicumque inter tentationes huius vitæ ab omni se vulnere credit immunem. Plena omnia periculis, plena sunt laqueis. Incitant cupiditates, insidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrent, amaræ sunt obloquentium linguæ, nec semper veracia sunt ora laudantium. Inde sauit odium, hinc decipit mendax officium: vt facilius sit vitare discordem, quàm declinare fallacem. In

Cooperatores Dei sumus.

Psal. 54.

Vita hæc plena periculis.

CAP. II.

ipsis autem virtutibus obtinendis tam dubius modus, & tam incerta discretio, vt si quisquam inter bonorum malorumque confinia, subtilissimi discriminis potuerit seruare mensuras: difficile sit, vt benè sibi consciam probitatem obtrectantium lingua non mordeat, & iniquorum euadat opprobria, cui est amica iustitia. Iam cum ad ipsas rerum temporalium varietates cogitatio humana conuertitur, quantæ se opponunt caligines, quanti prauarum opinionum oboriuntur errores, vt de obiectu contrariorum sumatur materia queclarum? Nam licet omnium fidelium corda non dubitent, nullis huius mundi partibus, nullisque temporibus prouidentiam abesse diuinam, nec de stellarum potestate, quæ nulla est, secularium negotiorum pendere prouentus, sed æquissimo & clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi, quoniam sicut scriptum est. *Vniuersa via Domini misericordia & veritas:* tamen cum quædam non secundum desideria nostra procedunt, & sub humani iudicij errore superior est plerunque iniqui causa quàm iusti: vicinum nimis atque contiguum est, vt etiam magnanimos ista concutiant, & in aliquod illicitæ causationis murmur impellant. Si quidem istis varietatibus etiam excellentissimus Propheta Dauid vsque ad periculum se turbatum profiteretur, & dicit: *Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi*

Psal. 14.

Psal. 72.

sunt gressus mei, quia zelau in peccatori-  
 bus, pacè peccatorū videns. Vnde quia pau-  
 corum est tam solidā fortitudo, vt nulla in-  
 æqualitatu mperturbatione quatiantur, &  
 multos fidelium non aduersa tantū, sed  
 etiam secunda corrumpant: sanandis vul-  
 neribus, quibus humana infirmitas saucia-  
 tur, diligens est adhibenda curatio. Ideo  
 enim de periculis, quibus mundus hic ple-  
 nus est, quædam breuiter percurri, vt di-  
 cente scriptura, *Quis gloriabitur castum se*  
*habere cor, aut mundum se esse à peccato?* om-  
 nes sibi intelligant delictorum indulgen-  
 tiam, & reparationis necessariam esse me-  
 dicinam. Quando autem opportunus, dile-  
 ctissimi, ad remedia diuina recurrimus,  
 quàm cū ipsa nobis sacramenta redem-  
 ptionis nostræ temporum lege referuntur?  
 quæ vt digniùs celebremus, saluberrimè  
 nos quadraginta dierum ieiunio præpare-  
 mus. Non enim ij tantū, qui per mortis  
 Christi resurrectionisque mysterium in  
 nouam vitam baptismo sunt regenerante  
 venturi, sed etiam omnes populi renato-  
 rum vtilitæ sibi & necessariè præsidium  
 huius sanctificationis assumunt: illi, vt quæ  
 nondum habent, accipiant: isti, vt accepta  
 custodiant. Dicente namque Apostolo,  
*Qui stat, videat ne cadat: nemo est tanta*  
*firmitate suffultus, vt de stabilitate sua de-*  
*beat esse securus. Vt amur igitur, dilectissi-*  
*mi, saluberrimi temporis venerabilibus in-*  
*stitutis, & sollicitiore cura cordis nostri*  
*\* piacula tergamus. Quantūlibet enim cas-*  
*te & sobriè mortalis hæc vita ducatur, quo-*  
*dam tamen puluere terrenæ conuersatio-*  
*nis aspergitur, & nitor mentium ad Dei*  
*imaginem conditarum non ita à fumo to-*  
*tius vanitatis alienus est, vt nulla possit sor-*  
*de fuscari, & non semper indigeat expoli-*  
*ri. Quod si etiam cautissimis animis neces-*  
*sarium est, quantò illis amplius est expe-*  
*tendum, qui tota ferè anni spatia aut secu-*  
*riùs, aut fortè negligentius transierunt?*  
 Quos charitate debita commonemus, vt  
 non ideo sibi met blandiantur, quia nobis  
 conscientie singulorum patere non pos-  
 sunt: cū oculos Dei simul vniuersa cer-  
 nentis, non abdita locorum, non parietum  
 septa secludant, nec solū ei acta & cogi-  
 tata, verū & agenda & cogitanda sint co-  
 gnita. Ista ergo scientia summi iudicis, iste  
 est tremendus aspectus, cui peruium est  
 omne solidum, & apertum omne secre-  
 tum: cui obscura clarent, muta respondent,  
 silentium confiteretur, & sine voce mens lo-  
 quitur. Nemo patientiam bonitatis Dei de  
 peccatorum suorum impunitate contem-  
 nat: nec ideo illum æstimet non offensum,  
 quia necdum est expertus iratum. Non sunt  
 longæ vitæ mortalis induciæ, nec diuturna  
 est licentia insipientium voluptatum in æ-  
 ternarum dolorem transitura pœnarum: si  
 dum iustitiæ sententia suspenditur, pœni-  
 tentiæ medicina non quæritur. Confugia-  
 mus igitur ad præsentem vbique miseri-  
 cordiam Dei, & vt sanctum Pascha Domi-  
 ni digna obseruantia celebretur, cuncto-  
 rum se fidelium corda sanctificent. Mite-  
 scat sœuitia, mansuescat iracundia, remittat  
 sibi omnes culpas iniucem suas, nec exa-  
 ctor sit vindictæ, qui petitor est veniæ. Di-  
 centes enim, *Dimitte nobis debita nostra, sicut*  
*& nos dimittimus debitoribus nostris,* durissimis  
 nos vinculis illigamus, nisi quod profite-  
 mur, impleamus. Vnde etsi orationis hu-  
 ius sacratissimum pactum non tota sui con-  
 ditione seruatum est: nunc saltem con-  
 scientiam suam vnusquisque cognoscat,  
 & alienis ignoscendo delictis, abolitionem  
 suorum obrineat peccatorum. Dicente  
 namque Domino, *Si dimiseritis hominibus*  
*peccata eorum, dimittet & vobis pater vester,*  
*qui in caelis est, delicta vestra:* non longè est  
 ab vnoquoque quod poscit, cū de beni-  
 gnitate supplicis sententia pendeat iudi-  
 catis. Qui humanarum precum misericors  
 & iustus auditor, æquitati suæ de nostra le-  
 nitate præscripsit, vt non haberet in eos ius  
 seueritatis, quos non inuenisset cupidus vl-  
 tionis. Clementes autem & mites animos  
 etiam largitas decet. Nihil est enim di-  
 gnus, quàm vt homo sit sui autoris imita-  
 tor: & secundum modum propriæ facultatis,  
 diuini sit operis executor. Nam cū a-  
 luntur esurientes, vestiuntur nudi, fouen-  
 tur infirmi, nonne auxilium Dei manus  
 implet ministri, & benignitas serui munus  
 est Domini? Qui cū ad effectus miseri-  
 cordiæ suæ adiutore non egeat, ita suam  
 omnipotentiam temperauit, vt à laboribus  
 hominum per homines subueniret, & me-  
 ritæ Deo gratiæ referrentur de pietatis of-  
 ficiis, cuius opera viderentur in famulis.  
 Propter quod ipse Dominus Discipulis ait:  
*Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt*  
*videntes opera vestra bona magnificent patrem*  
*vestrum, qui est in caelis, Qui cum eod-*  
*dem Patre & Spiritu sancto viuit & re-*  
*gnat in secula seculorum benedictus,*  
 Amen.

PROUCR. 10.

CAP. III.

1. COR. 19.

Specula.

Hebr. 4.

Rom. 2.

CAP. IV.

Matth. 6.

Matth. 18.

Matth. 6.

Luc. 6.

Matth. 5.

## Sermo VI. de Quadragesima.

*Quod ieiunio corporis & anima adiungenda sunt opera misericordie, quæ magis ex animi affectione quàm donorum magnitudine pensantur.*

CAP. I.  
Psal. 23.



**S**EMPER quidem, dilectissimi, misericordia Domina plena est terra, & unicuique fidelium ad colendum Deum ipsa rerum natura doctrina est, dum cælum & terra, mare & omnia quæ in eis sunt, bonitatem & omnipotentiam sui protestantur. **B**omulantiæ elementorum mirabilis pulchritudo iustam ab intellectuali creatura gratiarum exigit actionem. Sed cum ad istos recurritur dies, quos specialius reparationis humanæ sacramenta signarunt, & qui vicino ordine atque contiguo festum Paschale præcedunt, diligentius nobis præparatio religiosæ purificationis indicitur. Quamuis enim in quolibet tempore innocens vita sit multorum, & plurimos Deo honorum actuum consuetudo commendat: non adeo tamen de conscientia integritate fidendum est, ut humana fragilitate inter scandala tentationesque degente, nihil potuisse arbitremur, quod læderet eam, incidere, cum Prophetæ excellentissimus dicat, *Quis gloriabitur castum se habere cor? aut mundum se esse à peccato?* Et iterum, *Ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce seruo tuo.* Si autem quod experimentis probatur, talis conditio est eorum, qui concupiscentiis renitentur, qui iracundiæ motibus reluctantur, & ipsarum quoque cogitationum arcana castigant, ut & nunquam possint in cordibus suis non inuenire, quod reprobent, & sæpe aut fallantur occultis, aut grauentur alienis: quæ in aliis vitia, quæ ægritudines, quantæque sint vulnera, quibus austerior sit adhibenda medicina, ut illius sacramenti, per quod soluantur opera diaboli, non inueniatur alieni. Paschalis quippe festiuitatis hoc proprium est, ut tota Ecclesia remissione gaudeat peccatorum, quæ non in eis tantum fiat, qui sacro Baptismate renascuntur: sed etiam in eis, qui dudum in adoptiuorum sorte numerantur. Quamuis enim principaliter novos homines faciat regenerationis ablutio, quia tamè semper necessaria est omnibus contra rubiginem mortalitatis quotidiana renouatio, & inter profectum gradus nullus est, qui non

In Quadragesimalibus  
Eiusus celebrandum.

Prover. 10.

Psal. 18.

**A** semper melior esse debeat: generaliter adnitendum est ut in die redemptionis nemo inueniatur in vitiis vetustatis. Quod ergo, dilectissimi, in omni tempore vnumquemque conuenit facere Christianum, id nunc sollicitius est & deuotius exequendum: ut Apostolica institutio quadraginta dierum ieiuniis impleatur, non ciborum tantummodo parcitate, sed priuatione maxime vitiorum. Nam cum ad hoc castigatio ista sumatur, ut carnalium desideriorum fomites subtrahantur: nullum magis festandum est continentia genus, quàm ut semper simus ab iniusta voluntate sobrii, & ab inhonesta actione ieiuni. Quæ deuotio non omittit ægros, non secernit inualidos: quia etiam in languido atque inutili corpore potest animi integritas reperiri, si ubi fuit sedes prauitatis, ibi consistuntur fundamenta virtutis. Et ideo infirmæ carnis ista sufficit ægritudo, quæ sæpè mensuram voluntariæ afflictionis excedit, tantum, ut mens officij sui impleat partes, & quæ corporea epulatione non vitur, nulla iniquitate pascatur. Rationabilibus autem sanctisque ieiuniis nulla vtilius, quàm elemosynarum opera copulantur, quæ vno misericordie nomine multas laudabiles pietatis continent actiones, ut omnium fidelium pares animi esse possint etiam inter impares facultates. **C**Dilectio enim, quæ simul Deo hominique deberetur, nullis vnquam impeditur obstaculis, ut non ei semper bene velle sit liberum. Dicentibus quippe angelis, *Gloria in Cælis excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*, non solum virtute benevolentia, sed etiam pacis bono beatus efficitur, quicumque aliis quacunque miseria laborantibus charitate compatitur. Latissima enim sunt opera pietatis, quæ ipsa sui varietate id veris conferunt Christianis, ut in distributione elemosynarum non solum diuites & abundantes, sed etiam mediocres & pauperes, suas habeant porciones: & qui largitatis sunt viribus inæquales, mentis tamen affectione sint similes. Nam cum sub oculis Domini multi in gazophylacio ex opulentia sua multa conferrent: vidua quædam duos intulit nummos, & tali Iesu Christi testimonio meruit coronari, ut in tam paruo muneri modo, omnium fuerit collationi condigna præferri: quia inter magna eorum dona, quibus multa residebant, illius quod fuit exiguum, fuit totum. Si verò aliquis tantæ paupertatis coarctatur angustiis, ut nec ad duo zra inopi impartienda sufficiat: habet in præceptis Domini, vnde impleat bonæ voluntatis offi-

Luc. 21.

Matth. 10. cium. Siquidem qui sitienti pauperi calicem aquæ frigidæ ministrarit, mercedem est sui operis adepturus: tanta seruis suis Domino ad obtinendum regnum suum præparante compendia, vt etiam præbitio aquæ, citius vltus gratuitus atque communis est, præmio non careret. Quod ne vltia intercluderet difficultas, de aqua frigida forma est proposita pietatis: ne putaret se mercede caritutum, cui de calefactione potius lignorum impendium defuisset. De quo tamen calice non frustra admonet Dominus, vt in nomine ipsius præbeatur: quia hæc, quæ per se sunt vilia, fides efficit preciosa: & quæ ab infidelibus ministrantur, et si fuerint sumptu magna, omni tamen iustificatione sunt vacua. Celebraturi igitur Pascha Domini, dilectissimi, ita vos sanctis exercere ieiuniis: vt ab omnibus perturbationibus liberi, ad festa sacratissima veniatis. Superbiæ spiritus, de quo sunt omnia orta peccata humilitatis amore pellatur: & qui elatione tumuerant, mansuetudine mitigentur. Quorum verò animos aliqua exasperauit offensio, reconciliatione sibi in vnitatem studeant redire concordia. Nemi nisi malum pro malo reddentes, & donantes inuicem vobis, sicut Christus donauit nobis, humanas inimicitias, pacem deletere: & si qui de subditis vestris aut claustra custodiæ, aut vincula meruerunt, misericorditer relaxentur: vt qui quotidianæ indulgentiæ remediis indigemus, non difficulter peccatis ignoscamus alienis. Dicentes enim ad Dominum patrem nostrum, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, certissimum est, quod cum aliorum delictis veniam tribuimus, nobis diuinam clementiam præparemus, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

### Sermo VII. de Quadragesima.

*De via Domini paranda, deque fide, charitate & misericordia.*

CAP. I.  
Virtus fidei  
Christianæ,  
charitas.



IN RVS, dilectissimi, & sapientia fidei Christianæ, amor Dei est, & amor proximi: neque villo caret pietatis officio, cui studium est colere Dominum, & iuuare conseruum. Harum autem affectionum duplex, vltima omni quidem est tempore exercenda & proficenter augenda, sed nunc increm-

At ris amplioribus dilanda: vt quadraginta dierum ieiunium, quod festi Paschalis est præuium, interiorum cordis auditum illius vocis instar moueat, qua verbis Esaiæ Prophetæ Ioannes Baptista dicebat: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius*. Siue enim illam partem populi cogitemus, quæ dudum certamina Euangelici agonis ingressa, per spiritualis stadij cursum indefinenter tendit ad palmam: siue illam, quæ lethaliū conficia peccatorum, per reconciliationis auxilium festinat ad veniam: siue illam, quæ sancti Spiritus regeneranda baptismate, vestustate Adam exui, & Christi cupit nouitate vestiri, aptè & vtiliter omnibus dicitur: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius*. Quæ autem via Domini, quæ ve sunt semitæ, eiusdem prædicatoris cohortatione discamus: qui diuinæ gratiæ opera & dona promittens, futurarum commutationum reserabat affectus, addens sententiam prophetici sermonis, & dicens: *Omnis vallis implebitur, & omnis collis & mons humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas*. Vallis itaque mansuetudinem humilium, mons & collis elationem indicat superbiorum. Sed quia, sicut Veritas dicit, *Qui se humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur*: meritò & vallibus adimpletio, & montibus est annunciata depressio: vt & plana nihil offensionis, & directa nihil habeant prauitatis. Quamuis enim angusta & ardua sit via, quæ ducit ad vitam, non tamen difficulter incendit, quem veritas confirmat & pietas: nec caret delectatione gradiendi, cuius iter efficit virtutum petra solidum, non vitiorum arena succiduum. Verum vt plenius nouerimus, per cuiusmodi vias nobis sic ad Dei promissa tendendum, audiamus David Prophetam, quid doceat, *Vniuersa via Domini, misericordia & veritas*. Forma igitur conuersationis fidelium ab exemplo venit operum diuinorum: & meritò Deus imitationem sui ab eis exigit, quos ad imaginem & similitudinem suam fecit. Cuius vtique gloriæ dignitate non aliter potiemur, quàm si in nobis & misericordia inueniatur & veritas. Per quæ enim ad saluandos Saluator aduenit, & per hæc ad saluandem debent properare saluari: vt & nos misericordia Dei misericordes, & veritas faciat esse veraces. Sicut itaque per viam veritatis mens iusta, ita per viam misericordiæ ambulat mens benigna. Nec tamè vnquam itinera ista diuersa sunt, quasi horum bonorum singula diuersis tramitibus expetantur, & aliud sit misericordia crescere, & aliud veritate proficere. Non est misericors veri-

ratis alienus: nec iustitiæ capax est veritas extraneus: nec vtraque virtute vtitur, qui non vtraque datur. Charitas robur fidei, fides fortitudo est charitatis. Et tunc verum nomen ac verus est fructus ambarum, cum insolubilis vtriusque manet connexio. Vbi enim non simul fuerint, simul defunt: quia inuicem sibi & iuuamen & lumen sunt, donec desiderium crudelitatis impleat remuneratio visionis: & incommutabiliter videatur, & ametur, quod nunc & sine fide non diligitur, & sine dilectione non creditur. Quia ergo, sicut Apostolus ait, *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per dilectionem operatur*: simul atque coniunctim & charitati studeamus & fidei. Hic est enim quidam efficacissimus geminarum alarum volatus, quo ad promerendum & videndum Deum puritas mentis attollitur: ne onere curarum carnalium deprimatur. Nam qui ait, *Sine fide impossibile est placere Deo*: idem dicit, *Si habueris omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum*. Vnde sacramentorum paschaliu diuina mysteria digno suscipiantur officio, & duo hæc, in quibus omnium præceptorum doctrina concurrunt, studiosius appetantur: quibus singuli quique fidelium, & sacrificium Deo efficiantur, & templum. Instet fides sperare, quod credit: instet charitas propitiare, quod diligit: vtrumque amantis est, vtrumque credentis. Et cui intelligentiæ concessione subiicimur, eidem pietatis imitatione iungamur. Vox Dei est, *Sancti estote, quia ego sanctus sum*. Et vox Domini est, *Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est*. Ac ne dubitemus Deo tribui, quod impenditur indigenti, dispensatores elemosynarum quæ commercia ineant, audiamus, Domino dicente, quæ futura sit iudicij sui forma, cum dicet ad dexteram collocandis: *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi*. *Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Peregrinus eram, & collegistis me. Nudus eram, & cooperuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me*. Quærentibus autem iustis, quando & qualiter poruerint ista deprehendere, respondens rex dicit illis: *Amen amen dico vobis, quamdiu fecistis vni ex minimis fratribus meis, mihi fecistis*. Quid hoc opere fructuosius? quid hac humanitate facilius? quæ vtrique laude

Fides sine charitate non profest.

Galat. 5.

Hebr. 11.  
1. Cor. 13.

CAP. 111.  
Leuit. 19. &  
10.  
Luc. 6.

Matth. 25.

A sua fraudanda non esset, si propter ipsam naturæ communionem iuuando homini ab homine præberetur. Sed quia quod non ex fidei procedit fonte, ad præmia æterna non peruenit, alia est conditio operum cælestium, alia terrenorum. Mundana beneuolentia in iis, quos adiuuat, habet finem: Christiana pietas in suum transit autorem, dum in ipsum dicamur benigni, quem in nobis fatemur operari, dicente Domino, *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum qui in cælis est*.

Matth. 5.

GAUDE igitur mens fidelium: & gloriam tuam in eius gloria, qui te operatur, agnoscens, de ipsa Paschali festiuitate feruesce. Debiti enim tui est, vt ei, qui pro omnibus passus est, paratus sis compati: quoniam pia vita sanctorum numquam aliena est Crucis Christi, dum continentia clauis desideria carnis configit, & corporeas cupiditates virtute Spiritus in se habitantis interficit. Difficile est quemquam in se non habere, quod perimat. Extinguenda est iracundia, mortificanda est superbia, destruenda luxuria. Radix quoque auaritiæ altius persequenda est: vt omnium malorum germen excidi valeat, si eorum potuerit fomes euelli. Cum autem hac diligentia indefinenter sit animus excolendus, & vtendum ita sit corpore, vt rectori suo necessarium præbeat natura inferior famulatum: nunc maxime frenis continentia caro moderanda est, & quicquid sublimibus desideriis obuiat, amputandum. Dum enim congruis purificationibus ad celebrandum Pascha Domini vtraque substantia præparatur: profutura omni tempore consuetudo nutritur. Seuera in subditos imperia detumescant, cesset vindicta peccati: & rei criminum ad hos dies peruenisse se gaudeant, in quibus à sanctis pisque Principibus etiam publicarum aulteritas remittitur vltionum. Aboleantur odia, deficiant simultates, pacis & beneuolentiæ multiplicetur affectus: & qui potuit malitia pollui, studeat benignitate purgari. Quoniam iudicium Dei, sicut immitibus vehemens, ita etiam misericordibus clemens: & detrusis in ignem gehennæ propter inhumanitatem sinistris, dextros elemosynarum pietate laudatos, æterna cælestis regni beatitudo suscipiet, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

CAP. 111.

Quibus studiis vacandum in Quadragesima.

Matth. 25.

## Sermo VIII. de Quadragesima.

*De vera vtriusque natura in Christo substantia, & quibus argumentis vtramque naturam probauerit, ac de hæreticis vitandis.*

CAP. I.



EVOTIONIS quidem vestræ dilectissimi, nouimus hūc esse feruorem vt ieiunius, quæ Domini Pascha præcurrunt, multi nostros præueniatis hortatus. Sed quia utilitas abstinentiæ non solum carnis castigationi, verum etiam mētis necessaria est puritati, obseruantiam vestrā sic cupimus esse perfectam: vt sicut desiderij carnis rescinditis voluptates, ita ab animi sensibus excludatis errores. Nam Paschali festo, in quod omnia religionis nostræ sacramenta concurrunt, is vera & rationabili purificatione se præparat: cuius cor nulla infidelitate polluitur. Dicente enim Apostolo, *Omne quod non est ex fide, peccatum est*: inutilia erunt & vana eorum ieiunia, quos illusionibus suis decipit mendaciæ pater, & vera Christi caro non pascit. Sicut ergo diuinis mandatis sanæque doctrinæ toto corde famulandum est: ita omni prudentia ab impiis est sensibus abstinendum. Tunc enim mens sanctum agit atque spiritale ieiunium, cum erroris cibos, atque venena abiicit falsitatis: quæ dolosus ac versutus inimicus nunc insidiosius ingerit, quando ipso venerandæ festiuitatis recurſu omnis Ecclesia ad intelligenda salutis suæ mysteria generaliter commouetur. Is enim resurrectionis Christi verus confessor & cultor est: qui & de passione eius non confunditur, & de corporea natiuitate non fallitur. Nam quidem erubescerent Euangelium Crucis Christi, vt audentiùs euacuerent susceptum pro mundi redemptione supplicium, ipsam veræ carnis in Deo negare naturam: non intelligentes impassibilem Dei Verbi atque incommutabilem deitatem, ita se inclinantem ad humanam naturam & ad eius salutem, vt & potenter propria non amitteret, & misericorditer nostra susciperet. Duplicis itaque in Christo formæ vna persona est, & filius Dei idemque filius hominis vnus est Dominus, conditionem seruilem consilio pietatis recipiens, nec legem necessitatis incurrens: quia potestato factus est humilis, potestate passibilis, potestate moralis, vt ad destruendum peccati mortisque dominatum, & peccatæ capax esset substantia infr-

Amittatis, & nihil gloriæ suæ perderet natura virtutis. Cum itaque, dilectissimi, legentes vel audientes Euangelium, quædam in Domino nostro Iesu Christo cognoscitis subiecta iniuriis, quædam illustrata miraculis: ita vt in eodem nunc humana appareant nunc diuina resplendat: nolite quicquam horum ascribere falsitati, tanquam in Christo aut sola sit humanitas aut sola diuinitas, sed vtrumque fideliter credite, vtrumque humiliter adoratè: vt in vnitrate Verbi & carnis, non sit vlla diuisione: nec quia manifesta fuerunt in Iesu signa diuina, falsa videatur documenta corporea. Vera & copiosa sunt in Christo vtriusque testimonia naturæ, ad hoc ex diuini consilij altitudine concurrentia: vt Verbo inuolabili non separato à carne passibili, particeps per omnia intelligatur, & Deitas carnis, & caro Deitatis. Mens igitur Christiana, fugax mēdacij, discipula veritatis, vt re fidenter Euangelica historia, & quæ fideliter & visibiliter sunt gesta per Dominum, tanquam ipsa aggregata cum Apostolis nunc spiritali intellectu, nunc corporeo discerne conspectu. Da homini, quod de muliere puer nascitur: da Deo, quod nec conceptu læditur virginitas materna nec partu. Formam serui obuolutam pannis, iacentem in præsepio cognosce: sed annunciatam ab angelis, declaratam ab elementis, adoratam à Magis, formam Domini confitere. Humanum intellige, quod non declinauit nuptiale conuiuium: diuinum approba, quod aquam conuertit in vinum. Nostra tibi innotescat affectio, cum mortuo amico fletus impenditur: diuina potentia sentiatur, cum idem post quadriuanam iam fœtidus sepulturam, solo vocis imperio viuificatus erigitur. Lutum de sputo & terra fieri, corporei fuit operis: sed illinc superlitos cæci oculos illuminari, non dubium est illius fuisse virtutis, quæ quod principis naturæ non dederat, ad manifestationem suæ gloriæ reseruarat. Veri est hominis, fatigationem corpoream somni quiete releuare, sed veri Dei est, vim sœuientium procellarum præcepti increpatione compescere. Cibos esurientibus apponere, humanæ benignitatis est, & socialis est animi: sed quinque panibus & duobus piscibus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis, satiare, quis negare audeat opus esse deitatis? Quæ cooperantibus secum veræ carnis officiis, & se homini & hominem sibi inesse monstrabat: quia non aliter in humanâ natura sanari poterant originalis vulnera vetustatis, nisi de vtero virginis carnem sibi assumptæ

Errores vitandi.

Rom. 14.

Ioan. 6.

Sanctum &amp; spiritale ieiunium.

Ioan. 2.

Ioan. 11.

Ioan. 9.

Marc. 4.

Ioan. 6.

Christi vera diuinitas &amp; humanitas.

Dei Verbo, in vna eadēque persona si-  
 mul & caro nasceretur & Verbum. Hanc  
 dilectissimi, incarnationis Dominicæ fi-  
 dem, per quam tota Ecclesia corpus est  
 Christi, inconcusso corde seruantes, ab  
 omnibus hæreticorum ieiunate mendaciis:  
 & ita vobis misericordiæ opera credite  
 profutura, ita fructuosè habendam con-  
 tinentiæ puritatem, si mentes vestræ nulla  
 prauarum opinionum contaminatione sor-  
 duerint. Abiicite exosa Domino mundanæ  
 argumenta scientiæ, per quam nemo ad co-  
 gnitionem veritatis potuit peruenire: &  
 hoc fixum habere in animo, quod dicitis  
 in Symbolo. Credite consempiternum pa-  
 tri filium Dei, per quem facta sunt omnia,  
 & sine quo factum est nihil: secundum car-  
 nem quoque in fine temporum genera-  
 tum. Credite hunc corporaliter crucifi-  
 xum, mortuum, suscitatum, & super al-  
 titudines cælestium dominationum cleua-  
 tum, in patris dextera constitutum, adiudi-  
 candum viuos & mortuos in eadem carne,  
 qua ascendit, venturum. Hoc enim vniuer-  
 sis fidelibus Apostolus prædicat, dicens:  
 Si surrexistis cum Christo, quæ sursum sunt  
 querite, vbi Christus est in dextera Dei se-  
 dens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super ter-  
 ram. Mortui enim estis, & vita vestra abscon-  
 dita est cum Christo in Deo. Cum enim Chri-  
 stus apparuerit vita vestra, tunc & vos appare-  
 bitis cum ipso in gloria. Habentes ergo dile-  
 ctissimi, tantæ promissionis fiduciam, esto-  
 te non solum spe, sed etiam conuersatione  
 cælestes. Et quamuis omni tempore stu-  
 dendum sit sanctificationi & mentis & cor-  
 poris: nunc tamen in istis quadraginta die-  
 rum ieiuniis sollicitioribus vos pietatis ope-  
 ribus expolite, non solum in distribuendis  
 eleemosynis, quæ magnum habent emen-  
 dationis effectum, sed etiam in remittendis  
 offensionibus, & peccatorum reatibus rela-  
 xandis: vt conditio, quam inter se & homi-  
 nem Deus posuit, non resistat orantibus.  
 Dicentes enim secundum doctrinam Do-  
 mini, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos  
 dimittimus debitoribus nostris*: debemus to-  
 to corde implere quod dicimus. Tunc  
 enim fiet omnino quod in consequentibus  
 postulamus, vt & in tentationem non indu-  
 camur, & à malis omnibus liberemur, Per  
 Dominum nostrum Iesum Christum, qui  
 cum Patre & Spiritu sancto viuic & regnat  
 in secula seculorum, Amen.

## Sermo IX. de Quadragesima.

*De persecutione & cruce Christi ferenda,  
 atque de impietate Manichæi &  
 Apollinaris.*

**N** omnibus, dilectissimi, so-  
 lennitatibus Christianis, non  
 ignoramus Paschale sacramē-  
 tum esse præcipuū. Cui con-  
 dignè & congruè suscipiendo  
 totius quidem nos temporis instituta reformant: sed deuotionem nostram præsentem  
 vel maximè dies exigunt, quos in sublimis-  
 simo diuinæ misericordiæ sacramento sci-  
 mus esse contiguos. In quibus merito à san-  
 ctis Apostolis per doctrinam Spiritus sancti  
 maiora sunt ordinata ieiunia: vt per com-  
 mune consortium Crucis Christi etiam nos  
 aliquid in eo, quod propter nos gessit, age-  
 remus, sicut Apostolus ait, *Si compatimur,  
 & conglorificabimur*. Certa atque secura est  
 expectatio promissæ beatitudinis, vbi est  
 participatio Dominicæ passionis. Nemo est,  
 dilectissimi, cui per conditionem temporis  
 societas huius gloriæ denegetur: tan-  
 quam tranquillitas pacis vacua sit occa-  
 sione virtutis. Apostolus enim prædicat,  
 dicens: *Omnes qui pie volunt viuere in Chri-  
 sto, persecutionem patientur*: & ideo nun-  
 quam deest tribulatio persecutionis, si nun-  
 quam desit obseruantia pietatis. Dominus  
 enim in exhortationibus suis dicit, *Qui non  
 accipit crucem suam, & sequitur me, non est me  
 dignus*. Nec dubitare debemus hanc vocem  
 non solum ad discipulos Christi, sed ad cun-  
 ctos fideles, totamque Ecclesiam pertinere,  
 quæ salutare suum in his, qui aderant, vni-  
 uersaliter audiebat. Sicut ergo totius est  
 corporis pie viuere: ita totius est temporis  
 crucem ferre: quæ meritò ferri vnicuique  
 suadetur, quia propriis modis atque men-  
 suris ab vnoquoque toleratur. Vnū nomen  
 est persecutionis, sed non vna est causa cer-  
 tamini: & plus plerumque periculi est in  
 insidiatore oculo, quam in hoste manife-  
 sto. Beatus Iob alternantibus bonis ac ma-  
 lis mundi huius eruditus pie veraciterque  
 dicebat, *Nōne tentatio est vita hominis super  
 terram*? Quoniam non solis doloribus  
 corporis atque suppliciis anima fidelis im-  
 petitur, verum etiam salua incolumitate  
 membrorum, graui morbo vrgetur: si  
 carnis voluptate molliatur. Sed cum ca-  
 ro concupiscit aduersus spiritum, spiri-  
 tus autem aduersus carnem, præsidio Cru-  
 cis Christi mens rationalis instruitur: nec

Mali cur  
oderint  
bonos.

1. Tim. 3.  
Iob. 7.

Cap. 11.

Pis maxi  
mè insidia-  
tur diabo-  
lus.

Manichæus  
Apollina-  
ris.

Ioan. 1.

cupiditatibus noxiis illecta consentit, quoniam continentia clavis & Dei timore traf-  
figitur. In bono ergo proposito constitutus, inimicitia dissimulium diabolo instigante non desunt, & facile non odia prorumpunt, quorum improbi mores detestabiliores sunt comparatione rectorum. Iniquitas cum iustitia non habet pacem, temperantiam odit ebrietas, falsitati nulla est cum veritate concordia: non amat superbia mansuetudinem, petulantia verecundiam, avaritia largitatem: & tam pertinaces habet diuersitas ista conflictus; ut etiam si exterius conquiescat, ipsa tamen piorum cordium penetralia inquietare non desinat, ut verum sit, quod qui voluerint in Christo pie vivere, persecutionem patientur: & verum sit, quod omnis hæc vita tentatio est. Ipsi experimentis suis vnusquisque fidelis edoctus, Christi cruce armetur: ut Christo dignior habeatur. Per istum verò agone, dilectissimi, ad præmia æterna tendentibus in eo maximè diaboli insidiatur astutia: ut quorum peruertere non potest probitatem, subruat fidem. In aliam enim transferretur viam, quisquis à confessione veritatis abducitur, totusque eius cursus abscessio est: & tanto erit morti vicinior, quanto fuerit à Catholica fide longinuior. Quod etiam in diebus nostris per suam patiuntur incuriam, qui de spiritu olim destructi erroris olimque damnati veterem insaniam conceperunt, qui geminam in Christo audent negare naturam: aut non suscepta carnis scilicet veritate, aut in carne deitate conuersa, ut aut secundum Manichæum nulla eius sit resurrectio, cuius nulla est passio: aut secundum Apollinarem ipsa deitas Verbi mutabilis, ipsa sit facta passibilis. Hoc autem sentire, hoc auribus Christianæ plebis ingerere, quid aliud est, quam ipsa religionis nostræ fundamenta conuel-  
lere; & quod verus filius Dei, verus sit filius hominis, denegare? In quo solo & humani generis restitutio testificata per legem, promissa per Prophetas, & omnibus veteris testamenti significationibus nunciata, ut magnum illud & seculis omnibus profuturum diuinæ misericordiæ sacramentum, quod sæpe & diu fuerat significatum, in præbitato tempore non dubitaretur impletum. Vnde licet, ex quo Verbum caro factum est, ita in Christo Dei atque hominis vna persona sit, ut in nullis actionibus fiat natura vtriusque diuisio, studet tamen Euangelica veritas ipsum, quem Dei filium prædicat, sæpissime filium hominis consiteri: ut quamuis ea, quæ disse-

runtur, alia sint humanitatis, alia deitatis sub nomine tamen filij hominis, vtraque memorentur, ne fides Dominum Iesum Christum natum ex Maria virgine, Deum simul atque hominem creditura, cunctetur fateri, aut in Deo humanitatem, aut in homine deitatem, ut & in Verbo suscepti hominis vera sit humanitas, & in carne suscipiētis Dei vera maiestas. Hæc, dilectissimi, per occasionem festi Paschalis, cui puritatem cordium præparare debemus, de incarnatione Verbi perstrinxisse sufficit: quoniam aliquoties hic instructos vos esse meministis. Nunc deuotionem vestram de eo, quod tempus poscit, admoneo: ut sanctum ac salubre ieiunium operibus pietatis ornentis. Et quia pro indulgentia maximè laborandum est delictorum, indubitabilem vobis diuinam misericordiam promittatis: si ipsi quoque circa subditos vestros omnem offensam transtuleritis ad veniam. Placidos enim atque concordēs ad tantam festiuitatem decet Dei populos conuenire: ut seueritas vltionum, quæ nunc etiam in publicis iudiciis relaxatur, multò magis in Christianorum cordibus mitigetur. Quia ad hoc potius intenta debet esse cura sanctorum: ne vllus algeat, ne vllus esuriat, ne quis inopia deficiat, ne quis mœrore tabescat, ne aliquem vincula adstrictum, ne aliquem habeat carcer inclusum. Quantalibet enim existant causæ offensionis, ab homine tamen in hominem, non tam delicti magnitudo, quam naturæ est cogitanda communio: ut de iudicio, quo alterum iudicat, misericordiam Dei iudicantis obtineat. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miseretur Deus, Qui viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

## Sermo X. de Quadragesima.

### De laude charitatis, & de offensis remittendis.

**N**TER omnes, dilectissimi, dies quos multis modis honorabiles habet Christiana deuotio, nullus est excellentior festiuitate Paschali: per quam in Ecclesia Dei vniuersarum solennitatum dignitas consecratur. Si quidem etiam ipsa Domini ex matre generatio huic fuit impensa sacramento: nec alia fuit Dei filio causa nascendi, quam ut Cruci posset affigi. In vtero enim virginis suscepta est caro mortalis, in carne mortali completa est dispositio passionis: effectumque

CAP. III.

Matth. 5.

Paschalis  
solennitas  
ceteris excellentior.

Quadragesime ieiunium cur Pascha precedat.

preciosum.

1. Ioan. 5.

Charitas facit omnia communia.

Ioan. 8.

est ineffabili consilio misericordiae Dei, ut A non stetit, totamque naturae suae gloriam, esset nobis sacrificium redemptionis, abolitione peccati, & ad aeternam vitam initium resurgendi. Considerantes autem, quid per Crucem Domini adepta est vniuersitas mundi: cognoscimus ad celebrandum Paschae diem, merito nos quadraginta dierum ieiunio preparari: ut digni possimus diuinis interesse mysteriis. Non enim summos tantum Antistites, aut secundi ordinis Sacerdotes, nec solos sacramentorum ministros, sed omne corpus Ecclesiae, vniuersumque fidelium numerum, ab omnibus contaminationibus oportet esse purgatum: ut templum Dei, cui fundamentum est ipse fundator, in omnibus lapidibus B \*speciosum, & in tota sui parte sit lucidum. Nam si regum aedes & sublimiorum praetoria potestatum, omni ornatu rationabiliter excoluntur, ut excellentiora sint eorum domicilia, quorum ampliora sunt merita: quanto perae edificandum, quanto est honore decorandum, deitatis ipsius habitaculum? Quod licet inchoari & perfici sine suo autore non possit: habet tamen ab edificante donatum, ut etiam labore proprio quaeratur augmentum. Vna enim rationabilisque materies ad extructionem templi istius assumitur: & per spiritum gratiae, ut voluntarie in vnam compagem congruat, incitatur. Quae ideo dilecta, ideo quaesita est, ut C & ipsa ex non quaerente quaerens, & ex non diligente sit diligens, dicente beato Ioanne Apostolo: *Nos ergo diligamus inuicem, quia Deus prior dilexit nos.* Cum igitur & omnes simul, & singuli quique fidelium, vnum idemque Dei templum sint, sicut perfectum hoc in vniuersis, ita perfectum debet esse in singulis: quia etsi non eadem est membrorum omnium pulchritudo, nec in tanta varietate partium, meritorum potest esse paritas: communionem tamen obinet decoris, connexio charitatis. In sancto enim amore confortes, etiam si non iisdem vruntur gratiae beneficiis, gaudent D tamen inuicem bonis suis: & non potest ab eis extraneum esse, quod diligunt, quia incremento ditescunt proprio, qui profectu laetantur alieno. In hac, dilectissimi, vnitae sanctorum, vbi idem amatur, idem diligitur, idemque sentitur, nec superbis locus est, nec inuidis, nec auaritis: & quicquid est illud, quo aut vanitas gloriatur, aut ira saeuir, aut luxuria lasciuir, non in Christi foedere, sed in diaboli parte censetur, longaeque a sedibus pietatis excluditur. Fremit itaque innocentiae aduersarius, & pacis inimicus, & quia ipse in veritate

dum superbit, amittit: dolet hominem D. i misericordia reparari, & in ea bona quae ipse perdidit, introduci. Nec mirum si peccati autor probitate recte agentium cruciatur, & eorum quos deicere non potest, stabilitate torquetur: quandoquidem etiam inter homines reperiuntur, qui opera huius malignitatis imitentur. Multi enim, quod dolendum est, profectibus vtuntur alienis: & qui se virtutibus vacuos despici nouerunt, armantur in eorum odium, quorum non sequuntur exemplum. Serui autem Dei & discipuli veritatis, etiam dissimiles sui diligunt, & bellum vitiiis potius quam hominibus indicunt: nulli malum pro malo reddentes, sed correctionem peccantium, semper optantes. Pulchrum enim valde est, & diuinae benevolentiae comparandum, sui quemque in altero meminisse, & amare propriam etiam in hoste naturam. Siquidem plurimos nouimus, in optimos mores transisse de pessimis, ex ebriosis sobrios, ex crudelibus misericordes, ex rapacibus largos, ex incontinentibus castos, ex ferocibus factos esse tranquillos. Dicente autem Domino, *Non veni vocare iustos, sed peccatores,* Matth. 9. nulli Christiano quenquam odisse permittitur, quia nemo nisi in remissione peccatorum saluatur: & quos viles fecit carnalis sapientia, nescimus quam preciosos spiritualis sit factura gratia. Sit ergo sanctus Dei C A S. III. populus, sit benignus: sanctus, ut declinet prohibita: benignus, ut faciat imperata. Quamuis enim magnum sit habere fidem rectam sanamque doctrinam, & multa laude digna sit circuncisio gulae, lenitas mansuetudinis, puritas castitatis: nudae sunt tamen omnes sine charitate virtutes, nec potest dici in qualibet morum excellentia fructuosum, quod non dilectionis partus ediderit. Vnde in Ioannis Evangelio Dominus dicit: *In hoc cognoscet omnes, quia mei discipuli estis: si dilectionem habueritis ad inuicem.* Et in eiusdem Apostoli epistola legitur: *Charissimi diligamus inuicem, quoniam charitas ex Deo est, & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum: & qui non diligit, non nouit Deum, quoniam Deus charitas est.* Discutiant ergo se fidelium mentes, & intimos sui cordis affectus vera examinatione diiudicent: ac si repositum aliquid in conscientia suis de fructibus charitatis inuenerint, Deum sibi inesse non dubitent: & ut magis magisque tanti hospitis sint capaces, fiant persecutorum misericordiae operibus ampliores. Si enim dilectio Deus est, nullum habere

Rom. 11.

Matth. 9.

C A S. III.

Sine charitate nihil profunt ceterae virtutes.

Ioan. 13.

1. Ioan. 4.

CAP. IV.

debet terminum charitas, quia nullo potest A  
claudi sine diuinitas. Ad exercendum  
igitur, dilectissimi, charitatis bonum, quam-  
uis tempus omne sit congruum, præsentem  
tamen dies specialius cohortantur: ut qui  
Pascha Domini cupiunt cum animi & cor-  
poris sanctificatione suscipere, hanc maxi-  
mè gratiam contentur acquirere: qua & om-  
nium continetur summa virtutum, & mul-  
titudine tegitur peccatorum. Et ideo cele-  
bratur illud eminens super omnia sacra-  
mētum, quo iniquitates nostras Iesu Chri-  
sti sanguis aboleuit, misericordix primitus  
hostias præparemus: & quod nobis bonitas  
Dei contulit, nos quoque eis, qui in nos  
peccauere, præstemus. In obliuionem mit-  
tantur iniuriæ, supplicium iam nesciant  
culpæ, & à vindictæ metu omnes subdito-  
rum absoluantur offensæ. Neminem teneat  
claustra pœnalia, nec in custodiis tenebro-  
sis tristes reorum gemitus perseuerent. Si  
quisquam tales pro aliquo delicto obno-  
xios tener, peccatorem se esse non dubitet,  
& ut indulgentiam ipse accipiat, gaudeat  
se inuenisse, cui parcat, ut cum secundum

Matth. 6.

doctrinam Dei dicimus, *Dimitte nobis de-  
bita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus  
nostris*, non ambigamus per nostræ orati-  
onis formam, diuinam nos obrinere clemen-

CAP. V.

Misericor-  
dia in pau-  
peres quàm  
gratæ Deo.

tiam. In pauperes quoque & diuersis debi-  
litate impeditos benignior nunc largi-  
tate exeratur: ut gratiæ Deo multorum voce  
referantur, & ieiunium nostris egentium re-  
fectio suffragetur. Nulla enim deuotione  
fidelium magis Dominus delectatur, quàm  
ista, quæ pauperibus eius impenditur: & ubi  
curam misericordix inuenit, ibi imaginem  
sux pietatis agnoscit. Non timeatur in iis  
expensis defectio facultatum, quoniam ipsa  
benignitas, magna substantia est: nec potest  
largitatis decesse materies, ubi Christus pa-  
scit & pascitur. In omni hoc opere illa in-  
teruenit manus, quæ panem frangendo au-  
get, & erogando multiplicat. Securus &  
hilaris sit eleemosynæ distributor, quia  
tunc maximum lucrum habebit, quando  
sibi minimum referauerit, dicente beato  
Apostolo Paulo, *Qui autem administrat se-  
men seminanti, & panem ad manducandum  
præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & au-  
gebit incrementa frugum iustitiæ vestræ*, In  
Christo Iesu Domino nostro, Qui uiuit &  
regnat cum Patre & Spiritu sancto, in secu-  
la seculorum, Amen.

1. Cor. 9.

*Qui autem administrat se-  
men seminanti, & panem ad manducandum  
præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & au-  
gebit incrementa frugum iustitiæ vestræ*, In  
Christo Iesu Domino nostro, Qui uiuit &  
regnat cum Patre & Spiritu sancto, in secu-  
la seculorum, Amen.

## Sermo XI. de Quadragesima.

*De tentationibus uitæ humanae, & diabolica  
impugnatione ac remissione  
iniuriarum.*



N omnibus quem, dilectissi-  
mi, diebus atque temporibus  
quædam nobis diuinæ boni-  
tatis signa præfixa sunt, & nul-  
la pars anni à sacris est aliena  
mysteriis: ut dum nobis ubique præsidia  
nostræ salutis occurrunt, inuitantem nos  
semper misericordiam Dei auidius expe-  
ctemus. Sed quicquid illud est, quod in di-  
uersis gratiæ operibus & donis reparationi  
humanarum confertur animarum, totum id  
nobis nunc euidentius & copiosius præstem-  
tatur: quando non particulatim quædam  
agenda, sed simul sunt omnia celebranda.

CAP. I.

Appropinquante autem festiuitate Pascha-  
li adest maximum sacratissimumque ieiunium,  
quod obseruantiam sui uniuersis fi-  
delibus sine exceptione denūciat: quia ne-  
mo tam sanctus est, ut non sanctior, nemo  
tam deuotus, ut non debeat esse deuotior.

Quadrage-  
simæ maxi-  
mū sacra-  
tissimū-  
que ieiunium  
ab omnibus  
obseruadū.  
Tentatio-  
num peri-  
cula.

Quis enim in huius uitæ constitutus incerto,  
aut immunis à tétatione, aut liber inue-  
niatur à culpa? Quis est, qui nihil virtutis si-  
bi adiici, aut qui nihil uitij sibi optet aufer-  
ri: cum & aduersa noceant, & secunda cor-  
rumpant, nec minoris sit periculi carere  
desideratis, quàm abundare concessis? In-  
sidia sunt in diuitiarum amplitudine, in-  
sidia in paupertatis angustiis. Illæ eleuant ad  
superbiam, hæc incitant ad querelam. Ten-  
tat sanitas, tentat infirmitas: dum & illa ma-  
teria est negligentix, & hæc causa tristitiæ.  
Laqueus est in securitate, laqueus est in timore,  
nec interest utrum animus, qui ter-  
reno tenetur affectu, gaudiis occupetur, an  
curis, cum par morbus sit, vel sub uana de-  
lectatione languere, vel sub anxia sollicitu-  
dine laborare. Impletur itaque per omnia  
sententia ueritatis, qua discimus angustam  
esse & arduam uiam, quæ ducit ad uitam:  
& cum latitudo itineris ad mortem trahen-  
tis, multis frequentetur agminibus: in sa-  
lutis semitis paucorum intrantium sunt  
rara uestigia. Vnde autem populosior est  
uia leua quàm dextera: nisi quia ad mun-  
dana gaudia & corporalia bona, multi-  
tudo procliuus est? Et quamuis caducum  
incertumque sit, quod cupitur: libentius  
tamen suscipitur labor pro desiderio  
voluptatis, quàm pro amore uirtutis.

Innocent  
nemo præ-  
uitæ diffi-  
cultate.

Matth. 7.

Ita cum innumeri sint, qui visibilia concupiscant: vix inveniuntur, qui temporalibus æterna præponant. Et ideo dicente beato

1. Cor. 4. Apostolo Paulo, Quæ videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt: later quodammodo & in abscondito est virtutum via, quoniam spe salui facti sumus, & fides vera id super omnia diligit, quod nullo sensu carnis attingit.

Cap. II. Magni est ergo operis & laboris, mobilitatem cordis ab omnibus continere peccatis, & cum vndique innumeræ \*voluptatum illecebræ blandiantur, ad nulla contagia vigorem animi relaxare. Quis picem tangit, & non inquinatur ab ea? quis non infirmatur in carne? quis non sordescit in B

1. Cor. 7. Quis postremò est tantæ puritatis, ut iis non polluetur, sine quibus vita non ducitur? Luber enim per Apostolum doctrina diuina, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui emunt, tanquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura mundi huius. Beata igitur mens, quæ peregrinationis suæ tempora, casta sobrietate transcurrit: & in iis, per quæ necesse est eam ambulare, non remanet, ut hospita magis quam domina terrenorum, nec affectibus sic innexa humanis, nec promissionibus desit diuinis. Hanc autem fortitudinem, dilectissimi, nulli magis quam præ-

Cap. III. sentes & exigunt & conferunt dies: quibus dum obseruantia spiritalis impenditur, consuetudo, in qua perseveretur, acquiritur. Notum enim vobis est hoc esse tempus, quo per totum mundum sæuiente diabolo, acies debet Christiana confluere: & si quos aut desidia tepidos, aut sollicitudo habuit occupatos, nunc oportet armis spiritalibus instrui, & cœlestibus ad incundum certamen accendi: quoniam ille, cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum, modò præcipuo liuore vtitur, modò maximo dolore cruciatur. Videt enim de omnium hominum genere, in adoptionem filiorum Dei, novos populos introduci: & per virginem Ecclesiæ fecunditatem, partus regenerationis augeri. Videt se dominationis suæ iure priuatum, à cordibus eorum, quos possidebat, expelli: eripi sibi in vtroque sexu millia senū, millia iuuenum, millia paruulorū: nec obesse cuiquam vel proprium, vel originale peccatū, ubi iustificatio non meritis retribuitur, sed sola gratiæ largitate donatur: Lapfos quoque & insidiarum suarum fraude deceptos,

Beata mens quæ sit.

Sapient. 2.

In Baptismo gratis confertur iustificatio.

Lapfi per penitentiam iustaurantur.

A penitentia lachrymis abluui, & portas misericordie Apostolica clauere referante, ad remedia reconciliationis admitti. Sentit insuper diem Dominicæ passionis instare, & se illius Crucis potestate conteri, quæ in Christo ab omni debito mortis alieno, redemptio fuit mundi, non pœna peccati. Vt itaque malignitas frementis inimici nullos habeat sui liuoris affectus, ad exequenda Domini mandata, diligentior est assumenda deuotio: ut tempus, in quo omnia diuinæ misericordie sacramenta concurrunt, cum præparatione & animorum suscipiamus & corporum, implorantes regimen & misericordiam & adiutorium Dei,

ut sine quo nihil possumus facere, per ipsum omnia valeamus implere. Ideo enim datur præceptum, ut præcipientis quaratur auxilium. Nec se quisquam per occasionem infirmitatis excuset, quia qui præstitit velle, donabit & posse, dicente beato Apostolo Iacobo: *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei.* Quis fidelium nesciat, quibus virtutibus studere, & quibus vitiis debeat repugnare? Quis conscientie suæ, aut tam gratiosus, aut tam imperitus est arbiter, qui ignoret, quid à se auferri, aut quid in se oporteat augeri? Nemo quippe ita rationis est alienus: qui aut conuersationis suæ non intelligat qualitatem, aut cordis sui secreta non nouerit. Non ergo per omnia sibi placeat, nec se secundum carnis oblectamenta diiudicet: sed omnem consuetudinem suam in diuinorum præceptorum læce constituat, ubi cum alia interdicanter, ne fiant, alia iubeantur, ut fiant: iusto se trutinabit examine, qui vitæ suæ mores ex vtriusque ponderis comparatione pensauerit. Artifex enim misericordia Dei, splendidissimum in mandatis suis condidit speculum, in quo homo faciem suæ mentis inspiceret, & quàm conformis imaginis Dei, aut quàm dissimilis esset, agnosceret: præcipuè vt reiectis paululum carnalibus curis & occupationibus inquietis, saltem in diebus redemptionis & reparationis nostræ, à terrenis nos ad cœlestia conferamus. Quia verò, sicut scriptum est, In multis offendimus omnes, misericordie primus concipiatur affectus, & aliorum in nos delictorum fiat obliuio: ut illud piissimum pactum, cui nos in Dominica oratione deuinximus, nullo vindictæ amore violentus. Et dicentes,

Dimitte nobis debita, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, non simus in remissione difficiles: quia ad nos recurrit siue

Cap. IV.

Iacobi 1.

Præcepta Dei, speculum hominum mentis.

Cap. V. Iacobi 3.

Math. 6. Iniuriarum remissio necessaria.

cupiditas vltionis, siue indulgentia lenitatis. Magis que optandum est homini, tentationum periculis semper exposito: vt suas culpas habeat punitas, quam vt plectat alienas. Quid autem conuenientius fidei Christianæ, quam vt non solum in Ecclesia, sed etiam in omnium domibus fiat remissio peccatorum? Deponantur minæ, vincula relaxentur: quibus se multo perniciosius, qui ea non soluerit religabit. Quod enim quisque in alterum statuit, hoc in semetipso sua lege decernit. Beati vero misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus: qui in iudiciis suis & iustus est & benignus, ad hoc quosdam sub aliorum esse potestate permittens: vt sub æqua moderatione seruetur & vtilitas disciplinæ, & mansuetudo clementiæ: & nemo audeat alterius delictis veniam denegare, quam pro suis optat accipere. Dicente autem Domino, *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*: deponantur omnium discordiarum odiorumque certamina: nec putet se quisquam in Paschali festo habiturum esse consortium, qui fraternali pacem redintegrare neglexerit. Apud enim summum patrem, qui non fuerit in charitate fratrum, non habebitur in numero filiorum. In distributione quoque eleemosynarum, & pauperum cura, pinguescant Christiana ieiunia: & quod suis quisque deliciis subtrahit, debilibus impendat & egenis. Detur opera, vt omnes Deo vno ore benedicant, & qui aliquam dat portionem substantiæ suæ, intelligat se ministrum esse misericordiarum diuinæ, qui partem pauperis in manu posuit largientis: vt peccata quæ baptismi aquis aut pœnitentiæ lachrymis abluuntur, etiam eleemosynis deleantur, dicente scriptura: *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum*, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

## Sermo XII. de Quadragesima.

### De laude continentie, & quod patientia Dei non sit abutendum.

CAP. I.



PROPINQVANTE dilectissimi, solennitate Paschali, sic est præcurrentia consuetudo ieiunij: vt nos quadraginta dierum numerus ad sanctificationem corporis & mentis exercent. Suscepturi enim festorum omnium maximum festum, ea nos debemus obseruantia præparare: vt in cuius

A sumus resurrectione cõresuscitati, in ipsius inueniamur passione commortui, dicente beato Paulo Apostolo: *Mortui enim estis, & Colof. 3. vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quæ vero nobis est cum Christo participatio, nisi vt desinamus esse quod fuimus: aut quæ similitudo resurrectionis, nisi depositio vetustatis? Vnde qui sacramentum suæ reparationis intelligit, carnis se vitii debet exuere, & omnes sordes abicere peccatorum: vt intraturus nuptiale conuiuium, splendeat veste virtutum. Quamuis enim benignitas spõsi cunctos ad communionem regiarum inuitet epularum: studendum est tamen vniuersis vocatis, vt sacrorum ciborum munere non inueniatur indigni. Abutuntur autem quidem patientia Dei, & qui non sunt in conscientia liberi, sunt de longa impunitate securi: cum ideo differatur vltio, vt tempus possit habere correctio. Misericordiam igitur Dei nostri, quæ non vult mortem peccatoris, sed tantum vt conuertatur & viuat, non ideo quisquã tardet amplecti, quia quod meruit, nõ recepit. Neque enim quicquid differtur, aufertur, aut condemnationem euasit, qui indulgentiam non quæsiuit. Cuius quidem implorandæ non vna omnibus causa est: quia multis modis multisque mensuris & peccatum à peccato, & crimen distat à crimine. Sed quia vniuersitas fidelium ad perfectam innocentiam, & ad plenam debet tendere puritatem, vt eorum consortio mereatur adscribi, de quibus dicitur, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt*, omni instãtia & virtute nitendum est: vt quicquid secretum conscientiarum maculat, quicquid aciem mentis obscurat, diligentissimis emundationibus deleantur. Quamuis enim scriptum sit, *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse à peccato?* non tamen desperanda est apprehensio puritatis, quæ dum semper appetitur, nec semper accipitur, nec remanet iudicio condemnandum, quod fuerit confessione purgatum. Hoc illud est, dilectissimi, quod orantes omnes filij Ecclesiæ ex doctrina Domini vniiformiter dicunt, *Dimittite nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*: quia nemo tam sanctus, nemo tam iustus est, qui in tempore huius vitæ, quæ tota tentatio est, cuiuscunque peccati remissione non egeat. Circumstant vndique pericula innumerabilia delictorum, & per licitos vsus ad immoderatos transitur excessus: dum

Matth. 5.

CAP. VI.  
Ibidem.

Eccle. 3.

Cum Christo  
vult reuer-  
gendum.Matth. 22.  
Misericor-  
dia Dei nõ  
abutendũ.Ezech. 18.  
& 33.

Matth. 5.

Prover. 20.

CAP. 17.

Matth. 6.

Iob. 7.

per curam salutis irrepit delectatio voluptatis: & non sufficit concupiscentiæ, quod potest satis esse naturæ. Hinc habendi amor nunquam satianus exoritur, hinc cupiditas eminenendi, quæ vel stirpi suæ innexa, vel soboli, nunc prolem habet superbiam, nunc parentem. His autem & aliis tentationibus, quarum multiplex est & infinita connexio, quæ rectius virtus quàm continentia opponitur, quæ nutriendis atque seruandis animi & corporis bonis, & incrementa præbet & roborat? Vnde in cœlestibus Ecclesiæ disciplinis, multum vitilitatis adferunt diuinitus instituta ieiunia: vt dum continentia legibus, carnalis subiicitur appetitus, motus quoque interior temperetur, ac sicut corpus à cibis, ita mens ab iniquitate ieiunet.

Dominus enim dicit, *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.*

Habet ergo populus Dei spirituales epulas castasque delicias, quas salubriter expetit, & laudabiliter concupiscit, quoniam laudante & dicente Propheta, *Gustate & videte, quoniam suavis est Dominus: quisquis dulcedinem iustitiæ & misericordiæ Dei, quibus omnis prouidentia eius dispensatur, gustu cordis attigerit, & nullo vnquam minuenda fastidio experimenta supernorum hauserit gaudiorum, corruptibilia & temporalia bona æternorum admiratione despiciet: & in illo igne, quem Dei accendit charitas, concalescet: vt algore in feruorem conuerso, & in lucem nocte mutata, vno opere in animis fidelium Spiritus sanctus & tenebras abigat, & peccata consumat. Vnde quia tales fructus mater virtutum continentia parit, & ieiunantes à vitiis, ad ineffabilia oblectamenta perducit: studiosiori nunc opere, dilectissimi, exequamur præcepta cœlestia, & quia totum Paschale sacramentum, in remissionem est conditum peccatorum, quod celebrare optamus, imitemur. Misericors enim & iustus Dominus, ita promittit indulgentiam suam: vt eam etiam quibus parcat, indaget. Exponens enim, qua regula Deo patri nos voluerit supplicare, *Si dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimittet vobis & pater vester, qui in cælis est, peccata vestra. Si autem non remiseritis hominibus, nec pater vester remittet vobis peccata vestra.* Iusta prorsus & benigna conditio, qua diuinæ potentia sit particeps homo, vt sententiæ Dei ex suo libret arbitrio, & eo sibi iudicio obstringat. Dominum, quo iudicauerit ipse conferuat. Siue itaque circa subiectos, siue circa æquales, naturæ parilitas diligatur: Et quia nemo non peccat, nemo non parcat, non*

A difficulter præstemus, quod gratulanter accepimus: vt siue largitate eleemosynarum, siue indulgentia peccatorum, quanto magis fuerimus misericordes, tanto simus perfectius innocentes, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

## SERMO PRIMVS DE PASSIONE DOMINI

*De necessitate incarnationis filij Dei, de scelere & infidelitate Iudæ, ac iniuriæ eius penitentia, atque Christi potentia.*



A. CRATISSIMUM, CAP. I.

dilectissimi, Dominicæ passionis diem, quam Dominus Iesus Dei filius pro humani generis salute suscepit, & sicut promisit, omnia ad

se exaltatus attraxit, tam planè ac lucidè Euangelicus sermo reserauit: vt religiosis & piis cordibus non aliud sit audisse quæ lecta sunt, quàm vidisse quæ gesta sunt. Vnde cum indubitabilem obtineat autoritatè sacra narratio: annitendum nobis est auxiliante Domino, vt perspicuum habeat intelligentia, quod norum fecit historia. Post illam namque humanæ præuaricationis primam & vniuersalem ruinam, ex qua per vnum hominem peccatum introiuit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: nemo dominationem diaboli, nemo vincula diræ captiuitatis euaderet, nec cuiquam aut reconciliatio ad veniam, aut reditus pateret ad vitam, nisi coæternus & coequalis patri Deo filius Dei, etiam hominis filius esse dignaretur: veniens quæ redire & saluare quod perierat, vt sicut per Adæ mors, ita per Dominum nostrum Iesum Christum esset resurrectio mortuorum. Non enim quia secundum inscrutabile propositum sapientiæ Dei, nouissimis diebus Verbum caro factum est, ideo salutaris virginis partus, extremi tantum temporis generationibus profuit, & non se etiam in præteritis refudit ætates. Omnis prorsus antiquitas colentium Deum verum, omnis numerus apud secula priora Sanctorum, sacra fide vixit, & placuit, & neque Patriarchis, neque Prophetis, neque cuiquam omnino

Ioan. 12.

Rom. 5.

Incarnatio-  
nis filij Dei  
necessitas.

Lucæ 19.

1. Cor. 15.

Ioan. 1.

Salus nemini vnquam contigit nisi per Christum.

Continentiæ laus.

Matth. 5.  
Deliciæ  
Christiano-  
rum.

Psal. 37.

Cap. III.  
Continentia  
mater virtutum.

Matth. 6.

sanctorum ; nisi in redemptione Domini A nostri Iesu Christi salus & iustificatio fuit, quæ sicut expectabatur, multis Prophetarum oraculis signisque promissa, ita est etiã ipso munere atque opere præsentata.

CAP. II. Vnde nunc, dilectissimi, in toto ordine Dominicæ passionis, non ita infirmitatem consideremus humanam, vt arbitremur illic potentiam defuisse diuinam: neq; illam ita coæternam & qualem patri formam v-nigeniti cogitemus, vt putemus non fuisse vera, quæ Deo videntur indigna. Prorsus vtraque natura vnus Christus, nec Verbum ibi ab homine disiunctum, nec homo est dissociatus à Verbo. Non est fastidita humilitas, quia nec immunita maiestas: nihil nocuit naturæ inuolabili, quod passibili oportebat inferri. Totumque illud sacramentum, quod simul & humanitas consummauit & deitas, dispensatio fuit misericordiæ & actio pietatis. Talibus enim vinculis tenebamur constricti: vt nisi per hanc opem, non possemus absolui. Humilitas igitur diuinitatis, nostra prouectio est. Nos tanto redimimur precio, nos tanto curamur impendio. Quis enim ab impietate ad iustitiam, à miseria ad beatitudinem esset recursus: nisi & iustus ad impios, & beatus inclinaretur ad miseros?

CAP. III. Non est ergo, dilectissimi, erubescenda Crux Christi, quæ de virtute est diuini cõsiliij, non de conditione peccati. Quamuis enim ex infirmitate nostra verè passus Dominus Iesus, verèque sit mortuus: non tamen ira se abstinuit à gloria sua, vt inter contumelias passionis, nihil diuinæ operationis exerceret. Nã cum impius Iudas non iam ouina pelle velatus, sed lupino furore manifestus vim sceleris per speciem pacis incipiens, signum traditionis sæuio omnibus telis osculo præbuisse, & multitudo furibunda, quæ ad comprehendendum dominum cum armata militum cohorte confluerat: inter faces & laternas, lumen verum, tenebris obcæcata suis, non cerneret, Dominus qui expectare potius turbas quã

Ioan. 18.

Christi po-  
rentia &  
manifeste-  
do.

declinare delegerat, sicut Ioannes Euangelista testatur, quem quærant, necdum inuentus, interrogat, illisq; dicentibus, quod Iesum quærent: *Ego sum*, inquit. Quod verbum illam manum ita ex ferocissimis congregatam, quasi quodam fulmineo ictu strauit atque percussit: vt omnes illi atroces, minaces atque terribiles, retroacti corruerent. Vbi fuit sæuitiæ conspiratio? vbi ardor irarum? vbi instructus armorum? Dominus dicit, *Ego sum*: & ad vocem eius turba prosternitur impiorum. Quid iam poterit maiestas eius iudicatura, cuius hoc potuit hu-

milias iudicanda? Veruntamen Dominus sciens, quid magis mysterio suscepto conueniret, in hac potestate non persistit: sed persecutores suos in facultatem dispositi sceleris redire permisit. Nam si teneri noller, non vtique teneretur. Sed quis hominum posset saluari, si ille non se lineret comprehendere? Nam & beatus Petrus, qui animosiore constantia Domino cohererebat, & contra violentorum imperus, feruore sanctæ charitatis exarserat: in seruum principis sacerdotum vsus est gladio, & aurem viri ferocius instantis abscidit. Sed hunc zelatis Apostoli pium motum progredi Dominus vltra non patitur, recondi gladium iubet, nec finit se aduersus impios manu ferroque defendi. Contra sacramentum enim erat redemptionis nostræ, vt qui mori pro omnibus venerat, capi noller: ne dilato gloriosæ Crucis triumpho, & dominatio diabolica fieret longior, & captiuitas humana diuturnior. Dat ergo in se furentibus licentia sæuendi, nec tamen etiam talibus dedignatur se indicare diuinitas. Auram serui iam ipsa sectione demortuam, & à compage viuentis corporis alienam, in sedem dehonestati capitis reuocat manus Christi, reformat quod ipse formauerat: nec tardè caro sequitur eius imperium, cuius erat ipsa signum. Habent ergo diuinam hæc opera virtutem. Sed quod Dominus maiestatis suæ potentiam comprimit, & vim in se persecutoris admittit, ex illa est voluntate qua dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, cooperante in hoc ipso patre qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vna est enim patris & filij voluntas, vt est vna diuinitas: de cuius dispositionis effectu, nihil vobis gratiæ Iudæi, nihil tibi Iuda debemus. Saluationi quidem nostræ non hoc vobis volentibus impietas vestra seruiuit, & per vos factum est, quicquid manus Dei & consilium decreuerunt fieri. Mors igitur Christi nos liberat, vos accusat: Merito soli non habetis, quod omnibus perire voluistis. Et tamen tanta est bonitas nostri Redemptoris, vt etiam vos possitis consequi veniam, si Christum Dei filium confitendo, illam parricidalem malitiam relinquatis. Non enim Dominus in Cruce frustra orauit, dicens: *Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt*. Quod remedium, nec te Iuda transiret: si ad eam penitentiam confugisses, quæ te reuocaret ad Christum, non quæ instigaret ad laqueum: Dicendo enim, peccavi, tradens sanguinem iustum, in impietatis tuæ perfidia persististi: quia Iesum non Deum Dei filium, sed nostræ

CAP. II.

Match. 16.  
Mar. 14.  
Lucæ 22.  
Ioan. 18.

Christus in  
passione sua  
se Deum  
ostendit.

CAP. V.

Apoc. 7.  
Ephes. 5.  
Rom. 8.

AG. 4.

AG. 4.

Lucæ 23.

Penitentia  
Iudæi iustu-  
a uosa.  
March. 27.  
Iudas non  
credidit  
Christum  
Deum.

tanrummodo conditionis hominem inter extremum mortis tuæ periculum credidisti: cuius flexisses misericordiam, si eius non negasses omnipotentiam. Hæc hodie, dilectissimi, piis auribus vestris insinuata sufficiant, ne fastidium de prolixitate subrepat. Quæ autem defunt plenitudini, quarta Feria auxiliante Domino reddenda promittimus: quoniã qui dedit quod locuti sumus, dabit, sicut credimus, quod loquamur, Per Dominum nostrum Iesum Christum filium suum, qui cum eo & Spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo II. de Passione Domini habitus Feria quarta.

De conuersione latronis, & signis factis in morte Christi ad confusionem Iudæorum.

CAP. I.



**B**XIGIT fides, dilectissimi, ut partem sermonis, quam de Domini passione promissimus, eodem nobis auxiliante reddamus: in quo nos orationibus vestris non ambigimus adiuuari. Ad commune enim pertinet lucrum, si poteritis me habere deuotum: quia vestræ impenditur ædificationi, quicquid nostræ tribuitur facultati. Post illud ergo impium Iudæ detestandumque commercium, quo ab eo, Iudæis persequentibus, mundi Redemptor est traditus, post illas sacrilegas illusiones, inter quas usque ad locum pœnæ, eius mäsuetudo perducta est: crucifixi sunt cum eo, statutis vtrinque patibulis, latrones duo, quorum vnus ad id usque temporis, par similisque consorti insidiator viarum, & saluti hominum semper infestus, usque ad crucem reus, fit Christi repente confessor: & inter illos acerrimos corporis animique cruciatus, quos simul & instantia & difficultas mortis augebat, mira conuersione mutatus, *Memento, inquit, mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Quæ istam fidem exhortatio persuasit? quæ doctrina imbuit? quis prædicator accendit? Non viderat prius acta miracula, cessauerat tunc languentium curatio, cæcorum illuminatio, viuificatio mortuorum, ea ipsa quæ mox erant gerenda, non aderant: & tamẽ Dominum confitetur & regem, quem videt supplicij sui esse consortem. Inde ergo oriebatur hoc donum, vnde accepit fides ipsa responsum. Air enim ei Iesus: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.* Excedit hu-

Lucæ 23.  
Latronis in  
cruce con-  
uersio.

Lucæ 23.

**A**manam conditionem ista promissio: nec tam de ligno Crucis, quam de throno editur potestatis. Ab illa altitudine præmium fidei datur, in qua chirographum humanæ transgressionis aboletur, quia se à forma serui, Dei forma nõ dirimit: dum etiam inter ipsa supplicia proprietatem vnitatemque suã seruauit, & deitas inuiolabilis, & natura passibilis. Adicitur ad confirmationem spei nostræ, totius attestatio creaturæ. Emittere spiritum Christo omnia elementa tremuerunt. Denfis tenebris splendor solis obductus, extraordinariẽ nocti subdidit diẽ: stabilitatem suam terra profundis concussionibus labefactata non tenuit: & petrarum firmitas, cõfracta soliditate dissiluit. Velum templi, quo priorum mysteria vterius non erant obumbranda, discissum est: & multorum Sanctõrum corporibus excitatis, ad præmuniendam resurrectionis fidem, monumenta patuerunt. In vos ergo Iudæi cælum & terra sententiam tulit, vobis sol virtutem suam diẽmque subtraxit, vobis famulatum suum elementorum ordines derogaauerunt: & recedente à legibus suis ministerio creaturæ, vestra obcæcatio, vestra est significata confusio. Vobis enim dicentibus, *Sanguis eius super nos, & super filios nostros:* meritò hoc retributum est, ut quod vestri generis impia perdidit portio, assequatur hoc fidelis gentium plenitudo. Nos ergo, dilectissimi, quibus Dominus noster Iesus Christus crucifixus, non scandalum, neque stulticia, sed Dei virtus, Deique sapiẽtia est, nos inquam spiritale semen Abraham, nõ in prole seruitutis geniti, sed in familia libertatis renati, pro quibus in manu forti & brachio excelso de oppressione Ægyptiæ dominationis eductis, verus & immaculatus agnus, immolatus est Christus: amplexamur salutaris Paschæ mirabile sacramentũ, & ad eius imaginem, qui deformitati nostræ conformis factus est, reformemur. Erigamur ad eum, qui puluerem abiectiois nostræ, corpus fecit gloriæ suæ: & ut resurrectionis eius mereamur esse consortes, humilitatis & patientiæ ipsius per omnia congruamus. Magni nominis militiam, magnæ professionis suscepimus disciplinam. Sectatores Christi discedere à regia non licet via, sed dignum est temporalibus non occupari, ad æterna tendentes. Et quia precioso Sanguine Christi redempti sumus, glorificemus & portemus Deum in corpore nostro: ut ad ea, quæ fidelibus præparata sunt, peruenire mereamur, Per Christum Dominum nostrum, &c. Amen.

CAP. II.  
Signa facta  
in morte  
Christi.

Matth. 7.

CAP. III.  
1. Cor. 1.

1. Cor. 5.

1. Cor. 6.

Sermo III. de Passione Domini, habitus Dominico die.

*De gemina Christi natura, Iudæ desperatione, Perii trepidatione, & conuersione, ac Iudeorum scelere ac punitione.*

CAP. I.



**N**TER omnia, dilectissimi, opera misericordiae Dei, quæ ab initio salutis sunt impensa mortalium, nihil est mirabilius nihilque sublimius, quàm quod pro mundo crucifixus est Christus. Huic enim sacramento vniuersa præcedentium seculorum mysteria seruierunt, & quicquid hostiarum differentis in prophetis signis & legalibus institutis, sacra dispensatione variatum est, hoc prænuñciauit dispositum, hoc promisit implendum: vt nunc imaginibus figurisque cessantibus, hoc proficit credere iam effectum, quod antea profuit credidisse faciendum. In omnibus igitur, dilectissimi, quæ ad Domini nostri Iesu Christi pertinent passionem, hoc Catholica fides tradit, hoc exigit: vt in Redemptorem nostrum duas nouerimus conuenisse naturas, & manentibus proprietatibus suis, tantam factam vnitatem vtriusque substantiæ, vt ab illo tēpore, quo sicut humani generis causa poscebat, in beatæ virginis vtero Verbum caro factum est, nec Deum illū sine hoc quod homo est, nec hominem sine hoc liceat cogitare, quod Deus est. Exprimat quidem sub distinctis actionibus veritatem suam vtraque natura, sed neutra se ab alterius connexionem disungit. Nihil ibi ab inuicem vacat, tota est in maiestate humilitas, tota in humilitate maiestas. Nec infert vnitatis confusionem, nec dirimit proprietatis vnitatem. Aliud est passibile, aliud inuolabile: & tamen eiusdem est contumelia, cuius & gloria. Ipse est in infirmitate, qui & in virtute: idem mortis capax, & idem victor est mortis. Suscepit ergo totum hominem Deus, & ita se illi, atque illum sibi misericordiae & potestatis ratione cōseruit: vt vtraque alteri natura inesset, & neutra in alterā à sua proprietate transiret. Sed quia dispensatio sacramenti, ad reparationem nostram ante secula æterna dispositi, nec sine humana infirmitate, nec sine diuina erat consummanda virtute: agit vtraque forma cum alterius communionem, quod proprium est: Verbo scilicet operante, quod Verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Vñ horum coruscant miraculis, aliud succumbit

Ioan. 1.

CAP. II.

A iniuriis. Aliud ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, hoc naturam nostri generis non relinquit. Veruntamen etiam ipsa receptio passionum non ita est nostræ affectioni humilitatis exposita, vt à potentia sit diuinitatis abiuncta. Quicquid Domino illusionis & contumeliæ, quicquid vexationis & pœnæ intulit furor impiorum: non de necessitate toleratum, sed de voluntate susceptum est. Venit enim filius hominis querere & saluare, quod perierat. Et sic ad omnium redemptionem utebatur malitia persequendum, vt in mortis eius resurrectione, isque sacramento etiam interfectores sui possent salui esse, si crederent. Vnde scelestior omnibus Iudæ & infelicior extitisti: quæ non pœnitentia reuocauit ad Dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasles summationem criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus, informis lethi suspendium distulisses. Cumque conscientiam tuam tot Domini miracula, tot dona torquerent, illa saltem te à præcipitio tuo sacramenta reuocassent, quæ in Paschali cœna iam de perfidia tua signo diuinæ scientiæ detectus, acciperas. Cur de eius bonitate diffidisti, qui te à Corporis & Sanguinis sui communionem non repulit? qui tibi ad comprehendendum se cum turbis & armatorum cohorte venienti, pacis osculum non negauit? Sed homo incorruptibilis, spiritus vadens & nõ reuertens, cordis tui securus es rabiem, & stante diabolo à dextris tuis, iniquitatem, quam in sanctorum omnium armaueras caput, in tuum verticem retorquisti: vt quia facinus tuum omnem mensuram vltionis excesserant, te haberet impietas tua iudicem, te pateret tua pœna carnificem. Cum igitur esset Deus in Christo mundum reconcilians sibi, & creaturam ad creatoris sui imaginem reformandam, creator ipse gestaret, peractis miraculis operum diuinorum, quo propheticus olim spiritus gerenda prædixerat: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient, tunc saliet claudus vt ceruus, & plana erit lingua mutorum: sciens Iesus adesse iam tempus gloriose passionis implendæ, *Tristis est*, inquit, *anima mea usque ad mortem*. Et iterum: *Pater, si fieri potest, transseat à me calix iste*. Quibus verbis quandam formidinem profitentibus, nostræ infirmitatis affectus participando, curabat, & pœnalis experientiæ metum subeundo, pellebat. In nobis ergo Dominus nostro pauore trepidabat: vt susceptionem nostræ infirmitatis indueret, & nostram inconstantiam suæ virtutis soliditate ve-

Lucæ 19.

CAP. III.  
Iudæ desperatione.Ioan. 18.  
March. 26.Psal. 77.  
Psal. 108.CAP. IV.  
2. Cor. 5.

Esaie 35.

Lucæ 22.

stiret. Venerat enim in hunc mundum di-  
 ues atque misericors negociator cœli, &  
 commutatione mirabili inierat commer-  
 cium salutare, nostra accipiens, & sua tri-  
 buens pro contumeliis honorem, pro dolo-  
 ribus salutem, pro morte dans vitam, & cui  
 ad exterminationem persequentium pote-  
 rant plusquam duodecim millia angelica-  
 rum seruire legionū, malebat nostram reci-  
 pere formidinem, quàm suam exercere po-  
 testatem. **Quantum** autem vniuersis fide-  
 libus hac humilitate collatum sit, primus  
 beatissimus Apostolus Petrus expertus est:  
 qui cùm illum instantis sc̃uitiæ vehemen-  
 tior procella turbasset, ad reparationem vi-  
 goris, celeri mutatione conuersus est: su-  
 mens de exemplo remedium, vt tremefa-  
 ctum repente membrum rediret ad sui ca-  
 pitis firmitatem. Non enim posset Domino  
 seruus, & magistro maior esse discipulus:  
 qui humane fragilitatis trepidationem non  
 vinceret, nisi victor mortis ante timuisset.  
 Respexit ergo Dominus Petrum, & inter  
 calumnias sacerdotum, inter falsitates tes-  
 tium, inter cædentium & conspuentium  
 iniurias constitutus, illis turbatum discipu-  
 lum conuenit oculis, quibus eum præuide-  
 rat esse turbandum: & in illum conuersa est  
 veritatis inspectio, vbi erat cordis facienda  
 correctio, quasi quædam illi vox Domini  
 insonaret, ac diceret: **Quid** habes Petre?  
 quid in tuam conscientiam recedis? ad me  
 conuertere, in me cõfide, me sequere, meæ  
 passionis hoc tempus est, nondum tui venit  
 hora supplicij. Quid metuis, quod etiam ip-  
 se superabis? Non te confundat infirmitas,  
 quam recepi. Ego de tuo fui trepidus, tu de  
 meo esto securus. *Mane autem facto consi-  
 lium interuēt omnes principes sacerdotum &  
 seniores populi aduersum Iesum, vt eum  
 morti traderent.* Hoc mane Iudæi, non or-  
 tus vobis lucis contigit, sed occasus, nec  
 vestris oculis solitus dies prodiit, sed impiis  
 mētibus nox terræ cæcitatibus incubuit. Hoc  
 mane vobis tēplum & altaria diruit, legem  
 & Prophetas ademit, regnum & sacerdo-  
 tium sustulit, in luctum æternum omnia fe-  
 sta conuertit. In istis enim insanum cruen-  
 tūque cõsiliū, tauri pingues, vituli mul-  
 ti, frementes bestię, canes rabidi, vt morti  
 autorem vitæ & Dominum gloriæ tradere-  
 tis: & tanquam extenuanda esset furoris ve-  
 stri immanitas, si eius sententia, qui provin-  
 ciæ vestræ præsidebat, vteremini, vinctum  
 Iesum ad Pilati iudicium deduxistis: vt cla-  
 moribus improbis, trepido cognitore supe-  
 rato, interfectorem hominem eligeretis ad  
 veniam, & Salvatorem mundi peteretis

Marth. 26.

CAP. V.

Ibidem.

Marth. 10.  
Ioan. 15.Marth. 26.  
Petri con-  
uersio.CAP. VI.  
Marth. 27.Iudæorum  
punitio.

A ad pœnam. Post hanc damnationem Chri-  
 sti, qua excusata est Pilati præsidis ignauia  
 magis quàm potestas, qui lotis manibus &  
 ore polluto iisdem labiis Iesum misit ad  
 Crucem, quibus eum pronunciauerat in-  
 nocentem: multas illusiones Domino, sa-  
 cerdotalibus seruiens oculis, licentia po-  
 pularis ingessit: & in mansuetudinem eius,  
 qui hæc sponte tolerabat, furens turba sæ-  
 uiuit. Sed quia multum est, dilectissimi, vt  
 omnia hodiernus sermo percurrat: in quar-  
 tam Feriam, qua lectio Dominicæ passionis  
 iterabitur, residua differantur. Præstabit  
 enim Dominus orantibus vobis, vt ipse  
 dono, quod promittimus, impleamus: Per  
 Dominum nostrum Iesum Christum,  
 qui viuuit & regnat in secula seculorum,  
 Amen.

### Sermo IIII. de Passione Domini, Feria quarta.

#### De significatione latronum & crucis mysterio prædicto.



**E**XPECTATIONI vestrę, di-  
 lectissimi, quod debetur, Do-  
 mino largiente reddendum  
 est, promerentibus orationi-  
 bus vestris: vt nos ad solu-  
 dum faciat idoneos, qui vos ad exigendum  
 fecit intentos. Loquentes enim proximę de  
 Domini passione, vsque ad Euangelicę hi-  
 storice venimus locum, in quo Pilatus impiis  
 Iudæorum clamoribus, vt Iesus crucifige-  
 retur, cessisse narratur. Peractis itaque om-  
 nibus, quæ diuinitas fieri carnis velamine  
 temperata permisit, Iesus Christus filius  
 Dei Cruci, quam etiam ipse gestarar, affixus  
 est, duobus latronibus, vno ad dexteram  
 ipse, alio ad sinistram, similiter crucifixis:  
 vt etiam in ipsa patibuli specie, monstrare-  
 tur illa, quæ in iudicio ipsius omnium ho-  
 minum est facienda discretio: cùm & sal-  
 uandorum figuram fides credentis latronis  
 exprimeret, & damnandorum formam  
 blasphemantis impietas prænotaret. Passio  
 igitur Christi, salutis nostræ continet sacra-  
 mentum, & de instrumento, quod iniquitas  
 Iudæorum parauit ad pœnam, potentia  
 Redemptoris gradum nobis fecit ad glo-  
 riam. Quam Dominus Iesus ita ad om-  
 nium hominum suscepit salutem, vt inter  
 clauos, quibus ligno tenebatur affixus, pro  
 interfectoribus suis paternæ clementiæ  
 supplicaret, & diceret: *Pater ignosce illis;*  
*quia nesciunt quid faciunt.* Principes autem

CAP. 27.

Latronum  
in cruce  
significatio.

Luc. 23.

CAP. II.

facerdotum, quibus indulgentiam Saluator petebat, supplicium Crucis irrisorum aculeis asperabant, & in quem manibus amplius ferire non poterant, linguarum tela iaciebant, dicentes: *Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere? Si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei.* De quo erroris fonte Iudæi, de quo inuidiæ lacu, talium blasphemiarum venena potastis? Quis vobis magister tradidit, quæ doctrina persuasit, quod illum regem Israël, illum Dei filium, credere deberetis, qui se crucifigi non sineret, aut à confixione clauorum liberum excuteret: Non hoc vobis legis mysteria, non paschalis obseruantie sacramenta, nec vlla B  
vinqum Prophetarum ora cecinerunt. Sed illud verè abundèque legistis, quod ad detestabilem vestri sceleris impietatem, & ad voluntariam Domini pertinet passionem. Ipse enim per Elaiam loquitur: *Dorsum meum dedi ad flagella, maxillas meas ad palmas, faciem autem meam non auerti à confusione sputorum.* Ipse per Dauid, *Dederunt, inquit, in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Et iterum, *Circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Et ne sceleris tantum vestri videatur ordo prædictus, nulla autem potentia prænunciata crucifixi, non quidem legistis, Dominus descendit de cruce, sed legistis, *Dominus regnauit à ligno.* Crux ergo Christi, sacramentum veri & prænunciati habet altaris, vbi per hostiam salutarem, naturæ humanæ celebrâretur oblatio. Ibi sanguinis immaculati agni antiquæ præuaticationis pacta delebat: ibi tota diabolicæ dominationis conterebatur aduersitas, & de elatione superbix victrix humilitas triumphabat: cum tamen velox esset fidei effectus, vt de D  
cruifixis cum Christo latronibus, qui in Christum filium Dei credit, paradysum iustificatus intrauerit. Qui tanti muneris explicet sacramentum? Quis potentiam tam miræ commutationis enarret? Exiguo temporis puncto, longorum scelerum reatus aboletur, inter luctantis animæ dura tormenta, hærens patibulo transit ad Christum, & cui propria impietas intulit pœnam, Christi gratia dat coronam. Hinc iam degustato aceto Dominus quod illa dabat vinea, quæ ab autoris sui plantatione degenerans, conuersa fuerat in amaritudinem vitis

alienæ, *Consummatum est*, ait, hoc est, completæ sunt scripturæ: non est amplius quod insaniam populi furentis expectem, nihil minus pertuli, quàm me passurum esse prædixit. Peracta sunt mysteria infirmitatis, promantur documenta virtutis. Inclinato itaque capite emisit spiritum, & in corpus die tertio suscitandum, quietem placidi soporis admisit. Cui sacramento cum se vitæ autor impenderet, & ad tantam diuinæ maiestatis inclinationem, totius mundi compago quateretur, cum facinus impium omnis sui confusione creatura damnaret, & manifestam in reos sententiam ipsa elementa proferrent: qui vobis animus Iudæi, quæ conscientia fuit, quando & vos iudicium vniuersitatis vegebat, & reuocari ad se consummato scelere impietas vestra non poterat? Qualis confusio vos operuit? quæ cor vestrum pœna suscepit? Cum igitur, dilectissimi, tanta sit misericordia Dei, vt etiam de tali populo multos per fidem iustificare dignatus sit, nõsque sub veteris quondam ignorantie profunda nocte pereuntes, in Patriarcharum societatem, & in sortem electi generis adoptarit: ad altitudinem spei nostræ non segniter, neque cum torpore \* curramus, sed prudenter ac fideliter cogitantes, de quali captiuitate, & quàm misera seruitute, quo precio redempti, & quo brachio sumus eucti, glorificemus Deum in corpore nostro: vt habitare eum in nobis, ex ipsa conuersationis nostræ probitate monstremus. Et quia nihil est in omnium virtutum dignitate præstantius, quàm pietas misericordiæ, & puritas castitatis: his nos præsidis specialius instruamus, vt charitatis opere, ac nitore pudicitie, tanquam duabus eleuationibus, de terrenis mereamur esse celestes. Quo desiderio quisquis gratia Dei adiutus impletur, & de profectu suo non in se, sed in Domino gloriatur, hic legitime honorat Paschale sacramentum, huius limina vastator angelus sanguine agni & signo Crucis prænotata, non intrat. Is plagas Ægyptias non pauescit, & iisdem aquis hostes relinquit extinctos, quibus est ipse saluatus. Amplectamur itaque, dilectissimi, purificatis mentibus atque corporibus, salutis nostræ mirabile sacramentum: & ab omni fermento malitiæ veteris emundati, Pascha Domini cum digna obseruatione celebremus, vt regente nos Spiritu sancto, à charitate Christi nullis tentationibus separemur, qui in sanguine suo

Math. 27.

Ela. 55.

Psal. 68.

Psal. 23.

Ioan. 1.

Psal. 95.

CAP. III.  
Crux Christi cuius rei sacramentum.CAP. IV.  
Amos 6.

Math. 21.

CAP. IV.

repore.

1. Cor. 5.

fuō pacificans omnia, & in altitudinem paternæ gloriæ se recepit, & humilitatem sibi feruentium non reliquit, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Sermo V. de Passione Domini,  
die Dominico.

*Quod necesse fuerit Christum esse Deum  
& hominem, & de penitentia Iudæ.*

CAP. I.



REATOR & Dominus omnium rerum Christus post inusitatum sacræ virginis partum, post adorata Magorum confessione cunabula, & post multiplicem doctrinam cœlestis eloquij, & variarum curationum medelas, imperio verbi potentis effectas: dispensationem omnium sacramentorum omniumque virtutum, salutifera passione consummat. Christianæ igitur spei, dilectissimi, vera ratio & principalis causa Crux Christi est, quæ licet Iudæis sit scandalum, gentibus autem stulticia: nobis tamen Dei virtus est, Deique sapientia. Unde summum hoc & potentissimum diuinæ misericordiæ sacramentum, semper quidem in cordibus nostris cum tota sui dignitate retinendum est: sed nunc viuaciorem animi sensum, & puriorem exigit mentis intuitum, quando non solum recursu temporis, sed etiam textu Euangelicæ lectionis, omne opus nostræ salutis ingeritur. Nihil ergo apud nos loci cogitationes habeant impiorum, nec integritatem sanæ intelligentiæ, aut Iudaica offensio, aut gentilis corrumpat irrisio: ut quod non solum pro nobis humiliter, sed etiam sublimiter gestum est, aut secundum hominem impossibile, aut secundum Deum videatur indignum. Vtrumque autem recipi, vtrumque conuenit credi: quia nemo hominum potest, nisi in vtroque saluari. Iustus enim & misericors Deus, non sic iniuria suæ voluntatis est vsus, ut ad reparationem nostram, solam potentiam benignitatis exereret: sed quia consequens fuerat, ut homo faciens peccatum, seruus esset peccati: sic medicina ægris, sic reconciliatio reis, sic redemptio est impensa captiuus, ut condemnationis iustæ sententia, iusto liberatoris opere solueretur. Nam si pro peccatoribus sola se opponeret deitas, non tam ratio diabolium vinceret, quàm potestas. Et rursus, si causam lapsorum sola ageret natura mortaliū, non erueretur à conditione, quæ libera non esset à genere. Unde oportuit in vnum

Cruz Christi vnica spes nostra. 1. Cor. 2.

Ioan. 8.

A Dominum nostrum Iesum Christum, & diuinam & humanam conuenire substantiam: ut mortalitati nostræ per Verbum carnem factum, & origo noui hominis subueniret & passio. Cùm igitur in Christo Iesu Iudæorum duritia, quæ sunt diuina, gentiliū cæcitas, quæ sunt humana, contemnat: illis aduersus gloriam Domini calumniantibus, istis contra humilitatem superbiētibus: nos Dei filium, & in suis virtutibus, & in nostris infirmitatibus adoramus. Nec erubescimus Crucem Christi, & inter contradicentium linguas, nec de morte ipsius, nec de resurrectione dubitamus. Quoniam quod superbos ad infidelitatem trahit, hoc nos ad fidē dirigit, & quod apud illos est materia confusionis, hoc apud nos est causa pietatis. Admontis igitur discipulis Dominus, ut contra vim tentationis instantis vigilantia oratione certarent, ipse patri supplicans, ait: *Pater, si possibile est, transcat à me calix iste.* Math. 26. *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Prima petitio infirmitatis est, secunda virtutis. Illud optauit ex nostro, hoc elegit in proprio. Nec enim æqualis patri filius, omnia esse possibilia Deo nesciebat, aut ad suscipiendum Crucem sine sua in hunc mundum descenderat voluntate, ut hanc diuersarum affectionum compugnantiam perturbata quodammodo ratione pateretur. Sed ut suscipientis susceptæque nature esset manifesta distinctio, quod erat hominis, diuinam desiderauit potentiam: quod erat Dei, ad causam respexit humanam. Superiori igitur voluntati volūtas cessit inferior, & citò demonstratum est, quid possit à trepidante orari, & quid non debeat à medente concedi. Quia enim nos quid Rom. 8. oremus, sicut oportet, nescimus, & vtile nobis est, ne fiat plerunque quod volumus. Deus iustus & bonus, quando ea quæ nocitura sunt, petuntur, negando miseretur. Voluntatis ergo nostræ correctionem, Dominus cùm trina oratione firmasset, grauatim adhuc mœrore discipulis, Luc. 22. *Dormite iam, inquit, & requiescite. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus. Ecce appropinquauit, qui me tradet.* Inter ipsa autem CAP. III. verba Domini, qui prædicti fuerant, irruerunt, & cum gladiis & fustibus comprehensura Christum turba confluit, ducem sequens Iudam Iscariot: qui priuilegio perfidiæ obtinuerat in facinore principatum. Huic ne criminis causam aliqua præberet offensio, nulla est negata dignatio. Sed illi spiritu inflāmatu exarsit, cui ministerium præbuit, & qualem habuit mentem, talem

CAP. II.

Math. 26.

Rom. 8.

Luc. 22.

CAP. III.

G

Pfal. 108.  
Pœnitentia  
Iudæ.

inuenit & præsidem. Meritò sicut & Pro-  
pheta prædixerat. Oratio eius facta est in  
peccatum, quoniam consummato scelere,  
tam peruersa impij conuersio fuit, vt etiam  
pœnitendo peccaret. Admittit ergo in se  
filius Dei impietas manus, & quod læuien-  
tium furore agitur, patienti potestate com-  
pleuit. Hoc enim erat illud magnæ pietatis  
sacramentum, quod Christus consecraba-  
tur iniuriis: quas si aperta potentia & ma-  
nifesta virtute propelleret, diuina tantùm  
exerceret, non humana curaret. In om-  
nibus autem, quæ illa popularis & sacer-  
dotalis insania contumeliosè & procaciter  
inferebat, nostræ diluebantur maculæ, no-  
stræ expiabantur offensæ: quia natura, quæ  
in nobis victa semper fuerat atque captiua,  
in illo innocens patiebatur & libera, vt ad  
aufereudum peccatum mundi, ille agnus  
se hostiam offerret, quem & omnibus cor-  
poralis substantia iungeret, & ab omnibus  
spiritalis origo discerneret. Hæc hodie, di-  
lectissimi, auribus vestris insinuata suffi-  
ciant. Cætera in quartam Feriam differan-  
tur, auxiliante Domino orationibus vestris,  
qui præstare dignabitur, vt quod promitti-  
mus, impleamus, Amen.

Sermo V I. de Passione Domini,  
Feria quarta.

Quomodo Christus ductus sit ad Caipham,  
& de diruptione vestimentorum eius,  
& quomodo Christus ad se  
omnia traxerit.

CAP. I.



PONSIONIS nostræ memo-  
res, dilectissimi, sanctitati ve-  
stræ reddimus, quod debemus:  
ad futuram sperantes gratiam  
Dei, vt inde nobis proueniat deuotio, vnde  
est incitata promissio. Comprehensus Chri-  
stus Dominus à turbis, quas principes sacer-  
dotum & doctores legis armauerant, vt  
impleret dispensationem, cohibet potesta-  
tem, & beatum Apostolum Petrum huma-  
na aduersum irruentes animositate com-  
motum, gladio abstinere præcepit. Super-  
stuum enim erat, vt qui nolebat præsidio  
angelicarum legionū iuari, vellet se vnus  
Discipuli oppositione defendi. Perpetra-  
uerit licet ferox turba quod voluit, & de  
sceleris sui exultarit affectu: maior tamen  
comprehensi virtus, quàm comprehendenti-  
um fuit. Iudæorum enim cæcitas nihil ob-  
tinuit, nisi vt sua impietate se perderet:  
Christi verò patientia hoc egit, vt omnes

Matth. 26.

A sua passione saluaret. Perducto autem Iesu  
ad Caipham principem sacerdotum, quo  
scribæ & omnis sacerdotalis ordo conuene-  
rat, falsa aduersum Dominum testimonia  
queriebantur: sed inter inconditas & dissonas  
voces hoc Iesus mirabiliter elegerat, vt  
taceret. Caiphæ tamen dicenti, *Adiuuo te  
per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Chri-  
stus filius Dei:* ita veraci ac prouida autori-  
tate respondit, vt iisdem verbis, & infideli-  
um conscientias cæderet, & credenti-  
um corda firmaret, & ad omnem interro-  
gationem eius referens, *tu dixisti*, addens-  
que quod sequitur: *Verumtamen dico vobis,*  
*amodo videbitis filium hominis sedentem à dex-  
tris Dei, & venientem in nubibus cali.* Cai-  
phas autem ad exaggerandam auditi ser-  
monis inuidiam, *scidit vestimenta sua:* & ne-  
sciens quid hæc significaret insania, sacer-  
dotali se honore priuauit. Vbi est, Caipha,  
rationale pectoris tui? vbi continentie cin-  
gulum? vbi superhumere virtutum? My-  
stico illo sacramento amictu ipse te spoliast,  
& propriis manibus pontificalia indumen-  
ta discerpis, oblitus præcepti illius, quod  
legeras de principe sacerdotum, *De capite  
suo cidarim non deponet, & vestimenta sua non  
dirumpet.* Tu verò, à quo iam alienaba-  
tur hæc dignitas, ipse tibi es executor op-  
probrij, & ad manifestandum finem veteris  
instituti, pertinet eadem diruptio sacer-  
dotij. Hinc iam, dilectissimi, inter multi-  
plicatas illusiones nocte transacta, vincum  
Iesum Pilato præfidi tradiderunt. Principes  
enim sacerdotum & seniores populi,  
hoc consilio rem gerebant, vt ab actione  
sceleris viderentur immunes, subtrahentes  
opera manuum, & exerentes tela lingua-  
rum, nolentes interficere, & clamantes,  
*Crucifige, crucifige.* Quid hac specie religio-  
nis iniustus? quid hac clementie simulatione  
crudelius? Quæ lege Iudæi quod vobis  
nō licet facere, licet velle? quæ ratione, quod  
corpora polluit, corda non lædit? Contami-  
nari occisione eius metuitis, cuius super vos  
& super filios vestros fundi sanguinem pos-  
tulastis. Si non totum facinus vestra im-  
pietas peragit, permittite Præsidem iudi-  
care quod sentit. Sed vos etiã in ipsum gra-  
ues atque violenti in id eum declinare non  
finitis, à quo ipsi mendaciter abstineretis. Pec-  
cauerit Pilatus faciendo quod noluit, in  
vestram tamen conscientiam confluit, quic-  
quid furor vester extorsit. Talis etiã illic ves-  
ter obseruantia fuit, vbi præciū, quod vobis  
Christi venditor reportauit, mitti in gazo-  
phylacium nolulistis, cauentes scilicet ne  
sacros loculos pecunia cruenta pollueret.

CAP. II.  
Ibidem.

Caiphe su-  
tor.

Leuit. 24.

CAP. III.

Matth. 27.

Matth. 27.

Cuius cordis est ista simulatio? Sacerdotum A  
 cōscientia capit, quod tēpli arca nō recipit.  
 Rufuratur illius sanguinis taxatio, cuius nō  
 timetur effusio. Quantilibet ita vos falla-  
 ciaz circumtegitis vinbraculis, inītū est cum  
 traditore commercium, quo iustum sangui-  
 nem, sicut non licuit comparari, ita debuit  
 non effundi. Seditiosis igitur clamoribus  
 Iudæorum sedente Pilato in loco, cui no-  
 men est Golgota, crucifigitur Christus.  
 Per lignum, erigitur lapsus in ligno; & gu-  
 stu fellis & aceti diluitur esca peccati. Me-  
 rito priusquam traderetur, dixerat Domi-  
 nus, *Cum exaltatus fuero, omnia ad me traham,*  
 id est, totam causam humani generis agam,  
 & olim perditam in integrum reuocabo na-  
 turam. In me omnis infirmitas abolebitur,  
 in me omnis plaga sanabitur. Exaltatum  
 autem Iesum ad se traxisse omnia, non so-  
 lum nostræ substantiæ passione, sed etiam  
 totius mundi commutatione monstratum  
 est. Pendente enim in patibulo creatore,  
 vniuersa creatura congemuit, & crucis cla-  
 uos omnia simul elementa senserunt. Nihil  
 ab illo supplicio liberum fuit. Hoc in com-  
 munionem sui & terram traxit & cœlum,  
 hoc petras rupit, monumenta aperuit, in-  
 ferna referauit, & densarum horrore tene-  
 brarum, radios solis abscondit. Debebat  
 hoc testimonium suo mundus auctori, vt in-  
 occasu conditoris sui, vellent vniuersa fini-  
 ri. Sed patiētia Dei seruat rebus atque tem-  
 poribus ordinem suum, nosque in illum  
 potius vocat affectum, vt eorum salutem  
 petamus, quorum crimen horremus.

CA 7. 1111.  
Ibidem.

Ioan. 14.  
Traxit ad  
se omnia  
Christus in  
cruce.

CA 7. v.

Tanto igitur precio, tanto sacramento  
 eruti de potestate tenebrarū, & ab antiquæ  
 captiuitatis vinculis absoluti: date operam;  
 dilectissimi, vt integritate mentium vestra-  
 rum nulla diabolus arte corrumpat. Quic-  
 quid nobis contra Christianā fidem inge-  
 ritur, quicquid contra mandata Dei suade-  
 tur, de illius deceptionibus venit, qui nos  
 innumeris dolis ab æterna vita conatur a-  
 uertere, captando quasdam occasiones in-  
 firmitatis humanæ, per quas incautus negli-  
 gentesque animas in laqueos iterum suæ  
 mortis inducat. Omnes ergo per aquam &  
 Spiritum sanctum renati, recolant cui renū-  
 ciauerint, & qua professione iugum à se ty-  
 rānicæ dominationis excusserint: nec in se-  
 cūdis quisquā, nec in aduersis ad mortiferū  
 diaboli currat auxiliū. Ille enim mendax est  
 ab initio, & in sola viget arte fallēdi: vt hu-  
 manam ignorantiam falsę scientiæ ostenta-  
 tione decipiat, sitque eorū nunc malignus  
 impulsor, quorū post futurus est improbus  
 accusator. Anni vitæ nostræ & actionū tem-

Ioan. 8.

Cōtra Ma-  
themati-  
cos.

poralium qualitates, nec in natura elemen-  
 torum, nec in stellarū effectibus, sed in sum-  
 mi & veri Dei potestate consistunt: cuius  
 auxilium & misericordiam, in omnibus quæ  
 obtinere cupimus, implorare debeimus. Si-  
 cut enim illo, quod absit, offensus, nihil est,  
 quod nobis valeat suffragari: ita eodē pro-  
 picio, nulla nobis nocebit aduersitas. Quo-  
 niā si Deus pro nobis, quis contra nos? qui  
 filio suo proprio non pepercit, sed pro no-  
 bis omnibus tradidit eum, quomodo non  
 etiam cum illo omnia nobis donauit? Qui  
 viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Rom. 8.

### Sermo VII. de Passione Domini, habitus die Dominico.

*Cur Christus mori voluerit in festo Pasche;  
 & de traditione Iudæ, &  
 oratione Christi.*



CIO quidem, dilectissimi, Paschale festum tam sublimis  
 esse mysterij: vt non solum hu-  
 militatis meæ tenuissimum  
 sensum, sed etiam magnorum ingeniorum  
 superet facultatem. Sed non ita mihi diui-  
 ni operis consideranda est magnitudo, vt  
 vel diffidam vel erubescam de seruitute,  
 quam debeo: cum sacramentum salutis hu-  
 manæ non liceat tacere, etiam si nequeat  
 explicari. Auxiliantibus autem orationi-  
 bus vestris, ad futuram credimus gratiam  
 Dei, quæ inspirationis suæ rore sterilita-  
 tem nostri cordis abstergat: vt linguæ pa-  
 storalis officio, quæ sancti gregis auribus  
 sint vtilia, proferantur. Dicente enim Do-  
 mino bonorum omnium largitore, *Aperi os  
 tuum, & ego adimplebo illud,* audemus eidem  
 verbis propheticis dicere, *Domine labia mea  
 aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.*  
 Incipientes igitur, dilectissimi, Euangeli-  
 cam de passione Domini historiam retra-  
 ctare, diuino intelligimus dispositum fuisse  
 consilio: vt sacrilegi Iudæorum principes,  
 & impij sacerdotes, qui scruendi in Chri-  
 stum occasiones sæpè quæsiuerant, non ni-  
 si in sollemnitate Paschali, exercendi furo-  
 ris sui acciperent potestatem. Oportebat  
 enim vt manifesto implerentur effectus,  
 quæ diu fuerant figurato promissa my-  
 sterio: vt ouem significatiuam ouis vera re-  
 moueret, & vt vno expleretur Sacrificio  
 variarum differentia victimarum. Nam  
 omnia illa, quæ de immolatione agni  
 diuinitus per Mosen fuerant præstituta,  
 Christum prophetarant, & Christi oc-  
 G ij

CA 7. ii

Psal. 80.

Psal. 50.

Christi pas-  
sio cur fa-  
cta sit in fe-  
sto pasche;  
li.

cisionem propriè nunciarent. Vt ergo vmbra cederent corpori, & cessarent imagines sub præsentia veritatis, antiqua obseruatiã nouo tollitur Sacramẽto, hostia in hostiam transt, sanguinem sanguis excludit, & legalis festiuitas dum mutatur, impletur.

CAP. II.

Vnde cum scribas & seniores populi ad impium concilium Pontifices congregarent, omniumque animos sacerdotum, cura admittendi in Iesum sceleris occupasset, ipsi se doctores legis lege priuarunt, & spontaneo defectu ritus sibi patrios abstulerunt. Incipiente enim festiuitate Paschali, qui ornare templum, mundare vasa, victimas prouidere, & legitimis purificationibus sacrationem diligentiam adhibere debuerant: paricidalis odij furore concepto, ad vnum opus vacat, & in vnum facinus simili crudelitate coniurãt. quid affecuturi supplicio innocentiæ, condemnatione iustitiæ, nisi vt & noua mysteria nõ apprehenderet, & antiqua violarent: Prouidentibus ergo principibus, ne in die festo tumultus oriretur: non deuotioni, sed facinori studebatur, nec religioni seruiebat hæc cura, sed crimini. Diligentes enim Pontifices & solliciti sacerdotes, seditiones turbarum fieri in præcipua solennitate metuebant: non vt populus nõ peccaret, sed ne Christus euaderet. At Iesus cõsiliij sui certus, & in opere paternæ dispositionis intrepidus, vetus testamentum consummabat, & nouum Pascha condebat. Discumbentibus enim Discipulis ad edendam mysticam cœnam, cum in Caiphæ atrio tractaretur, quomodo Christus posset occidi: ille Corporis & Sanguinis sui ordinans Sacramentum, docebat qualis Deo hostia deberet offerri: nec ab hoc quidem mysterio traditore submoto, vt ostenderetur nulla iniuria exasperatus, qui in voluntaria erat impietate \* perstiturus. Ipse enim sibi fuit materia ruinæ, & causa perfidiæ, sequens diabolum ducem, & nolens Christum habere rectorem. Dicens itaque Dominus,

CAP. III.

*Amen dico vobis, quod vnus vestrum me traditurus est,* notam sibi traditoris ac proditoris conscientiam demonstrauit: non aspera nec aperta impium increpatione confundens, sed leni ac tacita admonitione cõueniens: vt facilius corrigeret pœnitudo, quæ nulla deformasset abiectio. Cur infelix Iuda, tanta benignitate non vteris? Ecce parcat ausibus tuis Dominus, & nulli te, nisi tibi, indicat Christus: nec nomen tuum, nec persona detegitur, sed veritatis & misericordiæ verbo, cordis tantum tui arcana tanguntur. Non Apostolici ordinis honor, non sacramentorum tibi communitio denegatur.

perstitit.

Matth. 27.

A Redi in integrum, & deposito furore respisce. Clementia inuitat, salus pulsat, ad vitã vita te reuocat. Ecce immaculati & innocentes condiscipuli tui ad significationem facinoris expauescunt, & omnes sibi, non edito impietatis autore, formidant. Contristati enim sunt, non de conscientia reatu, sed de humanæ mutabilitatis incerto: timentes ne minus verum esset, quod in se quisque nouerat, quàm quod ipsa Veritas præuidebat. Tu autem in hac trepidatione sanctorum abuteris Domini patientia, & abscondi te tua credis audacia. Addis impudẽtiam sceleri, nec signo euidentiore terreris. Cumq. se à cibo alij, in quo iudicium Dominus posuerat, continerent: tu manũ nõ retrahis à paropside, quia animam nõ auertis à crimine.

Ibidem.

Secutum est itaque, dilectissimi, sicut Ioannes Euangelista narravit, vt cum traditori suo Dominus manifestius designando panẽ porrexisset intinctũ, totum Iudam diabolus occuparet: & quem malignis cogitationibus obligarat, iã ipso impietatis opere possideret. Corpore enim tantum cum cœnatibus recumbebat, mente autem sacerdotum inuidiam, testium falsitatem, & furorem imperitiæ plebis armabat. Denique vidẽs Dominus, cui flagitio Iudas esset intentus,

CAP. IV.  
Ioan. 13.

C *Quod facis,* inquit, *facitius.* Vox hæc, non iubentis est, sed sinentis, nec trepidi, sed parati: qui habens omnium temporum potestatem, ostendit se moram non facere traditori, & sic ad redemptionem mundi paternã exequi voluntatem: vt facinus, quod à persequentibus parabatur, nec impelleret, nec timeret. Postquã igitur Iudas persuasus à diabolo, discessit à Christo, scq. à corpore Apostolicæ vnitatis absceidit, nullo Dominus pauore turbatus, sed de sola redimẽdorũ salute sollicitus: omne tẽporis spatiũ quod à persequentiu vacabat incurfũ, mysticis sermonibus sacratæq. doctrinæ, sicut Ioannis Euangelio declaratur, impendit: eleuãs ad cœlũ oculos, & pro vniuersa Ecclesia supplicans patri, vt omnes quos cedisset, daturusque esset filio pater, vnum fieret, & in gloria redemptoris indiuidui permanerent, adiciẽs postremò illam orationem qua ait, *Pater si fieri potest, n. misceat à me calix iste.* Vbi non existimandum est, quod Dominus Iesus passionem & mortem, cuius iam Discipulis sacramenta tradiderat, voluerit declinare, cum ipse beatum Apostolum Petrum, deuota fide & charitate feruentem, vt aduersum persecutores gladio veteret, dicens: *Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?* Certumque sit, quod &

Ibidem.

Ioan. 17.

D Dominus testatus est ipse, dicens, *Sic enim*

Matth. 27.  
Oratio.  
Christi  
quid significet.

Ibidem.

Ioan. 3.

*Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Et quod de ipso ait Apostolus Paulus, Christus nos dilexit, & tradidit semetipsum pro nobis hostiam Deo in odorem suavitatis. In saluandis enim hominibus per crucem Christi communis voluntas erat Patris & Filij, communéque consilium; nec vlla poterat ratione turbari, quod ante æterna secula, & misericorditer erat dispositum, & incommutabiliter præfinitum. Qui ergo verum totumque hominem assumpsit, veros & corporis sensus & animi suscepit affectus. Nec quia omnia in illo plena erant sacramentis, plena miraculis: ideo aut falsis lachrymis, plena mendaci efurie sumpsit cibum, aut simulato sopore dormiuit. In nostra humilitate contemptus, in nostra mæstitudine contristatus, in nostro est dolore crucifixus. Passionem enim mortalitatis nostræ ob hoc misericordia subiit, ut sanaret: ob hoc virtus recepit, ut vinceret. Quod Elaias apertissimè prophetauit, dicens: *Hic peccata nostra portas, & pro nobis dolet: & nos putauimus illum esse in dolore & plaga & vexatione. Ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, & infirmatus est propter facinora nostra, & liuore eius sanati sumus.**

Colof. 1.

Ela. 53.

C.A.P.V.

Cùm itaque, dilectissimi, Dei filius dicit, *Pater si fieri potest, transeat à me calix iste*, nostræ vitur voce naturæ, & causam fragilitatis & trepidationis agit humanæ: vt in iis, quæ toleranda sunt, & patientia roboretur, & formido pellatur. Denique cessans hoc ipsum petere, excusato quodammodo nostræ infirmitatis metu, in quo nobis remanere non expedit, in alium affectum transiit, & dicit: *Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et iterum: Si non potest, inquit, calix iste transeat à me; nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Hæc vox capitis, salus est totius corporis: hæc vox omnes fideles instruit, omnes Confessores accendit, omnes Martyres coronauit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis posset persecutorum superare terrores: nisi Christus in omnibus & pro omnibus patiens, Patri diceret, *Fiat voluntas tua?* Discant igitur hanc vocem omnes Ecclesiæ filij magno pretio redempti, gratis iustificati: & cum aduersitas violentæ alicuius tentationis incubuerit, præsidio potentissimæ rationis vtantur: vt superato tremore formidinis, accipiant tolerantiam passionis. Hinc iam, dilectissimi, ad perstringendum ordinem Dominicæ Passionis sermo est dirigendus, quem ne vos cumulo prolixitatis oneremus, in quartam Sabbati

A diuiso labore, differamus. Aderit precantibus vos gratia Dei, quæ mihi soluendi debiti tribuat facultatem, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui viuuit & regnat in secula seculorum, Amen.

### Sermo VIII. de Passione Domini, Feria quarta.

*De peccato Pilati ac Iudeorum; mysterio quoque & gloria crucis, & de Simone Cyrenæo.*



**D**E CVRSIS, dilectissimi, sermone proximo iis, quæ comprehensionem Domini præcesserunt: superest nunc, vt auxiliante Dei gratia, de ipso iam passionis ordine, sicut promisimus, differamus. Nam cum verbis sacræ orationis suæ Dominus declarasset, verissimè sibi atque plenissimè & humanam & diuinam inesse naturam, ostendens vnde esset quod pati nollet, & vnde quod vellet, depulsa trepidatione infirmitatis, & confirmata magnanimitate virtutis, rediit in sententiam suæ dispositionis æternæ, & sæuientia diabolo per ministeria Iudeorum, formam serui nihil peccati habentis obiecit: vt per eum ageretur omnium causa, in quo solo erat omnium natura sine culpa. Irruerunt ergo in lumen verum, filij tenebrarum: & vtentes faculis atque laternis, non euaserunt infidelitatis suæ noctem, quia non intellexerunt lucis authorem. Occupant paratum teneri, & trahunt volentem trahi, qui si vellet obniti, nihil quidem in iniuriam eius, impie manus possent: sed mundi redemptio differretur, & nullum saluaret illæsius, qui pro omnium salute erat moriturus. Sinens igitur inferri sibi, quicquid sacerdotum instinctu furor popularis audebat, ad Annæ Caiaphæ socerum, ac denique ad Caiapham ex Annæ transmissione perducitur: & post insanas calumniantium voces, post commentitias subornatorum testium falsitates, ad examen Pilati Pontificum delegatione transfertur. Qui diuino iure neglecto, clamantes *se regem non habere nisi Cæsarem*, tanquam Romanis deuoti legibus, omne iudicium potestati \*Præsidis reseruassent, expetierunt executorem magis sequitæ, quam arbitrum causæ. Offerebant enim Iesum duris nexibus vinctum, colaphis & alapis frequentibus cæsum, sputis oblitum, clamoribus prædamnatum: vt inter tot præiudicia, quem omnes vellent perire, non auderet Pilatus absoluerè. Denique nec in accusato cū re-

CAP. I.

CAP. II.

Matth. 27.

Cæsaris.

perisse culpam, nec in sententia sua tenuisse constantiam, docet ipsa cognitio: in qua iudex, quem innocentem pronunciat, damnat, addicens iniquo populo sanguinem iusti, à quo abstinendum sibi, & intellectu proprio senserat, & somnio vxoris nonerant. Non purgant contaminatum animum manus lotæ, nec in asperis aqua digitis expiatur, quod famulante impia mente committitur. Excessit quidem Pilati culpam facinus Iudæorum, qui illum nomine Cæsaris territum, & inuidiosus vocibus increpatum, ad effectum sui sceleris impulerunt. Sed nec ipse euasit reatum, qui cooperatus seditionis, reliquit iudicium proprium, & in crimen transfuit alienum. Quod ergo Pilatus, dilectissimi, implacabilis populi victus infania, multis Iesum dehonefari ludibriis, & immodicis vexari permisit iniuriis, quodque eum flagellis caesum, spinis coronatū, & amictu irrisoria vestis indutū, persequentium ostentauit aspectui: mitigandos proculdubio inimicorū animos exiltimauit, vt exfaturatis inuidiæ odii, non vltra iam crederent persequendum, quem tot modis intuebantur afflictum. Sed cum inardesceret ira clamantium, vt Barrabam indulgentia relaxaret, & Iesum crucis pena susciperet, cum consono fremitu dicebatur à turbis, *Sanguis eius super nos & super filios nostros*, obtinuerunt iniqui, in damnationem suam, quod pertinaciter exigebant: quorum dentes, sicut Propheta attestatus est, arma erant & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Frustra enim à crucifigendo maiestatis Domino manus proprias cōtinebant, in quem Ierthalia vocum spicula, & venenata verborum tela iaciebant. Vobis, vobis, falsi Iudæi & sacrilegi principes populi, totum facinoris istius pondus incumbit: & licet immanitas sceleris & Præsidem obligarit, & milites, omnis tamen facti summa vos arguit. Et quicquid in supplicio Christi, vel Pilati peccauit iudicium, vel cohortis obsequium, hoc vos facit humani generis odio digniores: quia vestri furoris impulsu, nec illis innocentes esse licuit, quibus iniquitas vestra non placuit. Traditus itaque Dominus scruientium voluntati, ad irrisionem regię dignitatis, supplicij sui iustus est esse gestator, vt impleretur quod Esaias Propheta præuiderat, dicens: *Ecce natus est puer, & datus est nobis filius, cuius imperium super humeros eius.* Cum ergo Dominus lignum portaret crucis, quod in sceptrum sibi conuerteret potestatis, erat quidem hoc apud impiorum oculos grande ludibrium, sed manifestabatur fidelibus grande mysterium: quia glo-

riosissimus diaboli victor, & inimicarum virtutum potentissimus debellator, pulchra specie, triumphi sui portabat trophæum, & inuidiæ patientiæ humeris signum salutis, adorandum regnis omnibus inferebat, tanquam & tunc ipsa operis sui imagine omnes imitatores suos confirmaret, & diceret: *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.* Euntibus autem cum Iesu turbis ad locum pœnæ, Simon quidam Cyrenæus inuentus est, in quem lignum crucis transferretur à Domino: vt etiam tali facto præsignaretur gentium fides, quibus Crux Christi non confugium erat futura, sed gloriæ. Non ergo fortuitum, sed figuratum & mysticum fuit, vt Iudæis in Christum scruientibus, ad compatiendum ei peregrinus occurreret, dicente Apostolo, *Si compatimur, & conregnabimus*: vt sacratissimo Saluatoris opprobrio, non Hebræus quisquam nec Israëlita, sed alienigena subderetur. Per hanc enim translationem, à circuncisione ad præputium, à filiis carnalibus ad filios spirituales, immaculati agni propitiatio, & omnium sacramentorum plenitudo transibat. Siquidem *Pascha nostrum*, vt ait Apostolus, *immolatus est Christus*, qui se nouum & verum reconciliationis sacrificium offerens patri, non in templo, cuius iam erat finita reuerentia, nec intra septa ciuitatis, ob meritum sui sceleris diruendæ, sed foris & extra castra crucifixus est: vt veterum victimarum cessante mysterio, noua historia nouo imponeretur altari, & Crux Christi, non templi esset ara, sed mundi. Exaltato igitur, dilectissimi, per Crucem Christo, non illa tantum species aspectui mentis occurrat, quæ fuit in oculis impiorum, quibus per Mosen dictum est: *Erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vite tue.* Isti enim nihil in crucifixo Domino præter facinus suum cogitare potuerunt, habentes timorem, non quo fides vera iustificatur, sed quo conscientia iniqua torquetur. Noster verò intellectus, quem spiritus veritatis illuminat, gloriam Crucis cælo terræque radiantem puro ac libero corde suscipiat, & interiore acie videat, quale sit, quod Dominus cum de passionis suæ loqueretur instantia, dixit: *Veni hora, vt clarificetur filius hominis.* Et infra, *Nunc, inquit, turbata est anima mea, & quid dicam? Pater, salua me ex hac hora. Sed propterea veni in hanc horam. Pater, clarifica filium tuum.* Et cum vox Patris venisset è cælo dicens, *Et clarificauit, & iterum clarificabo*: Respondens Iesus circumstantibus dixit, *Non propter me vox hæc facta est, sed propter vos. Nunc iudicium mundi*

Pilati scelus & iudicium.

CAP. III.

Matth. 27.

Psal. 59.

Iudæorum scelus.

CAP. IV.

Esai. 7.

Crucis mysterium.

Matth. 20.  
Matth. 27.  
CAP. V.  
Simonis Cyrenæi mysterium.

Rom. 8.

1. Cor. 5.

Heb. 13.

CAP. VI.

Deuter. 32.

Ioan. 17.

Ioan. 12.

CAP. VII.  
Christus  
crucifixus  
vt omnia  
ad se traxe-  
rit.  
Esa. 65.  
Rom. 10.

est, nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et *Abuntur*. Fiat itaque dilectissimi, quod Apostolus Paulus ait, *Vt qui viuunt, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est & resurrexit*. Et quia vetera transierunt, & facta sunt omnia noua, nemo in carnalis uitae uoluntate remaneat, sed omnes de die in diem proficiendo, per pietatis augmenta renoventur. Quantumlibet enim quisque iustificatus sit, habet tamen, dum in hac uita est, quo probatior esse possit & melior. Qui autem non proficit, deficit: & qui nihil acquirat, non nihil perdit. Currendum ergo nobis est fidei gressibus, misericordiae operibus, amore iustitiae: ut diem redemptionis nostrae spiritualiter celebrantes, non in fermento veteris malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ueritatis, resurrectionis Christi mereamur esse participes. Qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

*est, nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. O admirabilis potentia Crucis! o ineffabilis gloria passionis! in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & potestas est crucifixi. Traxisti enim Domine omnia ad te, & cum expandisses tota die manus tuas ad populum non credentem & contradicentem tibi, confitentem maiestatis tuae sensum totus mundus accepit. Traxisti Domine omnia ad te, cum in execrationem Iudaici scelus, unam protulerunt omnia elementa sententiam, cum obscuratis luminaribus caeli, & conuerso in noctem die, terra quoque motibus quateretur insolitis, uniuersaque creatura impiorum usui se negaret. Traxisti Domine omnia ad te, quoniam scisso templi uelo, sancta sanctorum ab indignis Pontificibus recesserunt: ut figura in ueritatem, prophetia in manifestationem, & lex in Euangelium uerteretur. Traxisti Domine omnia ad te, ut quod in uino Iudee templo obumbratis significationibus tegebatur, pleno apertoque sacramento, uniuersarum ubique nationum deuotio celebraret. Nunc etenim & ordo clarior Leuitarum, & dignitas amplior Seniorum, & facratior est uentio Sacerdotum: quia Crux tua omnium fons benedictionum, omnium est causa gratiarum: per quam credentibus datur uirtus de infirmitate, gloria de opprobrio, uita de morte. Nunc etiam carnalium sacrificiorum uarietate cessante, omnes differentias hostiarum, una Corporis & Sanguinis tui implet Oblatio: quoniam tu es uerus agnus Dei, qui tollis peccata mundi, & ita in te uniuersa perficis mysteria, ut sicut unum est pro omni uictima sacrificium, ita unum de omni gente sit regnum. Confitemur igitur dilectissimi, quod beatus magister Gentium Paulus Apostolus gloriosa uoce confessus est dicens: *Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere*. Hinc enim mirabilior est erga nos misericordia Dei, quod non pro iustis neque pro sanctis, sed pro iniquis & impiis Christus est mortuus: & cum mortis aculeum recipere non posset natura deitatis, suscepit tamen nascendo ex nobis, quod posset offerre pro nobis. Olim enim morti nostrae mortis suae potentiam minabatur dicens per Oseam Prophetam: *O mors, ero mors tua, & ero morsus tuus inferne*. Leges enim inferni moriendo subiit, sed resurgendo dissoluit: & ita perpetuitatem mortis incidit, ut eam de aeterna faceret temporalem. *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuifica-*

Crux Christi  
fiti quantae  
efficaciae.

IOAN. 1.

CAP. VIII.

1. TIM. 2.

ROM. 5.

OSAE 13.

1. COR. 15.

Abuntur. Fiat itaque dilectissimi, quod Apostolus Paulus ait, *Vt qui uiuant, iam non sibi uiuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est & resurrexit*. Et quia vetera transierunt, & facta sunt omnia noua, nemo in carnalis uitae uoluntate remaneat, sed omnes de die in diem proficiendo, per pietatis augmenta renoventur. Quantumlibet enim quisque iustificatus sit, habet tamen, dum in hac uita est, quo probatior esse possit & melior. Qui autem non proficit, deficit: & qui nihil acquirat, non nihil perdit. Currendum ergo nobis est fidei gressibus, misericordiae operibus, amore iustitiae: ut diem redemptionis nostrae spiritualiter celebrantes, non in fermento veteris malitiae & nequitiae, sed in azymis sinceritatis & ueritatis, resurrectionis Christi mereamur esse participes. Qui cum Patre & Spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Qui non  
proficit, de-  
ficit.

1. Cor. 5.

### Sermo IX. de Passione Domini.

*Passio Christi variis Prophetarum oraculis & figuris praedicta, & de diabolici uirna, ac auaritia morbo, Petrique negatione.*



**S**ACRAMENTUM, dilectissimi mi, Dominicae passionis in salutem humani generis, ante tempora aeterna dispositum, & per multas significationes omnibus retro seculis nuntiatum, non adhuc expectamus manifestandum, sed iam adoramus impletum: concurrentibus ad eruditionem nostram & nouis testimoniis & antiquis, dum quod prophetica cecinit tuba, Euangelica pandit historia, & sicut scriptum est, *Abyssus abyssum inuocat, in uoce cataractarum tuarum*, quoniam ad enarrandum gloriam gratiae Dei, paribus sibi uocibus, utriusque testamenti altitudo responderet: & quod erat sub uelamine figurarum profundum, fit reuelata luce perspicuum. Sic tamen inter illa miracula Saluatoris, quae sub populorum gerebantur aspectu, pauci ueritatis praesentiam sentiebant, ipsique discipuli uoluntaria Domini passione turbati, non euaserunt scandalum crucis sine tentatione formidinis. Unde fides nostra intelligentiam sumeret, unde constantia robur acciperet, nisi quae facta cognoscimus, praedicta legeremus? Peracto igitur dilectissimi, Saluatoris triumpho, & consummatis dispensationibus, quas omnia ueteris testamenti eloquia nuntiarent, luceat carnalis Iudaeus, sed spiritualis gaudeat Christianus: &

CAP. 11.

PSAL. 42.

CAP. 11.

festiuitas quæ illis conuersa est in noctem, A pleuit, & pertinacia sacrilegæ crudelitatis nobis corruscet in lucem, quoniam Crux Profecit operi Saluatoris, quod non Scribæ, Christi eadem est & credentium gloria, & non Pharisei, nec summi intellexere pontifices. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent. Nec ipse itaque diabolus intellexit, quod scæuendo in Christum, suum destrueret principatum: qui antiquæ fraudis iura non perderet, si se à Domini Iesu sanguine contineret. Sed malitia nocendi audus, dum irruit, ruit, dum capit, captus est, dum persequitur mortalem, incidit in Saluatorem. Inuenti sanè in illo molimine, imprudentis audaciæ dignum cooperatorem dignumque consortem: cum impius Iudas maluit minister esse diaboli, quàm Apostolus Christi, quem non timoris perturbatio deseruit, sed pecuniæ cupiditate distraxit. Videte, dilectissimi, & prudentes inspiciate, quæ germina, & quales fructus de auaritiæ stirpe nascantur, quam merito Apostolus radicem omnium malorum esse definiuit: quia nullum peccatum sine cupiditate committitur, & omnis illicitus appetitus, istius auaritiæ est morbus. Amori pecuniæ vilis est omnis affectio, & anima lucri cupida etiam pro exiguo perire non meruit: nullumque est in illo corde iustitiæ vestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Hoc perfidus Iudas inebriatus veneno, dum sicut lucrum, peruenit ad laqueum: & tam stultè impius fuit, vt triginta argenteis & Dominum venderet & Magistrum. Cum autem se ad excipiendum iniquitatis iudiciû, Dei filius præbuisset, beatus Apostolus Petrus, cuius fides ea deuotione feruebat, vt & Domino compati paratus esset, & commori, ancilla sacerdotis calumniante perterritus, ex infirmitate periculum negationis incurrit: ob hoc, sicut apparet, hæ sitare permisus, vt in Ecclesiæ principe remediû penitentia cõderetur: & nemo auderet de sua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec B. Petrus poruisset euadere. Dominus autem Iesus qui intra pontificale consilium solo corpore tenebatur, trepidationem Discipuli foris positi diuino vidit intuitu: & pauentis animum, mox vt respexit, erexit, & in fletus penitentis incitauit. Felices, sancte Apostole, lachrymarum, quæ ad diluendam culpam negationis, virtutem sacri habuere baptismatis. Adfuit enim dextera Domini Iesu Christi, quæ labentem te, priusquam deicereris, exciperet, & firmitatem standi, in ipso cadendi periculo recepisti. Vidit in te Dominus non fidem fictam, non dilectionem auersam, sed constantiam fuisse turbatam. Abundauit fletus, vbi non defecit affectus, & fons

Pauor discipulorum excusabilis.

Math. 26.

Rom. 8.

Figuræ passionis Christi. CAP. 111. Genes. 4.

Genes. 6. & 7.

Genes. 22. Rom. 8.

Diabolus caprus in morte Christi.

CAP. 14. Auaritia quam pecciosa. 1. Tim. 6.

Petrine gatio.

charitatis lauit verba formidinis: nec tardatum est remedium abolitionis, vbi non fuit iudicium voluntatis. Citò itaque in soliditatem suam rediit petra: tantam recipiens fortitudinem, vt quod tunc in Christi expauerat passione, in suo post supplicio non timeret.

### Sermo X. de Passione Domini.

*Quòd Christus falsò sit accusatus, quòd se regem fecerit, & de compassione mulierum, ac ruina diaboli.*

CAP. I.



**Q**UAM multis modis, dilectissimi, Iudaica impietas laboraret, vt occasionem aliquam perpetràdi in Dominum Iesum sceleris inueniret: & mēdacia, quæ falsi testes iniustis sacerdotibus famulando protulerāt, nihil quod morte dignum esset, adferrent: hoc quasi insuperabile reppererunt, vt Dominum mundi affectati regni inuidia perurgerent. Cūque Pilatus Iesum, quem frustra videbat argui, veller absolui: calumniosè & minaciter conclamarunt. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, cōtradicit Cæsari.* Stultam insimulationem imprudenter Pilate timuisti: Sed formidabile fuerit nomen regium, vt pro imperio Cæsaris opprimi debuerit nouæ molitio potestatis: si dominandi consilium tyrannicus tibi prodidit apparatus, si prouiso armorum, si congregatio diuitiarum, si præsidia detecta sunt militum. Quid eum grauari sinis de affectata potentia, cuius specialis fuit de humilitate doctrina: Romanis legibus non contradixit, censum subiiit, didrachma soluit, vestigalia non inhiuit, quæ Dei sunt Deo, & quæ sunt Cæsaris, Cæsari reddenda cōstituit: Paupertatem elegit, obedientiam suasit, mansuetudinem prædicauit, hoc est verè non impugnare Cæsarem, sed iuuare. Veruntamen ne in totum inanis videatur Iudæorum obiectio, discute diligentius Præses, quid de Domini Iesu operibus notum sit, quid de potestate compertum. Cæcis visum, surdis auditum, claudis gressum, mutis donauit eloquium: Febres abegit, dolores resoluit, dæmonia eiecit, mortuos viuificauit, mari & ventis, vt quiescerent imperauit. Magnum prorsus regem ista demonstrant, qui non humana excellit potentia, sed virtute diuina. Hanc ergo Iudæi obiciant potestatem, cōmurent actionem suam, & hoc proferant ore, quod tenent corde. Quare de terrenis calumniantur, qui cœlestia persequun-

Ioan. 19.

Luce 2.

Matth. 17.

Matth. 22.

CAP. II.

Matth. 8.

**A**TUR: Quamuis ergo Pilatus onerosum sibi inuidiosumque sentiret, quòd eum Iudæi de neglectu amicitia Cæsaris impetebant, aliquandiu tamen furorem ipsorum mitigare conatus est: & ideo Dominum Iesum diuersis contumelias affici aut permisit, aut iussit, vt satiata iniquitas de innocentis iniuriis, vltèrius non sciret. Sed pertinax malitia propriis crescebat augmentis, & in quem obtinuerat ius illusionis, exigebat & mortis. Vnde cū & summi sacerdotes & principes Iudæorum, omnisque multitudo crebris vocibus acclamarent, *Crucifige, Crucifige*, tradidit Iesum persequentium voluntati, Barraba illis latrone dimisso, vt qui in die festo autorem interficiebant vitæ, impunitas eis præstaretur homicidæ. Eūte itaque, dilectissimi, ad locum clarificationis suæ Domino, & misericordia ad impiorum tabernaculis exeunte, vt adimpleretur, quod scriptum est, *Longe est à peccatoribus salus*, sequebatur eum multitudo populi, & mulierum plangentium & lamentantium eum: Solet enim sexus infirmior, etiā pro iis, qui morte sunt digni, in lachrymas commoueri, & damnatorum exitus, pro naturæ communis consideratione misereri. Sed istum sibi planctum Dominus Iesus dedignatur impendi, quia non decebat luctus triumphum, nec lamenta victoriam. Denique cōuersus ad eas: *Filia*, inquit, *Hierusalem nolite flere super me, sed super vosmetipsas, & super filios vestros flete. Quia venient dies, in quibus dicent: Beate steriles & ventres, qui non genuerunt, & vbera que non lactauerunt.* Vbi est tristitia crucifigendi? Vbi formido morituri? Non terret passuri animum hora supplicij, & docens nullam pro se flendi esse rationem, indicit penitentiam, denūciando vindictam. Nō est, inquit, quod dolere in me Hierusalem filie debeatis, pro vobis plangite, & pro vestris filiis eiolate. Super illos fundantur isti ploratus, quo tales viscera vestra pepererunt. Lugendum plane vobis est, non de salute credentium, sed de impietate & temeritate pereuntium. Ego crucem volens patior, & mortem in me, quam sum perempturus, admitto. Nolite flere pro mundi redemptione morientem, quem in maiestate Patris videbitis iudicantem. Exaltatus autem Christus Iesus in ligno, retorsit mortem in mortis autorem, & omnes principatus aduersusque virtutes, per obiectionem passibilis carnis elisit, admittens in se antiqui hostis audaciam, qui in obnoxiam sibi scruendo naturam, etiam ibi exactor ausus est esse debiti, vbi nullum potuit vestigium inuenire peccati. Euacuatus est igitur illud

CAPUT III.

Psal. 118.  
Luce 23.  
Mulieres  
Christo cō-  
passæ.Christus  
cur nolue-  
rit se plan-  
gi à mulie-  
ribus.

CAP. IV.

Diabolus  
in cruce vi-  
sus.

generale vëditionis nostræ & lethale chiro-  
graphum, & pactum captiuitatis in ius tran-  
sit redemptoris. Clauis illi, qui manus Do-  
mini pedesque transfoderât, perpetuis dia-  
bolum fixere vulneribus, & sanctorum pœ-  
na membrorum inimicarum fuit interfe-  
ctio potestatum: sic suam Christo consum-  
mante victoriam, vt in ipso & cum ipso om-  
nes qui in eum crederent, triumpharent.

CAP. V. Cùm ergo Dominus crucifixi corporis  
elevatione sublimis, reconciliationem mû-  
di exqueretur in quadam arce supplicij, la-  
tronemque conuersum ad paradisi vocaret  
habitaçulum, vos principes Iudæorum, le-  
gisque doctores, nec conscientie impietate  
compuncti, nec affectu sceleris mitigati, fi-  
xuris clauorum addebatis tela linguarum,

Matth. 27. dicentes: *Alios saluos fecit, seipsum non  
potest saluum facere. Si rex Israël est, descen-  
dat de cruce, & credimus ei.* Sed his vocibus  
vestris stultis atque blasphemis reddunt  
omnia elementa responsum, & vnam in  
vos sententiam ferunt, cœlum, terra, sol,  
syderaque, indignos vos suo ministerio  
protestantes terribili motu, insolitoque de-  
fectu, tenebras mundo vestræ cæcitatatis o-  
stendunt. Quod si ad arguendum vos, nec  
cœlestia, nec inferna sufficiunt, & crucem

Ibidem.  
Velum tem-  
pli scissum  
quid signi-  
ficet.

Christi magis potuerunt petræ atque mo-  
numenta quàm corda vestra sentire, saltem  
quod in templo actum est, scienter aduertite.  
Velum, cuius obiectu includebantur san-  
cta sanctorum, à summo vsque ad ima diru-  
ptum est, & sacrum illud mysticumq. secre-  
tum, quod solus summus Pontifex iussus  
fuerat intrare, reueratum est, vt nihil iam ef-  
fer discretionis, vbi nihil resederat sanctita-  
tis. Repudiatos itaque vos de buistis agno-  
scere, & omne ius sacerdotij perdidisse, quia  
verum erat, quod Veritas vobis dixerat: *Si  
crederetis Moysi, crederetis & mihi.* Merito ergo  
vos testamentum vtrunque condemnat, &  
gratia vacuos & lege priuatos, qui ideo  
resistitis nouis, quia non credidistis anti-  
quis. Nos autem, dilectissimi, qui ab igno-  
rantie tenebris liberati, fidei lumen accepimus,  
& in noui testamenti hæreditatem per  
electionem adoptionis intrauimus: in festi-  
uitate, quam carnalis Israël perdidit, gau-  
deamus, quoniam Pascha nostrum immola-  
tus est Christus, per cuius ineffabilem gra-  
tiam, omnium charissimatum benedictione  
ditamur, & ita in nouitate à vetustate trans-  
ferimur, vt non solum paradisi restituiamur  
habitaçulo, sed etiam regni cœlestis gloriæ  
præparemur, adiuuante Domino nostro Ie-  
su Christo, Qui cum Patre & sancto Spi-  
ritu viuunt & regnant in secula seculorû, Amen.

Ioan. 5.

1. Cor. 5.

## Sermo X I. de Passione Domini, Dominico die habitus.

*De confessione Petri, & de gemina Chri-  
sti natura, deque occultato demonibus  
incarnationis mysterio, atque Iudæ de-  
speratione.*



ESIDERATA nobis, dile-  
ctissimi, & vniuerso optabilis  
mûdo adest festiuitas Domi-  
nicæ passionis, quæ nos inter  
exultationes spiritaliû gau-  
diorum silere non patitur: quia etsi difficile  
est de eadem solennitate sæpius dignè aptè-  
que differere, non est tamen liberum sacer-  
doti, in tanto diuinæ misericordiæ sacra-  
mento, fidelibus populis subtrahere sermo-  
nis officium: cùm ipsa materia, ex eo quod  
est ineffabilis, fandi tribuat facultatem: nec  
possit deficere quod dicatur, dum num-  
quam potest satis esse, quod dicitur. Suc-  
cumbat ergo humana infirmitas gloriæ Dei,  
& in explicandis operibus misericordiæ  
eius, imparem se semper inueniat. Laboremus  
sensu, hæreamus ingenio, deficiamus  
eloquio: bonum est, vt nobis parum sit,  
quod etiam rectè de Domini maiestate sen-  
timus. Dicente enim Propheta, *Querite Do-*

*minum & confirmamini, querite faciem eius sem-  
per:* nemini præsumèdû est, quod totû quod  
quærit inuenerit: ne desinat propinquare,  
qui cessat accedere. Quid autè inter om-  
nia opera Dei, in quibus humanæ admira-  
tionis fatigatur înterio, ita contèplationem  
mentis nostræ & oblectat & superat: sicut  
passio Saluatoris? De cuius omnipotentia,  
quæ ei cû patre vnus & æqualis esset, est,  
quoties, vt possumus, cogitamus, mirabilior  
nobis fit in Deo humilitas, quàm potestas:  
& difficilius capitur diuinæ maiestatis exi-  
natio, quàm seruilis formæ in summa pro-  
uectio. Sed multum nos ad intellectu iuuat,  
quod licet aliud sit creator, aliud creatura,  
aliud deitas inuiolabilis, aliud caro passibi-  
lis: in vnam tamen personam cõcurrat pro-  
prietas vtriusque substantiæ, vt siue in infir-  
mitatibus siue in virtutibus, eiusdem sit cõtu-  
melia, cuius & gloria. Hac fidei regula, di-  
lectissimi, quam in ipso exordio Symboli  
per authoritatem Apostolicæ institutionis  
accepimus, Dominû nostrû Iesû Christum,  
quem filium Dei patris omnipotentis vnici  
dicimus: eundem quoque de Spiritu sancto  
natum ex Maria virgine confitemur. Nec  
ab eiusdem maiestate discedimus, cum ip-

CAP. II.

Psal. 104.

Passionis  
Christi cõ-  
templatio  
quid præ-  
stet.

CAP. II.  
Symbolum.

sum crucifixum & mortuū, & die tertia cre-  
dimus suscitatum. Omnia enim quæ Dei  
sunt, & quæ hominis, simul & humanitas &  
deitas expleuit: vt dum passibili impassibilis  
inest, nec virtus infirmitate affici, nec infir-  
mitas possit virtute superari. Meritò beatus  
Petrus Apostolus in huius vnitatis confes-  
sione laudatus est: qui cūm Dominus quid  
de ipso intelligeret discipuli, scrutaretur,  
omnium celerrimè ora præueniens: *Tu es,*  
inquit, *Christus filius Dei viui.* Quod vtique  
non reuelante vidit carne, nec sanguine,  
quorum obiectu interiores oculi poterant  
impediri: sed in ipso Spiritu patris in corde  
operante credentis, vt ad regimen totius  
Ecclesie preparatus, primūm disceret, quod  
docerat, & pro soliditate fidei, quam erat  
prædicaturus, audiret: *Tu es Petrus, & super*  
*hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta*  
*inferi non præualebunt aduersus eam.* Christianæ  
igitur fidei fortitudo, quæ portas mortis su-  
per inexpugnabilem petram ædificata, non  
metuit, vnum Dominum Iesum Christum,  
& verum Deum & verum hominem confi-  
tetur: eundem credens filium Virginis, qui  
autor est matris: eundem natum in fine se-  
culorum, qui creator est temporum: eun-  
dem Dominum omnium virtutum, & v-  
num de stirpe mortalium: eundem peccati  
nescium, & in similitudinem carnis pecca-  
ti, pro peccatoribus immolatum.

Math. 16.

CAP. III.  
Incarna-  
tionis my-  
sterium  
diabolo oc-  
cultatum.

Qui vt humanum genus vinculis mor-  
tiferæ præuacationis absolueret: & sæ-  
uienti diabolo potentiam suæ maiestatis oc-  
culuit, & infirmitatem nostræ humilitatis  
obiecit. Si enim crudelis & superbus inimi-  
cus, consilium misericordie Dei nosse po-  
tuisset, Iudæorum animos mansuetudine  
potius temperare, quàm iniustus odiis stu-  
duisset accendere: ne omnium captiuorum  
amitteret seruitutem, dum nihil sibi debentis  
persequitur libertatem. Fecellit ergo il-  
lum malignitas sua: intulit supplicium fi-  
lio Dei, quod cunctis filiis hominum in  
remedium verteretur: Fudit sanguinem  
iustum, qui reconciliando mundo, & præ-  
cium esset & poculum. Suscepit Dominus,  
quod secundum propositum suæ volunta-  
tis elegit. Admisit in se impias manus fu-  
rentium: quæ dum proprio incumbunt sce-  
leri, famulæ sunt Redemptori. Cuius e-  
tiam circa interfectores suos tanta erat pie-  
tatis affectio, vt de cruce supplicans Patri,  
non se vindicari, sed illis postularet ignosci,  
dicens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa-  
ciunt.* De cuius vtique orationis potentia  
fuit, vt prædicatio Petri Apostoli, ex iis, qui  
dixerunt, *Sanguis illius super nos & super filios*

Lucæ 23.

Math. 27.  
AA. 2.

*A nostros,* multorum ad penitentiã corda con-  
uerteret, & vno die baptizarentur tria ferè  
millia Iudæorum: fieretque omnium cor  
vnum & anima vna, paratorum iam pro eo  
mori, quem poposcerent crucifigi. Ad hanc  
indulgentiam traditor Iudas peruenire non  
potuit: quoniam perditionis filius, cui dia-  
bolus stabat à dextris, prius in desperatio-  
nem transit, quàm sacramentum Christus  
generalis redemptionis impleret. Nam mor-  
tuo pro omnibus impiis Domino: potuis-  
set etiam fortè hic consequi remedium: si  
non festinasset ad laqueum. Sed maligno  
cordi, nunc furtis fraudiū dedito, nunc par-  
ricidalibus commerciis occupato, nihil vn-  
quam documentorum misericordie Salua-  
toris infederat, nec piis acceptauerat auri-  
bus Domini verba dicentis: *Non veni voca-  
re iustos, sed peccatores.* Et, *Filius hominis ve-  
nit quærere & saluare, quod perierat.* Nec in-  
tellexerat clementiam Christi, qui non so-  
lùm corporeis infirmitatibus medebatur,  
sed etiam vulnera debilium curabat anima-  
rum, dicens Paralytico: *Confide fili, remis-  
suntur tibi peccata tua:* Dicens & oblatæ sibi  
adulteræ: *Nec ego te condemnabo, vade & am-  
plius noli peccare:* vt per omnia opera sua o-  
stenderet, in illo aduentu suo, Saluato-  
rem mundi se venisse, non iudicem. A  
quo intellectu alienatus impius traditor,  
insurrexit in semetipsum, non iudicio pen-  
itentis, sed furore pereuntis, vt qui vitæ  
autorem interfectoribus vendidisset: in  
augmentum damnationis suæ etiam mo-  
riendo peccaret. Quod ergo falsi testes,  
quod cruenti principes, quod impij sacer-  
dotes, in Domini Iesu Christi mysterio,  
ignauia Præsidis & famulatu imperitæ co-  
hortis egerunt: & detestandum vniuersis  
seculis, & amplectendum fuit. Crux enim  
Domini, sicut in Iudæorum erat mente  
crudelis, ita est in crucifixi virtute mi-  
rabilis. Fuit in vnum populus, & mi-  
seretur omnium Christus. Quod scuitia  
infertur, potestate suscipitur: vt licentia  
facinoris, æternæ opus impleat voluntatis.  
Vnde omnis ordo rerum gestarum, quem  
plenissimè Euangelica narratio percur-  
rit, ita fidelium est accipiendus auditu: vt  
salua fide actionum, quæ tempore Domi-  
nicæ passionis impletæ sunt, intelligamus  
non solum remissionem peccatorum in  
Christo completam, sed etiam formam ius-  
titie esse propositam. Verùm vt hoc dili-  
gentiùs iuuante Domino disseratur, hæc  
sermonis portio in quartam Sabbati serue-  
tur. Aderit vt speramus, gratia Dei, quæ nos  
orantibus vobis faciat promissa complere:

CAP. IV.  
Iudæ def-  
peratio.  
Psal. 102.

Math. 9.  
Luc. 19.

Math. 9.

Ioan. 8.

CAP. V.

Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu Sancto regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo XII. de Passione Domini, Feria quarta.

De virtute ac necessitate mortis Christi, & de eius vera diuinitate & humanitate contra Manichæos, & cur solus filius incarnatus sit.

CAP. I.



MNIA quidem tempora, dilectissimi, Christianorum animos sacramento Dominicæ passionis & resurrectionis exercent, neque vllum nostræ religionis officium est, quo non tam mundi reconciliatio, quàm humanæ in Christo naturæ assumptio celebretur. Sed nunc vniuersam Ecclesiam maiori intelligentia instrui, & spe feruentiore oportet accendi, quando ipsa rerum dignitas, ita sacratorum dierum recursu, & paginis Euangelicæ veritatis exprimitur, vt Pascha Domini non tam præteritum recoli, quàm præsens debeat honorari. In nullo igitur ab iis, quæ ad Crucem Iesu Christi pertinent, fidei nostræ peregrinetur intuitus, & nihil eorum, quæ narratione Euangelij retexuntur, ocioso capiamur auditu: vt quia non defuerunt, nec adhuc defunt, qui veritatem Dominicæ incarnationis impugnent, & quod in vtero virginis matris Mariæ, Verbum caro factum est, quod infans editus, per incrementa corporea, ad perfectæ utilitatis profecit ætatem, quodque crucifixus, mortuus, ac sepultus, die tertia resurrexit, in nostræ quidem imaginis forma, sed non in nostræ carnis adferant gestum esse natura: nos ab Euangelicis & Apostolicis testimoniis nullatenus recedentes, eorum intelligentia roboramur, quorum nos certissima experientia docuerunt: vt piè atque constanter possimus dicere, quoniam in illis & nos eruditi sumus, & quod viderunt, vidimus, & quod didicerunt, didicimus, & quod contrectauerunt, palpauimus. Et ideo in passione Domini non conturbamur, quia in generatione nõ fallimur. Scimus etenim, dilectissimi, & toto corde profitemur, Patris & Filij & Spiritus sancti, vnã esse deitatem, & consubstantialiam sempiternæ Trinitatis essentiam: in nullo à se diuisam, in nullo esse diuersam, quia simul est intemporalis, simul est incommutabilis, simul quod est, esse non desinens. In hac autem ineffabili

1. Ioan. 1.

CAP. II.

vnitate Trinitatis, cuius in omnibus communia sunt opéra atque iudicia, reparationem humani generis propriè filij persona suscepit: vt quoniam ipse est, per quem omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quique plasmatum de limo terræ hominem statu vitæ rationalis animauit, idem naturam nostram ab æternitatis arce deiectam, amissæ restitueret dignitati, & cuius erat conditor, esset etiam reformator, sic consilium suum dirigens in effectum, vt ad dominationem diaboli destruendam magis vteretur iustitia rationis, quàm potestate virtutis. Quia ergo primi hominis vniuersa posteritas vno simul vulnere sauciata corruerat, nec vlla sanctorum merita conditionem poterant illatæ mortis euincere: venit è cælo medicus singularis, multæ sæpè significationibus nunciatus, & prophetica diu pollicitatione promissus: qui manens in forma Dei, & nihil propriæ maiestatis amittens, in carnis nostræ animæque natura, sine contagione antiquæ præuaricationis oriretur. Solus enim beatæ virginis natus est filius absque delicto, non extraneus ab hominum genere, sed alienus à crimine, in quo illius ad imaginem & similitudinem Dei conditi, & perfecta esset innocetia, & vera natura, cum de Adæ propagine vnus existeret, in quo diabolus quod suum diceret, non haberet. Qui dum in eum sauit, quem sub peccati lege non tenuit: ius impiæ dominationis amisit.

Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti, tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad precium, vt si vniuersitas captiuorum in Redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent: Quoniam, sicut Apostolus ait, vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Et cum sub peccati præiudicio nati potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius donum factum est libertatis, quàm debitum seruitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Saluatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati? quo sanguine sint redempti? Quis est, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis? Aut quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quàm quod verus Pontifex altari Crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamvis enim in conspectu Domini multorum sanctorum pretiosa mors fuerit, nullius tamen in fontis occisio, propitiatio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas: & de fidelium fortitudine exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ. Singularis

Fili persona cur incarnata sit. Ioan. 1.

CAP. III. Sanguinis Christi virtus.

Rom. 5.

Ephes. 5.

Psal. 115.

gulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo funere soluit, cum inter filios hominum solus Dominus noster Iesus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sint suscitati. De quibus ipse dicebat, *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum* Fides enim vera iustificans impios & creans iustos ad naturæ suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo se inuenit innocentem. Et quia vnus est mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, per communionem sui generis, ad pacem peruenit deitatis, liberum habens de eius potentia gloriari, qui contra hostem superbum, in carnis nostræ infirmitate congressus, iis victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Cùm ergo in vno Domino nostro Iesu Christo vero Dei atque hominis filio, confitemur diuinam de patre naturam, humanam de matre substantiam, licet Dei Verbi, & carnis vna persona sit, non vna substantia, & vtraque essentia communes habeat actiones: intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, & synceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ prouehatur humilitas infirmitatis, & ad quæ inclinetur altitudo virtutis, quid sit, quod caro sine Verbo non agit, & quid sit, quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia, nec conciperet virgo, nec pareret: & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia, non iaceret. Sine Verbi potentia, non adorarent Magi puerum nouo sydere declaratum: & sine veritate carnis, non iuberetur puer in Ægyptum transferri, quem Herodes cupiebat occidere. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris missa de cælo, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Et sine veritate carnis, non protestaretur Ioannes, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debiliū, & viuificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibus ieiunio, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremò sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem: & sine veritate carnis non idem diceret, Patrem se esse maiorem, cùm Catholica fides vtrumque suscipiat, vtrumque defendat, quæ secundum proprietatem diuinæ humanæque substantiæ, vnum Dei filium & hominem credit & Verbum. Multa sunt, dilectissimi, quæ ad expositionem huius, quam prædicamus, fidei de toto scripturarum corpore, possimus assumere, quia nihil scius di-

uinis commendatur eloquiis, quàm Dei filius secundum deitatem sempiternus ex patre, & idem secundum carnem temporalis ex matre. Sed ne charitatis vestræ fatigeretur auditus, hodierno sermone adhibendus est modus: vt quarta sabbati, quæ sunt adiicienda, seruemus, auxiliante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

### Sermo XIII. de Passione Domini Feria quarta.

*De reparatione hominis ac legalibus sacramentis per Christum completis, de spiritualibus Israëlitis, & vera Christi humanitate.*



VANGELICA lectio, dilectissimi, quæ sacratissimam Dominicæ passionis referauit historiam, ita vniuersæ Ecclesiæ nota est de communi frequenter auditu: vt rerum gestarum ordinem, tanquam sub vestris habitum oculis, singuli quique recolatis. Nec parum æstimandi sunt profecisse, qui de iis, quæ audiunt, non dubitant, vt etiam si nondum liquidè aliquod valeant scripturarum capere sacramentum: firmissimè tamen credant, in diuinis libris nullum esse mendacium. Quia ergo synceræ fidei promissa est intelligentiæ plenitudo, erigat se ad promerendam sancti Spiritus eruditionem, illuminatarum mentium vigor: & non contentus sit facti ordinem nosse, nisi etiam ipsam rationem impensa sibi pietatis inspiciat: vt autorem suum humana natura sciendo, quantum ab eo sit dilecta, plus diligit. Miserendi enim nostri causam Deus nisi in sua bonitate non habuit. Et mirabilior est secunda hominum generatio, quàm prima conditio, quia plus est in nouissimis seculis reparasse Deum quod perierat, quàm à principio fecisse quod non erat. Libertatem itaque innocentæ naturalis, quam primorum parentum præuaricatione perdidimus, nulla per se sanctorum præcedentium merita receperunt: quia lata in transgressores sententia, omnem progeniem captiuæ posteritatis obstrinxit, & nemo extitit exors à damnatione, quia nullus fuit liber à crimine. Sed redemptio Saluatoris destruens opus diaboli, & rumpens vincula peccati, ita magnæ

Reparatio  
hominis  
maior quàm  
creatio.

pietatis suæ disposuit sacramentum : vt A  
 usque ad consummationem quidem munda-  
 multi-  
 di, præfinita generationū \* plenitudo de-  
 curreret, sed renouatio originis, per iustifi-  
 cationem indiscretæ fidei ad omnia retro  
 secula pertineret. Incarnatio quippe Ver-  
 bi, & occisio ac resurrectio Christi vniuer-  
 forum fidelium salus facta est : & sanguis  
 vnus iusti, quem nobis Pater donauit, quia  
 eum pro reconciliatione mundi credimus  
 fufum, hoc contulit patribus, qui similiter  
 credidere fundendum. Nihil ergo, dile-  
 ctissimi, ab antiquis significationibus, in  
 Christiana religione diuersum est, nec vn-  
 quam à præcedentibus iustis, nisi in Domi-  
 no Iesu Christo saluatio sperata est, dispen-  
 sationibus pro diuinæ voluntatis ratione  
 variatis, sed in idipsum conuoluantibus & le-  
 gis testimonio, & prophetiæ oraculis, &  
 oblationibus hostiarum, quia sic congrue-  
 bat illos populos erudiri, vt quæ reuelata  
 non caperent, obumbrata susciperent : &  
 maior Euangelij esset autoritas, cui tot si-  
 gnis torque miraculis atque mysteriis, veteris  
 testamenti paginæ deseruissent. De qui-  
 bus Dominus profitebatur, quod non ve-  
 nerat legem soluere, sed adimplere. Non  
 æstimet sibi prodesse Iudæus, quod in litere  
 carnaliter superficie demoratur, & iis scri-  
 pturis conuincitur repugnare, quæ apud  
 nos veram sui obtinent dignitatem: dum &  
 erudimur prædictis, & ditamur impleris.  
 Dicente enim Domino, *Cum exaltatus fue-*  
*ro, omnia traham ad me*, nihil legalium \* in-  
 structionum, nihil prophetiarum refedit  
 figurarum, quod non totum in Christi sa-  
 cramenta transierit. Nobiscum est signa-  
 culum circuncisionis, sanctificatio charis-  
 matum, cōsecratio sacerdotum. Nobiscum  
 puritas Sacrificij, Baptisti veritas, honor  
 templi vt merito cessarint nūcij, postquam  
 nunciata venerunt. Nec vacuatur reueren-  
 tia promissionum, quia plenitudo manife-  
 stata est gratiarum. Verum, sicut ait Apo-  
 stolus, *Cecitas ex parte in Israël facta est, nec*  
*qui filij carnis, & filij sunt promissionis.* Ineffabi-  
 lis misericordia Dei Israëliticum sibi popu-  
 lum de omnibus nationibus fecit, & sa-  
 xeo illo gentilium cordium rigore molli-  
 to, veros Abraham filios de lapidibus exci-  
 rauit : vt conclusis omnibus sub peccato,  
 qui carne nati sunt, spiritu renascantur,  
 nec interfit, quo patre sit quisque geni-  
 tus, cum per indiscretam huius fidei con-  
 fessionem, & fons baptismatis faciat inno-  
 centes, & electio adoptionis confirmet hæ-  
 redes. Quid enim aliud egit crux Chri-  
 sti, quam vt destructis inimicitis, & recon-

cilietur mundus Deo, & per Sacrificium  
 immaculati agni veram in pacem cuncta  
 reuocentur? Non autem concordat Deo,  
 qui ab ea, quam in regeneratione sua edi-  
 dit, professione dissentit: & diuini imme-  
 mor pacti, inhærere ostenditur renuncia-  
 tis, dum resiliere inuenitur à creditis. Fru-  
 stra enim Christianum sibi nomen vsur-  
 pat, & nequaquam æstimet se Pascha Do-  
 mini celebrare: qui Iesum Christum in  
 ea, qua natus est, & passus, & mortuus,  
 ac sepultus carne, resurrexisse non credit:  
 & nostræ in illo naturæ resuscitatas primi-  
 tias non faceret. Verus itaque venerator  
 Dominicæ passionis sic crucifixum Iesum  
 oculis cordis aspiciat: vt illius carnem suam  
 esse cognoscat. Contremiscat in redemptio-  
 nis sui supplicio terrena substantia, rum-  
 pantur infidelium mentium petrae, & qui  
 mortalitatis grauabantur sepulchris, di-  
 scussa obstaculorum mole prosiliant. Ap-  
 pareant nunc quoque in ciuitate sancta, id  
 est, in Ecclesia Dei, futuræ resurrectionis  
 indicia: & quod gerendum est in corpo-  
 ribus, fiat in cordibus. Nulli infirmorum  
 crucis est negata victoria: nec quisquam est,  
 cui non Christi auxilietur oratio. Quæ si  
 multis in ipsum sæuientibus profuit, quan-  
 to magis eos, qui ad ipsum conuertuntur,  
 adiuuui? Sublata est ignorantia, tem-  
 perata est difficultas, & igneam illam, qua  
 vitæ regio erat inclusa, romphæam, sacer-  
 Christi sanguis extinxit. Veræ luci, antique  
 noctis cessit obscuritas. Inuitatur ad para-  
 disum diuitias populus Christianus, & cun-  
 ctis regeneratis, ad amissam patriam pa-  
 refactus est reditus: si nemo sibi illam  
 viam faciat claudi, quæ fide latronis po-  
 tuit aperiri. Celebrantes igitur, dilectis-  
 simi, Paschalis festi ineffabile sacramen-  
 tum, agnoscamus docente spiritu Dei, ad  
 cuius gloriæ participationem vocati, & ad  
 quam spem sumus ingressi. Nec ita nos  
 nunc anxie, nunc superbe præsentis vitæ  
 occupent actiones: vt non toto cordis affe-  
 ctu conformari Redemptori nostro per  
 illius exempla nitamur. Nihil enim non  
 ad nostram salutem aut egit aut pertulit:  
 vt virtus, quæ inerat capiti, inesset etiam  
 & corpori. Nam primum ipsa illa sub-  
 stantia nostræ in deitate susceptio, qua  
 Verbum caro factum est & habitauit in no-  
 bis, quem hominum misericordix suæ,  
 nisi infidelem reliquit exortem? Et cui non  
 communis natura cum Christo est, si ad-  
 summentem recipit, & eo spiritu est rege-  
 neratus, quo ille progenitus? Deinde  
 quis in illo suas non agnoscat infirmitates?

Vita Chri-  
 stianorum  
 respondere  
 debet ipso-  
 rum pro-  
 fessione.

CAP. II.  
 Fides eadē  
 nostra &  
 antiquorū.

Matth. 5.

Ioan. 12.  
 institutum

Rom. 11.

Rom. 9.

Matth. 3.  
 Rom. 11.

CAP. III.

CAP. IV.

Ioan. 11.

Quis perceptionem cibi, requiescentiam somni, sollicitudinem mœstitudinis, lachrymas pietatis non videat formæ fuisse seruicilis? Quæ quoniam ab antiquis sananda vulneribus, & à colluione erat purganda peccati: ita vnigenitus Dei, etiam hominis factus est filius, vt & omni humanitatis veritate, & diuinitatis plenitudine non careret. Sicut itaque nostrum est, quod cum vnitione deitatis peperit materna virginitas: ita nostrum est, quod Iudaica crucifixit impietas. Nostrum est, quod exanime iacuit, & quod die tertia resurrexit, quòdque super omnes altitudines cœlorum ad dexteram paternæ maiestatis ascendit: vt si per viam mandatorum eius incedimus, & si quæ in humilitate corporea nostræ impendit salutem, non erubescimus confiteri: Nos quoque in gloriæ eius consortium prouehamur, quoniam manifestè, quod denūciavit implebitur: *Omnia qui confitebitur me coram hominibus, & ego confitebor eum coram patre meo, qui in cœlis est.* Huic autem cohortationi nostræ adest, atque auxiliatur gratia Dei, quæ incarnationis Christi & mortis ac resurrectionis eius inimicos, reuelata per omnes Ecclesias veritate destruxit: vt totius mundi fideles, cum Apostolica fidei autoritate concordem vna nobiscum exultatione gauderent, dicente beato Paulo Apostolo, An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consecrati enim sumus cum ipso per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complaciti facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc sciētes quia verus homo noster simul crucifixus est, vt destruat corpus peccati, vt ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum illo, Qui vivit & regnat cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

### Sermo XIII. de Passione Domini.

De modo redemptionis generis humani, atque fidei Ecclesieque vnitate & imitatione Christi.

CAP. I.



L O R I A, dilectissimi, Dominicæ passionis, de qua nos etiam hodie locuturos esse promisi-

mus, humilitatis maxime est miranda mysterio: quæ omnes nos & redemit & docuit: vt vnde datum est precium, inde & iustitia sumeretur. Omnipotentia enim filij Dei, qua per eandem essentiam æqualis est patri, potuisset humanum genus à dominatu diaboli, solo imperio suæ voluntatis erueri: nisi diuinis operibus maxime congruisset, vt nequitie hostilis aduersitas, de eo quod vicerat, vinceretur, & per ipsam materiam naturalis repararetur libertas, per quam generalis fuerat illata captiuitas. Dicente autem Euangelista, quod *Verbum caro factum &*

Ioan. 1.

*habuit in nobis, & dicente Apostolo, quod Deus erat in Christo, mundum recon-*

1. Cor. 5.

*uilians sibi: ostensum est, quia Vnigenitus summi Patris tale inuit cum humana humilitate consortium, vt suscepta nostræ carnis animæque substantia, vnus atque idem Dei filius permaneret, nostræ augendo, non propria, quia infirmitas erat prouehenda, non virtus: vt cum suo Creatore, creatura esset vnita, nihil assumpto diuinum, nihil assumpti deesset humanum. Hoc consilium misericordie & iustitiae Dei, licet in prateritis seculis, quibusdam velaminibus fuerit obumbratum, non tamen ita obsecum*

CAP. II.

*est, vt Sanctorum, qui ab initio vsque ad aduentum Domini laudabiles extiterunt, intellectui negaretur: cum & Propheticeis verbis, & rerum gestarum significationibus, salus quæ in Christo erat ventura, promissa sit, quam non solum qui prædicabant, adepti sunt, sed omnes etiam, qui prædicantibus crediderunt. Vna enim fides iustificat vniuersorum*

Fides vni

saluatorum.

1. Tit. 2.

*temporum sanctos, & ad eandem spem fidelium pertinet, quicquid per mediatorum Dei & hominum Iesum Christum, vel nos confitemur factum, vel patres nostri adoprauerunt faciendum. Nec inter Iudæos atque Gentiles vlla est distinctio: Siquidem sicut ait Apostolus, *Circumcisio nihil est, & preputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei, quæ si cum integritate fidei seruentur, veros Abraham filios, id est, perfectos faciunt Christianos, dicente eodem Apostolo, Quicumque enim in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vnum estis in Christo. Si autem vos Christi, ergo Abraham semen estis, secundum promissionem heredes. Non ergo est dubium, dilectissimi, naturam humanam in tantam connexionem à**

Rom. 2.

1. Cor. 7.

Galat. 3.

CAP. III.

filio Dei esse susceptam, ut non solum in A  
 illo homine, qui est primogenitus totius  
 creaturæ, sed etiam in omnibus sanctis suis  
 vnus idemque sit Christus: & sicut à mem-  
 bris caput, ita à capite membra diuidi  
 non possunt. Quamuis enim non istius  
 vitæ sit, sed æternæ, ut sit Deus omnia  
 in omnibus: tamen etiam modò templi  
 sui, quod est Ecclesia, indiuisus habita-  
 tor est, secundum quod ipse promisit di-  
 cens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus  
 usque ad consummationem seculi.* Quibus  
 Apostolus consonans ait: *Ipse est caput cor-  
 poris Ecclesia, qui est principium, primogenitus  
 ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum ten-  
 ens, quia in ipso complacuit omnem plenitudi-  
 nem diuinitatis habitare, & per eum reconcilia-  
 ri omnia in ipso.* His autem & aliis pluri-  
 bus exemplis & testimoniis quid insinua-  
 tur cordibus nostris: nisi ut per omnia  
 ad imaginem eius renouemur, qui per-  
 manens in forma Dei carnis peccati for-  
 ma fieri dignatus est? Omnes enim in-  
 firmitates nostras, quæ veniunt de pec-  
 cato, absque peccati communionem sus-  
 cepit: ut & famis, & sitis, & somni, &  
 lassitudinis, mœroris, ac fletus affectio-  
 nibus non careret, dolorisque sæuissim-  
 os, usque ad mortis extrema patere-  
 tur: quia nemo posset laqueis mortalita-  
 tis absolui, nisi ille, in quo solo innocens  
 erat natura omnium, sineret se interfici  
 manibus impiorum. Vnde Saluator noster  
 Dei filius, vniuersis in se credentibus, &  
 sacramentum condidit, & exemplum: ut  
 vnum apprehenderent renascendo, alter-  
 um sequerentur imitando. Hoc enim  
 docet beatus Petrus Apostolus, dicens:  
*Christus passus est pro nobis, vobis relinquens  
 exemplum, ut sequamini vestigia eius. Qui  
 peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in  
 ore eius. Qui cum malediceretur, non maledi-  
 cebat: cum pateretur, non comminabatur. Trade-  
 bat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nos-  
 tra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut  
 peccatis mortui, iustitiæ viuamus.* Sicut ergo  
 nemo est credentium, dilectissimi, cui dona  
 neganda sint gratiæ, ita nemo est, qui non  
 sit Christianæ debitor disciplinæ: quia et si  
 remota est iustitiæ legis asperitas, volun-  
 tariæ tamen obseruantix creuit utilitas,  
 dicente Euangelista Ioanne: *Quia lex per  
 Moysen data est, gratia autem & veritas, per Ie-  
 sum Christum facta est.* Omnia enim quæ se-  
 cundum legem, siue in circuncisione car-  
 nis, siue in diuersitatibus hostiarum, siue in  
 sabbati obseruantia præcesserunt, Chri-  
 stum restituta, Christi sunt gratiam præ-  
 locuta. Et ipse est finis legis, non euacuan-  
 do significationes ipsius, sed implendo.  
 Qui licet idem sit autor veterum, qui no-  
 uorum, figuratarum tamen promissionum  
 sacramenta mutauit: quia promissa perfe-  
 cit, & denunciationibus cessationem im-  
 posuit, quoniam denuntiatus aduenit. In  
 præceptis autem moralibus nulla prioris  
 testamenti decreta reprobata, sed Euange-  
 lico magisterio multa sunt aucta: ut perfe-  
 ctiora & lucidiora essent dantia salutem,  
 quam promittentia Saluatorem. Omnia  
 igitur, quæ Dei filius ad reconciliatio-  
 nem mundi & fecit & docuit, non in histo-  
 ria tantum præteritarum actionum noui-  
 mus: sed etiam in præsentium operum vir-  
 tute sentimus. Ipse est, qui de Spiritu san-  
 cto ex matre editus virgine incontamina-  
 tam Ecclesiam suam eadem inspiratione  
 fecundat: ut per baptismatis partum, in-  
 numerabilis filiorum Dei multitudo gi-  
 gnatur, de quibus dicitur: *Qui non ex san-  
 guinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex  
 voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Ipse est  
 in quo semen Abraham: & fit patriarcha  
 adoptione benedictur: & fit patriarcha  
 gentium pater, dum promissionis filij, fide,  
 non carne nascuntur. Ipse est, qui nul-  
 lius gentis exceptionem faciens, de omni  
 natione, quæ sub cælo est, vnum sancta-  
 rum ouium efficit gregem, & quotidie  
 implet, quod promiserat, dicens, *Habeo  
 & alias oves quæ non sunt ex hoc ouili, & illas  
 oportet me adducere, & vocem meam audient,  
 & erit vnus grex, & vnus pastor.* Quamuis  
 enim beato Petro principaliter dicat,  
*Pasce oves meas:* ab vno tamen Domino,  
 ipsa omnium regitur cura pastorum, &  
 venientes ad petram tam lætis tamque  
 irriguis pascuis alit, ut innumeræ oues di-  
 lectionis pinguedine roboratæ, sicut bo-  
 nus pastor dignatus est pro ouibus suis  
 animam ponere, ita & ipse non dubitent pro  
 nomine pastoris occumbere. Ipse est enim,  
 cui non solum gloriosa Martyrum fortitudo,  
 sed etiam omnium renascendum fides in ip-  
 sa regeneratione compatitur. Dum enim  
 renunciatur diabolo, & creditur Deo, dum  
 in nouitatem à vetustate transitur, dum ter-  
 reni hominis imago deponitur, & cœlestis  
 forma suscipitur: quædam species mortis  
 & quædam similitudo resurrectionis in-  
 teruenit, ut susceptus à Christo, Chri-  
 stumque suscipiens, non idem sit post la-  
 uacrum, qui ante baptismum fuit, sed  
 corpus regenerati fiat. caro crucifixi.

Rom. 10.

Præcepta  
moralia  
veteris le-  
gis per  
Christum  
abrogata  
non sunt.

Ioan. 1.

Genes. 22.

Ioan. 10.

Ioan. 21.

Ioan. 10.

1. Ioan. 2.

Hæc commutatio, dilectissimi, dextræ est A lem. Quamuis ergo ab illo initio, quo in excelsi, qui operatur omnia in omnibus, ut singulis fidelibus per bonæ conuersationis qualitatem, ipsum pium operum intelligamus autorem, gratias agentes misericordiz Dei, qui innumeris charismatum donis ita vniuersum Ecclesiæ corpus exornat: ut per multos vnus luminis radios idem vbi- que splendor appareat, nec possit nisi gloria esse Christi, cuiuslibet meritum Christiani. Hoc est illud verum lumen, quod omnetur hominem iustificat & illustrat. Hoc est illud, quod eruit de potestate tenebrarum, & transfert in regnum filij Dei. Hoc est, quod per nouitatem vitæ desideria animi prouehit, & concupiscentias carnis extinguit. Hoc est, quod Pascha Domini in azymis sinceritatis & veritatis legitime celebratur: dum fermento veteris malitiæ abiecto, noua creatura de ipso Domino inebriatur & pascitur. Non enim aliud agit participatio Corporis & Sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transeamus: & in quo mortui & consepulti & conresuscitati sumus, ipsum per omnia & spiritu & carne gestemus, dicente Apostolo: *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.* Qui cum Patre & sancto Spiritu viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

### Sermo XV. de Passione Domini.

*De vera Christi humanitate, patientia in morte, obcecatione Iudæorum, & Manichæorum perfidia.*

CAP. I.



ERMONEM, dilectissimi, de gloriosa Domini nostri Iesu Christi passione promissum, ita expectationi vestræ intelligo esse reddendum: ut officium differendi, & festo Paschali conueniat, & ausibus impij erroris occurrat. Qui enim Dei filium veram nostræ carnis negant suscepisse naturam, inimici sunt fidei Christianæ, & Euangelicam prædicationem nimis impudenter impugnant: ut secundum ipsos Crux Christi, aut simulatio fuerit phantasmatis, aut supplicium deitatis. Quod à cordibus piorum longè est repellendum: quia Catholica integritas, nec maculam perfidiz, nec rugam potest habere mendacij, quæ vnum Christum, sicut Deum, sic hominem confitetur: ut nec falsum hominem, nec Deum dicat fuisse passibi-

lem. Quamuis ergo ab illo initio, quo in vtero virginis Verbum caro factum est, nihil vnquam inter diuinam humanamque substantiam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corpora vnus personæ fuerint totius temporis actiones: ea ipsa tamen quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus. Sed quid cuius naturæ sit, ex operum qualitate sentimus: nec diuina enim humanis præiudicant, nec humana diuinis, cum ita in id ipsum vtraque concurrant, ut in eis nec proprietas assumatur, nec persona gemineretur. Transcurtis igitur iis, quæ passionem Domini præcelsent, quid documentorum habeat sacramentum Paschale tractemus. Nam exarscens ad effectum sui sceleris sancti Iudæorum, cum Deus esset in Christo mundum reconcilians sibi, nulla vis templo corporis eius, nisi ipse permitteret, potuisset inferri. Siquidem terribilis militum cohors illa, & à principibus & Pharisæis missa cum gladiis & fustibus multitudo, ita vna Domini voce percussa est, ut cum turbæ dixissent Iesum se querere Nazarenum, & ipse respondisset, *Ego sum*, nemo eorum subsisteret, sed omnes simul amisso membrorum officio, retrorsum acti elisique corruerent. In quo vtiq; diuinæ erat potestatis indicium: quæ impiorum conatus, non armis contrariis, neque vllius creaturæ potentis auxilio, sed sola verbi virtute prosterneret. Quia verò saluando humano generi alterius operis ratio congruebat, nec posset sanguis Christi, precium credentium fieri, si redemptor se non sineret comprehendere: admisit in se impias manus, & cohibita est potentia deitatis, vt perueniret ad gloriam passionis. Cuius vtiq; inanis fuisset species, & nulli profutura imago tolerantiz, nisi vera diuinitas veris se humanæ carnis sensibus induisset: ut vnus Dei arque hominis filius, aliunde intemerabilis, aliunde passibilis, mortale nostrum per suum immortale renouaret. Et ideo mæstitudine, ideo formidine non carebat: ut ad cuicundas huius mundi perturbationes, non solum nos sacramento susceptionis, sed etiam exemplo fortitudinis roboraret. Nā iniusta videretur eius ad patientiam cohortatio, cui nulla esset in nostra infirmitate communitio. Veras autem Domini passionis Esaias Propheta ipse voce pronunciat, dicens: *Dorsum meum dedi in flagella, & maxillas meas in palmas, vultum autem meum non auerti à confusione spitorum.* Quod itaque Verbum caro patiebatur, non Verbi poena erat, sed carnis: cuius iniurie

H iij.

Coloss. 1.

1. Cor. 5.

Corporis &amp; Sanguinis Domini perceptio quid efficiat.

Coloss. 3.

Cap. 11.

1. Cor. 5.

Ioan. 18. Potentiam suam non semper in passione Christus voluit ostēdere.

Cap. 11.

Esa. 50.

Ioan. 1.

atque supplicia, etiam ad impassibilem re-  
 dundabant, ut merito ei dicantur illata, quæ  
 in ipsius sunt corpus admissa, dicente Apo-  
 stolo: *Si enim cognouissent, nunquam Dominum  
 gloria crucifixissent.* Obsecrati enim Iudæi  
 malitia sua, in quod prorupissent facinus,  
 nesciebant. Vnde misericors Dominus Ie-  
 sus, qui etiam interfectores suos vellet  
 sua morte saluare, pro ignorantia sciuen-  
 tium, de Crucis altitudine supplicabat, di-  
 cens: *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faci-  
 unt.* Nec intellectu enim cordis, nec  
 auditu auris, nec oculorum intuitu sentie-  
 bant, quam falsis testimoniis appetissent,  
 quem affigi patibulo coegissent: dum in cor-  
 pore hominis non agnoscunt substantiam  
 deitatis. Viderunt humilem, & non adora-  
 uerunt vniuersitatis autorem, nec intellex-  
 erunt potestatem iudicari, despicientes  
 mansuetudinem iudicari: ut persecutores  
 veri Dei & negatores veri hominis, vna im-  
 pietas sociaret: dum serui formam in Chri-  
 sto, & Iudæi aestimant solam, & hæretici af-  
 ferunt falsam. Dicant ergo isti phantasti-  
 ci Christiani, quæ substantia Saluatoris af-  
 fixa sit ligno, quæ iacuerit in sepulchro, &  
 reuoluto monumenti lapide, quæ tertia die  
 caro resurrexerit, vel quale corpus Iesus  
 discipulorum visui, clausis ad eos ostiis in-  
 gressus, intulerit, cum ad abigendum cer-  
 nentium diffidētiam, inspicere oculis, digitis-  
 que tractari, patentes adhuc fixuras clauo-  
 rum, & recens compuncti lateris vulnus,  
 exegerit. At si tanta in luce veritatis tene-  
 bras suas hæretica obduratio non relinquit,  
 ostendant, vnde sibi spem vitæ pollicantur  
 æternæ, vnde resurrectionis Christi se cre-  
 dant esse cōsortes. Non enim possunt cum  
 Apostolo dicere, *Christus resurrexit à mortuis,  
 primitiæ dermientium:* quia non sunt primi-  
 tiæ hominum, si non sunt de humanæ stir-  
 penaturæ. Qui enim primus hominum re-  
 surrexit, eius plenitudinis est portio, quæ  
 præcessit: & piè creditur hoc quod est in  
 capite inchoatum, in membris quoque esse  
 complendum. Quia sicut in Adam omnes  
 moriuntur, ita & in Christo omnes viuifi-  
 cabuntur. Amplectentes igitur, dilectissimi,  
 Christianæ \* spei vnicum pignus, non di-  
 uellamur à compage corporis Christi, *In  
 quo habitat,* sicut Apostolus ait, *omnis pleni-  
 tudo diuinitatis corporaliter:* Et est in illo re-  
 pleti. Nam cum incorporea sit substantia  
 Dei, quomodo corporaliter in Christo ha-  
 bitat, nisi quia caro nostri generis, facta  
 est caro deitatis, & in illo sumus Deo reple-  
 ti, in quo crucifixi, in quo sepulti, in quo  
 sumus etiam suscitati, ut possimus cum

A Apostolo dicere, *Nostra autem conuersatio in  
 celis est?* Vnde etiam Saluatorem expecta-  
 mus Dominum nostrum Iesum Christum,  
 Qui reformabit corpus humilitatis no-  
 stræ conforme fieri corpori gloriæ suæ, vi-  
 uens & regnans cum Patre & cum Spiritu  
 sancto in secula seculorum, Amen.

### Sermo XVI. de Passione Domini, die Dominico.

De passione Christi per Prophetas præ-  
 nunciata, Iudæorum inexcusabilitate,  
 Iudæi scelere & Christi querela in cruce.



EMPER quidem, dilectissimi  
 mi, fidelium mentes in diuino  
 operum decet admiratione  
 versari: & rationales animos  
 iis maximè cogitationibus inhzere, per  
 quas incrementum fidei consequantur.  
 Cum enim in pia cordis intentio, vel ad  
 generalia beneficia, vel ad specialia ipsius  
 gratiæ dona dirigitur: multas à se vanitates  
 abigit, & à corporalibus curis in quoddam  
 secretum spiritale secedit. Sed hoc in tem-  
 pore Dominiæ passionis, multo auidius ex-  
 cellentiisque faciendum est: ut ea quæ sa-  
 cris sunt lectionibus recensita, sanæ intelli-  
 gentiæ suscipiantur auditu, & quæ magna  
 sunt verbis, appareant maiora mysteriis.  
 Prima namque erigendi sursum nostri cor-  
 dis est ratio, quod ea quæ etiam Euangelica  
 veritas enarrauit, voces Prophetiæ non tan-  
 quam gerenda, sed tanquam gesta cecine-  
 runt. Et quod humanæ aures nondum co-  
 gnouerant faciendum, iam Spiritus prædi-  
 cabat impletum. Nam rex Dauid, cuius se-  
 cundum hominem semex est Christus, die  
 crucis Domini mille & plus quam centum  
 annorum ætate præcessit, & nihil eorū sup-  
 pliciorum, quæ sibi memorat illata, perpe-  
 sus est. Sed quia per os eius ille loquebatur,  
 qui carnem passibilem ex ipsius stirpe erat  
 sumpturus, merito sub ipsius persona præ-  
 mititur historia crucis, qui in se gerebat  
 corpoream originem Saluatoris. Verè enim  
 Dauid in Christo est passus, quia verè Iesus  
 in Dauid est carne crucifixus. Cum ergo  
 omnia, quæ in Christi Iudaica admisit im-  
 pietas, tanto antè prædicta sint, ut non tã de  
 futuris quã de præsentibus propheticus sit  
 sermo cōtextus: quid aliud nobis, quã sem-  
 piternarum dispositionū Dei incōmutabilis  
 ordo referatur, apud quæ, & discernēda iam  
 diiudicata, & futura iã facta sunt? Cum enim

Cor. 2.

Lucæ 22.

CAP. IV.

Ioan. 20.  
Luc. 24.

1. Cor. 15.

Ibidem.

1. Cor. 15.  
CAP. V.  
fidei.

Colos. 2.

Prophete  
locuti sunt  
futura ut  
præterita.  
Rom. 1.  
Math. 1.

CAP. II.

& qualitates actionum nostrarum, & effectus omnium voluntatum, scientia diuina præueniat: quanto magis nota Deo sunt opera sua? Et rectè placuit, quasi facta recoli, quæ non poterant omnino non fieri. Vnde & Apostoli spiritu Dei pleni, cum inimicorum Christi minas sciriãtiamque pate-rentur, concordia ad Deum voce dixerunt:

Acto. 4.

Iudæi in-  
cusabiles in  
passione  
Christi.

*Conauerunt enim verè in ciuitate ista aduersus puerum tuum Iesum, quem vnixisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Is-raël facere quæ manus tua. & consilium tuum decreuerunt fieri.* Nunquid iniquitas perse-quentium Christum ex Dei est orta con-silio? & illud facinus quod omni maius est crimine, manus diuinæ præparationis

CA. 2. III.

armauit. Non hoc planè de summa iustitia sentiendum est: quia multum diuersum multumque contrarium est, id quod in malignitate Iudæorum est præcognitum, & quod in Christi est passione dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, vnde moriendi: nec de vno exitit spiritu atrocitas sceleris, & tolerantia Redemptoris. Non enim impias furentium manus im-misit in se Dominus, sed admisit, nec præ-faciendum quod faciendum esset, coëgit vt fieret, cum tamen ad hoc carnem susce-pisset, vt fieret. Denique inter crucifi-  
fixum & crucifigentes tam dispares causæ sunt: vt quod à Christo susceptum est, non possit resolui, quod ab illis commis-  
sum, possit aboleri. Qui enim venit pec-  
catores salutis facere, nec ipsis quidem  
interfectoribus suis misericordiam dene-  
gavit, sed impiorum malum in bonum  
credentium commutauit: vt mirabilior  
fieret gratia Dei, non secundum merita  
hominum, sed secundum multitudinem  
diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei mi-se-  
ricorditer præparata: quando & ipsos qui  
fuderant sanguinem Saluatoris, recipe-  
ret vnda baptismatis. Nam sicut scrip-tura, quæ Apostolorum actus continet, lo-  
quitur: Cum prædicatio beati Petri Apo-  
stoli Iudæorum corda compungeret, & ag-  
nita impietate sui sceleris dicerent, *Quid fa-  
ciemus viri fratres?* idem Apostolus ait: *Pæni-  
tentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum  
in nomine Iesu Christi, in remissionem peccato-  
rum vestrorum, & accipietis donum Spiritus san-  
cti. Vobis est enim facta re promissio & filiis ve-  
stris, & omnibus qui longè sunt, quoscunque  
aduocauerit Dominus. Deus noster. Moxque  
addidit Scriptura, & dixit: Qui ergo rece-  
perunt sermonem eius, baptizati sunt, & ap-  
positæ sunt in illo die anime circiter tria mi-  
lia. Quod itaque Dominus Iesus Chri-*

Marth. 9.

Aq. 2.

Ibidem.

stus furorem frementium pati voluit, in nullo autor eorum criminum fuit. Nec egit, vt hæc vellent, sed cessit, vt possent: & sic v-  
sus est obsecratæ plebis infania, quomodo  
& perfidia traditoris, quem ab immanitate  
concepti secleris, & beneficiis est reuoca-  
re dignatus & verbis, assumendo in discipu-  
lum, prouehendo in Apostolum, monendo  
signis, consecrando mysteriis, vt cui nihil  
beneuolentiæ deesset ad correctionem, ni-  
hil occasionis superesset ad crimen.

Sed tu impiissime homo, semen Chanaan & non Iuda, nec iam vas electionis, sed fi-  
lius perditionis & mortis, viliora tibi dia-  
boli incitamenta credebas: vt facibus in-  
flammatum auaritiæ, ad triginta argenteo-  
rum lucrum inardesceres, & quid diuitia-  
rum amitteres, non videres. Nam etsi pu-  
tabas credendum esse promissis: quæ fuit  
ratio, vt tantillus pecuniæ modus præpo-  
neretur acceptis: Imperabas dæmonis, &  
medebaris infirmis, honorabaris cum Apo-  
stolis, & vt finem tuæ cupiditatis expleres,  
patebant tibi furta de loculis. Sed animum  
interdictorum admonitum, quod minus  
licuit, amplius incitauit, nec tam placuit  
quantitas precij, quàm magnitudo peccati.  
Vnde facinus commercij tui non ideo de-  
testandum est, quia Dominum viliter æsti-  
masti: sed quia Redemptorem etiam tuum,  
ne tibi parceres, vendidisti. Et meritò tibi  
tua pœna commissa est: quia in supplicium  
tuum nemo te sciriõr potuit inueniri. Quod

CAP. IV.  
Daniel. 3.

igitur in tempore præstituto, secundum  
propositum voluntatis suæ Iesus Christus  
crucifixus & mortuus & sepultus est: non  
propriæ conditionis necessitas, sed nostræ  
captiuitatis redemptio fuit. Ideo enim Ver-  
bum caro factum est, vt de vtero virginis su-  
meretur natura passibilis, & quod in filium  
Dei non potuit perpetrari, in filium homi-  
nis posset admitti. Nam licet in ipso ortu  
coruscarent in eo signa deitatis, & omnia  
incrementa corporalium prouectuum di-  
uinis essent plena miraculis: infirmitatum  
tamen nostrarum susceperat veritatem, &  
excepta communionem peccati, nihil à se hu-  
manæ infirmitatis excluderat, & sua no-  
bis inferret, & in se nostra curaret. Ab om-  
nipotenti enim medico duplex nobis mi-  
seris remedium præparatum est, cuius aliud  
est in sacramento, aliud in exemplo, vt per  
vnum conferantur diuina, per aliud erigan-  
tur humana. Quia sicut Deus iustificationis  
est autor, ita homo deuotionis est debitor.

Per hanc ergo, dilectissimi, salutis nostræ  
ineffabilem reparationem, nec superbiz  
nobis nec desidiz locus relinquatur: quia

CAP. VI.

nihil habemus, nisi quod accepimus, & iugiter admonemur ut dona gratiæ Dei, non negligenter habeamus. Iuste enim nobis instat præcepto, qui præcurrit auxilio: & benignè incitat ad obedientiam, qui ducit ad gloriam. Vnde meritò Dominus ipse nobis factus est via, quia nisi per Christum non itur ad Christum. Per ipsum autem ad ipsum tendit, qui per semitam patientiæ & humilitatis eius incedit: in quo planè itinere, nec æstus deest laboris, nec nubes tristitiæ, nec procella formidinis. Ibi sunt insidiæ iniquorum, persecutiones infidelium, minæ potentium, contumeliæ superbiorum: quæ Dominus virtutum & rex gloriæ ideo omnia in infirmitatis nostræ forma, & in carnis peccati similitudine percurrit, ut inter præsentis vitæ pericula, non tam optandum sit nobis declinâdo ista effugere, quàm tolerando superare. Inde est, quod caput nostrum Dominus Iesus Christus, omnia in se corporis sui membra transformans, quod olim in Psalmo cruciatauerat, id in supplicio crucis sub redemptorum suorum voce clamabat: *Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?* Vox ista, dilectissimi, doctrina est, non querela. Nam cum in Christo, Dei & hominis vna persona sit, nec ab eo potuerit relinqui, à quo non poterat separari, pro nobis trepidis & infirmis interrogat, cur caro pati metuens exaudita non fuerit. Instante enim passione, ad sanandum & corrigendum nostræ fragilitatis metum dixerat: *Pater, si possibile est, transcat calix iste à me.* Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et iterum: *Pater, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.* Qui ergo trepidatione carnis euicta, iam ad paternam transierat voluntatem, & toto mortis terrore calcato, opus suæ constitutionis implebat: cur in ipso tantæ victoriæ exaltatus triumpho, causam & rationem, qua sit relictus, id est, non exauditus, inquirat: nisi ut ostendat alium esse illum affectum, quem ad humanæ formidinis excusationem recepit, alium illum, quem ex æterno placito patris pro mundi reconciliatione prælegit? Vnde ipsa vox non exauditi, magni est expositio sacramenti, quòd nihil humano generi conferret. Redemptoris potestas, si quod petebat, nostra obtineret infirmitas. Hæc hodie, dilectissimi, ne vos prolixitate sermonis oneremus, dicta sufficiant. Cætera in quartam sabbati differamus. Aderit Dominus orantibus vobis, ut quæ soluenda promittimus, ipso largiente reddamus, *Qui vivit & regnat in secula seculorum, Amen.*

A Sermo XVII. de Passione Domini, feria quarta.

*De vera Christi diuinitate ac humanitate, & clamore eius in cruce, fide que Centurionis.*



ERM O proximus, dilectissimi, cuius vobis promissam restituere cupimus portionem, in differendi ratione processerat, ut de illa clamantis ad patrem crucifixi Domini voce loqueremur: ne simplex & incuriosus auditor ita acciperet verba dicentis, *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?* tanquam fixo Iesu in Crucis ligno, paternæ ab eo deitatis omnipotentia recessisset, cum in tantam vnitatem Dei & hominis natura conuenerit, ut nec supplicio potuerit dirimi, nec morte disurgere. Manente enim in sua proprietate utraque substantia, nec Deus reliquit sui corporis passionem, nec Deum fecit caro passibilem: quia diuinitas, quæ erat in dolente, non erat in dolore. Vnde secundum Verbi hominisque personam, idem est, qui factus est inter omnia, & per quem facta sunt omnia. Idem est, qui impiorum manibus comprehenditur, & qui nullo sine concluditur. Idem est, qui clavis configitur, & qui nullo dolore sauciatur. Idem postremò est, qui mortem subiit, & sempiternus esse non desit: ut vtrunque signis non dubiis manifestetur, quod vera sit in Christo humanitas, & vera maiestas: quia ideo se humanæ infirmitati virtus diuina conseruit, ut dum Deus sua facit esse quæ nostra sunt, nostra faceret esse, quæ sua sunt. Non ergo aberat à patre filius, nec à filio pater: & illa deitas incommutabilis & inseparabilis Trinitas, nihil sui poterat à se habere discretum. Quamuis enim susceptæ incarnationis dispensatio ad vnigenitum Dei filium propriè pertineret, sic tamen pater non abiungebatur à filio, quemadmodum caro non diuidebatur à Verbo. Ideo ergo Iesus voce magna clamabat, dicens, *Quare me dereliquisti?* ut notum omnibus faceret, quare oportuerit eum non erui, non defendi, sed scruentium manibus derelinqui, hoc est Saluatorem mundi feri, & omnium hominum Redemptorem, non per miseriam, sed per misericordiam, nec amissione auxilij, sed definitione moriendi. Quæ verò illic vitæ intercessio sentienda est, ubi anima & potestate est emissa, & potestate reuocata? Dicit enim beatus Apосто-

1. Cor. 4.

Ioh. 14.

Psal. 23.  
Rom. 8.

CAP. VII.

Psal. 21.

Matth. 26.

CAP. X.

Psal. 21.

CAP. 21.

Cur Christi

clama-

rit in cruce.

Matth. 27.

Rom. 8.  
Ephes. 5.

lus, quod *Pater filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.* Et iterum dicit: *Quoniam Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret.* Vnde tradi Dominum passioni, tam fuit paternæ quàm ipsius voluntatis: ut eum non solum pater relinqueret, sed etiam ipse se quadam ratione desereret, non trepida discessione, sed voluntaria cessione. Continuit enim se ab impiis crucifixi potestas: & ut dispositione vteretur occulta, ut noluit virtute manifesta. Nam qui mortem & mortis autorem sua venerat passione destruere, quomodo peccatores saluos faceret, si persecutoribus repugnaret? Iudæorum igitur hoc fuerat, dilectissimi, ut Iesum crederent à Deo relin-ctum, in quem tanto scelere scire potuissent, qui sacramentum mirabilis patientiæ nescientes, sacrilega illusionem dicebant:

Matth. 27.

*Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israël est, descendat nunc de cruce, & credimus ei.* Non vestræ cæcitatæ arbitrio, stulti scribæ & impij sacerdotes, ostendenda erat potentia Saluatoris, nec secundum preces blasphemantium linguarum humani generis redemptio debebat omitti: cum si deitatem filij voluissetis agnoscere, innumera opera eius videretis, quæ vos ad eam, quam fallaciter promittitis fidem, confirmare debuerint. Si autem, ut ipsi profitemini, verum est, quod alios saluos fecit: cur illa tot & tanta miracula, quæ sub publico facta sunt conspectu, in nullo cordis vestri duritiam mollierunt: nisi quia ita semper sancto Spiritui restitistis, ut omnia vobis beneficia Dei in perniciem verteretis? Nam etiam si descenderet Christus de cruce, vos tamen hareretis in crimine.

Cap. 11.

Spreta ergo sunt vanæ insultationis opprobria, & misericordiam Domini perditam & collapsam reparantem, nullæ contumeliæ, nulla conuita à sui via propositi remouerunt. Offerebatur enim Deo pro salute mundi, hostia singularis, & occisio Christi veri agni, per tot secula prædicata, promissionis filios in libertatem fidei transferebat.

Heb. 9.

Confirmabatur quoque testamentum nouum, & Christi sanguine æterni regni scribebantur hæredes. Ingrediebatur summus Pontifex sancta sanctorum, & ad exorandum Deum immaculatus sacerdos per velum suæ carnis intrabat. Denique ad eum tunc à lege ad Euangelium, à synago-

Veli templi  
mysterium.

ga ad Ecclesiam, à multis sacrificiis ad vnam hostiam, quæ Deus est, euidenter est facta translatio: ut emittente spiritum Domino, velum illud mysticum, quod templi penetralia sanctumque secretum suo intercludebat obiectu, à summo vsque ad imum ut subdita scinderetur. Quoniam figuras veritas auferebat, & superflui erant nuncij sub præsentia nunciati. Adiciebatur iis elementorum omnium tremenda commotio, & autoribus crucis Christi ipsa se naturæ officia subtrahebant. Cumque custos supplicij Centurio territus iis quæ viderat, diceret: *Verè filius Dei erat homo iste*, impietatem tamen Iudaicam, monumentis & peccatis omnibus duriorem, nulla proditur mitigasse compunctio, ut appareat paratiores ad intelligendum filium Dei tunc fuisse Romanos milites, quàm Israëliticis sacerdotes. Quia ergo Iudæi omnium sacramentorum sanctificatione priuati, lucem sibi in tenebras, & in luctum festa verterunt, nos dilectissimi, effusam super omnes gentes gratiam Dei, \* procliuius corporibus atque animis adoremus, obsecrantes misericordem Patrem & diuitem Redemptorem, ut de die in diem, auxilio eius adiuti, omnia vitæ huius pericula possimus effugere. Adest enim callidus vbique tentator, & nihil vacuum à suis relinquit insidiis. Cui auxiliante misericordia Dei, quæ nobis inter omnia aduersa præstenditur, fidei semper est constantia resistendum: ut quamuis impugnare non desinat, neminem tamen, quem expugnet, inueniat. Pro sine omnibus, dilectissimi, religiosè celebrata ieiunia, & continentia utilitas, quam & animis & corporibus probauimus congruentem, nullis corrumpatur excessibus. Quæ enim ad sobrietatem & parsimoniam pertinent, ideo diligentius in iis sunt celebrata diebus, ut de breui studio in longam consuetudinem mitterentur: & siue in operibus misericordiæ, siue in studio parsimoniam, nullum à fidelibus vacuum tempus habeatur, quoniam vbique in accessu dierum & cursu temporum, lucra debemus facere operum, non damna meritorum. Pius autem studiis & religiosis animis aderit misericordia Dei, ut quod fecit concupisci, faciat obtineri: Qui viuere & regnare cum Domino nostro Iesu Christo, filio suo, & cum sancto Spiritu in secula seculorum, Amen.

Matth. 27.

Centurio-  
nis fides.  
Iudæorum  
duritia.

CAPUT III.

prociuis.

D

Sermo XVIII. de Passione  
Domini.

*De figuris veteris testamenti in passione  
Domini referatis, & sacramento re-  
demptionis humani generis diabolo &  
Iudeis abscondito, ac de vitandis here-  
ticorum colloquiis.*

CAP. I.

**M**

AGNITVDO quidem, dile-  
ctissimi, ineffabilis sacramen-  
ti, ita humanæ intelligentiæ  
altitudinem, & totius vincit  
eloquij facultatem: vt & ex-

cellentissimis ingenijs, & facundissimis lin-  
guis, sublimior sit triumphus Dominicæ  
passionis. Sed gaudendum nobis potius  
quàm erubescendum est, quòd tantæ su-  
peramur materiæ dignitate: de qua nemo  
humilius sensit, quàm qui putauit non suf-  
fecisse quæ dixit. Non ergo superflud præ-  
dicamus, nec de rebus diuinis loquenti,  
carnalium aurium sunt timenda fastidia,  
tanquam despectui sint futura, quæ crebro  
cognoscuntur iterata: cum hoc maximè ad  
Christianæ fidei pertineat soliditatem, vt

1. Cor. 1.

In fidelitas  
opiniofa &  
varia.  
Veritas se-  
per sui simi-  
lis.

secundum Apostolicam doctrinam id ipsum  
dicamus omnes, & simus perfecti in eodem  
sensu & in eadem scientia. Infidelitas quip-  
pe, quæ omnium est mater errorum, in  
multas opiniones, quas arte dicendi neces-  
se habeat colorare, distrahitur. Veritatis  
autem testificatio, nunquam à sua luce di-  
scedit, & quod aliis minùs, aliis ampliùs  
micat, non varietas facit luminis, sed in-  
firmitas contemplationis. Cui secundum  
supernæ illuminationis auxilium, etiam  
meo sermone famulandum est: vt quo-  
niam Dei agricultura, Dei ædificatio estis,  
ipse & dispensanti & accipienti tribuat suf-  
ficientiam, qui largitionum suarum iustam  
exigere nouit vsuram. Decurso igitur, di-  
lectissimi, textu Euangelicæ lectionis, quam

1. Cor. 3.

CAP. II.

de gloria Crucis Christi intento accepistis  
auditu, omnia vobis diuinorum eloquio-  
rum mysteria patefacta sentite: & quic-  
quid sub prophetici testificationibus um-  
bra veteris testamenti velabat, in sacramen-  
to passionis Dominicæ manifestum esse  
gaudete. Ideo enim sacrificiorum varieta-  
tes, & purificationum differentiæ destite-  
runt, ideo mandatum circuncisionis, cibo-  
rum discretio, ocium sabbati, & paschalis  
agni cessauit occisio, quia lex per Mo-  
sen data est, gratia autem & veritas per Iesum  
Christum facta est. Præcesserunt figuræ,

Iohan. 1.  
Vetus lex  
figuras, no-  
uæ res ipsas  
habet.

A vt sequeretur effectus, & in aduentu rerum  
nunciatarum, finita sunt officia nūciorum,  
sic reconciliatione humani generis tempe-  
rata, vt salus quæ in Christo est, nullis secu-  
lis sub eadem iustificatione defuerit, & ad  
hoc dilationum profecerit ratio, vt quæ diu  
credita sunt, antequam fierent, incunctan-  
ter honorarentur. Nam cum virtus fidei, in  
iis quæ visui non subiacent, constituta sit,  
indulgentiùs nobiscum egit doctrina cœ-  
lestis, quos in hæc mundi tempora distu-  
lit ad intelligentiæ facultatem, vt multo  
pluribus quàm priores, & vatibus vtremur,  
& testibus. Quod ergo nobis de  
passione Domini Iesu Christi, sacra & di-  
gito Dei scripta Euangelia protestantur, si-  
ne nubilo hæitationis accipite: & rerum

Hebr. 11.

CAPUT III.

gestarum ordinem tam habetote manife-  
stum, quàm si omnia corporeo & visu at-  
tingeretis & tactu. Vera in Christo deitas,  
& vera credatur humanitas. Ipse est caro,  
qui Verbum, & sicut vnus cum Patre sub-  
stantiæ, ita vnus cum matre naturæ. Non  
geminatus persona, non confusus essentia:  
potestate impassibilis, humilitate mortalis:  
sed vtraque sic vtens, vt & virtus glorifica-  
re posset infirmitatem, & infirmitas non va-  
leret obscurare virtutem. Comprehendi se  
à persecutoribus patitur, qui continet  
mundum: & eorum manibus nectitur, quo-  
rum corde non capitur. Iustitia non resistit  
iniustis, & cedit veritas testimoniis falsita-  
tis: vt manens in forma Dei, formam im-  
pleret serui, & veritatem corporeæ natiui-  
tatis confirmaret scquitia corporeæ passio-  
nis. Sed hanc vnigenito Dei subire & per-  
peti, non conditio necessitatis, sed miseri-  
cordiæ ratio fuit: vt de peccato damneret  
peccatum, & diaboli opus de opere diabo-  
li solueretur. Inimicus enim humani generis  
morticatæ in ipsa origine vniuersitati  
lethale vulnus intulerat: nec poterat decli-  
nare ius ferreum dediticij seminis, captiuæ  
progenies. Vnde cum in tot generationi-  
bus mortali sibi lege subiectis, vnum videret  
inter hominum filios, cuius virtutem  
super omnes totius temporis sanctos mira-  
retur excellere, securum se fore credidit de  
perpetuitate sui iuris, si nulla iustitiæ me-  
rita sæuæ potuissent superare vim mortis.  
Famulis itaque suis & stipendiariis vehe-  
mentiùs incitatis, in præiudicium suum se-  
ruit: & dum putat aliquid sibi debere, quem  
potuisset occidere, non vidit libertatem  
singularis innocentie, similitudinem per-  
sequendo naturæ. Non autem errabat in  
genere, sed fallebatur in crimine. Adam  
enim primus, & Adam secundus, vnum

Rom. 8.

1. Cor. 15.

erant carne, non opere: & in illo omnes A  
moriuntur, in isto omnes viuificabuntur.  
Ille per superbix cupiditatem iter fecit ad  
miseriam: hic per humilitatis fortitudinem  
viam parauit ad gloriam. Vnde ipse dicit:

Ioan. 14.

*Ego sum via, & veritas, & vita.* Via, scilicet in  
forma conuersionis iustæ: veritas in ex-  
pectatione rei certæ: vita, in perceptione  
felicitatis æternæ. Hoc magnæ pietatis sa-  
cramentum, dilectissimi, sicut Iudaica  
impietas, ita diabolica superbia nesciebat.  
Si enim cognouissent, nūquam Dominum  
glorix crucifixissent. Sed quia hostem ge-  
neris humani latebat consilium misericor-  
diæ Dei: & opposito carnis velamine, Deus

CAP. 17.  
Sacramētū  
redemptio-  
nis huma-  
næ latuit  
diabolū  
& Iudæos.  
1. Cor. 2.  
2. Cor. 5.  
Ioan. 14.

in Christo mundum sibi reconcilians, rege-  
batur, perstitit in eum furere, in quo nihil  
suum poterat inuenire. Nam & malignitati  
eius hoc magis potuisset prodesse, si parce-  
ret, & se ab effusione eius sanguinis abstine-  
ret, per quem omnium erat soluenda capti-  
uitas, & reparanda libertas. Sed lucem tene-  
bræ non comprehenderunt, nec mendax  
cæcitas sapientiam potuit veritatis inspicere.

Ioan. 8.

Tenuit itaque disposita mansuetudo pa-  
tientiam, & cohibita famulantium sibi an-  
gelicarum virtute legionum, hausit cali-  
cem doloris & mortis, totūq; supplicium  
transtulit in triumphum. Victi sunt errores,  
subactæ sunt potestates, accepit nouum  
mundus exordium: vt damnata generatio

1. Cor. 5.

non obesset, quibus saluandis regeneratio  
subueniret. Transierunt vetera, & ecce fa-  
cta sunt omnia noua: vt vniuersorum in  
Christo credentium, & in sancto Spiritu re-  
natorum, per ipsum & cum ipso vna esset  
passionis societas, & resurrectionis æterni-  
tas, dicente Apostolo: *Mortui enim estis, &  
vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.  
Cum autem Christus apparuerit vita vestra,  
tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*

Coloss. 3.

CAP. 17.

In hac igitur spe, dilectissimi, consti-  
tuti, omnes diaboli caute versutias, qui  
non solum per carnis concupiscentias, &  
per corporeas tantum insidiatur illecebras:  
sed inter ipsa quoque semina fidei, spargens  
zizania falsitatum, veritatis studet violare  
culturam, vt quos non potuerit corrumpere  
malis actibus, impiis subuertat erroribus.  
Fugite ergo mundanæ argumenta doctri-  
næ, & viperea hæreticorum vitæ collo-  
quia. Nihil vobis commune fit cum eis,  
qui Catholicæ aduersantes fidei, solo sunt  
nomine Christiani. Non enim templum  
spiritus Dei, nec membra sunt Christi: sed  
falsis opinionibus implicati, tot species ha-  
bent diaboli, quot simulachra mendacij. A  
quibus malis per Dominum Iesum Chri-

Ioan. 14.

stum, qui & via & veritas & vita est, libera-  
ti: omnes vitæ istius tentationes & prælia  
cum fidei exultatione toleremus. Si enim

Rom. 8.

compatimur, & conregnabimus. Quod  
præmium non eis tantum paratum est, qui  
pro nomine Domini impiorum, scilicet sunt  
perempti, quoniam vniuersitas Deo ser-  
uientium Deoque viuentium, sicut in Chri-  
sto est crucifixa, ita est in Christo coronan-  
da: illis quidem in omni gloria præcellenti-  
bus, qui terribiles mortes & sæua tormenta,  
vsque ad exhalationem spiritus tolerando  
superauerunt, sed etiam iis subsequenteribus,  
qui auaritiæ cupiditatem, superbix elatio-  
nem, desideriaque luxuriæ, carnis suæ mor-  
tificatione vicerunt. Vnde merito Aposto-

1. Tim. 3.

lus ait, quod omnes, qui piè volunt viuere  
in Christo, persecutionem patientur. Cuius  
vtique non est extraneus, qui non est  
pietatis alienus. Paschalem enim festiuita-

1. Cor. 5.

tem solenniter agit, qui non in fermento  
veteris malitiæ, sed in azymis synceritatis  
& veritatis operatur. Nec iam in Adam pri-  
mo, sed in Adam viuit secundo, membrum  
scilicet factus corporis Christi, qui cum ef-

Philip. 2.

fuset in forma Dei, forma serui dignatus est  
fieri, vt in vno mediatore Dei & hominum  
homine Iesu Christo, & plenitudo maie-  
statis diuinæ, & veritas naturæ esset huma-  
næ. Quam nisi Verbi diuinitas in suæ per-  
sonæ \* reciperet vnitatem: nec regeneratio  
esset in aqua baptismatis, nec redemptio in  
sanguine passionis. Sed quia in sacramento  
incarnationis Christi, nihil falsum, nihil  
accepimus figuratum, non frustra nos &  
cum moriente mortuos, & cum resurgen-

1. Tim. 2.

adsumptiss-

1. Cor. 15.

te credimus suscitatos, manente ipso in no-  
bis qui operatur omnia in omnibus, viuens  
& regnans cum Patre & Spiritu sancto,  
Deus in secula seculorum, Amen.

### Sermo XIX. de Passione Do- mini.

*De incomprehensibili humani generis sa-  
cramento, de diaboli insidiis ac po-  
testate, & de Christi cruce  
ferenda.*



ACRAM, dilectissimi, Domini-  
cæ passionis historiam, Evan-  
gelica, vt moris est, narratione  
decursum, ita omnium vestrum  
arbitror inhæsisse pectoribus:  
vt vnicuique audientium, ipsa lectio, quæ-  
dam facta sit visio. Habet enim hanc poten-  
tiam fides vera, vt ab iis mente non desit,

CAP. 2.

Vere fidei

potentia.

quibus corporalis præsentia interesse non potuit: & siue in præteritum redeat, siue in futurum se cor credentis extendat, nullas sentiat moras temporis cognitio veritatis. Adest ergo sensibus nostris imago rerum pro nostra salute gestarum, & quicquid tunc discipulorum perstrinxit animos, nostris quoque tangit affectus: non quòd aut tristitia deprimamur, aut sæuitia furentium Iudæorum terreamur, cum etiam eos, quos illius tempestatis magnitudo concussit, ad inuictam constantiam resurrectio Domini ascensioque prouexerit. Sed quia cum in cogitationem venit, quales tunc Hierusalem populi, & quales fuerint sacerdotes: magno accipiamus cum tremore mentium tantum facinus impiorum. Quamuis enim ad salutem humani generis pertineret passio Saluatoris, & æternæ mortis vincula temporali sint Domini morte dirupta: aliud tamen crucifixi patientia, aliud crucifigentium egit insania, nec ad eisdem rerum exitus misericordia & ira tendebat: cum per eiusdem sanguinis effusionem Christus solueret mundi captiuitatem, Iudæi interficerent omnium redemptorem. Obdurauit enim carnalem Israël malignitas sua, & nihil ei legis testificatio, nihil mysteriorum imagines, nihil prophetarum oracula profuerunt: cum pascha Domini tot seculis celebratum, in eo Ioannes doceret impletum, de quo publica protestatione dicebat: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollis peccata mundi.* Repugnat iniquitas iustitiæ, cæcitas luci, mendacium veritati: sed de sæuitia oblutantium, de scelere crudelium, obtinuit Iesus æternæ dispositionis effectum, & ita humano generi sua morte consuluit, ut sacramentum salutis, etiam ipsis persecutoribus non negaret. Qui enim venerat vniuersis credentibus omnia peccata dimittere, à generali indulgentia nec Iudaicum voluit crimen excludere. Quorum itaque perfidiam detestamur, eorundem fidem, si conuertantur, amplectimur: & imitantes misericordiam Domini, qui pro eis, à quibus erat crucifixus, orabat: nos quoque cum beato Paulo Apostolo nostras iungimus preces, & ut ille populus misericordiam consequatur, optamus, ob cuius offensionem, gratiam reconciliationis accepimus, Quoniam sicut ait magister gentium: *Conclusit Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.* Quid autem illud fuit, quod & Iudæis intellectum abstulit, & sapientium mundi corda turbauit, nisi Crux filij Dei, quæ & Philosophiam euanescere prudentium, & Israëliticam fecit caligare doctrinam? Omnem namque sensum humanæ mentis excessit diuini altitudo cõsilij, complacuit Deo per stulticiam prædicationis saluos facere credentes, ut mirabilior fieret constantia fidei ex difficultate credèdi. Inconsequens enim & irrationabile videbatur, recipere animo, quod creatorem omnium naturarum, in substantia veri hominis, virgo intemerata peperisset, quod æqualis Patri filius Dei, qui impleret omnia, & contineret vniuersa, furentium manibus comprehendi, iniquorum iudicio condemnari, & post \* dedecus illusionum, eruci se permisisset affigi. Sed in iis omnibus simul sunt, & humilitas hominis, & celsitudo deitatis, nec misericordix ratio maiestatem misericordis obscurat: quia de ineffabili potentia factum est, ut cum homo verus est in Deo inuiolabili, & Deus verus est in carne passibili, conferretur homini gloria per contumeliam, incorruptio per supplicium, vita per mortem. Nisi enim Verbum caro fieret, & tam solida cõsisteret vnitas in vtraque natura, ut à suscipiente susceptam, nec ipsum breue mortis tempus abiungeret, nunquam valeret ad æternitatem redire mortalitas. Sed adfuit nobis in Christo singulare præsidium, ut in natura passibili, mortis conditio non maneret, quam impassibilis essentia receperat, & per id quod non poterat mori, posset id quod mortuum erat suscitari. Huic sacramento, dilectissimi, ut inseparabiliter congruamus, magna nobis & animi & corporis intentione nitendū est, ut cum grauissimi sit piaculi festum Paschale negligere, periculosius sit Ecclesiasticis quidem conuentibus iungi, sed in Dominicæ passionis consortio non haberi. Nam dicente Domino: *Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus.* Et dicente Apostolo, *Si compatimur, & conregnabimus*: quis verè Christum passum, mortuum & resuscitatum colit, nisi qui cum ipso patitur, & moritur, & resurgit? Et hæc quidem in omnibus Ecclesiæ filius ipso iam regenerationis sunt inchoata mysterio, vbi peccati interitus, vita est renascentis, & triduanam Domini mortem imitatur trina demersio, ut dimoto quodam aggerè sepulturæ, quos veteres suscipit sinus fontis, eosdem nouos edat vnda baptismatis. Sed impiendum est nihilo minus opere, quod celebratum est sacramento, & natis de Spiritu sancto quantumcumque superest mundani temporis, non sine Crucis susceptione ducendum est. Quamuis enim forti & crudeli tyrano per potentiam Crucis Christi vasa antiquæ deprædationis

Ioan. 1.

Rom. 11.

dedecora;

Matth. 10.  
Rom. 8.

Lucæ 11.

tionis erepta sint, & dominatio principis mundi à redemptorum sit eiecto corporibus insidiari tamen etiam iustificatis eadem malignitas perseverat; & multis modis eos; in quibus non regnat, impugnat, ut si quas animas negligentes imprudentesque repererit, seuioribus eas laqueis rursus innectat, & à paradiso Ecclesie raptas, in consortium suæ damnationis inducat. Vnde cum quispiam obseruantie Christiane se limitem sentit excedere, & in id cupiditates suas tendere, quod eum à recto itinere faciat declinare: recurat ad crucem Domini, & ligno vitæ motus noxiæ voluntatis adfigat; ac voce prophetica ad Dominum clamet, & dicat: *Confige clavis timoris tui carnes meas, à iudiciis enim tuis timui.* Quid autem est clavis timoris Dei carnes habere confixas, nisi corporeos sensus ab illecebra illiciti desiderij sub metu diuini continere iudicij, ut qui resistit peccato, & concupiscentias suas, ne quid morte dignum operetur, interficit, atudeat cum Apostolo dicere: *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Ibi ergo se constituat Christianus, quo eum secum sustulit Christus, & ad id dirigat omnem viam suam, ubi scit humanam saluatam esse naturam. Passio enim Domini vsque ad finem producit mundi, & sicut in sanctis suis ipse honoratur, ipse diligitur, & in pauperibus ipse pascitur, ipse vestitur: ita in omnibus, qui pro iustitia, aduersa tolerant, ipse comparitur, nisi fortè æstimandum est, multiplicata per orbem fide, & rarefcente impiorum numero, omnes persecutiones, & omnia, quæ aduersus beatos Martyres sauerunt, finita esse certamina, tanquam suscipiendæ crucis illis tantum necessitas incubuerit, quibus ad expugnandam Christi dilectionem atrocissima sunt illata supplicia. Sed aliud seruientium deo pietas experitur, aliud etiam Apostoli prædicatio protestatur, qui dicit: *Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patiuntur.* Qua sententia nimis trepidus & signis ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur. Pacem enim cum hoc mundo nisi amatores mundi habere non possunt, & nulla vnquam iniquitati cum æquitate communio, nulla mediatio cum veritate concordia, nullus est tenebris cum luce consensus. Quia etiam si pietas bonorum cupiat malos corrigi, conuersionemque multorum per gratiam Dei miserentis obtineat: malignorum tamen

A spiritu aduersus sanctos insidiae non quiescunt, & siue occulto dolo, siue aperto praelio, in omnibus fidelibus propositum bonæ voluntatis infestant. Inimicum autem illis est, omne quod rectum, omne quod castum est. Et cum eis nihil in quemquam amplius liceat, quam iustitia diuina permiserit, quæ dignatur suos aut corrigere disciplina, aut exercere patientia, agunt tamen versutissima arte fallaciæ, ut ex arbitrio propriæ potestatis, aut lædere videantur, aut parere: & multis, quod dolendum est, ita per nequitiam simulationis illudunt, ut quidem illos & timeant pati infensos, & velint habere placatos, cum beneficia demonum omnibus sint nocentiora vñneribus, quia tutius est homini, inimicitiam diaboli inuicisse quam pacem. Sapientes itaque animi, qui vnum timere, vnum diligere, & in vnum sperare didicerunt, mortificatis cupiditatibus, & crucifixis corporis sensibus, ad nullum hostium metum, ad nullum inclinatur obsequium. Voluntatem enim Dei etiã sibi præferunt: & tanto amplius se amant; quanto amplius pro Dei amore se non amant. Cumque audiunt sibi diuinitus dici, *Post concupiscentias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere,* diuidant affectus suos, & legem mentis à corporis lege discindunt, ut ex quadam se parte sibi denegent, perdentes se in iis, quæ carnaliter cupiunt, & inuenientes se in iis, quæ spiritualiter concupiscunt. Sanctum igitur Pascha; dilectissimi, in talibus membris corporis Christi legitime celebratur, & nihil illis deest triumphis, quos passio Saluatoris obtinuit. Quoniam in iis, qui Apostolico exemplo castigant corpus suum, & seruicium subiiciunt, iidem hostes eadem fortitudine conteruntur. Etenim nunc à Christo vincitur mundus, & cum à seruis suis quorumcunque vitiorum incentiua superantur, ipsius virtus est, ipsiusque victoria. Hæc, dilectissimi, quæ ad participationem Crucis pertinent, sufficienter, ut arbitror, vestris sunt hodie auribus intimata: ut Paschale sacramentum etiam in membris corporis Christi legitime celebretur. Superest, ut de obtinendo resurrectionis consortio disseramus. Quod ne continuato sermone, & mihi & vobis fiat onerosum, in diem sabbati promissa differemus. Aderit, ut credimus, gratia Dei, ut debitum nostrum ipsius auxilio compleatur. Qui uiuit & regnat cum Patre & Spiritu sancto in seculis seculorum, Amen.

Psal. 118.

Galat. 6.

1. Tim. 3.

2. Cor. 6.

Ecl. 18.

CAR. II.

1. Cor. 3.

SERMO PRIMVS DE  
Resurrectione Domini.

De duplici vita ac morte, de Resurrectionis Dominicæ documentis, & immortalitate Christi.

CAP. I.



**S**ERMONEM proximo, dilectissimi, non incōgruè vobis, quantum arbitror, participationem Crucis Christi insinuauimus: vt Paschale sacramentum ipsa in se habeat vita credentium, & quod festo honoratur, moribus celebretur. Quàm autem hoc vtile sit, ipsi probastis, & ex vestra deuotione didicistis, quantum profint animis atque corporibus prolixiora ieiunia, frequentiores preces, & elemosynæ largiores. Nemo enim ferè est, qui non hac exercitatione profecerit: & in abdito conscientix suæ aliquid, quo rectè possit gaudere, condiderit. Sed hæc lucra perseueranti sunt seruanda custodia: ne in desidiâ resolutio labore, quod donauit Dei gratia, diaboli fureretur inuidia. Cum igitur quadraginta dierum obseruantia hoc voluerimus operari, vt aliquid sentiremus Crucis in tempore Dominicæ passionis: adnitendum nobis est, vt etiam Resurrectionis Christi inueniamur esse confortes, & de morte ad vitam, dum in isto corpore sumus, transcamus. Vnicuique enim homini, qui ex alio in aliud aliqua conuersione mutatur, finis est, non esse quod fuit, & ortus, esse quod non fuit. Sed interest, cui quis aut moriatur, aut viuat: quia est mors, quæ causa est viuendi, & est vita, quæ causa est moriendi. Nec alibi quàm in hoc transitorio seculo, vtrumque conquiritur: vt ex qualitate temporalium actionum differentix retributionum pendeat æternarum. Moriendum ergo est diabolo, & viuendum Deo: deficiendum iniquitati, vt iustitix resurgatur. Occumbant vetera, vt orientur noua. Et quoniam, sicut ait Veritas, *Nemo potest duobus dominis seruire*, dominus sit non ille qui stantes impulit in ruinam, sed ille qui deiectos erexit in gloriam. Dicente ergo Apostolo: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de celo celestis*. Qualis terrenus, tales & terreni, & qualis celestis, tales & cælestes. Sicut portauit

Mors &amp; vita duplex.

CAP. II.  
Marth. 6.  
Luc. 16.

1. Cor. 15.

A mus imaginem terreni, portemus & imaginem eius, qui est de celo: Multum nobis de hac commutatione gaudendum est, qua de ignobilitate terrenâ, ad cælestem transferimur dignitatem, per illius ineffabilem misericordiam, qui vt nos in sua prouideret, in nostra descendit, vt non solum substantiam, sed etiam conditionem naturæ peccatricis assumeret, & ea sibi pareretur inferri diuina impassibilitas, quæ miserrimè experitur humana mortalitas. Vnde ne turbatos Discipulorum animos longa mœstitudo cruciaret, denunciatam tridui moram tam mira celeritate breuiavit, vt dum ad integrum secundum diem, pars primi nouissima, & pars tertij prima concurret, & aliquantum temporis spacio decideret, & nihil dierum numero deperiret. Resurrectio igitur Saluatoris nec animam in inferno, nec carnem diu morata est in sepulchro: & tam velox incorruptæ carnis viuificatio fuit, vt maior ibi esset soporis similitudo, quàm mortis: quoniam deitas, quæ ab vtraque suscepti hominis substantia non recessit, quod potestate diuisit, potestate coniunxit. Subsequuta sunt itaque multa documenta, quibus prædicandæ per vniuersum mundum fidei autoritas conderetur. Et licet reuolutio lapidis, euacuatio monumenti, depositio linteorum, & totius facti Angelii narratores copiosè veritatem Dominicæ Resurrectionis adstruerent, & mulierum tamen visui, & Apostolorum frequenter oculis manifestus apparuit: non solum loquens cum eis, sed habitans atque conuescens, & pertractati se diligenti curiosoque contactu ab eis, quos dubitatio perstringebat, admittens. Ideo enim & clausis ad discipulos ostiis introibat, & flatu suo dabat Spiritum sanctum, & dato intelligentiæ lumine, sanctarum scripturarum occulta pandebat, & rursus idem vulnus lateris, fixuras clauorum, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat: vt agnosceretur in eo proprietates diuinæ humanæque naturæ indiuidua permanere, & ita sciremus Verbum non hoc esse, quod carnem, vt vnum Dei filium, & Verbum confiteremur & carnem. Non dissonat, dilectissimi, ab hac fide magister gentium Apostolus Paulus, cum dicit: *Et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus*. Resurrectio enim Domini non finis carnis, sed commutatio fuit, nec virtutis augmento consumpta substantia est. Qualitas transit, non natura defecit, & factum est

CAP. III.  
Resurrectionis documenta.

A&amp;: 1.

Ioan. 20.  
Luc. 24.

Ioan. 20.

CAP. IV.

1. Cor. 15.

corpus impassibile, quod potuit crucifigi, factum est immortale, quod potuit occidi, factum est incorruptibile, quod potuit vulnerari. Ex merito dicitur caro Christi in eo statu, quo fuerit nota, nesciri: quia nihil in ea passibile, nihil remansit in ea infirmum, vt & ipsa sit per essentiam, & non sit ipsa per gloriam. Quid autem mirum, si hoc de corpore Christi profiteretur, qui de omnibus Christianis spiritalibus dicit: *Itaque nos ex hoc neminem mouimus secundum carnem?* Ex hoc, inquit, initium nobis factum est Resurrectionis in Christo, ex quo in eo, qui pro omnibus mortuus est, totius spei nostrę forma præcessit. Non hæsitamus diffidentia, nec incerta expectatione suspendimur, sed accepto promissionis exordio, fidei oculis, quę sunt futura, iam cernimus: & naturę prouectione gaudentes, quod credimus, iam tenemus. Non ergo nos rerum temporalium occupent species, nec ad se contemplationem nostram à cęlestibus terrena deflectant. Pro transactis habeantur, quę ex maxima parte iam non sunt: & mens intenta mansuris ibi desiderium suum figat, vbi quod offertur, æternum est. Quamuis enim spe salui facti simus, & corruptibilem adhuc carnem mortalemque gestemus: restè tamen dicimur in carne non esse, si carnales nobis non dominantur effectus: & merito eius rei deponimus nuncupatione, cuius non sequimur voluntatem. Cùm itaque Apostolus dicat, *Carnis curam ne feceritis in desideriis*: non ea nobis interdicta intelligimus, quę saluti congruunt, & quę humana poscit infirmitas. Sed quia nõ omnibus desideriis seruiendum, nec quicquid caro concupiscit, implendum est, de adhibendo temperantię modo admonitos nos esse cognoscimus: vt carni quę sub animi est constituta iudicio, nec superflua concedamus, nec necessaria denegemus. Vnde idem Apostolus alibi ait: *Nemo enim inquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam*, cùm vtique non ad vitia, non ad luxuriam, sed ad debitum sit alenda & fouenda fatulatum: vt teneat ordinem suum renouata natura, nec peruersè ac turpiter superioribus inferiora præualeant, aut inferioribus superiora succumbant, & vitii animum superantibus, id fiat seruitus, vbi debet esse dominatus. Agnoscat igitur populus Dei, nouam se esse in Christo creaturam, & à quo suscepta sit, quem-ve susceperit, vigilanter intelligat. Quę noua facta sunt, non redeant ad instabilem vetustatem, & non omitat opus suum, qui manum misit ad aratrum, sed ad hoc atten-

dat, quod serit, non ad id respiciat quod reliquit. Nemo in id recidat, vnde surrexit: sed etiam si pro infirmitate corporea in aliquibus adhuc languoribus iacet, sanari instanter desideret ac leuari. Hęc est enim salutis via, & cęptę in Christo resurrectionis imitatio: vt quia in lubrico istius vitę diuersi casus lapsusque non desunt, vestigia gradientium à fluidis ad solida transferantur: quoniam, sicut scriptum est, *A Domino dirigitur gressus hominis, & viam eius vobis. Quomodo ceciderit iustus, non collidetur, quia Dominus supponet manum suam.* Hęc meditatio, dilectissimi, non pro solennitate Paschali, sed pro totius vitę sanctificatione retinenda est, & ad hoc præsens exercitatio debet intendi: vt quę animum fidelium experimento breuis obseruantię delectarunt, in consuetudinem transeant, intemerata permaneant, ac si aliquid delicti irrepreperit, celeri penituntine delectur. Et quia antiquorum morborum difficilis & tarda curatio est, tanto velocius adhibeantur remedia, quanto recentiora sunt vulnera: vt semper ab omnibus offensionibus in integrum resurgentes, ad illam incorruptibilem glorificandę carnis resurrectionem peruenire mereamur in Christo Iesu Domino nostro, Qui viuit & regnat cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

### Sermo II. de Resurrectione Domini.

*Quod Crux Christi sit saluandis sacramentum & exemplum, & de mysterio Incarnationis.*



**N**OTVM quidem, dilectissimi, Paschale sacramentum Euangelica nobis narratio præsentauit, & ita per aurem carnis penetratus est mentis auditus, vt nemini nostrum rerum gestarum imago defuerit: cùm diuinitus inspiratę textus historię euidenter ostenderit, qua Dominus Iesus Christus impietate traditus, quo iudicio addictus, qua sæuitia crucifixus, & qua sit gloria suscitatus. Sed adiciendū est etiam nostri sermonis officium, vt sicut pia expectatione deposcere vos consuetudinis debitum sentio: ita solennitati sacratissimę lectionis subiungatur exhortatio sacerdotis. Quia igitur apud fideles aures ignorantię locus non est, semen Verbi quod est in prædicatione Euangelij, debet

Luc. I.

Ioan. 14.

CAP. II.

potestatem.

in terra vestri cordis augeri, vt remotis suffocationibus spinarum ac tribulorum, libera in fructus suos exeant plantaria piorum sensuum, & rectorum germina voluntatum. Crux enim Christi, quæ saluandis est impensa mortalibus, & sacramentum est exemplum. Sacramentum, quo virtus impletur diuina, exemplum quo deuotio incitatur humana: quoniam captiuitatis iugo erutis, etiam hoc præstat redemptio, vt eam sequi possit imitatio. Nam si mundana sapientia ita in suis gloriatur erroribus, vt quem sibi quisque ducem elegerit, eius opiniones & mores atque omnia instituta sectetur: quæ nobis erit communio nominis Christi, nisi vt ei inseparabiliter vniamur, qui est, vt ipse insinuauit, *Via, & Veritas, & Vita*. Via scilicet conuersationis sanctæ, Veritas, doctrinæ diuinæ, & Vita beatitudinis sempiternæ. Collapsa enim in parentibus primis humani generis plenitudine, ita miseris Deus creaturæ ad imaginem suam factæ per vnigenitum suum Iesum Christum voluit subuenire: vt nec extra naturam esset reparatio naturæ, & ultra propriæ originis dignitatem proficeret secunda conditio. Felix, si ab eo non decideret, quod Deus fecit; felicior, si in eo maneret, quod refecit. Multum fuit à Christo recepisse formam, sed plus est, in Christo habere substantiam. Suscepit enim nos in suam \* proprietatem illa natura, quæ nec nostris sua, nec suis nostra consumeret: quæ ita vniam in se fecit deitatis humanitatisque personam, vt sub dispensatione infirmitatum atque virtutum, nec caro per diuinitatem inuolabilis, nec diuinitas per carnem posset esse passibilis. Suscepit nos illa natura, quæ & propagationem nostri generis à communi tramite non abrumperet, & contagium peccati in omnes homines transiens excluderet. Infirmitas sane atque mortalitas, quæ non peccatum erant, sed pena peccati, à Redemptore mundi recepta sunt ad supplicium, vt impenderetur ad precium. Quod ergo in omnibus hominibus transfusio fuit damnationis, hoc in Christo sacramentum est pietatis. Præbuit enim se crudelissimo exactori liber à debito, & ministras diaboli Iudaicas manus in cruciatum immaculatæ carnis admisit. Quam ideo vsque ad celeberrimam Resurrectionem voluit esse mortalem, vt credentibus in eum, nec persequutio insuperabilis, nec mors posset esse terribilis: cum ita dubitandum non esset de consortio gloriæ, sicut dubitan-

Adum non erat de communiōe naturæ. Si incunctanter itaque, dilectissimi, corde credimus, quod ore profiteremur: nos in Christo crucifixi, nos sumus mortui, nos sepulti, nos etiam in ipso die tertio suscitati. Vnde Apostolus dicit: *Si surrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapere, non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.* Vt autem nouerint corda fidelium habere se, vnde ad supernam sapientiam spretis mundi cupiditatibus valeant eleuari, spondet nobis Dominus præsentiam suam, dicens: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Non enim frustra per Esaiam dixerat Spiritus sanctus: *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.* Implet ergo Iesus proprietatem nominis sui: & qui ascendit in cælos, non deserit adoptatos: qui sedet ad dexteram Patris, idem totius habitator est corporis: & ipse deorsum confortat ad patientiam, qui sursum inuitat ad gloriam. Nec inter vana igitur nobis despicendum est, nec inter aduersa trepidandum. Ibi quidem blandiuntur deceptiones, & hic grauescunt labores. Sed quia misericordia Domini plena est terra, adest nobis vtique Christi victoria, vt impleatur, quod ait: *Nolite timere, quia ego vici mundum.* Siue ergo contra ambitionem seculi, siue contra concupiscentias carnis, siue contra hæreticorum iacula dimicemus, Dominica Cruce semper armemur. Nec enim vnquam à Paschali festo recedimus, si à fermento malitiæ veteris, veritatis sinceritate abstinemus. Inter omnes namque vitæ huius varietates, quæ diuersarum plenz sunt passionum, Apostolicæ exhortationis meminisse debemus, qua nos instruit, dicens: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Si ma-*

CAP. III.

Colof. 3:

Matth. 28.

Esaï. 7:

CAP. IV.

Ioan. 14.

Philip. 2.

gnæ, inquit, pietatis sacramentum intelligis, & quod pro salute humani generis unigenitus Dei filius gessit, aduertitis, hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, cuius humilitas nulli aspernanda diuicium, nulli est erubescenda nobilium. Nec enim in tantum prouchi potest quælibet felicitas humana fastigium, vt æstimet sibi pudendum, quod manens Deus in forma Dei Deus, non est arbitratus indignum.

**CAP. III.** Imitamini quod operatus est, diligite quod dilexit, & inuenietis in vobis Dei gratiam. Vestram in illo redamate naturam, quoniã sicut ille paupertate diuitias nõ amisit, gloriã humilitate non minuit, æternitatẽ morte non perdidit: ita & vos eisdem gradibus, eisdem vestigijs, vt cœlestia apprehēdatis, terrena despiciate. Susceptio enim Crucis est interfectio cupiditatum, occisio vitiorum, declinatio vanitatis, & abdicatio omnis erroris. Nam cùm Pascha Domini, non impudicus, non luxuriosus, non superbus celebret, non avarus: nulli tamen ab hac festiuitate longiũs quã hæretici separantur, maximẽque illi, qui de verbi Incarnatione malè sentiunt, aut minuendo quod est deitatis, aut euacuando quod est carnis. Verusenim Deus est filius Dei, totum habens ex patre, quod pater est, nullo exordio temporalis, nulla varietate mutabilis, nec ab vno diuisus, nec ab omnipotentẽ diuersus: Sempiterni genitoris unigenitus sempiternus, vt mens fidelis credens in Patrem & Filium & Spiritum sanctum: in eandem vnus deitatis essentiam, nec vnitatem gradibus diuidat, nec Trinitatẽ singularitate confundat. Non autem sufficit Dei filium in sola patris nosse natura: nisi cum non recedentem à proprijs, agnoscamus in nostris. Exinanitio enim illa, quam reparationi impendit humanæ, dispensatio fuit miserationis, non priuatio potestatis. Nam cùm & ex æterno consilio Dei, non esset aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri: inuisibilis visibilem, intemporalis temporalem, impassibilis passibilem substantiam suam fecit: non vt virtus deficeret in infirmitate, sed vt infirmitas in incorruptibilem posset transire virtutem. Propter quod ipsa festiuitas, quæ à nobis Pascha nominatur, apud Hebræos phase, id est, transitus dicitur, attestante Euangelista atque dicente:

AG. 4.

CAP. IV.

**A** *Ante diem festum pascha sciens Iesus, quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Cuius, autem naturæ futurus erat transitus iste, nisi nostræ, cùm inseparabiliter & pater in filio, & filius esset in patre? Sed quia Verbum & caro, vna persona est, non diuiditur à suscipiente susceptus, & honor prouehendi, prouehentis nominatur augmentum, dicente Apostolo, quod iam commemorauimus: *Propter quod & Deum exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.* In quo vtique assumpti hominis exaltatio commendatur: vt in cuius passionibus manet deitas indiuisibilis, idem coæternus sit in gloria deitatis. Ad hanc participationem ineffabilis muneris, beatum transitum fidelibus suis ipse Dominus præparabat: cùm instanti iam proximus passioni, non solum pro Apostolis suis atque Discipulis, sed etiam pro vniuersa Ecclesia supplicaret, & diceret, *Non pro his autem rogo tantum, sed pro iis etiam, qui credituri sunt per verbum ipsorum in me: vt omnes vnus sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnus sint.* Cuius vnitatis nullum poterunt habere consortium, qui in Dei filio Deo vero humanam negant manere naturam, impugnatores salutaris sacramenti, & paschalis exules festi. Quod quia ab Euangelio dissentiunt, & Symbolo contradicunt, nobiscum celebrare non possunt, quia etsi audent sibi Christianum nomen assumere, ab omni tamen creatura, cui Christus caput est, repelluntur: vobis in hac solennitate meritò exultantibus, pièque gaudentibus, qui nullum recipientes in veritate mendacium, nec de natiuitate Christi secundum carnem, nec de passione ac morte, nec de corporali resurrectione eius ambigitis: quoniam sine vlla separatione deitatis, verum Christum ab vtero virginis, verum in ligno crucis, verum in sepulchro carnis, verum in gloria resurrectionis, verum in dextera paternæ maiestatis agnoscitis. Vnde etiam, sicut Apostolus ait, *Expectamus Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus nostra humilitatis, conforme fieri corpori gloria sue, Qui viuit & regnat cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.*

Ioan. 14.

Philip. 2.

Ioan. 17.

CAP. V.

Philip. 3.

SERMO PRIMVS DE  
ASCENSIONE DOMINI.

*Cur discipuli permiffi sint dubitare de resurrectione Christi, & quid egerit Christus inter ascensionem & resurrectionem suam, & de Petri prerogativa, atque cicatricibus Christi.*

CAP. I.



**P** O S T beatam & gloriosam resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, qua verum Dei templum, Iudaica impietate resolutum, diuina in triduo potentia suscitauit, Quadragesimarius hodie, dilectissimi, sanctorum dierum expletus est numerus, sacratissima ordinatione dispositus, & ad utilitatem nostræ eruditionis impensus: vt dum à Domino in hoc spacio mora præsentia corporalis extenditur, fides resurrectionis documentis necessariis munitur. Mors enim Christi multum discipulorum corda turbauerat, & de supplicio crucis, de emissionem spiritus, de exanimati corporis sepultura, grauatis mœstitudine mentibus, quidam diffidentiaæ torpor obrepserat. Nam cum sanctæ mulieres, sicut Euangelica pandit historia, reuolutum à monumento lapidem, & sepulchrum corpore vacuum, & viuientis Domini testes angelos nunciarent, verba earum Apostolis aliisque discipulis, deliramentis similia videbantur. Quam utique hæsitacionem humana infirmitate nutantem, nequam permiffisset Spiritus veritatis prædicatorum suorum inesse pectoribus: nisi illa trepida sollicitudo & curiosa cunctatio, nostræ fidei fundamenta iccisset. Nostris igitur perturbationibus, nostris periculis in Apostolis consulebatur: nos in illis viris contra calumnias impiorum & contra terrentæ argumenta sapientiaæ docebamur. Nos illorum instruxit aspectus, nos erudiuit auditus, nos confirmauit tactus. Gratias agamus diuinæ dispensationi, & sanctorum Patrum necessaria tarditati. Dubitatum est ab illis, ne dubitaretur à nobis. Non ergo ij dies, dilectissimi, qui inter resurrectionem Domini ascensionemque fluxerunt, ocioso transiere decursu: sed magna in eis confirmata sacramenta, magna sunt reuelata mysteria. In

Hæsitatio discipulorum de resurrectione Domini cur permiffa sit. Marc. 16.

Luc. 24.

CAP. II.  
Christus quid egerit inter Ascensionem & resurrectionem. Ioan. 20.

**A** iis metus diræ mortis aufertur: & non solum animæ, sed etiam carnis immortalitas declaratur. In iis per insufflationem Domini infunditur Apostolis omnibus Spiritus sanctus: & beato Apostolo Petro, supra cæteros post regni clauces, ouilis Domini cura mandatur. In iis diebus, duobus discipulis tertius in via Dominus comes iungitur, & ad omnem nostræ ambiguitatis caliginem detergendam, pauentium ac trepidantium tarditas increpatur. Flammam fidei illuminata corda concipiunt: & quæ erant tepida, referante scripturas Domino, efficiuntur ardentia. In fractione quoque panis, conuescentium aperiuntur obrutus: multò felicius eorum oculis patefactis, quibus naturæ suæ manifestata est glorificatio, quam illorum generis nostri Principum, quibus præuaricationis suæ est ingesta confusio. Inter hæc autem aliæque miracula, cum discipuli trepidis cogitationibus æstuant, & apparuisset in medio eorum Dominus, dixissetque, *Pax vobis*: ne hoc remaneret in eorum opinionibus, quod voluebatur in cordibus, (putabant enim se spiritum videre, non carnem,) redarguit cogitationes à veritate discordes, ingerit dubitantium oculis manentia in manibus suis & pedibus crucis signa, & vt diligentius pertractetur, inuita: quia ad sananda infidelium cordium vulnera, clauorum & lancearum erant seruata vestigia, vt non dubia fide, sed constantissima scientia teneretur, eam naturam in Dei Patris concessuram throno quæ iacuerat in sepulchro. Per omne ergo tempus, dilectissimi, quod inter resurrectionem & ascensionem Domini exactum est, hoc prouidentia Dei curauit, hoc docuit, hoc suorum & oculis insinuauit & cordibus: vt Dominus Iesus verè agnosceretur resuscitatus, qui verè erat natus, & passus, & mortuus. Vnde beatissimi Apostoli, omnesque discipuli, qui & de exitu crucis fuerant trepidi, & de fide resurrectionis ambigui, ita sunt veritate perspicua roborati: vt Domino in cælorum eunte sublimia, non solum nulla afficerentur tristitia, sed etiam magno gaudio replerentur. Et reuera magna & ineffabilis erat causa gaudendi, cum in conspectu sanctæ multitudinis super omnium creaturarum celestium dignitatem humani generis natura conscenderet, supergressura Angelicos Ordines, & vltra Archangelorum altitudines eleuanda, nec vllis sublimitatibus modum suæ prouectionis habitura, nisi æterni Patris recepta con-

Petri prerogativa. Luc. 24.

CAP. III.  
Ibidem.

Ioan. 20.

Cicatrice cur Christus seruauerit.

CAP. IV.

Luc. 24.

cessu, illius gloriæ sociaretur in throno, cuius naturæ copulabatur in filio. Quia igitur Christi Ascensio, nostra prouectio est, & quod præcessit gloria capitis, eò spes vocatur & corporis: dignis, dilectissimi, exultemus gaudiis, & pia gratiarum actione lætemur. Hodie enim non solum paradisi possessores firmati sumus, sed etiam cælorum in Christo superna penetrauimus: ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quam per diaboli amiseramus inuidiam. Nam quos virulentus inimicus primi habitaculi felicitate deiecit, eos sibi incorporatos Dei filius ad dexteram Patris collocauit: Cum quo uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus: Per omnia secula seculorum, Amen.

Plus nobis  
Christus  
conuulit,  
quàm dia-  
bolus ab-  
stulit.

### Sermo I I. de Ascensione Domini.

*De exaltatione humana natura per Christum, de virtute fidei & Christi diuinitate.*

CAP. I.



**S**ACRAMENTVM, dilectissimi, salutis nostræ, quam precio sanguinis sui vniuersitatis conditor æstimauit, à die corporalis ortus vsque ad exitum passionis, per dispensationem humilitatis impletum est. Et licet multa etiam in forma serui diuinitatis signa radiauerint, propriè tamen illius temporis actio ad demonstrandam suscepti hominis pertinuit veritatem. Post passionem verò, ruptis mortis vinculis, quæ vim suam in eum, qui peccati erat nescius, incedendo perdidit: infirmitas in virtutem, mortalitas in immortalitatem, contumelia transiit in gloriam: quam Dominus Iesus Christus in multis manifestisque documentis, multorum declarauit aspectibus, donec triumphum victoriæ, quem reportarat à mortuis, inferret & cælis. Sicut ergo in solennitate Paschali Resurrectio Domini fuit nobis causa lætandi: ita Ascensio eius in cælos, præsentium nobis est materia gaudiorum: recolentibus illum diem & ritè venerantibus, quo naturæ nostræ humilitas in Christo super omnem cæli malitiam, supra omnes ordines Angelorum, & ultra omnium altitudinem potestatum, ad Dei Patris est prouecta: confessum. Quo ordine operum diuinorum nos fundati, nos ædificati sumus: vt mirabilior fieret gratia Dei, cum remotis à conspectu hominum, quæ meritò reuerentiam sui sentiebantur indicere, fides non deficeret, spes non fluctuaret,

AR. r.

In Ascensione Christi lætandum.

A charitas non teperet. Magnatum hic vigor est mentium, & valde fidelium lumen est animarum incunctanter credere, quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere desiderium, quò nequeas inferre conspectum. Hæc autem pietas, vnde in nostris cordibus nasceretur, aut quomodo quiscquam iustificaretur per fidem, si in iis tantum salus nostra consisteret, quæ obrutibus subiacerent? Vnde & illi viro, qui de resurrectione Christi videbatur ambigere, nisi in ipsius carne vestigia passionis & visu explorasset & tactu. *Quia vidisti me*, inquit Ioan. 20. Dominus, *credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt.* Vt igitur huius beatitudinis, dilectissimi, capaces esse possemus, expletis omnibus, quæ Euangelicæ prædicationi & noui testamenti mysteriis congruebant, Dominus noster Iesus Christus, quadragesimo post resurrectionem die, coram Discipulis eleuatus in cælum, corporalis præsentia modum fecit, mansurus in Patris dextera, donec tempora multiplicandis Ecclesiæ filii diuinitus præstituta peragantur, & ad iudicandos viuos & mortuos in eadem carne, in qua ascendit, adueniat. Quod itaque Redemptoris nostri conspiciuum fuit, in sacramenta transiit: & vt fides excellentior esset ac firmior, visioni doctrina successit: cuius autoritatem supernis illuminata radiis credentium corda sequerentur. Hanc fidem Ascensione Domini auctam, & Spiritus sancti munere roboratam, non vincula, non carceres, non exilia, non fames, non ignis, non laniatus ferarum, nec exquisita persequentium crudelitibus supplicia teruerunt. Pro hac fide per vniuersum mundum, non solum viri, sed etiam femina, nec tantum impubes pueri, sed etiam teneræ virgines, vsque ad effusionem sui sanguinis decertarunt. Hæc fides dæmonia eiecit, ægritudines depulit, mortuos suscitauit. Vnde & ipsi beati Apostoli, qui tot miraculis confirmati, tot sermonibus eruditi, atrocitatem tamen Dominicæ Passionis experuerant, & veritatem resurrectionis eius non sine hæsitacione susceperant: tantum de Ascensione Domini profecerunt, vt quicquid illis prius intulerat metum, verteretur in gaudium. Totam enim contemplationem animi in diuinitatem ad Patris dexteram confedentis crexerant, nec iam corporeæ visionis tradebantur obiectu, quo minus in id aciem mentis intenderent, quod nec à Patre descendendo abfuerat, nec à Discipulis ascendendo discesserat. Tunc igitur, dilectissimi, filius hominis Dei filius, excellentius sacratiusque innouit, cum in paternæ

Ioan. 20.

CAP. II.

Luc. 24.  
Marc. 16.

CAP. III.

Ascensio  
Domini  
quantum  
Apostolos  
confirma-  
rit.

CAP. IV.

maiestatis gloriam se recepit, & ineffabili modo cœpit esse diuinitate præsentior, qui factus est humanitate lóginquior. Tunc ad æqualem patri filium eruditior fides gressu mentis cœpit accedere, & cōrrectatione in Christo corporæ substantiæ, quæ patre minor est, non egere: quoniam glorificati corporis manente natura, eo fides credentium vocabatur, vbi non carnali manu, sed spiritali intellectu, par Genitori Vnigenitus tangeretur. Hinc illud est, quod post resurrectionem suam Dominus Mariæ Magdalenæ personam Ecclesiæ generenti, cūm ad contactum ipsius properaret accedere, dicit: *Noli me tangere*, *nondum enim ascendi ad Patrem meum*: hoc est, nolo vt ad me corporaliter venias, nec vt me sensu carnis agnoscas. Ad sublimiora te dissero, maiora tibi præparo: cūm ad patrem ascendero, tunc me perfectiùs veriùsque palpabis, apprehensura quod non tangis, & creditura quod non cernis. Cūm autem ascendentem ad cœlos Dominum sequaces Discipulorum oculi intenta admiratione suspicerent, adstiterunt ipsi Angeli duo, mirabili vestium candore fulgentes, qui & dixerunt: *Viri Galilæi quid statis afficientes in calum? Hic Iesus qui assumptus est à vobis in calum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in calum*. Quibus verbis omnes Ecclesiæ filij docebantur, vt Iesus Christus in eadem, qua ascenderat, carne venturus visibilis crederetur, nec posset ambigi omnia illi esse subiecta, cui ab ipso corporæ natiuitatis exordio, famulatus seruisset angelicus. Sicut enim concipiendum Christum de Spiritu sancto beatæ Virgini angelus nunciavit: sic & editum de virgine vox cælestium, pastoribus cecinit. Sicut resurrexisset à mortuis, supernorum nunciorum prima testimonia locuerunt: sic ad iudicandum mundum in ipsa carne venturum, angelorum officia prædicarunt, vt intelligeremus, quæ tæ potestates sint ad futuræ cum iudicatu- ro, cui tantæ ministrauerunt etiam iudicando. Exultemus itaque, dilectissimi, gaudio spiritali, & digna apud Deum gratiarum actione lætantes, liberos cordis oculos ad illam altitudinem, in qua Christus est, erigamus. Surfum vocatos animos desideria terrena non deprimât, ad æterna prælectos, peritura non occupent, viam veritatis ingressos fallaces illecebræ non retardent: & ita à fidelibus hæc temporalia decurrantur, vt peregrinari se in hac mundi valle cognoscant, in qua etiam si quædam commoda blandiantur, non amplectenda

A nequiter, sed transeunda sunt fortiter. Ad hanc enim nos deuotionem beatissimus Apostolus Petrus incitat, & secundum illam dilectionem, quam pascendis Christi ouibus trina Dominici amoris pressione concepit, obsecrans dicit: *Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quæ militant aduersus animam*. Cui autem, nisi diabolo carnales militant voluptates, qui animas ad superna tendentes corruptibilium bonorum delectationibus obligare, & ab illis sedibus, de quibus ipse excidit, gaudet abducere? Contra cuius insidias sapienter debet fidelis quisque vigilare, vt inimicum suum, de eo quod tentatur, possit elidere. Nihil autem est validius, dilectissimi, contra diaboli nolos, quàm benignitas misericordiæ & largitas charitatis, per quam omne peccatum aut declinatur, aut vincitur. Sed huius virtutis sublimitas non prius apprehenditur, quàm illud, quod ei aduersarium est, subruatur. Quid autem tam inimicum misericordiæ & operibus charitatis, quàm auaritia, de cuius radice omnium malorum germen emergit? Quæ nisi in suis fomitibus necetur, necesse est, vt in agro cordis illius, in quo huius mali planta conualuit, spinæ potius tribulique vitiorum, quàm vllum veræ virtutis semen oriatur. Resistamus ergo, dilectissimi, huic tam pestifero malo, & charitatem, sine qua nulla virtus potest nitere, sectemur: vt per hanc, qua ad nos Christus descendit, dilectionis viam, etiam nos ad ipsum possimus ascendere, Cui est cum Deo Patre & Spiritu sancto honor & gloria in secula seculorum, Amen.

## SERMO PRIMVS DE PENTECOSTE.

*De virtute ac missione Spiritus sancti in linguis igneis, & de peccato in Spiritum sanctum.*



**H**ODIERNAM solennitatem, dilectissimi, in præcipuis festis esse venerandum, omnium Catholicorum corda cognoscunt. Nec dubium est, quanta huic diei reuerentia debeat, quem Spiritus sanctus excellentissimo sui muneris miraculo consecrauit. Nam ab illo die, quo

Ioan. 14.

Ioan. 20.

Act. 10.

Christo  
quomodo  
Angeli ser-  
uierint.

Luc. 1.

Ioan. 21.  
1. Pet. 2.Charitate  
& misericordi-  
cordianihil  
contra dia-  
bolum effi-  
caciùs.

2. Cor. 13.

Dominus super omnem caelorum altitudinem ad dexteram Dei Patris confessorus ascendit, decimus iste est, qui ab eiusdem Resurrectione quinquagesimus nobis in eo, à quo cepit, illuxit, magna mysteria in se continens & veterum sacramentorum & nouorum: quibus manifestissime declaratur, & gratiam prænunciatam fuisse per legem, & legem impleram esse per gratiam. Sicut enim Hebræo quondam populo ab Ægyptiis liberato, quinquagesimo die post immolationem agni, lex data est in monte Sina: ita post Passionem Christi, qua verus Dei agnus occisus est, quinquagesimo à resurrectione ipsius die, in Apostolos plebémque credentium, Spiritus sanctus illapsus est: vt facillè diligens Christianus agnoscat initia veteris Testamenti Evangelicis ministrasse principiis, & ab eodem Spiritu conditum fœdus secundum, à quo primum fuerat institutum. Nam sicut Apostolica testatur historia: *Dum compleverunt dies Pentecostes, effusus est repente de celo sonus tanquam aduentantis spiritus vehemens: & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispartite lingue, tanquam ignis, sedúque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.* O quam velox est sermo sapientiae, & vbi Deus magister est, quam citò discitur, quod docetur. Non est adhibita interpretatio ad audiendum, non consuetudo ad vsum, non tempus ad studium, sed spirante vbi voluit, spiritu veritatis, propriae singularum gentium voces, factæ sunt in Ecclesiae ore communes. Ab hoc igitur die tuba Evangelicæ prædicationis intonuit, ab hoc die imbres charismatum, flumina benedictionum, omne desertum, & vniuersam aridam rigauerunt: quoniam ad renouandam faciem terræ spiritus Dei ferebat super aquas, & ad veteres tenebras abigendas, nouæ lucis fulgura coruscabant, cum micantium splendore linguarum, & verbum Domini lucidum, & eloquium conciperetur ignitum, cui ad creandum intellectum consumendumque peccatum, & efficacia illuminandi, & vis ineffet vrendi. Quamuis autem, dilectissimi, valde fuerit ipsa rei gestæ forma mirabilis, nec dubium sit, in illo omnium humanarum vocum exultante\* concentu, maiestatem Spiritus sancti fuisse præsentem: nemo tamen existimet in iis, quæ corporeis visa sunt oculis, diuinam eius apparuisse substantiam. Natura enim inuisibilis, & Patri

A Filióque communis, qualitatem muneris atque operis sui, qua voluit significatio- ne monstrauit. Proprietatem verò essentialis suæ in sua deitate continuit: quia sicut nec Patrem, nec Filium, ita nec Spiritum sanctum humanus potest visus attingere. In Trinitate enim diuina nihil dissimile, nihil impar est: & omnia quæ de illa possunt substantia cogitari, nec virtute, nec gloria, nec æternitate discreta sunt. Cúmque in personarum proprietatibus alius sit Pater, alius sit Filius, alius Spiritus sanctus: non tamen alia deitas, nec diuersa natura est. Siquidem cum & de Patre sit Filius vnigenitus, & Spiritus sanctus Patris Filiique sit Spiritus, non sicut quæcunque creatura, quæ & Patris Filij est: sed sicut cum vtroque viuens & potens, & sempiternus, & ex eo quod est Pater Filiusque subsistens. Vnde cum Dominus ante passionis suæ diem Discipulis suis sancti Spiritus sponderet aduentum. *Adhuc, in-* Ioan. 10:  
*quit, multa habeo vobis dicere, sed non potestis illo modo portare. Cúm autem ille venerit Spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, loquetur, & futura annuntiabit vobis. Omnia quæ habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Non ergo alia sunt Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti: sed omnia quæcunque habet Pater, habet & Filius, habet & Spiritus sanctus, nec vnquam in illa Trinitate defuit ista communio: quia hoc est ibi omnia habere, quod semper existere, nulla ibi tempora, nulli gradus, nullæ differentie cogitentur, & si nemo de Deo potest explicare quod est, nemo audeat affirmare quod non est. Excusabilius enim est de natura ineffabili non eloqui digna, quam definire cõtraria. Quicquid itaque de sempiterna & in- In sancta Trinitate nulla differentias.  
cõmutabili gloria Patris, pia possunt corda concipere, hoc simul & de Filio, & de Spiritu sancto, inseparabiliter atque indifferenter intelligant. Ideo enim hanc beatam Trinitatem, vnum confitemur Deum, quia in his tribus personis, nec substantiæ, nec potentie, nec voluntatis, nec operationis est vlla diuersitas. Sicut ergo detestamur Arrianos, qui inter Patrem & Filium aliquam volunt esse distantiam, ita etiam Macedonianos pariter detestamur: qui licet Patri & Filio tribuant æqualitatem, Spiritum tamen sanctum inferioris putant esse naturæ, non considerantes eam blasphemiam se incidere, quæ neque in presenti seculo, neque in futuro sit remittenda iudicio, dicente Domino, *Quicumque dixerit verbum contra* Math. 12:

Exod. 19.

Act. 2.

Ioan. 3.

CAP. 11.

Genes. 1.

CAP. III.

CORINTH.

CAP. IV.  
Arriani.  
Macedo-  
niani.

Peccatum filium hominis, remittetur ei: Qui autem dixit in Spiritum sanctum, neque in hoc seculo, neque in futuro. Permanens autem sit irre-missibile.

i. Cor. 12.

Ibidem.

Ieiunia de Spiritu sancto manerunt.

*Qui autem dixit in Spiritum sanctum, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Permanens itaque in hac impietate, sine venia est, quia exclusit eum à se, per quem poterat confiteri: nec vnquam peruenit ad indulgentiæ remedium, qui patrocinantem sibi non habet aduocatum. Ab ipso enim est inuocatio patris, ab ipso sunt lachrymæ poenitentium, ab ipso sunt gemitus supplicantium. Et nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto. Cuius æqualem cum Patre & Filio omnipotentiam vnâque deitatem euidentissimè prædicat Apostolus dicens: *Diuisiones autem gratiarum sunt, idem autem spiritus. Et diuisiones ministratorum sunt, idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.* His, dilectissimi, aliisque documentis, quibus innumerabiliter diuinorum eloquiorum coruscant autoritas: ad venerationem Pentecostes vnanimiter incitemur, exultantes in honorem sancti Spiritus, per quem omnis Ecclesia Catholica sanctificatur, omnis anima rationalis imbuitur. Qui inspirator fidei, doctor scientiæ, fons dilectionis, signaculum castitatis, & totius est causa virtutis. Gaudeant fidelium mentes, quod in toto mundo vnus Deus, Pater & Filius & Spiritus sanctus, omnium linguarum confessione laudatur, quodque illa significatio, quæ in specie ignis apparuit, & opere perseverat, & munere. Ipse enim spiritus veritatis, facit domum gloriæ suæ luminis sui nitore fulgere, & in templo suo, nec tenebrosum aliquid vult esse, nec tepidum, de qua ope atque doctrina etiam ieiuniorum nobis atque elemosynarum est collata purgatio. Nam hunc venerabilem diē sequitur saluberrimæ obseruantix consuetudo, quam vtilissimam sibi omnes Sancti semper experti sunt, & ad quam sedulo celebrandam, pastoralis vos sollicitudine cohortamur: vt si quid macularum proximis diebus negligentia incauta contraxit, id & ieiunij censura castiget, & deuotio pietatis emendet. Quarta igitur & sexta Feria ieiunemus: Sabbato autem in idipsum consueta deuotione vigilias celebremus, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

## Sermo II. de Pentecoste.

## De mysterio Trinitatis, de missione Spiritus sancti, &amp; Manichæorum impietate.



**D**ILECTISSIME quidem nobis, dilectissimi, causam atque rationem solennitatis hodiernæ diuinorum eloquiorum textus ostendit, quo sanctum Spiritum quinquagesimo post Domini resurrectionem die, quia ab Ascensione eius est decimus, infusum Christi Discipulis, sicut promissus sperabatur, agnouimus. Sed ad novos Ecclesiæ filios instruendos, addendum est etiam nostri sermonis obsequium. Non enim timemus, vt spirituales & eruditi nota fastidiant, ad quorum fructum pertinet, vt quàm plurimis insinuari velint, quod ipsi cum magna sui vtilitate didicerunt. Fiat ergo per corda omnium dispensatio munerum diuinorum, & seruitutem oris nostri docti indoctique non spernant. Illi vt probent se amare quod norunt: isti vt ostendant se desiderare quod nesciunt. Huic enim præparationi nostræ adierit ipsius largitas, de cuius loqui maiestate gestimus: vt ad profectum totius Ecclesiæ & vos capaces, & nos faciat abundantes. Cùm igitur ad intelligendâ dignitatem Spiritus sancti aciem mentis intendimus, nihil diuersum ab excellentia Patris & Filij cogitemus: quia in nullo ab vnitatis sua discrepat diuinitatis essentia. Sempiternum est Patri, consempiternum sibi Filij sui esse genitorem: Sempiternum est Filio, intemporaliter esse à Patre progenitum. Sempiternum quoque est Spiritui sancto, Spiritum esse Patris & Filij: vt nunquam Pater sine Filio, nunquam Filius sine Patre, nunquam Pater & Filius fuerint sine Spiritu sancto: & omnibus existentix gradibus exclusis, nulla ibi persona sit anterior, nulla posterior. Huius enim beatæ Trinitatis & incommutabilis deitatis vna est substantia, indiuisa in opere, concors in voluntate, par in omnipotentia, æqualis in gloria. De qua cùm sancta scriptura sic loquitur, vt aut in factis, aut in verbis aliquid assignet, quod singulari videatur conuenisse personis, non perturbatur fides Catholica, sed docetur: vt per proprietatem aut vocis aut operis, insinuetur nobis veritas Trinitatis, & non diuidat intellectus quod distinguit auditus. Ob hoc enim quædam siue sub Patris, siue sub Filij,

CAP. I.

CAP. II.

Quid de Spiritu sancto sentiamus.

CAP. III.

siue sub Spiritus sancti appellatione pro-  
 muntur : vt confessio credentium in Tri-  
 nitate non erroret. Quæ cum sit inseparabi-  
 lis, nunquam intelligeretur esse Trinitas,  
 si semper inseparabiliter diceretur. Bene  
 ergo ipsa difficultas loquendi cor nostrum  
 ad intelligentiam trahit, & per infirmita-  
 tem nostram cælestis doctrina nos adiu-  
 uat : vt quia in deitate Patris & Filij, &  
 Spiritus sancti, nec singularitas est, nec di-  
 uersitas cogitanda, vera vnitas & vera Tri-  
 nitas possit quidem aliquatenus mente sen-  
 tiri, sed non possit simul ore proferri.  
 Fundata igitur, dilectissimi, in cordibus  
 nostris fide, qua salubriter credimus, quod  
 simul tota Trinitas vna virtus est, vna  
 maiestas, vna substantia, indiscreta ope-  
 re, inseparabilis dilectione, indifferens  
 potestate, simul implens omnia, simul  
 continens vniuersa. Quod enim Pater est,  
 hoc est & Filius, hoc est & Spiritus san-  
 ctus, & vera Deitas, in nullo esse aut minor  
 aut maior potest : quæ sic in tribus confi-  
 randa est personis, vt & solitudinem non  
 recipiat Trinitas, & vnitatem seruet æqua-  
 litas. Hac, inquam, dilectissimi, fide firmiter  
 apprehensa, non ambigamus, quod cum  
 in die pentecostes discipulos Domini Spiritus  
 sanctus impleuit, non fuit inchoatio  
 muneris, sed adiectio largitatis: quoniam &  
 patriarchæ & prophetæ & sacerdotes, om-  
 nésque sancti, qui prioribus fuere tempori-  
 bus, eiusdem sunt Spiritus sancti sanctifica-  
 tione vegetati: & sine hac gratia, nulla vn-  
 quam instituta sacramenta, nulla sunt ce-  
 lebrata mysteria: vt eadem semper fuerit  
 virtus charismatum, quamuis non eadem  
 fuerit mensura donorum. Ipsi quoque  
 beati Apostoli ante passionem Domini  
 sancto Spiritu non carebant, nec potentia  
 huius virtutis aberat ab operibus Saluatoris.  
 Et cum discipulis daret infirmitatum  
 curationem, & eiciendorum dæmonum  
 potestatem, eius vtique Spiritus largiebatur  
 effectum, in quo ipsum immundis spiri-  
 tibus imperantem Iudæorum negabat impietas,  
 & diuina beneficia diabolo deputabat.  
 Vnde taliter blasphemantes merito  
 illam Domini exceperunt sententiam, qua  
 ait: *Omne peccatum & blasphemia remittetur  
 hominibus: Spiritus autem blasphemia non re-  
 mittetur hominibus.* Et quicumque dix-  
 erit verbum contra filium hominis, remitte-  
 tur ei; qui autem dixerit contra Spiritum  
 sanctum, non remittetur ei, neque in hoc  
 seculo, neque in futuro. Vnde manifestum  
 est, peccatorum remissionem sine Spiritus  
 sancti \* aduocatione non fieri, nec quem-

A quam sine illo, sicut expedit, ingemiscere,  
 aut sicut oportet, orare, dicente Apo-  
 stolo: *Quid enim vobis sicut oportet, nesci-*  
*mus: sed ipse spiritus postulat pro vobis geni-*  
*tibus inenarrabilibus.* Et nemo potest dicere  
 Dominum Iesum, nisi in Spiritu sancto: quod  
 vacuari nimis exitiabile est, nimisque mor-  
 tiferum, quia nunquam veniam meretur,  
 qui ab intercessore deseritur. Omnes igitur  
 dilectissimi, qui in Dominum Iesum  
 crediderant, infusum sibi habebant Spiritum  
 sanctum, & remittendorum peccatorum  
 iam tunc Apostoli acceperant potestatem,  
 quando post resurrectionem suam Do-  
 minus insufflauit, & dixit: *Accipite Spiritum*  
*sanctum: quorum remisistis peccata, re-*  
*mittentur eis, & quorum retinueritis, retine-*  
*buntur.* Sed illi perfectioni, quæ erat Disci-  
 pulis conferenda, maior gratia & abundan-  
 tior inspiratio seruabatur: per quam & quæ  
 nondum acceperant, sumerent, & excellen-  
 tius possent habere, quæ sumperant. Pro-  
 pter quod Dominus dicebat: *Adhuc multa*  
*habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare*  
*modo. Cum autem venerit Spiritus veritatis,*  
*ille diriget vos in omnem veritatem. Non enim*  
*loquetur à semetipso, sed quæ audierit, loquetur,*  
*& futura annuntiabit vobis. Ille me clarifica-*  
*bit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*  
 Quid ergo est, quod Dominus promit-  
 tens Discipulis Spiritum sanctum, qui iam  
 dixerat. *Omnia quæ audiuimus à Patre meo, no-*  
*stra feci vobis: Adhuc, inquit, multa habeo*  
*vobis dicere, sed non potestis portare modo.*  
*Quum autem venerit spiritus ille veritatis, il-*  
*le vos diriget in omnem veritatem?* Nunquid  
 sese Dominus inferioris scientiæ volebat  
 intelligi, aut minus aliquid quàm Spiritum  
 sanctum à Patre didicisse: cum ipse sit  
 Veritas, & nihil Pater dicere, nihil possit  
 docere sine Verbo, ideoque dictum sit: *De*  
*meo accipiet,* quoniam quod accipit Spiritus  
 Patre dante, dat filius? Non itaque alia  
 insinuanda erat veritas, nec alia prædicanda  
 doctrina: sed oportebat capaciatem eorum  
 qui docebantur, augeri, & multiplicari  
 constantiam illius charitatis, quæ omnem  
 formidinem foras mitteret, & furorem  
 persequentium non timeret. Quod vtique  
 Apostoli, posteaquam Spiritus sancti noua  
 abundantia sunt repleti, ardentius velle &  
 efficacius posse cœperunt, \* proficientes à  
 præceptorum scientia ad tolerantiam pas-  
 sionum: vt sub nulla iam tempestate trepidantes,  
 fluctus seculi & elationes mundi,  
 fide supergrediente calcarent, & morte  
 contempta, omnibus gentibus Euangelium  
 veritatis inferrent. Quod verò addidit

Fides 5.  
Trinitatis.Spiritus  
sanctus enim  
ante Pentecosten  
datus.

CAP. IV.

Luc. II.

March. 12.

innotatione;

Rom. 8.

I. Cor. 12.

CAP. VI.

Ioh. 16.

Ioh. 16.

CAP. VII.

proficiant.

Dominus dicens: *Quæcumque audierit, lo-  
quetur, & futura annuntiabit vobis*, non se-  
gni intellectu, dilectissimi, nec transitorio  
accipiamus auditu. Præter alias enim veri-  
tatis locutiones, quibus Manichæorum  
confutatur impietas, hac apertissimè sen-  
tentiâ totum sacrilegæ falsitatis dogma pro-  
sternitur. Nam vt magnum quendam atque  
sublimem viderentur sequi autorem, in ma-  
gistro suo Manichæo apparuisse Spiritum  
sanctum crediderunt, promissumque à Do-  
mino Paracletum non prius venisse, quàm  
hic infelicium deceptor oriretur, in quo ita  
Spiritus sanctus manserit, vt non aliud fue-  
rit Manichæus ipse, quàm Spiritus, qui per  
ministerium corporeæ vocis & linguæ, di-  
scipulos suos in omnem induceret verita-  
tem, & nunquam cognita præteritorum se-  
creta seculorum refereret. Quod quàm sit  
ridiculum quàmque vanum, tæderet osten-  
dere, nisi adhuc quosdam non puderet hoc  
credere. Manichæus ergo magister falsitatis  
diabolicæ, & conditor superstitionis ob-  
scenæ, eo tempore damnandus innouit,  
quo post resurrectionem Domini ducen-  
tesimus & sexagesimus annus impletus est,  
Probo Imperatore, Paulinôque Consule,  
cùm octaua iam in Christianos persecutio  
ebulliret, & innumera Martyrum millia ip-  
sis sui victoriis probauissent impletum esse,  
quod Dominus promiserat, dicens: *Cùm  
autem tradent vos, nolite cogitare, quomo-  
do aut quid loquamini. Dabitur enim vobis  
in illa hora, quid loquamini. Non enim vos  
estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri  
qui loquitur in vobis.* Non ergo potuit pro-  
missio Domini tanta per ætatum inter-  
ualla differri, nec ille Spiritus veritatis,  
quem mundus non accepit impiorum, ita  
septiformem illam donorum suorum con-  
tinuit largitatem, vt tot Ecclesiæ genera-  
tiones, sapientia & intellectu, consilio &  
fortitudine, scientia & pietate, atque ipso  
Dei timore fraudaret, donec prodigosus  
turpium mendaciorum signifer nasceretur,  
cui nec hoc quidem tribui potest, quod vel  
exiguam diuinæ inspirationis acceperit  
portionem: quoniam & hic de illa mundi  
exiit parte, quæ non potest Spiritum veri-  
tatis accipere. Repletus enim spiritu dia-  
boli, Spiritui resistit Christi: & cùm sanctis  
Dei hoc Paraclæti doctrina contulerit, vt  
futura prædicerent, hic ne falsitatis eius ipse  
rerum processus argueret, ridendarum im-  
pudentiam fabularum in præteritas retorfit

ætates. Et quasi nos nihil de sempiternitate  
creatoris, nihil de ordine creaturæ in vni-  
uersum mundum bene lex sancta & diuini-  
tatis inspirata prophetia docuisset, in contu-  
meliam Dei, & in omnium iniuriam natu-  
rarum, inexplicabilium mēdaciōrum mōn-  
stra contexit. Quibus tandem suas infi-  
nuaturus insanias, nisi multum incestis &  
nimium à lumīne veritatis auersis, qui siue  
per ignorantia cæcitate, siue per turpitu-  
dinis appetitum, ad illa non sacra, sed exc-  
cramenta perueniunt? Quæ propter com-  
munem verecundiam non sunt nostro ser-  
mone promenda: cùm iam abundantissimè  
ipsorum sint confessione patefacta. Nul-  
li ergo vestrū, dilectissimi, suadeatur, quod  
tantæ impietatis autorem Spiritus sanctus  
aliqua ex parte dignatus sit. Nihil ad istum  
prorsus de illa virtute peruenit, quam Ec-  
clesiæ suæ Christus & promisit, & misit.  
Dicente enim Ioanne, *Spiritus nondum* 1 Ioan. 7.  
*erat datus, quia Iesus nondum fuerat clarifi-  
catus.* Domini ascensio, dandi Spiritus fuit  
ratio, quem ille necesse est vt neget datum,  
qui ad confessum paternæ dexteræ verum  
in Christo hominem negat esse prouectum.  
Nos autem, dilectissimi, ad beatam æterni-  
tatem & animæ & carnis per regeneratio-  
nem sancti Spiritus adoptati, sacratissimi  
istius festi diem, rationabili obsequio & ca-  
sta lætitia celebremus, cōsistentes cum bea-  
to Paulo Apostolo, quod Dominus Iesus  
Christus ascendens in altum, captiuam du-  
xit captiuitatem, dedit dona hominibus: vt  
Euangelium Dei per omne humanæ vocis  
eloquium prædiceretur, & omnis lingua con-  
fiteatur, quia Dominus Iesus Christus in  
gloria est Dei patris. Ad præsentem au-  
tem solēnitatem etiam ista nobis est assu-  
menda deuotio: vt ieiunium, quod ex Apo-  
stolica traditione subsequitur, sancta obse-  
quiantia celebremus: quia & hoc inter maxi-  
ma sancti Spiritus dona numerandum est,  
quod nobis aduersum illecebras carnis &  
insidias diaboli, ieiuniorum sunt collata  
præsidia: quibus omnes tentationes Deo  
adiuuante vincamus. Quartā igitur & sexta  
feria ieiunemus, Sabbato autem apud bea-  
tum Petrum Apostolorum vigilias celebremus,  
patrocinate eodem orationibus no-  
stris: vt in omnibus misericordiam Dei ob-  
tinere mereamur, Per Dominum nostrum  
Iesum Christum viuentem & regnantem  
cum Patre & Spiritu sancto in secula secu-  
lorum, Amen.

Manichæo-  
rū impietas.Manichæus  
quo tempore  
exiit.

Math. 10.

Spiritus 33-  
ti dona se-  
ptem.

CAP. VI.

1 Ioan. 7.

Psal. 67.

Ephes. 4.

Phillip. 2.

CAP. IX.

Ieiunium

Apostolicæ

est traditio-

nis per Spi-

ritū sanctū.

Sanctorum

patrociniā.

## Sermo III. de Pentecoste.

*Quod opera Trinitatis sint indiuisa, & de  
causa Incarnationis, & aequalitate  
personarum.*

CAP. I.



ODIERNAM, dilectissimi, festiuitatem toto terrarum orbe venerabilem, ille sancti Spiritus consecrauit aduersus, qui post resurrectionem Domini

Act. 2.  
Luc. 24.  
Act. 1.

quingagesimo die in Apostolos populūque credentium, sicut sperabatur, influxit. Sperabatur autem, quia illum Dominus Iesus promiserat adfuturum, non ut tunc primū esse sanctorum habitator inciperet: sed ut sacrata sibi pectora, & feruentius accenderet, & copiosius inundaret: cumulans sua dona, nō inchoans, nec ideo nouus opere, quia ditior largitate. Nunquam enim ab omnipotentia Patris, & Filij, Spiritus sancti est discreta maiestas: & quicquid in dispositione omnium rerum agit diuina moderatio, ex totius venit prouidentia Trinitatis. Vna est ibi benignitas misericordiae, vna censura iustitiae: nec aliquid est in actione diuinum, vbi nihil est in voluntate diuersum. Quae ergo illuminat Pater, illuminat Filius, illuminat Spiritus sanctus.

Diuina Trinitatis opera indiuisa.

CAP. II.

Cūque alia sit persona missi, alia mittentis, alia promittentis, simul nobis & vnitas manifestatur & Trinitas: ut essentia habens aequalitatem, & non recipiens solitudinem, & eiusdem substantiae, & non eiusdem intelligatur esse personae. Quod ergo salua cooperatione inseparabilis Deitatis, quaedam Pater, quaedam Filius, quaedam proprie Spiritus sanctus exequitur: nostrae dispositionis redemptionis, nostrae salutis est ratio.

Galat. 1.

Si enim homo ad imaginem & similitudinem Dei factus, in suae honore naturae mansisset, nec diaboli fraude deceptus, à lege sibi posita per concupiscentiam deuiasset, creator mundi creatura non fieret: neque aut sempiternus temporalitatem subiret, aut aequalis Deo patri filius Deus, formam serui & similitudinem carnis peccati assumeret. Sed quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, & aliter solui captiuitas humana non potuit, nisi causam nostram ipse susciperet, qui sinemaiestatatis suae damno, & verus homo fieret, & solus peccati contagium non haberet: diuisit sibi opus nostrae reparationis misericordia Trinitatis: ut Pater propitiaretur, Filius propitiaret, Spiritus sanctus igniret. Oportebat

Sapient. 2.

A enim ut aliquid etiam saluandi pro se agerent, & conuersis ad Redemptorem cordibus, ab inimici dominatione desciscerent.

Quoniam, sicut Apostolus ait, *Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem Abba pater.* Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Et nemo potest dicere Dominum

Galat. 4.

2. Cor. 13.

1. Cor. 12.

CAP. III.

Iesum, nisi in Spiritu sancto. Si ergo ducem gratia, dilectissimi, fideliter sapienterque noscimus, quid Patri, quid Filio, quid Spiritui sancto in reparatione nostra propriū quidve commune sit: ea quae pro nobis humiliter & corporaliter gesta sunt, ita proculdubio suscipiemus, ut nihil indignum de vna atque eadem Trinitatis gloria sentiamus. Quamuis enim nulla mens ad cogitandum de Deo, nulla ad loquendum lingua sufficiat, tamen quantumcunque illud est, quod humano intellectu de essentia paternae deitatis attingitur: nisi vnum atque idem est, cum vel de vnigenito eius, vel de Spiritu sancto cogitur, non pie sapitur, sed nimis carnaliter caligatur, & ipsum quod de patre congruenter sentiri videbatur, amittitur: quia à tota Trinitate receditur, si in ea vnitas non tenetur. Nulla autem ratione verè est vnum, quod aliqua est inaequalitate diuersum. Quum igitur ad consistendum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum aciem mentis intendimus: procul ab animo formas visibilium rerum & aëtales temporalium naturarum, procul corpora locorum, & loca corporum repellamus. Discedat à corde, quod spatio extenditur, quod sine cōcludiur, & quicquid nec semper vbiq̄, nec totum est. Cogitatio de deitate Trinitatis concepta, nihil per distantiam intelligat, nihil per gradū quærat. At si quid dignum de Deo senserit, nulli hoc ibi audeat negare personae, tanquā honorificentius Patri adscribar, quod Filio Spirituique non tribuat. Non est pietas vnigenito præferre genitorem. Filij contumelia, patris est iniuria: quod vni demitur vtrique detrahitur. Nam cum illis & sempiternitas sit communis & deitas, nec omnipotens pater nec incommutabilis aestimatur, si aut minorem se genuit, aut quem non habuit, habendo profecit. Dicit quidem Dominus

CAP. IV.

De S. Trinitate quid sit cogitandū.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

I. Cor. 12.

Ibidem.

esse firma ratione. Commendatur ergo etiam sanctis Apostolis in incarnatione Verbi Domini humana prouectio, & qui denunciatio sibi Domini turbabantur abscellu, ad æterna gaudia honoris sui incitantur augmento. Si diligeretis me, inquit, gauderetis utique, quia vado ad patrem, hoc est, si perfecta scientia videretis, quid vobis gloriæ confertur per hoc, quod ex Deo patre genitus, etiam ex homine matre sum natus, quod Dominus æternorum, vnus volui esse mortalium quod visibilem me inuisibilis præbui, quod formam serui in forma Dei sempiternus accepi: gauderetis, quia vado ad patrem. Vobis enim præstatur hæc ascensio, & super omnes cælos ad patris dexteram collocanda vestra in me humilitas eleuatur. Ego autem qui hoc sum cum patre, quod pater est, indiuiduus cum genitore permaneo, & sic ab illo, ad vos veniens, non recedo, quemadmodum & vos, ad illum rediens, non relinquo. Gaudete ergo quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Vniui enim vos mihi, & factus sum filius hominis: vt vos filij Dei esse possitis. Vnde licet vnus in vtroque sim, tamen quo vobis conformor, patre sum minor. Quod autem à Patre non diuidor, etiam in ipso sum maior. Natura itaque quæ minor est patre, vadit ad patrem, vt ibi sit caro, vbi semper est Verbum: & vna Ecclesiæ Catholice fides, quem secundum humanitatem non distinetur minorem, secundum deitatem credat æqualem.

CAP. VI.

sententia.  
Ioan. 15.

Contemnatu rigitur, dilectissimi vana & cæca versutia hæreticæ impietatis, quæ sibi huius \* sciētiae sua interpretatione blanditur, ac dicente Domino, *Omnia que habet pater, mea sunt*, non intelligit se patri demere, quicquid filio audet negare. Et ita in his, quæ humana sunt, desipit, vt putet quod ideo vnigenito paterna defuerint, quia nostra suscepit. Non minuit in Deo misericordia potestatem, nec delata reconciliatio creaturæ, sempiternæ defectus est gloriæ. Quæ habet Pater habet Filius, & quæ habet Pater & Filius, habet & Spiritus sanctus: quia tota simul Trinitas est vnus Deus. Hanc autem fidem terrena sapientia non reperit, nec opinio humana persuasit, sed ipse vnigenitus Filius docuit, ipse Spiritus sanctus instituit, de quo nihil est aliter, quàm de Patre & Filio sentiendum. Quia licet non sit Pater, non sit Filius, non tamen est à Patre Filioque diuisus, & sicut propriam habet in Trinitate personam, ita vnam habet in Patris & Filij deitate substantiam, omnia implentem, omnia con-

continentem, & cum Patre & Filio vniuersa moderantem, per infinita secula seculorum, Amen.

## SERMO PRIMVS DE IEIUNIO PENTECOSTES.

*De abstinentia ac carnis afflictione, & neminem in hac vita esse securum.*



**B**ODIERNAM, dilectissimi, festiuitatem descensione sancti Spiritus consecratam sequitur, vt nostis, solenne ieiunium, quod annis corporibusque curandis salubriter institutum, deuota nobis est obseruantia celebrandum. Repletis namque Apostolis virtute promissa, & in corda eorum Spiritu veritatis ingresso, non ambigimus inter cætera cœlestis sacramenta doctrinæ, hanc spiritualis continentie disciplinam de Paracliti magisterio primitus fuisse conceptam: vt sanctificatæ ieiunio mentes conferendis sibi charismatibus fierent aptiores. Aderat quippe Christi discipulis protectio omnipotentis auxilij, & principibus nascētis Ecclesiæ tota Patris Filiique diuinitas, in præsentia sancti Spiritus præsidebat. Sed contra instantes impetus persequentium, contra minaces fremitus impiorum, non corporis fortitudine, nec carnis erat saturitate certandum: cum hoc maximè hominis interiora corumpat, quod exteriora delectat: & tantò fiat rationalis anima purgatiòr, quantò fuerit substantia carnis afflictior.

CAP. I.  
Ecclesiæ  
ieiunia au-  
thore Spi-  
ritu sancto  
instituta.

Hi itaque doctores, qui exemplis & traditionibus suis omnes Ecclesiæ filios imbuerunt tyrocinium militiæ Christianæ sanctis ieiuniis inchoarunt: vt contra spirituales nequitias pugnaturi, abstinentiæ arma raperent, quibus vitiorum inuentiua truncarent. Inuisibiles enim aduersarij, & incorporales hostes, non erunt contra nos validi: si nullis carnalibus desideriis fuerimus immergi. Cupiditas quidem nocendi in tentatore perpetua est, sed inermis atque inefficax erit, si nihil in nobis vnde contra nos pugnet, inuenierit. Quis autem hac fragili carne circumdatus, & in isto mortis corpore constitutus, etiam qui multum validèque profecerit, ita iam de sua salute securus sit, vt ab omni se illecebrarum periculo credat alic-

CAP. II.

num? Donet licet sanctis suis quotidiana nam gratia diuina victoriam: non aufert tamen dimicandi materiam. Quia & hoc ipsum de misericordia protegentis est, qui naturæ mutabili, ne de confecto prælio superbiret, semper voluit superesse quod vinceret. Igitur post sanctæ dies læ-

CAP. III.  
Ieiunia sa-  
lubriter in-  
stituta.

titæ, quos in honorem Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cælos ascendentis, exegimus, postque perceptum sancti Spiritus donum, salubriter & necessariè consuetudo est ordinata ieiunij: vt si quid fortè inter ipsa festiuitatum gaudia, negligens libertas & licentia inordinata præsumpsit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget. Quæ ob hoc quoque studiosius exequenda est, vt illa in nobis, quæ hac die Ecclesiæ diuinitus sunt collata, permaneant. Templum enim facti Spiritus sancti, & maiore quàm vnquam copia diuini fluminis irrigati, nullis debemus concupiscentiis vinei, nullis vitis possideri: vt virtutis habitaculum nulla sit contaminatione pollutum. Quod vtique

CAP. IV.

regente atque adiuuante Domino omnibus obtinere possibile est: si per ieiunij purificationem ac per misericordiæ largitatem studeamus & peccatorum fordibus liberari, & charitatis fructibus esse fecundi. Quicquid enim in cibis pauperum, in curationes debiliū, in precia captiuorum, in quælibet opera pietatis impenditur: non minuitur, sed augetur, nec vnquam apud Deum perire poterit, quod fidelis benignitas erogarit, dum quodcunque tribuit ad subsidium, id sibi recondit ad præmium. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus: neque delictorum memoria erit, vbi testimonium pietatis adfuerit. Quarta igitur & sexta Fe-

Matth. 5.

ria ieiunemus: Sabbato autem apud beatissimum Petrum Apostolum vigilas celebremus: cuius nos orationibus, & à spiritalibus inimicis & à corporeis hostibus confidimus liberari, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Orant san-  
cti pro no-  
bis.

## Sermo II. de ieiunio Pentecostes.

De ieiunio Christianorum, Iudeorum, hereticorum, & paganorum.



VBITANDVM non est, dilectissimi, omnem obseruantiam Christianam, & eruditionis esse diuinæ, & quicquid ab Ecclesia in consuetudinem est deuotio-

CAP. I.

nisreceptum, de traditione Apostolica & de sancti Spiritus prodire doctrina: qui nunc quoque cordibus fidelium suis præsidet institutis, vt ea omnes & obedienter custodiant, & sapienter intelligant. Nam cum isti die Pentecostes, quem à Pascha Domini quinquagesimum celebramus, promissus à Domino Spiritus sanctus expectantium inentes maiori quàm vnquam copia & clariore præsentia suæ maiestatis impleuerit: manifestissime patet inter cetera Dei munera, ieiuniorum quoque gratiam, quæ hodiernam festiuitatem induisa subsequitur, tunc fuisse donatam: vt sicut fuit concupiscentia initium peccatorum, ita sit continentia origo virtutum. In exercendo autem hoc Dei munere, non ideo segniores esse debemus, quia & Iudæi & heretici sæpè ab edendi libertate se continent, & apud

Traditio-  
nis Aposto-  
licæ auctori-  
tatis.

Ieiuniões  
auctore in-  
stituta.

CAP. III.

iplos paganos sunt quædam vana ieiunia. Aliud enim agit sub veritate ratio, aliud sub falsitate deceptio. Apud nos fides etiã sanctificat manducantem, apud illos infidelitas polluit ieiunantem. Vnde quia extra Ecclesiam Catholicam nihil est integrum, nihil castum, dicente Apostolo, *Omne quod non est ex fide, peccatum est*: cum diuisis ab vnitatem corporis Christi, nulla similitudine comparatur, nulla communione miscemur, quod vtique nobis saluberrimum maximumque ieiunium est. Ad virtutem enim continentie nihil prius pertinet, quàm ab erroribus abstinere: quia tunc demum bene ambulatur, cum per viam veritatis inceditur. Nam quia angusta & ardua declinantes, procliuia & lata festando, citò in perditionem deueniunt, melior est gradus lentior per iter rectum, quàm velocitas festina per deuium.

Agnoscat ergo Catholicus Christianus sanctus ieiunij sui, quod etiam inter maximas largitates sterilissimum erit, nisi de sancti Spiritus rigatione processerit. Cum enim dicat Apostolus, nullas sibi virtutes sine charitate prodesse, idemque dicat, charitatem Dei diffusam esse in eordibus nostris per Spiritum sanctum,

CAP. III.

I. Cor. 13.  
Rom. 5.

qui datus est nobis: cauendum est, ne bona quæ facere sine bonitate non possumus, elatione perdamus. Nam omni se meritò laude dispoliat, qui de studiis industriz suæ in se magis quàm in Domino gloriatur: cum beatus Dauid doceat in sanctorum operibus Deum esse laudandum, dicens, *Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ.* Et iterum, *Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabuntur, quoniam gloria virtutis eorum es tu.* Et ideo, dilectissimi, secundum eruditionem Spiritus sancti, per quem Ecclesie Dei omnium virtutum collata sunt dona, suscipiamus alacri fide solenne ieiunium: & in mandatis, quæ poterimus efficere, contineamus nos ab inflatione iactantiz, ad Dei gloriam cuncta referentes, qui & bonarum est inspirator voluntatum, & bonarum est author actionum, dicente Domino: *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum, qui in caelis est.* Qui viuunt & regnat, per omnia secula seculorum, Amen.

### Sermo III. de ieiunio Pentecostes.

#### De utilitate ieiunij & eleemosynarum.

**A**NCTARVM solennitatum, dilectissimi, ordine celebrato, & spiritualis lætitz deuotione completa, oportet nos ad salubritatem recurrere parcitatis, remediumque ieiunij & exercendi mentibus & castigandis adhibere corporibus: vt quia nos satis de hoc & diuina monita & propria experimenta docuerunt, primùm per sacratissimorum dierum recursum diuinæ pietati gratias referamus: cum sanctas continentiz delicias appetentes, aliquantulum nobis de terrenorum ciborum abundantia subtrahamus, ita proficiat eleemosynis, quod non impenditur mensis. Tunc enim demum ad animæ curationem proficit medecina ieiunij: cum abstinentia ieiunantis esuriem reficit indigentis. Quia ergo scimus apud misericordem Deum ieiunij præcellere eleemosynæ largitatem, dicente ipso Domino, *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis:* si animas nostras à peccatorum sordibus cupimus emundari, eleemosynam pauperibus non negemus, vt in die retributionis ad promerendam Dei misericordiam, misericordiz operibus adiuuemur, Per Christum Dominum nostrum, Amē.

### Sermo IV. de ieiunio Pentecostes.

#### De laude abstinentie & carnis castigatione.

**N**TER omnia, dilectissimi, Apostolicæ instituta doctrinæ, quæ ex diuinæ institutionis fonte manarunt, dubium non est, influente in Ecclesie principes Spiritu sancto, hanc primùm ab eis obseruantiam fuisse conceptam, vt sancti obseruatione ieiunij, omnium virtutum regulas inchoarent: quia multum ad præcepta Dei exequenda prodesset, si Christiana militia contra inæctiua omnia vitiorum, continentiz se sanctificatione muniter. Cum enim per illecebrem cibi irrepserit prima causa peccati: quo salubriore Dei munere vititur redempta libertas, quàm vt nouerit abstinere à concessis, quæ frenare se nesciuit à vetitis? Omnis quidem creatura Dei bona est, & nihil est abiiciendū, quod cum gratiarum actione percipitur. Sed non ad hoc creati sumus, vt fœda & impudenti auuiditate omnes mundi copias expetamus, tanquam quod licet sumi, non liceat prætermitti. Laudetur Deus, qui hominū vsui tam multa donauit: sed agnoscat rationalis animus, maiores delicias menti datas esse quàm carni. Et cum audit sibi per Spiritum sanctum dici, Post cōcupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere, intelligat sibi contra omnia, quæ sensibus corporeis blandiuntur, temperantiz sectandam esse virtutem, per quam, dum exterioris hominis voluptas minuitur, sapientia interioris augetur. Non enim idem vigor cordis est sub onere cibi, qui sub leuitate ieiunij, nec eundem sensum potest satietas generare, quem parcitas. Quia cum caro concupiscens aduersus spiritum, spiritali cupiditate superatur: libera obtinetur sanitas, & sana libertas, vt & caro mentis iudicio, & mens Dei regatur auxilio. Ad hanc ergo utilitatem nos, dilectissimi, præsens tempus inuitat, vt à resurrectione Domini vsque ad aduentum Spiritus sancti quinquaginta diebus emensis, quos in lætitia præcipuæ festiuitatis exegimus, ad ieiuniorum remedia recurramus: ne fortè per occasionem licentiz blandioris, aliquas negligentiz culpas delectabilium vsus inciderit. Terra enim carnis nostræ, nisi assiduis fuerit subacta culturis, citò de segni ocio spinas tribulosque producit, & partu degeneri dabit fructum non horreis

i. Cor. 1.  
2. Cor. 10.  
Hier. 9.  
Psal. 67.  
Psal. 88.

CAP. IV.

Matth. 5.

CAP. IV.

Ieiuniorum  
quanta vis.

1. Tim. 4.

CAP. III.

Ecccl. 18.

Galat. 5.

CAP. III.

Caro nostra  
ingit  
castiganda.

Eleemosy-  
næ præcellit  
ieiunio.

Luc. 11.

**Manh. 5.** inferendum, sed ignibus concremandum; **A**dam multo melius multoque feliciter condiderunt, quam illi quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt: ex quibus is, qui tibi nomen dedit fraternam te cæde fœdauit. Isti sunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri Sedem caput orbis effecta, latius præfideres religione diuina, quam dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victoriis, ius imperij tui terra marique protuleris: minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit. Deus namque bonus, & iustus, & omnipotens, qui misericordiam suam humano generi nunquam negauit, omnesque in commune mortales ad cognitionem sui abundantissimis semper beneficiis erudiuit, voluntariam erratum cæcitatē, & procliuē in deteriora nequitiam, secretiori consilio & altiori pietate miseratus est, mittendo Verbum suum æquale sibi atque coæternū. Verbum igitur caro factum ita diuinam naturam naturæ vniuit humanæ: vt illius ad infima inclinatio, nostra fieret ad summa prouectio. Vt autem huius inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum diuina prouidentia præparauit: Cuius ad eos limites incrementa perducta sunt, quibus cunctarum vndique gentium vicina & contigua esset vniuersitas. Disposito namque diuinitus operi maximè congruebat, vt multa regna vno confederarentur imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnus teneret regitnen ciuitatis. Hæc autē ciuitas ignorans suæ prouectionis autorem, cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium seruiēbat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullā respuebat falsitatem. Vnde quātum erat per diabolum tenaciū illigata, tantū per Christum est mirabilis absolutata. Nam cum duodecim Apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarū, imbuendum Euangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, suscepissent: beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperij: vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mūdi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac tūne vrbe non essent? aut quæ vsquam gentēs ignorarent, quod Roma didicisset? Hic conculcandæ philosophiæ opinionēs, hic dissoluendæ erant terrenæ sapientiæ vanitates, hic

**Sanctorum meritis & orationibus adiuuatur.**

**CAP. IV.** dam multo melius multoque feliciter condiderunt, quam illi quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt: ex quibus is, qui tibi nomen dedit fraternam te cæde fœdauit. Isti sunt, qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia, per sacram beati Petri Sedem caput orbis effecta, latius præfideres religione diuina, quam dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victoriis, ius imperij tui terra marique protuleris: minus tamen est, quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit. Deus namque bonus, & iustus, & omnipotens, qui misericordiam suam humano generi nunquam negauit, omnesque in commune mortales ad cognitionem sui abundantissimis semper beneficiis erudiuit, voluntariam erratum cæcitatē, & procliuē in deteriora nequitiam, secretiori consilio & altiori pietate miseratus est, mittendo Verbum suum æquale sibi atque coæternū. Verbum igitur caro factum ita diuinam naturam naturæ vniuit humanæ: vt illius ad infima inclinatio, nostra fieret ad summa prouectio. Vt autem huius inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum regnum diuina prouidentia præparauit: Cuius ad eos limites incrementa perducta sunt, quibus cunctarum vndique gentium vicina & contigua esset vniuersitas. Disposito namque diuinitus operi maximè congruebat, vt multa regna vno confederarentur imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnus teneret regitnen ciuitatis. Hæc autē ciuitas ignorans suæ prouectionis autorem, cum penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium seruiēbat erroribus: & magnam sibi videbatur assumpsisse religionem, quia nullā respuebat falsitatem. Vnde quātum erat per diabolum tenaciū illigata, tantū per Christum est mirabilis absolutata. Nam cum duodecim Apostoli, accepta per Spiritum sanctum omnium locutione linguarū, imbuendum Euangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus, suscepissent: beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperij: vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mūdi corpus effunderet. Cuius autem nationis homines in hac tūne vrbe non essent? aut quæ vsquam gentēs ignorarent, quod Roma didicisset? Hic conculcandæ philosophiæ opinionēs, hic dissoluendæ erant terrenæ sapientiæ vanitates, hic

SERMO PRIMVS IN  
NATALE APOSTOLORVM  
Petri & Pauli.

*De dignitate vrbs Roma, quam consecuta est per Apostolos Petrum & Paulum, de imperio, superstitione & fide eiusdem, denique de Neronis furore ac persecutione.*

**CAP. I.**



**M**NIVM quidem sanctarum solennitatum, dilectissimi, totus mundus est particeps, & vnus fidei pietas exigit, vt quicquid pro salute vniuersorum gestum recolitur: communibus vbique gaudiis celebretur. Veruntamen hodierna festiuitas præter illam reuerentiam, quam toto terrarum orbe promeruit, speciali & propria nostræ vrbs exultatione veneranda est: vt vbi præcipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyrij eorum sic lætitiæ principatus. Isti enim sunt viri, per quos tibi Euangelium Christi Roma resplenduit, & quæ eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt patres tui verique pastores, qui te regnis cœlestibus inferen-

Romæ quid conculcatur Petrus & Paulus.

Romanorum superstitiō.

confutandi demonum cultus, hic omnium  
*sacrificiorū.* \* sacrilegiorū impietas destruenda, vbi di-  
 ligentissima superstitione habebatur colle-  
 ctum, quicquid vsquam fuerat vanis errori-  
 bus institutum. Ad hanc ergo urbem tu  
 beatissime Petre Apostole venire non me-  
 tuis, & consorte gloriæ tuæ Paulo Aposto-  
 lo, aliarum adhuc Ecclesiarum ordinatio-  
 nibus occupato, sylvam istam frementium  
 bestiarum, & turbulentissimæ profundita-  
 tis oceanum, constantior quàm cum supra  
 mare gradereris, ingrederis. Nec mundi do-  
 minam times Romam, qui in Cayphæ do-  
 mo expaueras sacerdotis ancillam. Nūquid  
 aut iudicio Pilati, aut scuitia Iudæorū mi-  
 nor erat, vel in Claudio potestas, vel in Ne-  
 rone crudelitas? Vincebat ergo materiam  
 formidinis vis amoris: nec æstimabas terro-  
 ri cedendum, dum horum saluti consulis,  
 quos susceperas \* diligendos. Hunc autem  
 intrepidæ charitatis affectum iam tūc pro-  
 fecto conceperas, quādo professio tuī amo-  
 ris in Dominum, trinæ interrogationis est  
 solidata mysterio. Nec aliud ab hac mentis  
 tuæ intentione quæsitum est, quàm vt pa-  
 scendis eius quem diligeres ouibus, cibum  
 quo ipse eras opimatus, impenderes. Au-  
 gebant quoque fiduciam tuam tot signa  
 miraculorum, tot dona charismatum atque  
 experimenta virtutum. Iam populos, qui ex  
 circumcisione crediderant, erudieras: Iam  
 Antiochenam Ecclesiā, vbi primum Chri-  
 stiani nominis dignitas est orta, fundaueras.  
 Iam Pontum, Galatiam, Cappadociam,  
 Asiam, atque Bithyniam legibus Euangeli-  
 cæ prædicationis impleueras: nec aut du-  
 bium de prouectu operis, aut de spatio tuæ  
 ignarus ætatis, trophæum Crucis Christi  
 Romanis arcibus inferebas, quò te diuinis  
 præordinationibus antecibant, & honor po-  
 testatis, & gloria passionis. Ad quam bea-  
 tus coapostolus tuus, vas electionis, & spe-  
 cialis magister gentium Paulus occurrens,  
 eodem tibi consociatus est tempore, quo  
 iam omnis innocentia, omnis pudor, om-  
 nisque libertas, sub Neronis laborabat im-  
 perio. Cuius furor, per omnium vitiorum  
 inflammatus excessum, in hunc eum vsque  
 torrentem suæ præcipitauit insaniz, vt pri-  
 mus nomini Christiano atrocitatem gene-  
 ralis persecutionis inferret, quasi per san-  
 ctorum neces gratia Dei posset extingui:  
 cuius hoc ipsum erat maximum lucrum, vt  
 contemptus vitæ huius occidua perceptio  
 fieret felicitatis æternæ. Preciosa ergo  
 in conspectu Domini mors sanctorum  
 eius: Nec villo crudelitatis genere destrui  
 potest sacramento Crucis Christi fundata

A religio. Non minuitur persecutionibus  
 Ecclesia, sed augetur: & semper Domini-  
 cus ager segete ditiori vestitur, dum gra-  
 na, quæ singula cadunt, multiplicata na-  
 scuntur. Vnde duo ista præclara diuini se-  
 minis germina, in quantam sobolem  
 germinarint, beatorum millia Martyrum  
 protestantur: qui Apostolicorum æmuli  
 triumphorum, urbem nostram purpuratis  
 & longè latèque rutilantibus populis am-  
 bierunt; & quasi ex multarum honore  
 gemmarum conferto vno diademate coro-  
 narunt. De quorum præsidio, dilectissi-  
 mi, diuinitus nobis ad exemplum patienti-  
 zæ & confirmationem fidei præparato,  
 vniuersaliter quidem in omnium sancto-  
 rum commemoratione lætandum est, sed  
 in horum excellentia patrum meritò est  
 \* excellentius gloriandum, quos gratia  
 Dei in tatum apicem inter omnia Ecclesie  
 membra prouexit: vt eos in corpore, cui ca-  
 put est Christus, quasi geminum constitue-  
 rit lumen oculorum. De quorum meritis  
 atque virtutibus, quæ omnem loquendi  
 superant facultatem, nihil diuersum, nihil  
 debemus sentire discretum: quia illos &  
 electio pares, & labor similes, & finis fecit  
 æquales. Sicut autem & nos experti sumus,  
 & nostri probauerunt maiores, credimus at-  
 que confidimus, inter omnes labores istius  
 vitæ, ad obtinendam misericordiam Dei,  
 semper nos specialium patronorum oratio-  
 nibus adiuuandos: vt quantum propriis  
 peccatis deprimumur, tantum Apostolicis  
 meritis erigamur, Per Dominum nostrum  
 Iesum Christum, cui est cum Patre, &  
 sancto Spiritu eadem potestas, vna diuini-  
 tas in secula seculorum, Amen.

## Sermo II. in natali Apostolorum Petri & Pauli.

*De Petri fide ac confessione, super quam  
 edificata est Ecclesia.*



**H** VLTIMVS in Domino, CAP. I.  
 dilectissimi, & spiritali iucun-  
 ditate lætemur: quia vnigeni-  
 tus Dei patris filius, Dominus  
 noster Iesus Christus, ad in-  
 sinuanda nobis suæ dispensationis & diu-  
 nitatis mysteria, Apostolici ordinis primum  
 Beatum Petrum huic ciuitati dignatus est  
 prærogare, cuius hodierna solennitas, re-  
 currente triumpho-martyrij, specimen &  
 decus cõtulit orbi terrarum. Hoc enim ob-  
 Petrus, A-  
 postolorū  
 primus.

CAP. VI.  
 Act. 9.  
 1. Tim. 2.

Nero pri-  
 mus perfe-  
 ctor Chri-  
 stianorum.

Psal. 115.

CAP. VII.

exultāsim.  
 Ephes. 1.

Intercessio  
 sanctorum.

tinuit, dilectissimi; illa confusio, quæ à Deo patre inspirata, Apostolico cordi omnium humanarum opinionum incerta trāscendit, & firmitate petra, quæ nullis impulsioibus quateretur, accepit. Evangelica siquidem referente historia, omnes

Marth. 16.

Apostolos Dominus, quid de se homines opinentur, interrogat. Et tam diu sermo respondentium communis est, quamdiu humanæ intelligentiæ ambiguitas explicatur. At ubi quid habeat discipulorum sensus, exigitur, ille primus est in Domini confessione, qui primus est in Apostolica dignitate. Qui cum dixisset, *Tu es Christus filius Dei vivi*, respondit ei Iesus, *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelavit tibi, sed pater meus qui in cælis est*. Ideo beatus es; quia pater meus te docuit, nec opinio te terrena fecellit, sed inspiratio cælestis instruxit: & non caro & sanguis, sed ille me tibi, cuius sum vnigenitus, indicauit. Etego, inquit, dico tibi, hoc est, sicut pater meus tibi manifestauit diuinitatem meam, ita ego notam tibi facio excellentiam tuam. Quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia. Supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Super hanc, inquit, fortitudinem æternam extruam templum; & Ecclesiæ meæ cælo inferenda sublimitas, in huius fidei firmitate consurget.

Petri confessio.

Ephes. 3.

Hanc confessionem portæ inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt. Vox enim ista, vox vitæ est, & sicut confessores suos in cælestia prouehit, ita negatores ad inferna demergit. Propter quod dicitur beato Petro Apostolo: *Tibi dabo clauis regni cælorum. Et quæcunque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis. Et quæcunque solueris super terram, erunt soluta & in cælis*. Transiuit quidem in Apostolos alios vis istius potestatis, sed non frustra vni commendatur, quod omnibus intimeretur. Petro enim singulariter hoc creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri forma proponitur. Manet ergo Petri privilegium, vbicunque ex ipsius fertur æquitate iudicium: nec nimia est vel seueritas, vel remissio, vbi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod Petrus aut ligauerit, aut soluerit. Instante autem passione sua Dominus, quæ discipulorum suorum erat turbatura constantiam: *Simon,*

CAP. 17.  
Petrus petra, super quam ædificata est Ecclesia.

Petri privilegium.

CAP. 117.

Luce 22.

*Simon ecce Satanas expostulauit, vt vos cribraret sicut triticum: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ne intrent in tentationem*. Commune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro Petri fide propriè supplicatur: tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis vitæ non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Nam & post resurrectionem suam Dominus beato Petro Apostolo post regni clauis, ad trinam æterni amoris professionem, mystica inuinatione ter dixit, *Pasce oues meas*: quod & nunc proculdubio facit, & mandatum Domini pius pastor exequitur, confirmans nos exhortationibus, & pro nobis orare non cessans, vt nulla tentatione superemur. Si autem hanc pietatis suæ curam populo Dei, sicut credendum est, vbique protendit: quanto magis alumnis suis opem suam dignatur impendere, apud quos in sacro dormitionis thoro, eadem qua præfedit carne requiescit. Cum itaque, dilectissimi, tantum nobis videamus præsidium diuinitus institutum rationabiliter & iuste in ducis nostri meritis & dignitate lætamur: gratias agentes sempiterno Regi & Redemptori nostro Iesu Christo, quod tantam potentiam dedit ei, quem totius Ecclesiæ Principem fecit: ad gloriam & laudem nominis sui, Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

inquit, *Simon ecce Satanas expostulauit, vt vos cribraret sicut triticum: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ne intrent in tentationem*. Commune erat omnibus Apostolis periculum de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant, quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, & pro Petri fide propriè supplicatur: tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis vitæ non fuerit. In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas, quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Nam & post resurrectionem suam Dominus beato Petro Apostolo post regni clauis, ad trinam æterni amoris professionem, mystica inuinatione ter dixit, *Pasce oues meas*: quod & nunc proculdubio facit, & mandatum Domini pius pastor exequitur, confirmans nos exhortationibus, & pro nobis orare non cessans, vt nulla tentatione superemur. Si autem hanc pietatis suæ curam populo Dei, sicut credendum est, vbique protendit: quanto magis alumnis suis opem suam dignatur impendere, apud quos in sacro dormitionis thoro, eadem qua præfedit carne requiescit. Cum itaque, dilectissimi, tantum nobis videamus præsidium diuinitus institutum rationabiliter & iuste in ducis nostri meritis & dignitate lætamur: gratias agentes sempiterno Regi & Redemptori nostro Iesu Christo, quod tantam potentiam dedit ei, quem totius Ecclesiæ Principem fecit: ad gloriam & laudem nominis sui, Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

B

C

D

Ioan. 21.  
Petrus vt etiam vnus pascat Ecclesiam.

Petrus totius Ecclesiæ princeps.

## SERMO IN OCTAUA APOSTOLORVM PETRI & Pauli.

*De ingratiudinis vitio ac decem  
leprosis.*



ELIGIOSAM deuotionem, dilectissimi, qua ob diem castigationis & liberationis nostræ, cunctus fidelium populus ad agendas Deo gratias con-

CAP. 1.

fluebat, benè ab omnibus proximè fuisse A  
neglectam, ipsa paucorum, qui adfuerè, ra-  
ritas demonstrauit: & cordi meo multum  
tristitiæ intulit, & plurimum timoris incuf-  
sit. Magnum enim periculum est, esse ho-  
mines ingratos Deo: & per obliuionem  
beneficiorum eius, nec de correptione com-  
pungi, nec de remissione lætari. Vereor igitur,  
dilectissimi, ne vox illa prophetica tales  
increpasse videatur, quæ dicit: *Flagellasti  
eos, & non doluerunt, castigasti eos, & noluerunt  
accipere disciplinam.* Quæ enim in eis corre-  
ctio ostenditur, in quibus tanta auersio re-  
peritur? Pudet dicere, sed necesse est non  
tacere: plus impenditur dæmonis, quàm B  
Apostolis, & maiorem obtinent insana spe-  
ctacula frequentiam, quàm beata martyria.  
Quis hanc urbem reformauit salutem? quis à  
captiuitate eruit? quis à cæde defendit? lu-  
dus Circensium, an cura Sanctorum? quo-  
rum vtrique precibus diuinæ censuræ flexa  
sententia est, vt qui merebamur iram, serua-  
remur ad veniam. Tangat obsecro, dilectis-  
simi, cor vestrum illa sententia Saluatoris,  
qui cum decem leprosos misericordiæ vir-  
tute mundasset, vnum tantum dixit ex eis  
ad agendas gratias reuertisse: significans vi-  
delicet de ingratis, quod huic pietatis offi-  
cio, etiam si corporis assequuti sunt sanita-  
tem, non tamen sine animi impietate defue-  
runt. Ne ergo ista ingratorum nota etiam C  
vobis, dilectissimi, possit ascribi, reuertimini  
ad Dominum, intelligentes mirabilia, quæ  
in nobis dignatus est operari, & liberatio-  
nem nostram, non sicut opinantur impij,  
stellarum effectibus, sed ineffabili omni-  
potentis Dei misericordiæ deputantes, qui  
corda furentium Barbarorum mitigare di-  
gnatus est. Ad tanti vos beneficij memo-  
riam toto fidei vigore conferte. Grauis ne-  
gligentia maiore satisfactio curanda est.  
Ad emendationem nostram vtamur leni-  
tate parentis: vt beatus Petrus, & omnes  
Sancti, qui nobis in multis tribulationibus D  
adfuerunt, obsecrationes nostras pro vobis  
apud misericordem Deum iuuare dignen-  
tur, Per Christum Dominum nostrum,  
Amen.

Ingratitudo quam  
perniciosa.

Hierem. 5.

CAP. II.  
Lucæ 17.

Sanctorum  
auxilia.

Nota.

SERMO IN NATIVITA-  
TE SANCTORVM SEPTEM  
fratrum Martyrum Ma-  
chabæorum.

De Machabæorum festo ac martyrio, &  
continuo Christianorum  
conflictu.



RATIAs, dilectissimi, CAP. II.  
agamus Domino Deo  
nostro, quod quanta sic  
huius diei solennitas,  
etiam si ego taceam, con-  
uentus vester ostendit.  
Tam enim conspiranti  
studio & deuoto animo conuenistis: vt fe-  
stiuatatis magnificentiam, etsi sermo non  
indiget, congregatio tamen ipsa testetur. Et  
rectè. Duplex enim causa lætitiæ est: in qua  
& Natalem Ecclesiæ colimus, & Marty-  
rum passione gaudemus. Nec immeritò di-  
gnè Ecclesia horum exultat martyrio, quo-  
rum ornatur exemplo. Causam ergo solen-  
nitatis hodiernæ, dilectissimi, plenissimè sa-  
cræ historiæ lectione didicistis, nec latere  
vos potuit, quem in tanto rerum gestarum  
ordine exceperitis auditum, cum gloriosam  
septem Martyrum matrem exultanti &  
non tacito honoraretis affectu in singulis  
quidem filiis passam, sed in omnibus coro-  
natam. Subsecuta est enim felici exitu, quos  
inuito præmisit hortatu. Beata genitrix,  
beata progenies, memorabilis præceden-  
tium fortitudo. Nam cum in illo ordine  
mortuum, & in illa dispositione pœnarum,  
id sæuissimi regis excogitasset impietas, vt  
victoriam sibi & de primis promitteret,  
quos sine tolerantia cruciaret exemplo, &  
de postremis, quos in supplicio torqueret  
alieno: multiplicatæ sunt Martyrum pal-  
marum, & dum singuli in omnibus vincunt,  
præter coronas proprias, omnes acqui-  
uere septenas. Sed hæc ad fructuosam  
recolenda sunt aurium voluptatem. Inflat  
scientia, nisi ædificet obedientia: grauant  
audita, nisi suscipiantur imitanda. Nec  
enim quia cessauit persecutor & tortor,  
quia iam Deo militant potestates, desunt  
Christianis, quas superent, passiones.  
Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, sta  
in iustitia & timore, & prepara animam tuam  
ad tentationem. Et Apostolus dicit, Qui-  
cunque in Christo piè volunt viuere,  
persecutionem patientur propter iustitiam.

Festitas  
Dedicatio-  
nis Ecce-  
siæ & Mar-  
tyrum.

CAP. II.  
1. Cor. 8.

1. Tim. 4.

Conflictus  
Christiano-  
rum.

Qui ergo putas quicquid persequutionem, A  
& nullum tibi cum hostibus esse conflictu-  
intimum cordis tui scrutare secretum, &  
omnes recursus animæ tuæ diligens explo-  
rator ingredi: & vide si nulla te impu-  
gnat aduersitas, si nullus tyrannus vult in  
mentis tuæ arce dominari. Noli cum auari-  
tia pacem firmare, & iniquorum quæstum  
incrementa contemne. Superbiæ concor-  
diam nega, & magis time in gloriam suscipi,  
quàm in humilitate calcari. Dissociare ab  
ira, nec dolorem inflammet inuidiæ cupi-  
do vindictæ. Renuncia voluptati, auertere  
ab immundicia, pelle luxuriam, fuge ini-  
quitate, omittre falsitatem: & cum videris  
te multiplicem habere pugnam, tu quoque  
imitator Martyrum, numerosam quære vi-  
ctoriam. Toties enim peccatis morimur,  
quoties in nobis peccata moriuntur, & pre-  
ciosa in conspectu Domini etiam ista mors  
sanctorum eius, ubi homo occiditur, mundo,  
non terminatione sensuum, sed sine vitio-  
rum. Si ergo, charissimi, non ducitis cum  
infidelibus iugum, si peccatores esse desi-  
stis, & nullis carnalium cupiditatum ten-  
tationibus creditis: solennem hanc diem  
celebratis, & non solum Martyres ac Mar-  
tyrum matrem, sed etiam illius memoriam  
iusto honore veneramini, qui hoc die an-  
tiquam festiuitatem huius loci consecra-  
tione geminauit. Magnificus quidem stru-  
ctor parietum, sed magnificentior ædifica-  
tor animarum, ultra æui sui terminos ope-  
ra pietatis extendens, vt utilitatibus insti-  
tutionum eius etiam in ipso fruere de-  
uota posteritas, & habitando quod condi-  
dit, & faciendo quod docuit. Omnia ergo,  
dilectissimi, quæ oculis cernitis, & mente  
meministis, & ad profectum vestræ ædifica-  
tionis assumite: & ita vnusquisque vestrum  
præparato à maioribus vtatur habitaculo,  
vt in se ipso meminerit templum Dei esse  
fundatum. Nihil structuræ suæ prauum, ni-  
hil supponat infirmum, \* sed viuis & ele-  
ctis lapidibus congruendo, per indissolubi-  
lem connexionem crescat in Dominici  
corporis vnitatem, Auxiliante Domino no-  
stro Iesu Christo, qui cum Patre & Spiritu  
sancto viuut & regnat in secula seculorum,  
Amen.

Psalm. 115.

CAP. III.  
2. Cor. 6.

CAP. IV.

sed vnus ex  
electis.

SERMO IN FESTIVITA-  
TE S. LAURENTII  
Martyris.

De laude atque exemplo Martyrum,  
& D. Laurentij passione ac  
triumpho.



V M omnium, dilectissimi, CAP. I.  
summa virtutum, & totius  
plenitudo iustitiæ, de illo a-  
more nascatur, quo Deus  
proximusque diligitur, in  
nullis profecto hic amor sublimius excel-  
lere, clariùsque fulgere, quàm in beatif-  
simis Martyribus inuenitur: qui Domino  
nostro Iesu Christo pro omnibus homi-  
nibus mortuo, tam propinqui sunt imi-  
tatione charitatis, quàm similitudine pas-  
sionis. Quamuis enim illi dilectioni, qua  
Dominus nos redemit, nulla cuiusquam  
benignitas possit æquari, quia aliud est  
pro iusto mori hominem sua necessitate  
moriturum, aliud pro impiis occumbere à  
debito mortis alienum: multum tamen  
vniuersis hominibus etiam Martyres con-  
rulerunt, quorum fortitudine ita eius lar-  
gitor vsus est Dominus, vt poenam mortis  
& atrocitatem crucis, nulli suorum veller  
esse terribilem, sed multis faceret imita-  
bilem. Si ergo nullus bonus, sibi soli est  
bonus, nec cuiusquam sapientis, sibi tan-  
tum sapientia est amica, & hæc verarum  
natura virtutum est, vt multos à tenebro-  
so abducatur errore, qui earum clarus est lu-  
mine, ad erudiendum Dei populum, nullorum  
est vtilior forma quàm Martyrum eloquen-  
tia. Facilis ad exhortandum sitratio, effi-  
cax ad suadendum, validiora tamen sunt  
exempla quàm verba, & plenius est opere  
docere, quàm voce. In quo excellentissi-  
mo genere doctrinæ beatus Martyr Lau-  
rentius, cuius passione dies hodiernus illu-  
stris est, quàm gloriosa polleat dignitate,  
etiam persecutores ipsius sentire potue-  
runt, cum illa mirabilis animi fortitudo,  
de Christi principaliter amore concepta,  
non solum ipsa non cederet, sed etiam alios  
exemplo suæ tolerantia roboraret. Cum  
enim furor gentilium potestatum in ele-  
ctissima quæque Christi membra sciret,  
ac præcipue eos, qui ordinis erant sacerdo-  
talis, impeteret, in Leuitam Laurentium,  
qui non solum \* ministerio sacramento-  
rum, sed etiam dispensatione Ecclesiasticæ  
in mysterio.

Rom. 5.

CAP. III.  
D. Laurentij Marty-  
ris excel-  
lentia.

Substantiæ præminebat, impius persecutor A  
 effebuit, duplicem sibi prædam de vnus  
 viri comprehensione promittens: quem  
 si fecisset sacræ pecuniæ traditorem, face-  
 ret etiam veræ religionis exortem. Arma-  
 tur itaque gemina face homo pecuniæ cu-  
 pidus, & veritatis inimicus: auaritia, vt rapiat  
 aurum, impietate, vt auferat Christum. Po-  
 stulat sibi ab immaculato sacrarij Præfule  
 opes Ecclesiasticas, quibus auarissimus in-  
 habebat inferri. Cui Leuita castissimus, vbi  
 eas repositas haberet, ostendens, numerosis-  
 simos sanctorum pauperum obtulit greges,  
 in quorum victu atque vestitu inamissibiles  
 condiderat facultates, quæ tantò integrius B  
 erant saluæ, quantò sanctiùs probabantur  
 expensæ. Fremit ergo prædo frustratus, &  
 in odium religionis, quæ talem diuitiarum  
 vsum instituisset, ardescens, direptione the-  
 sauri prioris aggreditur, apud quem nul-  
 lam denariorum substantiam reperisset: vt  
 illud depositum, quo sacratiùs erat diues,  
 auferret. Renunciare Christo Laurentium  
 iubet, & solidissimam illam leuitici animi  
 fortitudinem diris parat vrgere suppliciiis.  
 Quorum vbi prima nil obtinent, vehemen-  
 tiora succedant. Laceros artus, & multa ver-  
 berum sectione concisos, subiecto præcipit  
 igne torreri: vt per cratem ferream, quæ iam  
 de feruore continuo vim in se haberet vrè-  
 di, conuersorum alterna mutatione mem-  
 brorum, fieret cruciatus vehementior, &  
 C  
 poena productior. Nihil obtines, nihil profi-  
 cis sæua crudelitas. Subtrahitur \* tormen-  
 tis tuis materia mortalis, & Laurentio in  
 cælos abeunte, tu desicis flammis tuis. Su-  
 perari \* *charitas Christi flamma non po-  
 tuit: & segnior fuit ignis, qui foris vsit, quæ  
 qui intus accendit. Sæuisti persecutor in  
 Martyrem, sæuisti & auxisti palmam, dum  
 aggeras pœnam. Nam quid non ad victoris  
 gloriam ingenium tuum reperit, quando in  
 honorem transierunt triumphi, etiam in-  
 strumenta supplicij? Gaudeamus igitur, di-  
 lectissimi, gaudio spiritali, & de felicissimo  
 D  
 inclyti viri sine gloriemur in Domino, qui  
 est mirabilis in sanctis suis, in quibus nobis  
 & præsidium constituit & exemplum: atque  
 ita per vniuersum mundum clarificauit glo-  
 riam suam, vt à solis ortu vsq; ad occasum,  
 leuiticorum luminem coruscante fulgore,  
 quàm clarificata est Hierosolyma Stephano,  
 tam illustris fieret Roma Laurètio. Cuius  
 oratione & patrocinio adiuuari nos sine  
 cessatione confidimus: vt quia omnes, sicut  
 Apostolus ait, quicumque volunt in Chri-  
 sto piè viuere, persecutionem patiuntur,  
 corroboremur spiritu charitatis, & ad supe-*

randas omnes tentationes, constantis fidei  
 perseuerantia muniamur, Per Dominum  
 nostrum Iesum Christum, viuentem & re-  
 gnantem cum Patre & Spiritu sancto in se-  
 cula seculorum, Amen.

SERMO PRIMVS DE  
 IEIUNIO SEPTIMI  
 mensis.

De laude abstinentiæ & eleemosy-  
 narum.



B  
 SERuantiam qui-  
 dem vestram, dilectis-  
 simi, ita nouimus esse de-  
 uotam, vt animas vestras  
 non solum legitimis, sed  
 etiam voluntariis ieiuniis  
 excolatis. Veruntamen  
 adiicienda est huic studio etiam nostræ ad-  
 monitionis exhortatio, vt si qui sunt in hoc  
 exercitio tardiores: in his saltem diebus cõ-  
 muni abstinentiæ se obedienter adiungant,  
 in quibus nos oportet sacratissimam con-  
 suetudinem attentius celebrare, vt per hu-  
 militatem ieiunij, contra omnes hostes no-  
 stros, diuinum mereamur auxilium. Res  
 enim est præcipui operis, quam & ex au-  
 thoritate indicimus, & ex charitate suade-  
 mus: vt paululum edendi libertate com-  
 pressa, castigationi corporum & pauperum  
 studeamus alimonix, quos qui reficit ani-  
 mam suam pascit, & temporales epulas in  
 delicias mutat æternas. In locum igitur ma-  
 larum cupiditatum, sanctorum desiderio-  
 rum incrementa succedant. Cesset iniqui-  
 tas, sed non sit ociosa iustitia. Quem nul-  
 lus patitur opprimentem, sentiat aliquis  
 adiuuantem. Parum est enim non auferre  
 aliena, nisi largiatis & propria. Sub oculis  
 iusti iudicis sumus: qui nouit quantam vni-  
 cuique bene operandi dederit facultatem:  
 non vult ociosa esse munera sua, qui ser-  
 uis suis sic mensuras mysticorum distribuit  
 talentorum, vt creditum qui liberaliter  
 erogasset, auget, qui steriliter seruasset,  
 amitteret. Et ideo, dilectissimi, quia septimi  
 mensis ieiunium celebrare nos conuenit,  
 sanctitatem vestram monemus, vt quarta  
 & sexta Feria ieiunemus: Sabbato verò  
 apud beatum Petrum Apostolum pariter  
 vigilemus, cuius suffragantibus meritis  
 ab omnibus tribulationibus mereamur ab-  
 solui, per Christum Dominum nostrum,  
 Amen.

Ieiunij  
 & præfati.

Marrh. 27.  
 Lucz 19.  
 Ieiunium  
 septimi  
 mensis.

CAP. III.

CAP. IV.  
 inuentis.

charitatis.

Psal. 67.  
 Sanctorum  
 præsidium  
 & exemplum.

Sanctorum  
 orationes  
 & patrocini-  
 a.  
 1. Tim. 3.

Sermo II. de Ieiunio septimi  
mensis.

*De fortitudine, continentia & operibus  
pietatis, carnalibusque desideriis  
comprimendis.*

CAP. I.



**D**EVS humani generis Condi-  
tor & Redemptor, qui nos ad  
promissiones vitæ æternæ per  
semitas vult ambulare iustitiæ,  
de futura tentatione, quæ no-  
bis in itinere virtutum insidiosis aduersa-  
retur occurribus, multis nos præsidis, di-  
lectissimi, in quibus laqueos diaboli obre-  
reremus, instruxit: inter quæ hoc famulis  
suis saluberrimum contulit, vt contra om-  
nes inimici dolos fortitudine se continen-  
tiæ & operibus pietatis armarent. Ille en-  
nim, qui ab initio primis hominibus inter-  
dicti cibi inseruit appetitum, & malè cre-  
dulis per illecebram edendi, omnium con-  
cupiscentiarum virus infudit, eandem frau-  
des retractare non desinit, & in natura,  
quæ scit suis seminibus esse vitiatam & cor-  
ruptam, sationis suæ germen inquit, vt ad  
labefactanda studia virtutis, desiderium  
voluptatis accendat. Quoniam pœna ip-  
sius, est prouectio Christiana: nec potest  
eorum animos aliquo modo lædere qui  
nouerunt auxiliante Domino in suâ car-  
ne regnare. Rationabili ergo moderatio-  
ne, sanctoque proposito, frenandæ sunt  
rebelles cupiditates, nec finendum est vt  
castis & spiritalibus desideriis corporales  
concupiscentiæ reluctentur. Agnoscat in-  
terior homo, exterioris sui se esse recto-  
rem, vt mens diuino gubernata dominatu,  
terrenam substantiam in bonæ volunta-  
tis cogat obsequium. Nec enim deest no-  
bis ad hunc ordinem obseruandum, mi-  
sericordissimi regis auxilium, qui nos sa-  
luberrimæ obseruantia ratione informa-  
uit, præfiniens nobis per temporum recur-  
sus, quosdam ieiuniorum dies, in quibus  
castigatione corporum virtus roboraretur  
animorum. Huius autem remedij mu-  
nus, dilectissimi, etiam in isto, qui septi-  
mus est, mense depositum est, quod nos  
prompta conuenit alacritate suscipere, vt  
præter abstinentiam qua quisque se pecu-  
liariter atque priuatim, secundum modum  
suæ possibilitatis exercet, hæc ipsa, quæ  
omnibus simul indicitur, animosius cele-  
bretur. Nam in omni agone certaminis

**A** Christiani, vtilitas continentia plurimum  
valet, ita vt quidam sæuissimorum spiritus  
dæmonum, qui ab obsessis corporibus nul-  
lis exorcizantium fugantur imperiis, sola  
ieiuniorum & orationum virtute pellan-  
tur, dicente Domino: *Hoc genus demoniorum*  
*non eiicitur, nisi in ieiunio & oratione.* Gra-  
ta ergo est Deo, & terribilis diabolo ieiun-  
antis oratio: nec later, quantum acqui-  
rat saluti suæ, quæ tantum præstat alienæ.  
In hac sanè obseruantia, dilectissi-  
mi, quamuis omnes nos vnanimiter oport-  
teat esse deuotos, si qui tamen sunt;  
quorum voluntati aliqua obstat infirmi-  
tas, laborem qui supra vires est corpus,  
redimant impendens facultatum. Multa e-  
nim sunt opera pietatis, quæ ipsam eden-  
di necessitatem merito ampliore commen-  
dent, si ieiunantium purificationem stu-  
dio benignitatis acquirunt. Nam cum ij,  
qui nihil omittunt de humiliatione ieiun-  
ij, sub sterili fatigatione desudent, nisi se  
elemosynarum, qua possunt, erogatio-  
ne sanctificent: dignum est, vt in alimo-  
niam pauperum abundantior sit eorum  
largitio, quorum ad abstinendum minor  
est fortitudo. Quod ergo quis in sua sibi  
infirmitate non denegar, alienæ inopiæ li-  
benter impendat: & propriam necessita-  
tem faciat sibi cum indigente communem.  
Non culpatur infirmus ieiunium soluens,  
à quo cibum accipit pauper esuriens: nec  
escam sumendo pollicitur, qui elemosy-  
nam impertiendo mundatur, dicente Do-  
mino: *Date elemosynam, & ecce omnia mun-*  
*da sunt vobis.* In quo opere, dilectissimi,  
etiam ij, qui ab epularum delectatione  
se continent, fructus sibi debent miseri-  
cordiæ comparare, vt qui abundantius se-  
minauerint, copiosius metant. Non enim  
vnquam agricolæ suo seges ista mentitur,  
aut incertam spem habet operis, cultura  
pietatis. Quicquid hoc modo ferentis ma-  
nu spargitur, non æstus vrit, non torrens  
trahit, non grando prostermit. Incolumes  
semper sunt omnes pietatis expensæ, nec  
solum integræ manent, sed etiam modo  
augentur, & qualitate mutantur. De ter-  
renis cœlestia prodeunt, de paruis magna gi-  
gnuntur, & temporale donum in præmium  
transit æternum. Quisquis igitur dinitias  
amas, quisquis multiplicari quæ possi-  
des, concupiscis, in hæc luca accende-  
re, in hæc rerum tuarum augmenta suspira-  
de quibus nihil fur abripit, nihil tinea cor-  
rumpit, nihil rubigo consumit. Noli despe-  
rare de fœnore, noli de accipiente diffidere.

Math. 17.  
Marc. 9.

CAP. III.

Genes. 2.

Lucæ 11.  
CAP. IV.Elemosy-  
narum co-  
mendario.  
2. Col. 9.

CAP. II.

Ieiunij vti-  
litas.

Math. 6.

Matth. 2. *Quod uni horum fecistis, mihi fecistis, quis dicat, intellige, & apud quem opes tuas colloces, perspicacius fidei oculis securus agnosce. Non dubitet de receptione, cui Christus debitor est. Non sit anxia liberalitas, nec triste ieiunium. Hilarem enim datorem diligit Deus: qui fidelis est in verbis suis, & abundanter largita retribuit, quæ benignè largienda donauit.*

### Sermo III. de Ieiunio septimi mensis.

*De necessitate ieiunij, de publica ac priuata lege ieiunij orationisque atque elemosynæ.*

CAP. I.

Ieiuniorum  
quanta vis.

**D**exorandam, dilectissimi, misericordiam Dei, & ad renouandum statum fragilitatis humanæ, quantum valeant religiosa ieiunia, sanctorum Prophetarum prædicatione cognoscimus: qui diuinæ iustitiæ commotionem, quam frequenter populus Israël merito iniquitatis inciderat, non nisi ieiunio protestantur posse placari. Vnde & Ioël Propheta admonet dicens: *Hæc dicit Dominus Deus noster, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & in planctu, & distrumpite corda vestra, & non vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors est, & pateriens, & magnanimus & multum misericors.* Et iterum: *Sanctificate ieiunium, predicatæ curationem, congregatæ plebem, sanctificate Ecclesiam.* Quæ cohortatio, dilectissimi, nostris quoque est amplectenda temporibus, quia huius curationis remedia, etiam à nobis sunt necessariè prædicanda: vt in obseruantia sanctificationis antiquæ, quod perdidit Iudaica præuaricatio, acquirat Christiana deuotio. Diuinarum nanque reuerentiæ sanctionum, inter quælibet spontaneæ obseruantia studia, habet semper priuilegium suum: vt sacratius sit quod publica lege celebratur, quàm quod priuata institutione dependitur. Exercitatio enim continentia, quam sibi quisque proprio arbitrio indicit, ad vtilitatem cuiusdam pertinet portionis: Ieiunium verò quod vniuersa Ecclesia suscipit, neminem à generali purificatione seiuungit: & tunc fit potentissimus Dei populus, quando in vnitatem sanctæ obedientia omnium fidelium corda conueniunt, & in castris militiæ Christianæ, similis ex omni parte

Ioël. 2.

Ibidem.

CAP. II.  
Publica  
pietatis  
studia  
priuatis  
præstant.

præparatio, & eadem est vbique munitio. Fremat licet cruenti hostis peruigil furor, & latebrosas vndique prætendat insidias: neminem tamen capere, neminem poterit vulnerare: si nullum inermem, nullum desidem, nullum inuenerit ab opere pietatis exortem. Ad huius ergo inuictæ pietatis potentiam, dilectissimi, etiam hoc nos solenne ieiunium septimi mensis inuitat: vt à curis secularibus actibusque terrenis liberos ad Dominum animos erigamus. Et quia hanc intentionem semper necessariam non omnes possumus habere perpetuam, sepiusque per humanam fragilitatem à supernis in terrena recidimus: istis saltem diebus, qui nobis ad saluberrima sunt remedia præstituti, mundanis nos occupationibus subtrahamus, & aliquid temporis, quod proficit ad bona æterna, furemur. In multis enim sicut scriptum est, offendimus omnes. Et licet quotidiano Dei munere, à diuersis contaminationibus emundemur: inhærent tamen incautis animis plerumque maculæ crassiores, quas oporteat diligentiori cura abluï, & impendio maiore deleri. Plenissima autem peccatorum obtinetur abolitio, quando totius Ecclesiæ vna est oratio, & vna confessio. Si enim duorum vel trium sanctorum pio consensu omnia quæ poposcerint, Dominus præstantia promittit: quid negabitur multorum millium plebi, vnam obseruantiam pariter exequenti, & per vnum spiritum concorditer supplicanti? Magnum est in conspectu Domini, dilectissimi, valdeque preciosum, cum totus Christi populus, eisdem simul instat officiis, & in vtroque sexu, omnes gradus, omnisque ordines eodem cooperantur affectu: cum in declinandis malo ac faciendo bono, par cunctorum & vna sententia est, cum in operibus seruorum suorum glorificatur Deus, & totius pietatis authori in multarum gratiarum actione benedicatur. Aluntur esurientes, vestiuntur nudi, visitantur infirmi, & nemo quod suum est, quærit, sed quod alterius, dum ad releuandam alienam miseriam, vnicuique mensura sua sufficit, & facile est inuenire hilarem datorem, vbi modum operis ratio temperat facultatis. Per hanc autem Dei gratiam, quæ operatur omnia in omnibus, communis fidelium fructus & commune sit meritum: Quoniam quidem potest & eorum par esse animus, quorum impar est census, & cum alter de alterius lætatur largitate, cui æquari non potuit impendio, æquatur affectu.

Nihil

præparatio, & eadem est vbique munitio. Fremat licet cruenti hostis peruigil furor, & latebrosas vndique prætendat insidias: neminem tamen capere, neminem poterit vulnerare: si nullum inermem, nullum desidem, nullum inuenerit ab opere pietatis exortem. Ad huius ergo inuictæ pietatis potentiam, dilectissimi, etiam hoc nos solenne ieiunium septimi mensis inuitat: vt à curis secularibus actibusque terrenis liberos ad Dominum animos erigamus. Et quia hanc intentionem semper necessariam non omnes possumus habere perpetuam, sepiusque per humanam fragilitatem à supernis in terrena recidimus: istis saltem diebus, qui nobis ad saluberrima sunt remedia præstituti, mundanis nos occupationibus subtrahamus, & aliquid temporis, quod proficit ad bona æterna, furemur. In multis enim sicut scriptum est, offendimus omnes. Et licet quotidiano Dei munere, à diuersis contaminationibus emundemur: inhærent tamen incautis animis plerumque maculæ crassiores, quas oporteat diligentiori cura abluï, & impendio maiore deleri. Plenissima autem peccatorum obtinetur abolitio, quando totius Ecclesiæ vna est oratio, & vna confessio. Si enim duorum vel trium sanctorum pio consensu omnia quæ poposcerint, Dominus præstantia promittit: quid negabitur multorum millium plebi, vnam obseruantiam pariter exequenti, & per vnum spiritum concorditer supplicanti? Magnum est in conspectu Domini, dilectissimi, valdeque preciosum, cum totus Christi populus, eisdem simul instat officiis, & in vtroque sexu, omnes gradus, omnisque ordines eodem cooperantur affectu: cum in declinandis malo ac faciendo bono, par cunctorum & vna sententia est, cum in operibus seruorum suorum glorificatur Deus, & totius pietatis authori in multarum gratiarum actione benedicatur. Aluntur esurientes, vestiuntur nudi, visitantur infirmi, & nemo quod suum est, quærit, sed quod alterius, dum ad releuandam alienam miseriam, vnicuique mensura sua sufficit, & facile est inuenire hilarem datorem, vbi modum operis ratio temperat facultatis. Per hanc autem Dei gratiam, quæ operatur omnia in omnibus, communis fidelium fructus & commune sit meritum: Quoniam quidem potest & eorum par esse animus, quorum impar est census, & cum alter de alterius lætatur largitate, cui æquari non potuit impendio, æquatur affectu.

CAP. III.

Matth. 18.

CAP. IV.

1. Cor. 13.

Nihil in tali populo inordinatum, nihilque A  
 diuersum est, vbi ad vnum pietatis vigore,  
 omnia sibi totius corporis membra confen-  
 tiunt, nec de sua tenuitate confunditur, qui  
 de aliorum opulenta gloriatur. Deus enim  
 vniuersitatis, est excellentia portiois, &  
 cum Dei spiritu omnes agimur: non solum  
 illa nostra sunt, quæ ipsi gerimus, sed etiam  
 illa, de quibus in aliorum actione gaudemus.  
 Amplectamur igitur, dilectissimi, beatam istam  
 sacratissimæ vnitatis soliditatem, & solennè  
 Ieiunium concordantè proposito bonæ voluntatis  
 ineamus. Nihil à quoquam arduum, nihil asperum  
 queritur, nec aliquid nobis, quod vires nostras  
 excedat, indicitur: siue in abstinentiæ castigatione,  
 siue in elemosynæ largitate. Sciunt singuli,  
 quid possint, quidve non possint. Ipsi modulum  
 suum pendant, ipsi iusta & rationabili taxatione  
 se censeant: vt sacrificium misericordiæ, non  
 cum tristitia offeratur, nec inter damna numeretur.  
 Hoc pio impendatur operi, quod cor iustificet, quod  
 conscientiam lauet, quod denique & accipienti  
 proffit, & danti. Felix quidem ille est animus,  
 multumque mirabilis, qui facultatum defectionem  
 benefaciendi amore non metuit, & daturum sibi  
 eroganda diffidit, à quo quod erogaret, accepit.  
 Sed quia cum magnanimitas ista paucorum est,  
 plenum etiam pietatis est, vt suorum curam quisque  
 non deserat: nos perfectioribus non præiudicantes,  
 ea vos regula generaliter cohortamur, vt mandatum  
 Dei secundum possibilitatis vestræ mensuram  
 operemini. Hilarem enim beneuolentiam esse decet,  
 quæ sic suam temperet largitatem: vt de illa  
 & pauperum refectio gaudeat, & domestica  
 sufficientia non laboret. Qui autem ministrat  
 semen seminanti, & panem ad manducandum  
 præstabit: & multiplicabit semen vestrum,  
 & auget incrementa frugum iustitiæ vestræ.  
 Quarta igitur & sexta feria ieiunemus:  
 Sabbato autem apud beatissimum Petrum  
 Apostolum pariter vigiliam celebremus,  
 cuius meritis & orationibus confidimus  
 nobis per omnia misericordiam Dei nostri  
 esse præstandam: Per Dominum nostrum  
 Iesum Christum, qui viuit & regnat in  
 secula seculorum, Amen.

ROM. 8.

CAP. 7.

Nihil à nobis supra vires exigitur.

1. Cor. 9.

Sanctorum merita & orationes.

Sermo IIII. de ieiunio septimi mēsis.

De libertate spiritus, de diuersitate ieiunij Iudeorum & Christianorum, & de dilectis ciborum, de generali ieiunio, de diaboli insidiis, & elemosyna Christianis elargienda.



RADICACIONEM nostram, dilectissimi, familiaris vobis adiuuat consuetudo, & ratio temporis commendat officium sacerdotis: ne aut onerosum videatur aut arduum, quod & præceptum exigit legis, & deuotio temperat voluntatis. Quæ cum in vnâ gratia Dei auxiliante conueniunt, non litera occidit, sed spiritus viuificat. Vbi autè spiritus Dei, ibi libertas, quæ legem non timore exequitur, sed amore. Obedientia enim mollit imperium, nec dura ibi necessitate seruitur, vbi diligitur, quod iubetur. Cum ergo vos, dilectissimi, ad quædam quæ etiam in veteri testamento instituta sunt, cohortamur: non Iudaicæ vos obseruantie iugo subdimus, nec consuetudinem vobis populi carnalis indicimus. Excellet super illorum ieiunia, continentia Christiana: & si quid nobis atque illis commune est in temporibus, non concordat in moribus. Habeant illi nudipedalia sua, & in tristitia vultu ostendant ociosa ieiunia: nos in nullo ad habitus nostri honestatem dissimiles, nec à iustis & necessariis operibus abstinentes, edendi licentiam simplici parcitate cohibemus: vt in vsu ciborum modus eligatur, non creatura damnetur. Quamuis autem vnicuique nostrum liberum sit voluntariis castigationibus proprium corpus afficere, & nunc moderatius, nunc verò restrictius, repugnantes spiritui carnales concupiscentias edomare: quibusdã tamen diebus ab omnibus oportet pariter celebrare generale ieiunium, & tunc est efficacior sanctiorque deuotio, quando in operibus pietatis totius Ecclesiæ vnus animus & vnus est sensus. Publica enim præferenda sunt propriis: & ibi intelligenda est præcipua ratio utilitatis, vbivigilat cura communis. Teneant igitur diligentiam suam obseruantie singulorum, & cõtra nequitie spiritalis insidias, implorato diuinæ protectionis auxilio, cœlestia quisq; arma arripiat. Sed Ecclesiasticus miles, etiã si specialibus præliis possit fortiter facere, tutius tamen & felicius dimicabit, si cõtra hostem palã in acie steterit: vbi non suis tantum viribus certa-

CAP. 8.

1. Cor. 3. Libertas Christiana qualis sit.

Ieiunia seruamus non secundum Iudeorum obseruationem.

Matth. 7. Ciborũ delectus quomodo obseruandus sit.

CAP. 12.

Ieiunium generale præferretur priuato.

men inear, sed sub inuicti regis imperio, fraternis confociatus agminibus, bellum vniuersale conficiat. Minore enim discrimine plures configunt eum hoste, quam singuli: nec facile patet vulneri, quem opposito scuto fidei, non sua tantum, sed etiam aliorum fortitudo defendit: vt vbi est vna omnium causa, sit vna victoria. Quia igitur aduersarius noster insidiari nobis diuersa tentationum arte non desinit, & hæc est vna versutiarum eius intentio, vt redemptos Christi sanguine, à mandatis Dei possit abducere: omni diligentia præcauendum est, vt nullis inimici iaculis vulneremur.

CAP. III.

Tela demonis quæ lia sint.

Tela enim ipsius non sunt aspera corporis sensibus, sed nimium carni, vt animæ nocent, blandiuntur. Trahunt oculos ad varias cupiditates, vt de mundi pulchritudine, aut concupiscentiæ accendantur faces, aut superstitionum gignantur errores. Insuper etiam sono mollibus istibus pulsatur auditus, vt animi soliditas illecebrosa modulatione soluatur, & lethali consuetudine suauitatum, incauta & parum sobria corda capiantur. Sed hos diaboli dolos inefficaces & irritos faciunt diuinæ præsidia gratiæ, & Euangelicæ præcepta doctrinæ. Quoniam qui acceperunt Spiritum sanctum, & à quibus timor Domini non de præniæ formidine, sed de Dei charitate conceptus est: illæso fidei pede laqueos talium conterunt captiuum, vt, creaturarum omnium pulchritudine, ad gloriam & laudem sui vrantur auctoris, cumque diligant super omnia, per quem facta sunt omnia. In huius admirationem, dilectissimi, omnium fidelium tendat affectio, de hoc sibi delectationes non corruptibiles, sed æternas, sapiens continentia petat, & in amorem boni, sine quo nullus est bonus, incontaminata castitas inardescat. Ad hoc enim nobis tradita sunt exercitia Christiana: vt refecata omni illicita voluptate, in sanctas & spirituales delicias ætitemus. Et cum nos oporteat semper studere virtutibus, quidam tamen dies ideo sunt ad castigationem communis obseruantie consecrati: vt anima, quæ terrenis adhuc desideris implicatur, & curis secularibus impeditur, ex intervallo saltem, ad diuinam respiret. Et quia portio diuini agri est, dignos cælestibus horreis adferat fructus. Ibi enim spes est metendi, vbi fuerit diligentia seminandi. His, dilectissimi, ad profectum vestrum pro temporis occasione perstrictis, ieiunium vobis septimi mensis indicimus, in quo vos non solum de ciborum abstinentia, sed etiam de pietatis operibus commonemus: vt quod vestris vfi-

Ioan. I.

CAP. IV.

Christiana exercitia cur nobis tradita.

CAP. V.

Abus religiosa parcitate subtrahitis, in alimentiam pauperum & in cibos debiliū transferatis: omnibus quidem indigentibus generali beneuolentia consulentes, sed maxime eorum memores, qui sunt de membris corporis Christi, & nobis vnitæ Catholicæ fidei copulantur. Plus enim debeamus nostris pro cõsortio gratiæ, quã alienis pro cõmunionem naturæ. Abidet ergo in vobis, dilectissimi, benignitas Christiana: & sicut recurrentia anni tēpora desideratis vt plena sint fructibus, ita & corda vestra pascendis sint fœcūda pauperibus. Quibus vtique potuit Deus, cuius sunt omnia, necessariã conferre substantiã, & tales eis tribuere facultates, vt in nullo vestris largitionibus indigerent: sed & illis & vobis multa virtutū materia defuisset, si nec illos ad paciētiam coronã inopia exerceret, nec vos ad misericordiæ gloriã copia prouocaret. Mirabiliter autē prouidentia diuina disposuit, vt essent in Ecclesia & sancti pauperes & diuites boni: qui inuicē sibi ex ipsa diuersitate prodesset, cum ad æterna & incorrupta præmia promerenda Deo gratias agerent accipiētes, & Deo gratias agerent largientes: quoniam sicut scriptum est, *Patientia pauperum non peribit in æternum.* & *Hilarem datorem diligit Deus.* Quarta igitur & sexta FERIA Ieiunium: Sabbato verò apud beatissimum Petrum Apostolum vigiliis celebremus, sperantes nos ita ipsius orationibus adiuuandos, vt Deus misericordiarum iesunij nostri sacrificio placatus exaudiat, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

CAP. VI.

Pauperes cur Deus esse permittit.

Psal. 92.

2. Cor. 9.

## Sermo III. de ieiunio septimi mensis.

*De fragilitate humana natura ac pugna carnis, de auxilio diuino & duobus amoribus atque aduentu regni Dei.*



ACRATVM, dilectissimi, in septimo mense ieiunium, ad communis deuotionis exercitia prædicamus, fidenter vos paternis cohortationibus incitantes, vt quod fuit ante Iudaicum, vestra sit obseruantia Christianum. Est enim omni tempore aptum & testamento vtrique conueniens, vt per castigationem mentis & corporis, misericordia diuina quærat: quia nihil est efficacius ad exorandū Deum quàm vt homo ipse se iudicet, & nunquam desinat à venia postulanda, qui se scit nunquã esse sine culpa. Haber enim hoc in se generaliter humana natura, non à creatore insitū, sed à præuaricatore contractū, & in-

CAP. I.

Ieiunium vtrique testamento congruit.

Carniscum  
spiritu 26-  
fidus.

posteror generali lege transfusum : vt de illecebra mansionis. Ideo beatus Aposto- corruptibili corpore, etiam quod animam corrumpere possit oriatur. Hinc interior homo, si tamen iam in Christo regeneratus, & à vinculis captiuitatis est erutus, assiduos habet cum carne conflictus : & dum cohibet concupiscentiam, patitur repugnantem. In qua discordia non facile obtinetur perfecta victoria, vt etiam quæ sunt abrumpenda, non illigent, & quæ sunt interficienda, non vulnerent : quantumlibet sapienter & prouidè iudex animus suis exterioribus præsit, inter ipsas tamen curas atque mensuras regendæ carnis & alendæ, nimis ei semper vicina tenratio est. Quis enim ita se aut à voluptate corporis aut à dolore se iungit, vt ad ipsam mentem non pertineat, quod extrinsecus aut blanditur, aut cruciatur? Indiuisum est gaudium in discreta tristitia: nihil in hominem iracundia non accendit: nihil lætitia non resoluit, nihil ægritudo non afficit. Et quæ illic declinatio potest esse peccati, vbi vna passio est regentis & subditi. Merito Dominus protestatur, quod spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Et ne vsque ad inertem desidiam desperatione ducamur, quæ impossibilia sunt homini ex imbecillitate propria, possibilia sponder ex virtute diuina. Angusta enim & arcta est via, quæ ducit ad vitam, & nemo in eam gressum inferret, nemo vestigium promoueret, nisi difficiles aditus ipse se Christus viam faciendo reseraret : vt auctor itineris fiat possibilitas ambulantis, quia idem & introducit ad laborem, & perducit ad requiem. In quo ergo nobis spes est æternæ vitæ, in eodè est & forma patientiæ. Si enim compatimur, & conregnabimus, quoniam vt Apostolus ait, *Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.* Alioqui falsæ professionis imagine utimur, si cuius nomine gloriamur, eius instituta non sequimur. Quæ vtiq. nobis onerosa non essent, & ab omnibus nos periculis liberarent, si nihil aliud quam quod amandum iubetur, amaremus. Duo namque amores sunt, ex quibus omnes procedunt volutates, ita diuersæ qualitatibus, sicut diuiduntur auctoribus. Rationalis enim animus, qui sine dilectione esse non potest, aut Dei amator est, aut mundi. In dilectione Dei, nulla nimia : in dilectione autem mundi, cuncta sunt noxia. Et ideo æternis bonis inseparabiliter in hæredum, temporalibus vero transeunter vtendum est: vt peregrinantibus nobis, & ad patriam redire properantibus, quicquid de prosperitatibus mundi huius occurrerit, viaticum sit itineris, non

Matth. 26.

CAP. II.

Matth. 7.

Rom. 8.  
I. Ioan. 2.

CAP. III.  
Amores  
duo.

lus prædicat dicens : *Tempus breue est, reliquum est, vt qui habent uxores, tanquam non habentes sint; & qui stent, tanquam non stentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi.* Sed quod de specie, de copia, de varietate blanditur, non facile declinatur, nisi in illa visibilium pulchritudine Creator potius quam creatura diligatur. Qui cum dicit, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo; & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua,* in nullo nos vult ab amoris sui vinculis relaxari. Et cum huic præcepto, proximi quoque copulat charitatem, imitationem nobis suæ bonitatis indicit: vt quod diligit, diligamus, & quod operatur, operemur. Quamuis enim Dei agricultura simus, & Dei ædificatio, & neque qui plantat sit aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: in omnibus tamen exigit nostri ministerij seruitutem, & nos dispensatores suorum vult esse donorum, vt qui fert Dei imaginem, Dei faciat voluntatem. Propter quod in Oratione Dominica sacratissimè dicimus : *Adueniat regnum tuum, Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra.* Quibus verbis quid aliud postulamus, quam vt Deus, quæ necdum sibi subdidit, subdat, & sicut in celo angelos, ita & in terra homines ministros suæ faciat voluntatis? Hoc autem petentes amamus Deum, amamus & proximum, & non diuersa in nobis, sed vna dilectio est: quando & seruum seruire, & dominum cupimus imperare.

Hic igitur affectus, dilectissimi, quo amor terrenus excluditur, bonorum operum consuetudine roboratur, quia necesse est, vt bonis actibus conscientia delectetur, & libenter faciat, quod fecisse se gaudeat. Assumitur igitur ieiunium, multiplicatur largitio, iustitia custoditur, frequentatur oratio, sitque vt singulorum desiderium sit vnum omnium votum. Nutrit patientiam labor, mansuetudo extinguit iram, benevolentia calcit inuidiam, immundæ cupiditates sanctis desideriis enecantur, auaritia liberalitate depellitur, & onera diuitiarum sunt instrumenta virtutum. Sed quia insidiæ diaboli etiam inter talia studia non quiescunt, rectissimè in quibusdam articulis temporum, vigoris est nostri reparatio instituta: vt vbi de clementia cæli & vbertate agri potest mens presentium bonorum auida gloriari, & in ampla horrea fructibus congregatis, animæ suæ dicere, *Habes mul-*

1. Cor. 7.

Matth. 22.

1. Cor. 3.

Matth. 6.  
Aduentum  
regni Dei  
quomodo  
petamus.

CAP. IV.

Luce. 13.

*ta bona, epulare, ibi quandam increpationem* A  
 diuinæ vocis accipiat, audiâtque dicentem,  
*Stulte, hac nocte reposcunt animam tuam à te,*  
*quæ autem preparasti, cuius erant?* Hæc sollici-  
 tissima meditatio debet esse sapientis, vt  
 quoniam breues dies istius vitæ & incerta  
 sunt spacia, nunquam sit mors improvisa  
 morituro, nec inordinatum incidat finem,  
 qui se nouit esse mortalem. Quod itaque  
 vt & sanctificationi corporum & repara-  
 tioni proficit animarum, quarta & sexta  
 Feria ieiunemus: Sabbato autem apud  
 beatissimum Petrum Apostolum vigiliis  
 celebremus, eius orationibus adiuuandi,  
 vt sanctorum desideriorum consequamur  
 effectum, Per Christum Dominum no-  
 strum, Amen.

Orationes  
 sancti Petri.

### Sermo VI. de ieiunio septimi mēsis.

*De duplici Christi natura aduersus Euty-  
 chen & Nestorium, & de veritate cor-  
 poris Christi in Eucharistia.*

CAP. I.



EVOTIONEM fidelium, di-  
 lectissimi, nihil est in quo pro-  
 uidentia diuina non adiuuet:  
 Siquidem exercendis ad san-  
 ctimoniã mentibus atque cor-  
 poribus, ipsa quoque mundi elementa fa-  
 mulantur, dum dierum ac mensium di-  
 stinctè variata reuolutio quasdam nobis  
 paginas aperit præceptorum, vt quod sacra  
 admonent instituta, hoc quodammodo lo-  
 quantur & tempora. Vnde cum septimum  
 mensem nobis anni recursus attulerit, non  
 ignoro obseruantiam vestram ad celebra-  
 dum solenne ieiunium spiritaliter incitari:  
 quoniam experiendo didicistis, quantum  
 hæc præparatio & exteriora & interiora  
 hominum purificet, vt cum à licitis abstine-  
 tur, facilius illicitis resistatur. Continentiæ  
 autem ratio, dilectissimi, non in sola casti-  
 gatione corporum, nec in diminutione tã-  
 tum habetur eucarum. Maiora enim vir-  
 tutis istius bona ad illam animæ pertinent  
 castitatem, quæ non solum carnis concu-  
 piscentiæ conterit: sed etiam mundanæ sa-  
 pientiæ vana contemnit, dicente Aposto-  
 lo: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam,*  
*& inanem fallaciam secundum traditionem ho-*  
*minum.* Continentium ergo est à cibis, sed  
 multo magis ab erroribus ieiunandum: vt  
 mens nulli carnali debita voluptati, nullius  
 sit captiua mendacij, quia sicut in præteri-  
 tis, ita etiam in nostris diebus non desunt  
 veritatis inimici: qui inter Catholicam  
 Ecclesiam mouere audeant bella ciuilia,

Coloss. 2.

Continen-  
 dum nedū  
 à cibis, sed  
 etiam erro-  
 ribus.

vt in consensum impiorum dogmatum  
 imperitos quosque ducentes sibi glorien-  
 tur accrescere, quos à Christi corpore po-  
 tuerint separare. Quid enim tam aduersa-  
 tur Prophetis, tam repugnat Euangelis,  
 tam denique est Apostolicis rebelle doctri-  
 nis, quàm in Domino Iesu Christo ex Ma-  
 ria virgine genito, & sempiterno patri in-  
 temporaliter coæterno, vnam & singula-  
 rem prædicare naturam? Quia si hominis  
 tantum intelligenda est, vbi est, quæ saluat  
 deitas? si tantummodo Dei, vbi est, quæ sal-  
 uatur humanitas? Fides autem Catholica,  
 quæ omnibus resistit erroribus, etiam simul  
 istas impietates refutat, dånans Nestorium,  
 diuina ab homine diuidentem: detestans  
 Eutychem, in diuinis humana vacuantem,  
 quoniam veri Dei Filius Deus verus, vnita-  
 tem & æqualitatem habens cum Patre & Spi-  
 ritu sancto, idem verus homo esse dignatus  
 est, nec conceptu virginis matris est seiun-  
 ctus à carne, nec partu: sic humanitatem sibi  
 vniens, vt Deus incommutabiliter perman-  
 neret, sic deitatem homini impartiens, vt eum  
 glorificatione non cõsumeret, sed augetet.  
 Qui enim est factus forma serui, forma Dei  
 esse non destitit, nec alter cum altero, sed  
 vnus in vtroque est: vt ex quo Verbum ca-  
 ro factum est, nullis dispensationum varietati-  
 bus fides nostra turbetur, sed siue in mira-  
 culis virtutum, siue in contumeliis passio-  
 num, & Deum qui homo est, & hominem  
 credamus esse, qui Deus est. Hanc confes-  
 sionem, dilectissimi, toto corde promentes,  
 impia hæreticorum commenta respuite:  
 vt Ieiunia & Eleemofynæ vestræ nullius er-  
 roris contagione polluantur. Tunc enim &  
 sacrificij munda est oblatio, & misericordiæ  
 sancta largitio, quãdo ij, qui ista dependunt,  
 quid operentur, intelligunt. Nã dicente Domi-  
 no, *Nisi manducaueritis carnem filij hominis,* Ioan. 6.  
*& biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam*  
*in vobis:* sic sacræ mensæ communicare de-  
 betis, vt nihil prorsus de veritate Corporis  
 Christi & Sanguinis ambigatis. Hoc enim  
 ore sumitur, quod fide creditur: & frustra  
 ab illis Amen responderetur, à quibus contra  
 id quod accipitur, disputatur. Dicente au-  
 tem Propheta, *Beatus qui intelligit super egenum*  
*& pauperem,* ille circa pauperes vestimento-  
 rum & ciborum laudabilis distributor est,  
 qui se Christum in indigentibus & vestire  
 nouit & pascere: quoniam vt ipse ait, *Quan-* Math. 25.  
*dum fecistis vni de fratribus his meis, mihi*  
*fecistis.* Verus itaq; Deus & verus homo v-  
 nus est Christus, diues in suis, pauper in no-  
 stris, dona accipiens & dona diffundens, par-  
 ticipes mortalium & viuificatio mortuorũ:

Nestorius.

Eutyches.

CAP. II.

Veritas  
 Corporis  
 Christi in  
 Eucharis-  
 tia.  
 Psal. 40.

Christus est  
 diues &  
 pauper.

Philipp. 3.

ut in nomine Iesu Christi omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & inferorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, vivens & regnans cum sancto Spiritu in secula seculorum, Amen.

### Sermo VII. de ieiunio septimi mensis.

*De spiritali veteris legis implerione, rectaque ieiunij forma, & spiritalibus thesauris.*

CAP. I.

Matth. 5.



**P**OSTOLICA institutio, dilectissimi, quae Dominum Iesum Christum ad hoc venisse in hunc mundum nouerat, ut legem non solueret, sed imple-

ret, ita veteris testamenti decreta distinxit: ut quaedam ex eis, sicut erant condita Evangelicæ eruditioni profutura dicerent, & quæ dudum fuerant consuetudinibus Iudicæ, fierent obseruantia Christianæ. Quamuis enim varietates hostiarum, differentia baptismatum, & oia sabbatorum, cum ipsa carnis circuncisione cessauerint: manent tamen ex ipsis voluminibus etiam apud nos plurima præcepta moralia. Et cum inde dicatur, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & diliges proximum tuum sicut teipsum*, Christo Domino dicente cognouimus, quod in his duobus mandatis tota lex pendet & Propheta, tantaque est sub huius geminæ charitatis edicto vtriusque copula testamenti, ut sine istarum connectione virtutum, nec lex quæquam inueniatur iustificasse, nec gratia. Illæ quoque partes legalium mandatorum, ex quibus quædam præcipiuntur, ut fiant, quædam interdiciuntur, ut non fiant, antiquæ autoritatis retinent firmitatem. Nec ideo eis Evangelicæ putanda est aduersa perfectio, quia & virtutum studia ad voluntaria incitantur augmenta, & vltiones criminum, poenitentia remediis relaxantur. Dicit enim Dominus: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum.* Quomodo ergo abundauit iustitia, nisi superexaltet misericordia? Et quid tam æquum, quidque tam dignum est, quam ut creatura ad imaginem & similitudinem Dei condita suum imitetur authorem, qui reparationem sanctificationemque credentium in peccatorum remissione constituit, ut remota seueritate vindictæ, omnique cessante supplicio, reus innocentia redderetur, & criminum finis fieret origo virtutum? Quod igitur, dilectissimi, ex ve-

Matth. 5.

CAP. II.

teris prædicatione doctrinæ ad purificationem animarum corporumque nostrorum ieiunium septimi mensis assumimus: non legalibus nos oneribus subiicimus, sed vtilitatem continentia, quæ Christi Evangelio seruit, amplectimur. Quia in hoc potest super Scribas & Phariseos Christiana abundare iustitia, non euacuando legem, sed intelligentiam refutando carnalem. Nec enim nostra talia debent esse ieiunia, qualia erant illorum, quibus Esaias Propheta Spiritu sancto in se loquente, dicebat: *Ne ornatis vestras, & sabbata, & diem magnum non sustineo, ieiunium, & ferias, & dies festos vestros odit anima mea.* Vnde Dominus ieiunandi formam discipulis tradens, *Cum ieiunatis*, inquit, *nolite fieri sicut hypocrite tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Quam mercedem, nisi laudis humanæ? propter cuius cupiditatem, iustitiæ species plerumque præterditur, & vbi nulla est cura conscientia, amatur falsitas fama, vt iniquitas, quæ occultatione arguitur, mendacii opinione lætetur. Rationabile itaque factumque ieiunium nulla laudis ostentationisque iactantia polluat, nec bonum suum quisquam fidelium de humanis velit pendere iudiciis. Diligenti Deum, sufficit ei placere, quæ diligit: quia nulla maior expectanda est remuneratio, quam ipsa dilectio. Sic enim charitas ex Deo est, vt Deus ipse sit charitas. Quod vtiq; pius & castus ita gaudet animus implere, vt in nullo extra illum cupiat delectari. Verissimum namque est quod dicit Dominus: *Vbi est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuum.* Quis autem est thesaurus hominis, nisi quaedam fructuum eius congregatio laborumque collectio? Quod enim seminauerit quis, hoc & metet, & quale cuiusque opus, talis est & quæstus: & vbi oblectatio fruendi constituitur, ibi cura cordis obstringitur. Sed cum multa sint genera diuitiarum, dissimilesq; materiae gaudiorum, thesaurus cuiq; est suæ cupiditatis affectus, qui si de appetitu est terrenorum, non beatos facit sui participatione, sed miseros. Hi vero, qui ea quæ sursum sunt, sapiunt, non quæ super terram, nec perituris intenti sunt, sed æternis, in illo habent incorruptibiles reconditas facultates, de quo dicit Propheta: *Thesaurus & salus nostra aduenit, sapientia & disciplina & pietas à Domino.* Hi sunt thesauri iustitiæ, per quos auxiliante Dei gratia, etiam terrena bona in celestia transferuntur: dum multi diuitiis aut iuste sibi relictis, aut aliter acquisitis, ad in-

Ecclesiasticus  
stata ieiunia obseruet.

Esa. i.

Matth. 6.

Vana gloria in recte factis rationanda.

CAP. III.

Matth. 6.  
Thesaurus hominis quis.  
Galat. 6.

Matth. 6.

strumentum impietatis vtuntur. Cùmque ad sustentationem pauperum, quæ possunt exuberare distribuunt, congregant sibi inamissibiles facultates, vt quod abiderunt elemosynis, nullis possit subiacere dispendiis, & dignè ibi habeant cor, vbi habent thesaurum suum, quia tales diuitias suas dignû & beatissimû est exercere vt crescât, & non timere ne pereant. Operâtes igitur, dilectissimi, quod bonum est ad omnes, maximè autè ad domesticos fidei, septimû mensẽ ab initio mysticum, propter septiformem spiritum, & ipso sui ordinis numero consecratum, continentiz fructibus deputantes, quarta & sexta feria ieiunemus: Sabbato autem apud beatum Petrum vigilias celebremus, cuius nobis orationes suffragabuntur & merita, vt quantumcunque fidelibus tribuitur bonum velle, tantum doneatur & posse, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuunt & regnat in secula seculorum, Amen.

### Sermo VIII. de ieiunio septimi mensis.

*De duplici concupiscentia, carnis & spiritus, de pugna spiritali & abstinentia.*



**M**NIS, dilectissimi, diuinorum cruditio præceptorû hoc maximè agit apud corda credentium: vt amor prauus recto amore superetur, & delectatione iustitiz, peccandi cupiditas destruat, dicente Scriptura: *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.* Cùm autem sint in animis hominum multæ bonæ concupiscentiz, & laudabiles voluntates, quid est quod iubetur: nisi quod ab illa concupiscentia prohibemur, & ab illa voluntate reuocamur, cuius ortus ex nobis est, & ideo mala pronuntiatur, quia nostra esse conuincitur. Ad distinctiones igitur concupiscentiarum quæ sunt ex Deo, bene homini dictum est: *Post concupiscentias tuas non eas,* vt quas cognouerit proprias, sciat esse vitandas. Meritò ergo Dominus noluit in Oratione, quam tradidit, nos ad Deum dicere, *Fiat voluntas nostra, sed fiat voluntas tua:* hoc est, non illa quam caro incitat, sed quam Spiritus sanctus inspirat. Vnde autem hoc desiderium conceptum sit, cui semper debeat repugnari, non difficulter intelligunt, qui se filios Adæ esse nouerunt, &

peccante humani generis patre, non dubitant in propaginè viciatum esse, quod est in radice corruptum. Quamuis autè per gratiam Domini nostri Iesu Christi in nouam creaturam transferimus ex veteri, & imaginem nos terreni hominis homo cælestis exuerit: donec tamen corpus mortale gestamus, necesse est, vt contra carnis desideria dimicemus. Bonum est enim animæ Deo subditæ, timere ne cadat, & habere quod vincat: quoniam virtus in infirmitate perficitur, & quod nos exercet continentia, hoc perducit ad gloriam. Abstinentum est itaque dilectissimi, ab his quæ nobis noxiè blandiuntur, & lex peccati, quæ est in membris nostris, Dei lege superanda est: vt licet per omnes sensus corporis multæ insidientur illecebræ, animus tamen, cui summum bonum & verum gaudium Deus est, inter castas spiritualesq. delicias in sapientiz latitudine, & in veritatis luce versetur. Si enim se ipsum sibi rationalis homo compareret, omnesque suorû actuum qualitates vera inspectione diiudicet, nunquid in intimis conscientiz suæ hoc delectationis inueniet de iniquitate commissa, quod de æquitate seruata: aut tantum ei iucunditatis carnalis voluptas, quantum spiritalis pariet appetitus? Nihil prorsus de virtutum splendore attingit, nihil de pietatis suauitate gustat, qui magis vult sordescere in iis quæ immunda sunt, quàm in iis splendere, quæ sancta sunt. Non sinit ratio, vt cordibus non vsquequaque captiuus, ita placeat satiata ira, vt remissa vindicta, aut tantû generent gaudiû mala quæ sita de alieno, quantum bona expensa de proprio. Felicior semper est parca temperantia, quàm profusa luxuria, maiorque est lux humilibus, quàm superbis, & sublimior mens quæ inter prohibita atque permissa certius habet sperare cælestia, quàm amare terrena. Vt autem in hoc prouectu animus religiosus excellat, & ius suæ dominationis obtineat, subigendo corpori castigatio est adhibenda ieiunij. Quod licet generali nomine ad omnem continentiam pertinere videatur, propriè tamen ad edèdi diminutionè refertur: vt proffit nunc voluntate non sumere, quod ab initio cõtra veritum nocuit vsurpassè, vt sicut illic concupiscentia vulnèri, ita hic abstinentia sit salutis.

Cui medicinz, dilectissimi, quum tempus omne sit congruum, hoc tamen habemus aptissimû, quod & Apostolicis & legalibus institutis videmus electum: vt sicut in aliis anni diebus, ita in mense septimo, spiritalibus purificationibus emundemus. Conuenientibus enim in vnum propositum tribus

Matth. 6.

CAP. IV.  
Galat. 6.

2. Cor. 12.

CAP. 113  
Rom. 7.

CAP. I.  
Præceptorum  
Dei  
scopus.

Eccel. 18.

Ibidem.

Matth. 6.

CAP. 113

studiis, oratione scilicet, & eleemosyna, atque ieiunio, præstabitur nobis à misericordie Deo & cohibito cupiditatum, & exaudito precum, & remissio peccatorum, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Sermo IX. de Ieiunio septimi mensis.

De Ieiunio quatuor temporum, itemque spiritali, quod est mentis.

CAP. I.



**C**IO quidem, dilectissimi, plurimos vestrum ita in iis, quæ ad obseruantiam Christianæ fidei pertinent, esse deuotos: ut nostris cohortationibus non indigeant admoneri. Quod enim dudum & traditio decreuit, & consuetudo firmavit: nec eruditio ignorat, nec pietas prætermittit. Sed quia sacerdotalis officij est, erga omnes Ecclesiæ filios curam habere communem, in id quod & rudibus profit & doctis, quos simul diligimus, pariter incitamus: ut ieiunium quod nobis septimi mensis recursum indicit, fide alacri per castigationem animi & corporis celebremus. Quamuis enim diminutio cibi carnem propriè videatur afficere: nihil tamen corporeis sensibus vel conceditur, vel negatur, quod non sicut ad seruientem, ita pertineat ad iubentem. Cùm itaque unusquisque homo duplicem in se legem habeat continentiæ, nihilque actionum nostrarum ad solum corpus, multa autem ad solum referenda sint animum: prudenter debemus aduertere, quàm indecens quamque iniustum sit, si quod à superiore indicitur, ab inferiore negligatur. Ut autem mens rationalis salubriter exteriora castiget, debet etiam propria exercere ieiunia: quia non solum carnis desideriis, sed etiam animi cupiditatibus conuenit repugnare, dicente Scriptura, *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.* Ieiunans ergo ab iis, quæ caro appetit, ieiunet & ab iis quæ malè interior substantia concupiscit. Pessimus enim animæ cibus est, uelle quod non licet: & noxia cordis delectatio est, quæ aut turpi lucro pascitur, aut superbia extollitur, aut adulatione lætatur. Quâuis enim his affectibus motus quoque corporis seruiant, ad originem tamen suam cuncta respiciunt, & ibi censeatur qualitas actionis, ubi inuenitur initium voluntatis, quam reuocare à prauis desideriis, optimum maximumque ieiunium est: quia tunc est elegendi abstinentia fructuosa, quâdo exterior parcitas à temperantia interiore procedit.

Eccle. 18.

**A** Celebraturi igitur, dilectissimi, verum & spiritale ieiunium, quod & corpus & animus sui puritate sanctificet, cordis nostri secreta rimemur: & quibus rebus aut contristentur aut gaudeant, iusto discutiamus examine. Ac si quis amor vanæ gloriæ, si qua radix auaritiæ, si quod inest virus inuidiæ, nihil talium anima sumat escarum: sed virtutum intenta deliciis, cœlestes epulas terrenæ præferat voluptati. Agnoscat homo sui generis dignitatem, factumque se ad imaginem & similitudinem sui creatoris intelligat: nec ita de miseris, quas per peccatum illud maximum & commune incidit, expauescat, ut non se ad misericordiam sui reparatoris attollat. Ipse enim dicit: *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum,* hoc est, me diligite, & ab iis, quæ mihi displicent, abstinete. Facite, quod amo: amate, quod facio. Et cùm videtur esse difficile, quod iubeo, ad iubentem accurrite: ut unde datur præceptum, præstetur auxilium. Non negabo opem, qui tribui voluntatem: ieiunate ab aduersis, abstinete à contrariis. Ego sum cibus vester & potus: nemo quæ mea sunt inefficaciter concupiscit. Qui enim ad me tendit, ex mei participatione me querit.

His, dilectissimi, cohortationibus, quibus nos ad bona incommutabilia & ad gaudia inuitat æterna, plene sunt omnes diuinarum paginæ literarum, & hoc nobiscum agit testamenti vtriusque doctrina, ut in hæreamus veris, & contineamus à vanis. Non enim apprehendi potest quod promittitur, nisi custoditum fuerit quod iubetur. Quid iustius, quàm ut homo, cuius fert imaginem, faciat voluntatem, & per abstinentiam cibi ieiunet à lege peccati? Ideo enim ipsa continentiæ obseruantia, quatuor est assignata temporibus: ut in idipsum totius anni redeunte decursa, cognoscere nos indefinenter purificationibus indigere, semperque esse nitendum, dum huius vitæ varietate iactamur, ut peccatum, quod fragilitate carnis & cupiditatum pollutione contrahitur, ieiuniis atque eleemosynis deleatur. Esuriamus paululum, dilectissimi, & aliquantulum quod iuuan-dis possit prodesse pauperibus, nostræ consuetudini subtrahamus. Delectetur conscientia benignorum fructibus largitatis, & gaudia tribuens, quo es lætificandus, accipies. Dilectio proximi, dilectio Dei est, qui plenitudinē legis & Prophetarum, in hac geminæ charitatis unitate constituit: ut nemo ambigeret, Deo se offerre, quod homini contulisset, dicente Domino Salvatore, cùm de alendis iuandisque

Ieiunium quatuor temporum cur institutum.

CAP. II.

Math. 22.

Matth. 23.

pauperibus loqueretur, *Quod uni eorum fecistis, mihi fecistis.* Quarta igitur & sexta Feria ieiunemus: Sabbato verò apud beatum Petrum Apostolum vigiliis celebremus, cuius nos meritis & orationibus credimus adiuvandos, vt misericordi Deo ieiunio nostro & deuotione placeamus, Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus in secula seculorum, Amen.

Sanctorum meritis & orationibus adiuvamur.

SERMO SIVE TRACTATUS BEATI LEONIS PAPÆ CONTRA HÆRESIM EUTYCHETIS, HABITUS ROMÆ IN BASILICA SANCTÆ ANASTASIÆ.

De vitandis hæreticis, de veritate corporis Christi, & fidei Romanæ commendatione.

CAP. I.



ICVR peritorum, dilectissimi, prudentiumq; medicorum est, passionem infirmitatis humanæ remediis præuenire, & quemadmodum saluti contraria declinentur, ostendere: ita pastoralis officij est, ne Dominico gregi hæretica malignitas noceat, prouidere, & qualiter luporum & latronum improbitas sit cauenda, demonstrare: quia nunquam potuit hæretica impietas sic latere, vt non à sanctis patribus nostris, & semper deprehensa sit, & iure damnata. Sollicitudinem itaque nostram, quam dilectioni vestræ impendimus, latere non potuit, quosdam Ægyptios, præcipuè negociatores ad urbem venisse, eaque quæ Alexandria scelestè ab hæreticis sunt admissa, defendere, asserentes solam deitatis in Christo fuisse naturam, nec carnis humanæ, quam sumpsit ex beata Maria virgine, habuisse penitus veritatem: quæ impietas, & falsum hominem, & Deum dicit esse passibilem. Quod quo audeant animo, quove consilio, dubitare non possumus. Quia enim ipsi à veritate Euangelij recesserunt, & mendacia diaboli sunt sequuti, alios quoque volunt socios suæ perditionis efficere: & ideo fraterna vos & paterna sollicitudine commonemus, vt inimicos Catholicæ fidei, hostes Ecclesiæ, Incarnationis Dominicæ negatores, & instituto à sanctis Apostolis Symbolo repugnantes, in nullum recipiatis consensionis affectum, dicente Apostolo: *Hæreticum hominem*

Hæretici latere non possent.

Symbolum Apostolorum Ad Tit. 3.

A post vnā & secundam correptionem deuota, sciens quia qui huiusmodi est, subuersus est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Propria enim pertinacia perit, & sua à Christo discedit infania, qui eam impietatem, per quam ante se multos scit periisse, sectatur, & religiosum sibi atque Catholicum putat id, quod sanctorum patrum iudicio, & in Photini perfidia, & in Manichæi dementia, & in Apollinaris infania, constat esse damnatum: vt adhuc quasi nouæ & necdum damnatæ in perniciem animarum suarum consentiant prauitati, qui Incarnationis Dominicæ denegant sacramentum. Quasi aliud tota Euangelica lectione doceamur, quàm hoc vno diuinæ misericordie sacramento, humanum genus in iis qui credunt esse saluatum, quod vnigenitus Dei filius, æqualis per omnia patri, nostræ assumptione substantiæ, manens quod erat, dignatus est esse quod non erat, verus scilicet homo, verus Deus, qui absque cuiusquam forde peccati, integram sibi nostram perfectamque naturam, veritate & carnis & animæ vniuit, & intra vterum beatæ Virginis matris Spiritus sancti virtute conceptus, nec editione patris, nec primordia fastidiuit infantie: vt Verbum Dei patris humanam sibi inesse substantiam, & deitatis potentia & carnis infirmitate loqueretur, de corpore habens corporeas actiones, & spirituales de deitate virtutes. Humanum quippe est esurire, & sitire, & dormire, humanum est meruere, flere, tristari, humanum denique est crucifigi, mori atque sepeliri. Sed diuinum est super mare ambulare, aquas in vina cõuertere, mortuos suscitare, mundum propria morte tremescere, & cum viuificata super omnem cœlorum altitudinem carne conscendere: vt qui hoc credunt, dubitare non possint, quid humanitati ascribere, quid debeant adsignare deitati, quoniam in vtroque vnus est Christus, qui & deitatis suæ potentiam non amisit, & veritatem perfecti hominis nascendo suscepit. Hos ergo, dilectissimi, de quibus loquimur, tanquam venenum mortiferum fugite, execramini, declinate, & ab eorum colloquiis, si increpati à vobis corrigi noluerint, abstinete, quoniam sicut scriptum est, *Sermo eorum serpit vt cancer.* Iusto enim iudicio ab Ecclesiæ vnitatis reiectis, nulla est tribuenda communio, quam non nostris odiis, sed suis sceleribus perdidērunt. Vos ergo dilecti Deo, & Apostolico testimonio comprobati, quibus beatus Apostolus Paulus doctor gentium dicit: *Quo- niam fides vestra annuntiatur in vniuerso mudo.*

CAP. II.

CAP. III.

2. Tim. 2.

Rom. 1. Romana fides ab Apostolo commenda.

custodite in vobis quod tantum prædicationem agnoscitis sensisse de vobis. Nemo vestrum efficiatur huius laudis alienus: ut quos per tot secula docente Spiritu sancto, hæresis nulla violauit, ne Eutychianæ quidem impietatis possint maculare contagia. Cōfidimus autem quod protectio Dei corda vestra fidemque custodiat: ut cui hætenus fideliter obedistis, in æternum perseverante Catholicæ fidei obseruatiã placeatis, Per Christum Dominum nostrum, Amen.

HOMILIA S. LEONIS  
PAPÆ DE TRANSFIGURATIONE Domini.

Matth. 17. *In illo tempore: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit eos in montem excelsum seorsum. Et reliqua.*

CAP. I.



VANGELICA lectio, dilectissimi, quæ per aures corporis interiorẽ mētium nostrarum pulsauit auditum, ad magni sacramenti nos intelligentiam vocat: quam aspirante gratia Dei facilius assequemur, si considerationem nostram ad ea, quæ paulò superius sunt narrata, referamus. Saluator enim humani generis Iesus Christus condens eam fidem, quæ & impios ad iustitiam & mortuos reuocat ad vitam, ad hoc discipulos suos doctrinæ monitis & operum miraculis imbuebat: ut idem Christus & vnigenitus Dei & hominis filius crederetur. Nam vnum horum sine altero non proderat ad salutem, & æqualis erat periculi, Dominum Iesum Christum, aut Deum tantummodo sine homine, aut sine Deo solū hominem credidisse, cum vtrunque esset pariter confitendum: quia sicut Deo vera humanitas, ita homini inerat diuinitas. Ad confirmandam ergo huius fidei saluberrimam cognitionem interrogauerat discipulos suos Dominus, inter diuersas aliorum opiniones quid ipsi de eo crederent, quidve sentirent: vbi Petrus Apostolus per reuelationem summi patris, corporea superans & humana transcendens, vidit mentis oculis filium Dei viuĩ, & confessus est gloriam deitatis: quia non ad solam respexit substantiam carnis & sanguinis. Tantumque in hac fidei sublimitate complacuit, ut beatitudinis felicitate donatus, sacram inuolabilis petræ acciperet firmitatem, super quam fundata Ecclesia,

Petro à  
quantum  
Christo  
collatum.

A portis inferi & mortis legibus præualeret, nec in soluendis aut ligandis quorumcumque causis, aliud ratum esset in cœlis, quam quod Petri sedisset arbitrio.

Hæc autem, dilectissimi, laudatæ intelligentiæ celsitudo instruenda erat de inferioris substantiæ sacramento, ne Apostolica fides ad gloriam consistendæ in Christo deitatis euecta, infirmitatis nostræ receptionem indignam impassibili Deo atque incongruam iudicaret, & ita iam in Christo humanam crederet glorificatam esse naturam, ut nec supplicio posset affici, nec morte dissolui. Et ideo dicente Domino, quod

oporteret eum ire Hierosolimam, & multa pati à senioribus & scribis ac principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere, cum beatus Petrus, qui superno illustratus lumine, de ardentissima filij Dei confessione feruebat, contumelias illusionum & crudelissimæ mortis opprobrium religioso, ut putabat, & libero fastidio respuisset, benigna à Iesu increpatione cotreptus, & ad cupiditatem participandæ cum eo passionis animatus est. Subsequens enim exhortatio Saluatoris hoc inspirauit, hoc docuit, ut volentes eum sequi, negarent se sibi, & pro spe æternorum, leuissimum ducerent temporarium detrimentum: quia is demum animam suam saluam faceret, qui eam pro Christo perdere non timeret. Ut ergo istam felicitatis constantiæ fortitudinem toto Apostoli corde conciperent, & nihil de suscipiendæ crucis asperitate trepidarent, ut de supplicio Christi non erubescerent, nec pudendam sibi eam patientiam crederent, quæ sic subitura erat læuitiam passionis, ut non amitteret gloriam potestatis: Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & fratrem eius Ioannem, & conscenso cum eis seorsum monte præcelso, claritatem suæ gloriæ demonstrauit: quia licet intellexissent in eo maiestatem Dei, ipsius tamen corporis, quo diuinitas

tegebatur, potentiam nesciebant. Et ideo propriè signanterque promiserat quosdam de astantibus discipulis non prius gustare mortem, quam viderent filium hominis venientem in regno suo, id est, in regia claritate, quam spiritaliter ad naturam suscepti hominis pertinentem, his tribus viris voluit esse conspicuam. Nam illam ipsius deitatis ineffabilem & inaccessibilem visionem, quæ in æternam vitam mundis corde seruat, nullo modo mortali adhuc carne circumdati intueri poterant & videre. Aperit ergo Dominus coram electis testibus gloriam suam, & communem illam cum ceteris corporis formam tanto splendore cla-

CAP. II.

Matth. 16.  
& 20.

Matth. 16.

Christus  
cur coram  
discipulis  
transfigu-  
ratus sit.

Matth. 16.

Matth. 17. rificat: vt & facies eius solis fulgori simili, & vestitus candori niuium esset æqualis. In qua transfiguratione illud quidem principaliter agebatur, vt de cordibus discipulorum crucis scandalum tolleretur: nec conturbaret eorum fidem voluntariæ humilitatis passionis, quibus reuelata esset absconditæ excellentia dignitatis. Sed non minore prouidentia spes sanctæ Ecclesiæ fundabatur, vt totum corpus Christi agnosceret, quali esset commutatione donandum: vt eius sibi honoris consortium membra promitterent, qui in capite præfulsisset. De quo idem Dominus dixerat, cum de aduentus sui maiestate loqueretur: *Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui*: protestante hoc ipsum beato Paulo Apostolo, & dicente, *Existimo enim, quod non sunt condigna passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*. Et iterum: *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*. Confirmandis verò Apostolis, & ad omnem scientiam prouehendis, alia quoque in illo miraculo accessit instructio. Moses enim & Helias, lex scilicet & Prophetæ, apparuerunt cum Domino loquentes: vt verissimè in illa quinque virorum præsentia compleretur, quod dictum est, *In duobus vel tribus testibus stat omne verbum*. Quid hoc stabilius, quid firmitus verbo in cuius prædicatione veteris & noui testamenti concinit tuba, & cum Euāgelica doctrina, antiquarum protestationum instrumenta concurrunt? Ad stipulantur enim sibi inuicem vtriusque fœderis pagina, & quem sub velamine mysteriorum præcedentia signa promiserant, manifestum atque perspicuum præsentis gloriæ splendor ostendit. Quia sicut ait beatus Ioannes. *Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est*, in quo & prophetarum promissio impleta est figurarum, & legalium ratio præceptorum: dum & veram docet prophetiam per sui præsentiam, & possibilis facit mandata per gratiam. His ergo sacramentorum reuelationibus Petrus Apostolus incitatus, mundana spernens, & terrena fastidiens, in æternorum desiderium quodam mentis rapiebatur excessu: & gaudio totius visionis impletus, ibi cum Iesu optabat habitare, vbi manifesta eius gloria lætatur. Vnde & ait, *Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Heliae vnum*. Sed huic suggestioni Dominus non respondit, significans non quidem impro-

Abum, sed inordinatum esse, quod cuperetur cum saluari mundus, nisi Christi morte non posset, & exemplo Domini in hoc vocaretur, credendum fides, vt licet non oporteret de beatitudinis promissionibus dubitari, intelligeremus tamen inter tentationes huius vitæ prius nobis tolerantiam postulandam esse, quàm gloriam, quia tempora patiendi non potest felicitas præuenire regnandi.

Adhuc itaque eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos, & ecce vox de nube dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene placui, ipsum audite*. Præfens quidem erat in filio pater, & in illa Domini claritate, quam ad discipulorum temperat aspectum, non separabatur ab vnigenito genitoris essentia: sed ad commendandam proprietatem vtriusque personæ, sicut visui significauit filium splendor ex corpore, sic auditui patrem vox nunciavit ex nube. Quæ voce accepta, discipuli quod in faciem ceciderunt, & timuerunt valde: non de patris tantum, sed & de filij maiestate tremuerunt. Altiori enim sensu vnâ vtriusque intellexerunt deitatem. Et quia in fide non erat hæsitatio, non fuit in timore discretio. Latum ergo illud & multiplex testimonium fuit, & plus in verborum virtute, quàm in sono vocis auditum est. Dicente enim patre, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*, nonne euidenter auditum est, *Hic est filius meus*, cui ex me & mecum esse, sine tempore est? Quia nec genitor genito prior, nec genitus est genitore posterior. Hic est filius meus: quem à me non separat deitas, nõ diuidit potestas, non decernit æternitas. Hic est filius meus: non adoptiuus, sed proprius, non aliud creatus, sed ex me genitus: nec de alia natura mihi factus comparabilis, sed de mea essentia mihi natus æqualis. Hic est filius meus: per quæ omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil, quia omnia, quæ facio, similiter facit, & quicquid operor, inseparabiliter mecum atque indifferentè operatur. In patre enim est filius, & in filio pater, nec vnquam unitas nostra diuiditur. Et cum alius ego sim, qui genui, alius ille, quem genui: non aliud tamen de illo vobis est cogitare, quàm de me sentire possibile est. Hic est filius meus: qui eam, quam mecum habet æqualitatem, non rapinæ appetit, nec usurpatione præsumpsit, sed manens in forma gloriæ meæ, vt ad reparandam genus humanum exequeretur commune consilium, vsque ad formam seruilem inclinavit incommutabilem deitatem. Hunc ergo, in quo mihi per omnia bene complacito, &

CAP. VI.  
 Hic est filius meus dilectus.

Ioan. 1.

Ioan. 5.

Philip. 2.

CAP. VII.

cuius prædicatione manifestor, cuius humilitate clarificor, incunctanter audite : quia ipse est veritas & vita, ipse virtus mea atque sapiëntia. Ipsum audite, quem legis mysteria prænuñciauerunt, quem Prophetarum ora cecinerunt. Ipsum audite, qui sanguine suo mundum redimit, qui diabolum ligat, & vasa eius rapit, qui peccati chirographum & præuarcationis pacta dirumpit. Ipsum audite, qui viam aperit ad cælum, & per Crucis supplicium gradus vobis ascensionis parat ad regnum. Quid trepidatis redimere quid pauertis saucij liberari? Fiat quod me volente vult Christus. Abiicite carnalem formidinem, & fideli vos armate constantia. Indignum est enim, vt in Saluatoris passione timeatis, quod ipse munere nec in vestro sine metuetis. Hæc dilectissimi, non ad illorum tantum utilitatem dicta sunt, qui ea propriis auribus audierunt, sed in illis tribus Apostolis vniuersa Ecclesia didicit, quicquid eorum & aspectus vidit, & auditus accepit. Confirmetur ergo secundum prædicationem sacratissimi Euangelij omnium fides, & nemo de Christi Cruce per quam mundus redemptus est, erubescat. Nec ideo quisquam aut pati pro iustitia timeat, aut de promissorum retributione diffidat, quia per laborem ad requiem, & per mortem transitur ad vitam: cum omnem humilitatis nostræ infirmitatem ille suscepit, in quo si in confessione & in dilectione ipsius permaneamus, & quod vicit vincimus, & quod promissus accipimus. Quia siue ad faciendam mandata, siue ad toleranda aduersa, præmissa partis vox debet semper auribus nostris intonare dicentis: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsam audite. Qui viuuit & regnat cum Patre & Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.*

## HOMILIAS LEONIS

PAPÆ.

Matth. 5.

*De eo, quod scriptum est, Videns Iesus turbas, ascendit in montem: & quum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, &c. de gradibus ascensionis ad beatitudinem.*

CAP. I.

**R**EDICANTE, dilectissimi, Domino nostro Iesu Christo Euangelium regni, & diuersos per totam Galilæam curante languores, in omnem se Syriam virtutum e-

Aius fama diffuderat: & multæ ex vniuersa Iudæa turbæ ad cœlestem medicum confluabant. Quia enim tarda est humanæ ignorantiæ fides ad credenda quæ non vident, & speranda quæ nescit, oportebat diuina eruditione firmandos, corporeis beneficiis & visibilibus miraculis incitari: vt cuius tam benignam experiebantur potentiam, non ambigerent saluare esse doctrinam. Vt ergo exteriores medelas Dominus ad remedia interiora transferret, & post sanitates corporum, curationes operaretur animarum: segregatus à circumstantibus turbis, secessum vicini montis ascendit, aduocatis Apostolis, quos sublimioribus institutis ab edito mysticæ sedis imbueret, ex ipsa loci atque operis qualitate significans se esse, qui Mosen quondam suo fuisset dignatus alloquio: illic quidem terribiliore iustitia, hic autem sacratiore clementia, vt impleretur quod fuerat, Propheta Hieremia dicente, promissum: *Eccce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israël, & super domum Iudæ testamentum nouum.* Post dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas. Qui ergo locutus fuerat Mosi, locutus est & Apostolis, & in cordibus discipulorum velox scribentis Verbi manus, noui testamenti decreta condebat, nulla, vt quondam, circumfusa nubium crassitudine, neque per terribiles sonos atque fulgores populo ab accessu montis absterrito: sed patente ad aures circumstantium tranquillitate colloquij, vt per gratiæ lenitatem remoueretur legis asperitas, & spiritus adoptionis auferret formidinem seruitutis. Qualis igitur doctrina sit Christi, sacræ ipsius sententiæ protestantur: vt qui ad æternam beatitudinem peruenire desiderant, gradus felicissimæ ascensionis agnoscant. *Beati, inquit, pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* De quibus pauperibus Veritas loqueretur, forte esset ambiguum, si dicens, *Beati pauperes*, nihil adderet de intelligenda pauperum qualitate, & sufficere videretur ad promerendum regnum cælorum ea sola inopia, quam multi sub graui & dura necessitate patiuntur. Sed cum dicit, *Beati pauperes spiritu*, ostendit eis regnum cælorum tribuendum, quos humilitas cõmendat animorum, magis quàm indigentia facultatum. Dubitari autem non potest, quod humilitatis istius bonum, facilius pauperes quàm diuites assequantur: dum & illis in tenuitate amica est mansuetudo, & istis in diuitiis familiaris elatio. Veruntamen & in plerisque diuitibus

Hierem. 31.

CAP. 112.  
Gradus ascensionis ad beatitudinem.

Matth. 5.

inuenitur hic animus, qui abundantia sua non ad tumorem superbiz, sed ad opera benignitatis vtatur, idque pro lucris maximis numeret, quod ad reuelandam miseriam alieni laboris impenderit. Omni generi atque ordini hominum datur in hac virtute consortium: quia possunt esse proposito pares, & impares censu: nec interest, quantum sint in facultate terrena dissimiles, qui in spiritualibus bonis inueniuntur æquales. Beata igitur illa paupertas, quæ rerum temporalium amore non capitur, nec mundi opibus augeri appetit: sed cœlestibus bonis ditescere concupiscit. Huius nobis magnanimæ paupertatis exemplum primum post Dominum Apostoli præbuerunt, qui omnia sua sine differentia relinquentes, ad vocem cœlestis magistri, à captura piscium in piscatores hominum alacri conversione mutati sunt, & multos sui similes fidei suæ imitatione fecerunt, quando illis primitiuis Ecclesiæ vnum cor omnium & anima vna erat credentium: qui vniuersis suis rebus possessionibusque distractis per deuotissimam paupertatem bonis ditabantur æternis, & ex Apostolica prædicatione gaudebant, nihil habere de mundo, & omnia possidere cum Christo. Hinc B. Petrus Apostolus, cum ascendens in templum, à claudo elemosyna posceretur, *Argentum, inquit, & aurum non est mecum, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.* Quid hac humilitate sublimius? quid hac paupertate locupletius? Non habet præsidia pecuniæ, sed habet dona naturæ: quem debilem edidit mater ex vtero, sanum fecit Petrus ex verbo: & qui imaginem Cæsaris in nummo non dedit, imaginem Christi in homine reformauit. Huius autem thesauri opibus, non solum ille adiutus est, cui gressus est redditus: sed etiam quinque millia virorum, qui tunc ad exhortationem Apostoli ob eiusdem curationis miraculum crediderunt. Et ille pauper, qui non habebat quod petenti daret, tantam dedit diuinæ gratiæ largitatem, vt quæ admodum vnum hominem redintegrata in pedibus: sic tot millia credentium sanaret in cordibus, faceretque eos in Christo alacres, quos in Iudaica perfidia inuenerat claudicantes. Post prædicationem huius felicissimæ paupertatis, addidit Dominus, dicens: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* Luctus hic, dilectissimi, cui consolatio æterna promittitur, non est cum mundi huius affectione communis, nec beatum quenquam faciunt ista lamenta, quæ totius humani generis de-

ploracione funduntur. Alia ratio est sanctorum gemituum, alia beatorum causa lachrymarum. Religiosa tristitia, aut alienum peccatum luget, aut proprium. Nec de hoc dolet, quod diuina iustitia agit, sed de eo mœret, quod humana iniquitate committitur: vbi magis plangendus est faciens maligna, quam patiens: quia iniustum malicia sua demergit ad pœnam: iustum autem tolerantia ducit ad gloriam. Deinde ait **CAP. IV.** Dominus: *Beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram.* Mitis atque mansuetis, humilibus ac modestis, & ad omnium iniuriarum tolerantiam præparatis, possidenda terra promittitur. Nec parua æstimanda est hæc aut vilis hereditas, tanquã à cœlesti habitatione discreta sit, cum regnum cœlorum alij non intelligantur intrare. Terra ergo promissa mitibus, & in possessionem danda mansuetis, caro sanctorum est: quæ ob humilitatis meritum felici resurrectione mutabitur, & immortalitatis gloria vestietur: in nullo iam spiritui futura contraria, & cum voluntate animi, perfectæ vnitatis habitura consensum. Tunc enim exterior homo interioris hominis erit quieta & intemerata possessio: tunc mens videndo Deo intenta, nullis corporeæ infirmitatis impediatur obstaculis, nec iam dici necesse erit, *Corpus quod corruptum est, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Quoniam habitatori suo non reluctabitur terra, nec immoderatum aliquid contra imperium sui rectoris audebit. Possidebunt enim illam mites pace perpetua, & nihil vnquam de eorum iure minuetur: cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, vt periculum vertatur in præmium, & quod fuit oneri, sit honori. Post hæc addit Dominus, & dicit: *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Nihil hæc esuricio corporeum, nihil expetit sitis ista terrenum: sed iustitiæ bono desiderat saturari, & in omnium occultorum introducta secretum, ipso Domino operat impleri. Felix mens, quæ hunc concupiscit cibum, & ad talem æstuat potum: quem vtique non expeteret, si nihil de eius suauitate gustasset. Audiens autem dicentem sibi propheticum spiritum, *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus,* accepit quandam supernæ dulcedinis portionem, & in amorem castissimæ voluptatis exarsit: vt spretis omnibus temporalibus, ad edendam bibendamque iustitiam, toto accenderetur affectu, & illius primi mandati apprehenderet veritatem,

Matth. 4.

Acto. 4.

Act. 3.

Act. 1.

CAP. III.

Matth. 5.

CAP. IV.

Sapient. 9.

1. Cor. 15.

CAP. V.

Psal. 33.

tem, dicentis: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua; & ex tota virtute tua*: quoniam nihil est aliud diligere Deum, quam amare iustitiam. Denique sicut illic dilectioni Dei, proximi cura subiungitur: ita & huic desiderio iustitiæ virtus misericordiz copulatur, & dicitur: *Beati misericordes, quoniam ipsorum miseretur Deus*. Agnosce Christianæ tuæ sapientiæ dignitatem, & qualium disciplinarum artibus ad quæ præmia voceris, intellige. Misericordem te misericordia, iustū vult te esse iustitia: vt in creatura sua Creator appareat, & in speculo cordis humani per lineas imitationis expressa Dei imago respicendat. Secura est operantium fides, adierunt tibi desideria tua, & iis quæ amas, sine fine poteris. Et quoniam tibi per eleemosynam omnia munda sunt, ad eam quoque beatitudinem quæ consequenter est promissa, peruenies, dicente Domino:

*Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videntur*. Magna felicitas, dilectissimi, cui tantum præmium præparatur. Quid ergo est habere cor mundum, nisi eis, quæ supra dictæ sunt, studere virtutibus? Videre autem Deum, quantæ sit beatitudinis, quæ mens concipere, quæ lingua valeat explicare? Et tamen hoc consequetur, cum transformabitur humana natura, vt non iam per speculum neque in ænigmate, sed facie ad faciem, ipsam, quam nullus hominum videre potuit, sicuti est, videat deitatem: Et quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, per ineffabile gaudium æternæ contemplationis obtineat. Merito hæc beatitudo cordis promittitur puritati. Splendorem enim veri luminis sordens acies videre non poterit: & quod erit iucunditas mentibus nitidis, hoc erit pœna maculosis. Declinētur igitur terrenarum caligines vanitatum, & ab omni squalore iniquitatis, oculi tergantur interiores: vt serenus intuitus tantum Dei visione pascatur. Ad hoc enim promerendum illud intelligimus pertinere, quod sequitur:

*Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*. Beatitudo ista, dilectissimi, non cuiuslibet contentionis aut qualiscunque concordiz est, sed illius, de qua dicit Apostolus: *Pacem habete ad Deum*. Et de qua dicit propheta David: *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum*. Hanc pacem etiam arctissima amicitiarum vincula, & indiscretæ similitudines animorum non veraciter sibi vindicant: si non cum Dei voluntate concordant. Extra dignitatem huius pacis sunt improbarum pa-

Assistates cupiditatum, fœdera scelerum, & pacta vitiorum. Amor mundi cum Dei amore non congruit: nec ad societatem filiorum Dei peruenit, qui se in carnali generatione non diuidit. Qui autem semper cum Deo mente sunt solliciti seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis, nunquam ab æterna lege dissentiant, fidei oratione dicentes: *Fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra*. Hi sunt pacifici, hi bene vnanimes, sanctæque concordēs, vocandi æterno nomine filij Dei, cohærentes autem Christi: quia hoc merebitur dilectio Dei & proximi, vt nullas iam aduersitates sentiat, nulla scandala pertimescat: sed finito omnium tentationum certamine, in tranquillissima Dei pace requiescat. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui cum Patre & Spiritu sancto viuere & regnat in secula seculorum, Amen.

SERMO BEATI LEONIS PAPER, IN NATALI sancti Vincentij Martyris.



VICTORVM licet, dilectissimi, gloriosas Martyrum passiones, quos distincta regionibus loca meruerunt, vna fides faciat omnibus indiscreto honore venerabiles: propriam tamen sibi in hoc venerationis obsequio illi vindicant dignitatem, qui Ecclesiam Dei & documentis præ cæteris exreuerunt, & patrociniis adiuuerunt. Inter quos iuste beatum Leuitam Vincentium, cuius confessione & morte Christum incredulis prædicatum incunctanter agnoscimus, Catholicis studiis celebramus. Qui vt fidelium deuotionem Deo studiosius commendaret, altiori charitatis flauescens affectu, morti sese tandem fideliter obtulit, quod videlicet robur fidei in solidissima petra Christo fundatum, sequacibus imitandum daretur: necnon & semen Apostolicæ prædicationis per eum pluribus disseminatum, ope suæ intercessionis tutum, ac perfectæ consummationis fruge referretur in cælestibus demum horreis conderetur. Nunc ergo amplius propria venerentur, quem etiam peregrina mirantur: quatenus eis se largiorem exhibeat in beneficiis, quibus se amabiliorem cognoscit in gaudiis, fiatque in eius solemnitate vbe-

CAP. II.  
S. Vincen-  
tij vita &  
passio.

rior lætitiæ ambitus, de quo fidei creuit ef-  
fectus. Huius denique spiritus tanto virtu-  
tum munere claruit, vt sacri ministerij ful-  
tus officio, qui filium Dei Dominum no-  
strum secururus esset in passione, eiusdem  
Christaliticem credentibus prius ministra-  
ret in salutem. Cuius haustu feliciter men-  
te ebriatus, rabidi hostis atque in Christum  
scruentis infaniam interitus adiit, mode-  
stus sustinuit, securus irritis, sciens paratus  
esse vt resisteret, nesciens elatus esse quò  
vinceret: quia cuius amore spiritualibus ar-  
mis præmunitus resistebat, eius adiutorio  
quicquid pœnarum in illum furentis ira ex-  
cogitabat, insuperabilis fortiter patiendo  
vincebat. Ided non hunc laminæ ignitæ  
sartaginis, non eculei, non vngulæ, fer-  
rezque manus, non vires pauendæ caden-  
tium, nec dolor scissorum membrorum,  
non foci fragor, & strepentis in patentibus  
visceribus salis iniectio, Daciani quieue-  
runt aliquatenus subdere iussioni. Sed dum  
intantum eius vecordix tumor excresce-  
ret, vt tantis passionis subactum doloribus  
aut vicisse aut interemisse se lætabundus  
extolleret, suscepta spe frustratus, vnde  
victor visus est apparere, inde victus com-  
pulsus est erubescere: quoniam quò Dei  
Martyr duriori vrgebatur pœna, eo am-  
pliori confessionis exultabat constantia.  
Vnde ipsius passionis vel vltima peruidere,  
seu memorari fratres euidentius placet:  
quatenus animaduertat sanctitas vestra,  
quò diabolus suum perduxerit dolis mi-  
nistrum, vel quomodo Christus suum in fi-  
nem vsquequaque seruauerit famulum. Ex  
quo illud sanè erat mirabile, quia quan-  
tum iste extrinsecus multiplici pœnarum  
genere contritus artabatur, tantum intrin-  
secus exultante interiori homine dilatabatur:  
quantumque ille exterius iactantia  
temporalis potentix inflabatur, tantum in-  
terius despici se perpendens interiori vexa-  
tus homine præfocabatur. Contemni igitur  
se videns scruiebat, nec in quem iam  
vindictam inferret inueniebat. Videbar  
namque defruentium manus carnificum  
plus in eo inuenire vulneris, quam corpo-  
ris, solùmque vigentem spiritum ei stultiti-  
am exprobrare suam, quòd prouocabat  
veritatis normam. Quapropter credens  
quòd causam confusionis auerteret, si per-  
sonam quæ se spreuerat absentaret, minùs-  
que Dacianus erubesceret, si Vincentium  
populus non videret, iussit eum à publico  
remoueri. Sed ne sic quidem careret sup-  
plicio, contusa qua iacebat testa substerni-  
tur: vt vis acuminis concisam molem su-

CAP. III.

Aperiecti corporis plus discinderet, atque  
reddita tormentis membra quæ secarent  
obuia fusciperent fragmenta. Fallitur ta-  
men vincendi opinione cæca crudelitas.  
Nam diuina bonitas dilectum suum am-  
plius in confessione comitata infert nouam  
tenebris lucem, & tabernaculum splendi-  
dum obscurum reddit ergastulum. Fouebat  
laceros artus medica Dei manus, & venu-  
stiori pristinx sanitatis augmento fossi late-  
ris damna supplebat. Insolita igitur huius  
luminis claritate percussis, obstupuerunt cu-  
stodes, quin & vocem angelis hymnum  
Deo concinentibus mens pallidi ianitoris  
expauit. Currit exanimis minister ad Præ-  
sidem, quem grauius relatio nunciij quam  
ictus erat percussura gladij: & cum non  
posset ex magnitudine rei tacere quod vi-  
derat, tremor iudicem occupat, dolor lace-  
rat, furor inflammat: & ne in pœnis Vin-  
centius vincens gloriam martyrij obtine-  
ret, Citius, inquit Dacianus, producatur è  
carcere, ne dum insistimus rebellem puni-  
re, videamur cum potius victoria corona-  
re. Profertur itaque ex illo tetri carceris  
baratro, cælesti quidem gratia pulchrior, &  
si adhuc esset passurus robustior. Sed vbi  
desiderium ad regni vocationem tendentis  
nullo pœnarum vel mortis genere frangen-  
dum intelligit, iubet inuida mens lenioris  
strati fulcra substitui, ac blandiori eum re-  
quie confoueri: scilicet, vt si amoto paulu-  
lum carnifice, animam quietus exhalaret,  
diceretur non esse occisus, sed mortuus:  
quasi non eum pœna peremerit, cum quo  
& pœna simul perierit. Interea beatum  
Vincentium cælestis aula suscipit, ac beatæ  
felicитatis munere donat. Ad cuius ingres-  
sum angelici lætantur spiritus, omnesque  
simul concius gratulantur sancti. Nòsque  
tibi gratias agimus Domine Iesu, quòd ani-  
ma tua digna consortio, quæ pertinax tulit  
supplicium, mendax fugit obsequium: &  
quæ fuit contenta persecutor quod fureret,  
sit dedignata quòd parceret. Cognito igitur  
sancto eius abscessu iudex infans, &  
quia Christus vicisset in Vincentio nescius  
Dacianus, illius sibi promittit cadaueris ex-  
positione vindictam, cuius gemit ex virtu-  
te victoriam. Feris namque & canibus de-  
cepta furoris superbia absumentum proii-  
ci mandar lictoribus: vt tali pastu coram  
impleret ventrem, quorum ipse gerebat  
mentem. Sed vt diuinis excrescentibus be-  
nificiis maioris victoriæ Vincentio gratia  
conferatur, mittitur coruus auis amica ca-  
dauibus expositis corporis dapes serua-  
tura ieiuna. Hinc, fratres dilectissimi, hinc

CAP. IV.

CAP. V.

Coruus ex-  
anime Vin-  
centii cor-  
pus caetur.  
CAP. VI.

aduertite distincta meritorum obsequia. A.

Sermo incerti Authoris,  
de Martyribus.

Reg. 17. Helias quondam impias Achab vel Iezabelis manus cautè declinans, in deserto coruis ministrantibus pascitur: assertor autem veritatis Vincentius Daciani rabie preemptus, feris exponitur consumendus, sed coruo famulante seruat illæsus. Obtinuit ergo Helias diuino nutu coruis præstantibus quod aleretur: præstitum est Vincentio, obsequente quoque coruo, ne comederetur. Qui vt cœlitus se custodem designatum ostenderet, aduentantes reliquas aues eminus non segni impetu perturbabat; inter quas immanem quoque lupum propius accedentem; veluti qui commissum thesaurum sacrilega audacia attraminare præsumeret, pennis & alis deuerberans procul abegit. Sed ille quod non tam ad inferendam venisset iniuriam, quam ad augendam miraculi pompam quadam sui habitudine stupidus indicabat. O impudens furor, & stulta vesania! Coruus obsequitur, lupus veneratur, Dacianus persequitur, nec erubescit velle se adhuc ferox perdere, quem mansuetæ bestialis feritas satagebat protegere. Vnde ad occultendam Martyris laudem, non iam secretum, sed profundum elegit: credens sibi ad delirescendam eius gloriam non claustra fidem seruatura, sed maria: quasi non idem elementi dominus esset, per quem dudum ei carceris abdita cœlesti fulgore radiata micuissent. Datur nautis mergendum corpus in fluctibus: vt ad auxilium saltem æquora proficerent, cui ad vincendum Christi militem terra defecisset. Enauigatis itaque magna ex parte freti gurgitibus, proiectum inter sorbentes vndas præpotens est Dei dextera consecuta: & quæ spiritum intulerat in cœlum, corpus mox retulit ad sepulchrum. Sic prædicator veritatis, charissimi, nec tormentorum vincitur pœnis, nec tenebrosi carceris superatur angustias. Non à bestiis dilaniatur, non profundo celatur, sed litori redditur, præconio diffamatur: vt qui verè confessus fuerat nomen deitatis, veritate sibi adesse experitur diuinæ suffragia bonitatis. Cuius gloriosam virtute vitam, ita preciosæ mortis gratia decorauit: vt quod viuendo docuit, moriendo constanter astrueret: eratque consequens quatenus ad eius visionem per mortem attingeret, quem probabilis vitæ conuersatione semper attestatus fuisset, sciens quod de contemptu præsentis vitæ gloria surgit beatitudinis æternæ, Præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuut & regnat in secula seculorum, Amen.

**Q**UOTIESCUNQUE, fratres charissimi, sanctorum Martyrum solennia celebramus, ita ipsi intercedentibus expetemus à Domino consequi temporalia beneficia, vt ipsos Martyres imitando, accipere mereamur æterna. Ab ipsi enim sanctorum Martyrum in veritate festiuatam gaudia celebrantur, qui ipsorum Martyrum exhortationes sunt martyriorum: vt imitari non pigreat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum sanctis, & tribulationem mundi volumus sustinere cum illis. Qui enim sanctos Martyres, vel in quantum potuerit, imitari noluerit: ad eorum beatitudinem non poterit peruenire. Sic enim Apostolus Paulus prædicat dicens: Si fuerimus socij passionum, erimus & consolatiolum. Et Dominus in Euangelio: Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Recusat esse in corpore, qui odium mundi non vult sustinere cum capite. Sed dicit aliquis: Et quis est qui possit beatorum Martyrum vestigia sequi? Hinc ego respondeo: quia non solum Martyres, sed ipsum Dominum cum ipsius adiutorio si volumus, possumus imitari. Audi non me, sed ipsum Dominum generi humano clamantem: Discite à me quoniam mitis sum & humilis corde. Audi & beatum Petrum Apostolum admonentem: Christus pro nobis passus est, relinquens vobis exemplum, vt sequamini vestigia eius. Ecce Christus dicit, Discite à me, beatus Petrus dicit, vt sequamini vestigia eius. Similiter Paulus Apostolus clamat: Imitatores Dei estote, sicut filij, charissimi. Quid ad hæc respondebimus, fratres, vel quam excusationem habere poterimus? Si tibi aliquis dicat vt virtutes, quas fecit Dominus debeas imitari, iusta potest esse excusatio tua: quia virtutes & miracula facere non omnibus datum est. Iuste & castè viuere & charitatem cum omnibus custodire ex Dei adiutorio, cunctis præceptum est. Nam & ipse Dominus non dixit, Discite à me mortuos suscitare: supra aquas siccis pedibus ambulare: Non hoc dixit. Sed quid ait? Quoniam mitis sum & humilis corde. Et iterum: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, atque oratè pro persequentibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum ortiri facit super bonos & malos. Et iterum: Estote & vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Et licet sint alia multa, in quibus debeamus Dominum & beatos Martyres imitari, ista tamen duo precipua sunt, id est, vt mitis simus & humiles corde, & inimicos nostros toto affectu diligamus. De dile-

Reperitur  
& inter festi-  
mones D.  
Augustini  
De Sanctis  
47. quam-  
uis nec illo-  
lius sit.

Solemnitas  
Sancti Martyris, Calixti  
non habet mentionem: hinc

1. Cor. 12.

10. 13.

Matth. 11.

1. Petr. 2.

Eph. 5.

Matth. 5.

ibidem.

gendis inimicis fratres, charissimi, nullus unquam in veritate se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, non possum ieiunare, non possum vigilare, nunquid potest dicere, non possum diligere? Potest dicere, non possum res meas totas pauperibus erogare, & in monasterio Deo seruire, nunquid potest dicere, non possum diligere? Si dixeris, quia non possum à vino & à carnibus abstinere, credemus tibi. Si autem dixeris, quod non posses in te peccantibus indulgere, omnino non credimus. Et quia nulla nobis remanet excusatio, dum non de cellario, sed de corde istam eleemosynam iubemur implere, ut per viam vitam ad æternam patriam mereamur peruenire. Duobus enim preceptis, id est, Diliges Dominum tuum, & diliges proximum, quasi duobus spiritualibus pedibus, si per viam veram charitatis volumus currere, ad cælestem possumus patriam feliciter pertingere. Ipsi pedibus curtebas Paulus Apostolus, quando dicebat: Ego igitur sic curro, non quasi in incertum. Qui ergo dilexerit inimicos suos, illud in eo impletur, quod dixit Dominus, videlicet: Ut sitis filii patris vestri, qui in cælis est. Elige modò, quod tibi placuerit. Si inimicos dilexeris, non solum amicus, sed etiam filius Dei esse mereberis. Si verò inimicos amare nolueris, propitium Deum habere non poteris, quia scriptum est, Qui odit fratrem suum, homicida est. Et iterum: Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quoniam tenebræ obæcauerunt oculos eius. Et iterum alibi scriptum est: Itinera eorum, qui iniuriam retinent, dominus labefacit in mortem. Nunquid hac verba mea sunt, fratres charissimi? De scripturis sanctis & canonicis proferuntur. Ut ergo ne homicida simus, ne in tenebris remaneamus, studeamus non solum amicos, sed etiam inimicos diligere, ut pium & misericordem Dominum possimus secundum cautionis suæ vinculum libera conscientia conuenire. Ipse enim dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Diligenter attendite fratres, & scitate aliud esse in Deum peccare, aliud in hominem. Quando enim in nos peccant homines, si penitentibus veniam non indulgemus, peccatam incurrimus. Quando aliquis in Deum peccauerit, si sine grandi districtione indulgere voluerimus, participes nos peccatis eorum efficiamur. Dicit ergo Dominus: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis peccata vestra: Rogo fratres, quid dulcius dici potest? In potestate nostra posuit, qualiter in die iudicii iudicemur. Non dixit, vade in orientem, quare iustitiam, nauiga usque in Occidentem, ut accipias indulgentiam. Dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi. Indulge, & indulgetur tibi, da, & dabitur

tibi. Nihil à te extra te quaritur. Ad reipsum & ad conscientiam suam te Deus dirigit. In te enim posuit, quod requirit. Non itaque medicamenta vulneribus tuis longe habes inquirere. Peccatorum tuorum indulgentiam si vis intus in cellario cordis tui poteris inuenire. Sed dicit aliquis: Tanta mala me inimicus meus compulsi sustinere, ut eum nulla ratione possim diligere. Attendis, quid tibi feceris homo, & non attendis, quid tu feceris Deo? Si conscientiam tuam diligenter discutis & inquiris, sine ulla compensatione maiora tu commisisti in Deum peccata, quam in te commiserit homo. Et qua fronte vis ut tibi Deus dignetur dimittere multa, cum tu non acquiescis dimittere parum? Et si hac qua supra diximus, spiritalia medicamenta, sicut Deo propitiante consueuistis, libenter accipitis, & in armario sancto conscientia vestra recondita diligentissime custoditis: auxiliante Domino venena diaboli non timebitis, & per odium vel iracundiam aut nunquam vobis amara vulnera ingerentur, aut si forte subreperint, cito per charitatem pristinam renouentur, Praestante Domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

INCIPIT SERMO S.  
LEONIS PAPÆ DE  
Natali suo.

In anniuersario die assumptionis suæ  
ad Pontificatum.



CVT honor est filiorum, dilectissimi, dignitas patrum, ita lætitia est plebis gaudium sacerdotis, quod, quia ex diuino venit munere (Omne enim, sicut scriptum est, datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est: descendens à patre luminum) gratias agere bonorum omnium debemus auctori, quoniam, siue in naturalibus incrementis, siue in moralibus institutis; ipse fecit nos & non ipsi nos, cumque hoc pie & fideliter cōfitemur, neque in nobis, sed in Domino gloriamur: fructuose in nobis, renouantur vota cum tempore, & religiosa festa iusta sunt gaudia, in quibus nec ingrati sumus tacendo de donis, nec superbi præsumendo de meritis. Omnem igitur dilectionē, causam, & rationem solemnitatis hodiernæ ad originem suam caputque feramur, & illum debita gratiarum actione laudemus, in cuius manu & gradus officiorum & momenta sunt temporum. Nam si ad nos & ad nostra respicimus, vix aliquid reperimus vnde merito gaudeamus, mortali etenim carne circumdati, & fragilitati corruptionis obnoxii,

Ex vet.  
Cod. ms.  
Nicolai  
Fabri.

f. Cor. 9.

Matth. 5.

f. Ioan. 1.  
1. Ioan. 2.

Matth. 6.

numquam ita liberi sumus, vt non aliqua impugnatione pulsemur, nec tam felix capitur in hoc agone victoria, vt non etiam post triumphos surgant rediuiua certamina. Vnde nemo tam perfectus est Pontifex, tam immaculatus Antistes, qui placationis hostias pro populi tantum delictis, non etiam pro suis debeat offerre peccatis. Quæ conditio si omnes sacerdotes generaliter tenet, quantum magis nos & onerat & obstringit; quibus ipsa suscepti operis magnitudo creberrima est offensionis occasio, quamuis enim singuli quique pastores speciali sollicitudine gregibus suis præsent, sciãntque se pro commissis sibi omnibus redituros esse rationem: nobis tamen cum omnibus cura communis est, neque cuiusquam administratio, non nostri laboris est portio: vt dum ad beati Apostoli Petri sedem ex toto orbe concurritur, & illa vniuersalis Ecclesia à Domino eidem commendata dilectio, etiam ex nostra dispensatione deposcitur, tanto amplius nobis in stare oneris sentiamus, quanto cunctis maiora debemus. In hac ergo materia trepidationis, quæ nobis esset dependendæ fiducia seruitutis, nisi non dormitaret neque obdormiret qui custodit Israël, & qui Discipulis suis ait. *Ecce ego vobiscum sicut omnibus diebus usque ad consummationem seculi*, nisi dignaretur non solum custos ouium, sed ipsorum etiam pastor esse pastorum, qui corporeo quidem intuitu non videretur, sed spiritali corde sentitur, absens carne qua potuit esse conspicuus, præfens deitate qua vbique semper est totus. quia enim *iustus ex fide viuit*, & hæc est iustitia credentis, vt recipiat animo quod non cernit aspectu. *Ascendens Dominus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus*, fidem scilicet & spem, & charitatem, quæ inde magna sunt, inde fortia, inde pretiosa, quia quod carnis oculis non attingitur, id miro mentis affectu & creditur, & speratur, & amatur. Adest igitur, dilectissimi, quod non temerè, sed fideliter confitemur, in medio credentium Dominus Iesus Christus, & quamuis ad dexteram Dei Patris sedeat, *donec ponat inimicos suos scabellum pedum suorum*, non deest tamen Pontifex summus à suorum congregatione Pontificum, meritoque illi totum Ecclesiæ & omnium sacerdotum ore cantatur. *Iurauit Dominus & non penitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech*. Ipse enim verus & æternus est antistes, cuius administratio nec commutationem potest habere, nec finem. Ipse est cuius formam Melchisedech Pontifex præferebat; non

A Iudaicas hostias offerens Deo, sed illius sacramenti immolans sacrificium, quod Redemptor noster in suo corpore & sanguine consecrauit, ipse est cuius sacerdotium pater non secundum ordinem Aaron cum legis tempore transcurritum, sed secundum ordinem Melchisedech perenniter celebrandum cum firmamento, insolubilibus iurationibus instituit. Nam quia iusiurandum inter homines iis definitionibus adhibetur, quæ perpetuis pactionibus sanciantur, diuini quoque iuramenti testificatio in his inuenitur, promissisque incommutabilibus sunt fixa decretis, & quia penitentia mutationem indicat voluntatis, in eo Deus non penitet, in quo secundum æternum placitum non potest aliud velle quam voluit. Non est itaque nobis, dilectissimi, præsumptuosa festiuitas, quia suscepti sacerdotij diem diuini muneris memores honoramus; quandoquidem pie & veraciter cõfitemur, quod opus ministerij nostri in omnibus quæ recta agimus Christus exsequitur; & non in nobis, qui sine illo nihil possumus, sed in ipso qui possibilitas nostra est gloria. Subiungit autem se ad rationem solemnitatis nostræ, non solum Apostolica, sed etiam Episcopalis beatissimi dignitas Petri, qui sedi suæ præesse non desinit, & indeficiens obtinet cum æterno sacerdote consortium. Soliditas enim illa quam de Petra Christo etiam ipse Petra factus accepit, in suos quoque se transfundit hæredes, & vbicumque aliquid ostenditur firmitatis, non dubiè apparet fortitudo pastoris. Nam si omnibus ferè vbique martyribus pro susceptarum tolerantia passionum, hoc ad merita ipsorum manifestanda donatum est, vt opem periclitantibus ferre; morbos abigere, immundos spiritus pellere, & innumeros possint curare languores, quis gloriæ beati Petri tam imperitus erit, aut tam inuidus æstimator, qui vllas Ecclesiæ partes non ipsius sollicitudine regi, non ipsius ope credat augeri? viget profus & viuit in Apostolorum principe illa Dei hominumque dilectio, quam non claustra carceris, non catenæ, non populares impetus, non minæ regis exterruerunt & insuperabilis fides, quæ bellando non cessit, vincendo non tepuit. Cum ergo in diebus nostris mœstitudines in læticiam, labores in quietem, discordiæ vertuntur in pacem, agnoscimus nos præfulis nostri meritis & precibus adiuari, & documentis frequentibus experimur ipsum salubribus consiliis, ipsum æquis præfidere iudiciis: vt manente apud nos iure ligandi atque soluendi, per moderamen

beatissimi Petri, & condemnatus ad pœnitentiam, & reconciliatus perducatur ad veniam. Et ideo, dilectissimi, quidquid in nobis hodie siue dignatione fratrum, siue pietate filiorum detulistis officij, illi vos mecum religiosius & verius impendisse cognoscite, cuius sedi, non tam præsidere quàm seruire gaudemus, sperantes orationibus ipsius esse præstandum, vt Deus misericordiarum ministerij nostri tempora benignus aspiciat, pastoremque ouium suarum & custodire semper dignetur, & pacere.

INCIPIT SERMO S.  
LEONIS PAPÆ,

*De collectarum die.*



**H**T diuinis præceptis, dilectissimi, & apostolicis didicimus institutis, omni homini inter vitæ huius discrimina constituto, misericordiam Dei miserando esse quærendam. Nam quæ lapsos spes erigeret, quæ vulneratos medicina sanaret, nisi elemosynæ soluerent culpas, & necessitas pauperum fierent remedia delictorum: vnde quia dixerat Dominus, Beati misericordes, quia ipsorum miserebitur Deus; omne illud examen, quo maiestate præsentis vniuersum iudicaturus est mundum, sub hac ostendit æquitate librandum, vt sola erga inopes operum qualitate discussa, & impiis ardere cum diabolo, & benignis paratum sit regnare cum Christo. Quæ ibi in medium facta non venient? quæ occulta non detegunt? quæ conscientiarum non parebunt, vbi verè nemo gloriabitur castum se habere cor; aut mundum se esse à peccato; sed quoniam exaltabitur super iudicium misericordia, & omnem retributionem iustitiæ transcendent dona clementiæ, omnis vita mortalium, & cunctarum diuersitas actionum sub vnius regulæ conditione taxabitur, vt nulla ibi commemoratio cuiusquam facienda sit criminis, vbi confessione creatoris opera fuerint inuenta pietatis. Non ergo hoc solum quod eis improbrabitur fecerunt, sinistri, nec quia humanitatis docebantur extranei, aliorum peccatorum inuenientur alieni, sed in multis rei ob hoc maximè damnabuntur, quod crimina sua nullis elemosynis redemerunt. cum enim durissimi cordis sit quacumque laborantium miseria non moueri, & ha-

**A**bens auxiliandi copiam tam iniquus sit qui non iuuat afflictum, quàm qui oppressit infirmum, quæ spes superest peccatori, qui nec ideo miseretur, vt misericordiam consequatur? Primitus itaque, dilectissimi, sibi malus est, qui alteri bonus non est, & animæ nocet suæ, qui vt potest non succurrit alienæ. Vna est diuitum pauperumque natura, & inser cætera fragilitatis humanæ, nulla est sanitatis tuta foelicitas, quia quod alicui potest accidere, non est qui debeat non timere. Agnoscat se in quibuscumque hominibus mutabilis & caduca mortalitas, & pro conditione communi, **B** socialem generi suo reddat affectum, sicut cum flentibus, & cum dolentium gemitibus ingemiscat, communicet cum indigentibus copias suas, beneuolentes corporis ministerio. Ad malè iacentem inclinet se ægrotum, inter cibos suos numeret esurientium portionem, & in pallenti tremantium nuditate se credat algere. Qui enim releuat temporalem miseriam laborantis? euadit æternum supplicium. Prouidenter igitur, dilectissimi, à sanctis Patribus pièque dispositum est, vt in diuersis temporibus quidam essent dies, qui deuotionem fidelis populi ad collationem publicam prouocarent. Et quia ad Ecclesiam maximè ab vnoquoque opem quærente, **C** decurritur, fieret ex possibilitate multorum, voluntaria & sancta collectio, quæ per præsentium curam necessariis seruiret expensis, ad cuius operis desideratum vobis vt credimus fructum dies vos vicinus inuitat, accedentibus admonitionibus nostris, vt ad Ecclesias regionum vestrarum Sabbato proximè futuro misericordiarum munera deferatis. Et quia hitare datorem diligit Deus, nemo sibi amplius, quàm substantia eius permittat, indicat; inter se & pauperem, æquus quisque sit iudex, remaneat dissidentium læta & secunda miseratio; & qui egeno subuenit, Deo se impendere quod largitur intelligat de quibuslibet **D** substantiis, quarum vtique non vna mensura est, potest esse per meritum, si inter diuersas conferentium quantitates, nõ sit minor cuiusquam pietas, quàm facultas. Deus enim, apud quem non est acceptio personarum, similiter recipit & diuitis munus & pauperis, quoniam nouit quid singulis dederit, quidve non dederit, & in die retributionis, non modus iudicabitur census, sed qualitas voluntatum. Per Christum Dominum nostrum.

*Incipit Sermo S. Leonis Papæ, de decimi mensis ieiunio.*

**D**ISPENSATIONES misericordie Dei, quas Saluator noster pro humani generis reparatione suscepit, ita sunt, dilectissimi, diuinitus ordinatæ, vt Euangelium gratiæ velamen legis tolleret, non instituta destrueret. Vnde custodienda nobis est Dominica illa sententia, qua dixit se non venire legem soluere, sed implere, vt nos quoque huic regulæ quantum donante Deo possumus seruiamus: scientes nihil esse de veteris testamenti constitutionibus negligendum, si vigilanter studeamus agnoscere, quid ibi transiurâ obumbratione velarum, quid permanens adione sit conditum, nam distinctio ciborum hostiarum, circumcisio carnis, differentia baptismatum, & obseruatio baptismorum, non adhuc sub figuratis significationibus sunt agenda, quæ etiam sunt rebus ipsis, quæ significabantur, impleta: mandata verò & præcepta moralia sicut sunt edita perseverant; quia non aliud insinuant, quàm loquuntur, & apud Christianam deuotionem augmento crescunt, non cessatione deficiunt. Diligere itaque Deum & proximum, honorare patrem & matrem, non adorare Deos alienos, & cætera, quæ aut terribiliter sunt prohibita, aut salubriter imperata, non aliter ex legalibus institutis, quàm ex Euangelicis veneramus edictis, & vt quamuis multa accefferint ex nouitate gratiæ, nihil tamen imminutum sit de antiquitate iustitiæ. Vnde meritò disposuerunt apostolicæ sanctiones, vt veterum ieiuniorum utilitas permaneret, & licet Ecclesiæ consuetudo prolixioribus se castigationibus exercere didicisset, amplecteretur tamen continentiæ sanctificationem ex lege venientem, quibus enim donatum erat posse quod maius est, indecens fuit non celebrare quod minus est. Hac ergo ratione, dilectissimi, euidenter instructi Ecclesiasticis regulis ieiunium decimi mensis adiugimus, idque deuotioni vestræ sicut est moris indicimus; quoniam plenum pietatis, plenumque iustitiæ est; vt terrenorum fructuum perceptione conclusa agantur Deo gratiæ, & sacrificium ei misericordie cum ieiunij immolatione soluatur. Gaudeat quisque copia sua, & multa se horreis suis intulisse lætetur: sed ita vt de abundantia eius etiam à pauperibus gaudeatur: fecunditatem segetum, fluentia vicium, partus arborum, vbertas imitetur animorum: quod dedit terra, dent

A corda, vt possumus dicere cum Propheta: *Terra nostra dedit fructum suum.* Deus namque verus & summus agricola non solum corporalium, sed etiam spiritualium auctor est fructuum, & vtraque semina; vtraque plantaria duplici nouit exercere cultura: dans agris profectus germinum, dans animis incrementa virtutum, quæ sicut ab vna providentia fumpserunt principium, ita ad vnius operis vocant effectum. Homo enim ad imaginem & similitudinem Dei factus: nihil habet in naturæ suæ honore tam proprium, quàm vt bonitatem sui imitetur auctoris, qui donorum suorum, sicut misericors largitor est, ita est & iustus exactor, volens nos operum suorum esse confortes, vt quamuis nullam nos valeamus creare naturam, possumus tamè acceptam per Dei gratiam exercere materiam, quia non ita vsui nostro bono terrena collata sunt; vt carnalium tantum sensuum voluptati satietatique seruiant. Alioquin nihil à pecudibus, nihil distaremus à bestiis, quæ alienis necessitatibus consulere nesciunt, & solam sui ac suorum factuum curam habere nouerunt. Animalia igitur carentia intellectu nullo sunt erudita mandato, nec acceperunt legem quæ non acceperunt rationem: vbi autem est illuminatio rationis, ibi est & disciplina pietatis, quæ dilectionem & Deo debet & proximo: non enim aliter probatur homo, amator esse sui, nisi appareat eum & supra se naturæ suæ auctorem, & secundum se naturæ suæ amare confortem. Merito in his duobus mandatis tota lex pendet & Propheta. Merito disputationum omnium latitudo sub paucorum breuitate verborum plenissimo est explicata compendio. Diligatur Deus, diligatur & proximus, ita vt formam diligendi proximi ab ea qua nos Deus diligit dilectione sumamus, qui etiam malis bonus est, & benignitatis suæ donis non solum cultores suos confouet, sed etiam negatores. Amentur propinqui, amentur extranei, & quod debetur amicis supererogetur inimicis: quamuis enim quorundam malignitas nulla humanitate mitescat, non sunt tamen infructuosa opera pietatis, nec vnquam perdit beneuolentia quod præstat ingrato. Nemo se, dilectissimi, ab opere bono faciat alienum, nemo de sua tenuitate causetur tamquam qui sibi vix sufficit, & alium iuuare non possit, magnum est quod proferat ex paruo, & in diuinæ lance iustitiæ non quantitate munerum, sed pondere pefatur animorum. Euangelica vidua duos nummos in gazophylacium misit, & omnium diuitum dona transcendit, nulla apud

Deum vilis est pietas, nulla infructuosa A  
 miseratio diuersos quidem hominibus de-  
 dit census, sed non diuersos quærit affectus:  
 Estimant omnes substantias suas, & qui  
 plus acceperit, plus tribuant, fiat abstinentia  
 fidelium, cibus pauperum, & quod quisque  
 subtrahit sibi, proficiat indigenti, quia licet  
 multum & animis & corporibus conferant  
 remedia parcitatis, parum tamen vilia  
 sunt ipsa ieiunia, nisi misericordiz sanctifi-

centur effectu. In eleemosynis enim, virtus  
 quædam est instituta baptismatis, quia sicut  
 aqua extinguit ignem, sic eleemosyna pec-  
 catum, & per eundem Christum dicitur:  
*Lauamini, mundi estote, per quam dicitur,*  
*Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis,*  
 vt nemo ambigat, nemo diffidat regenera-  
 tionis sibi nitorem etiam post multa pecca-  
 ta restitui, qui eleemosynarum studuerit  
 purificatione mundari.

*D. Leonis Papæ Sermonum Finis.*





D. LEONIS PAPAE MAXIMI,  
HUIUS NOMINIS PRIMI, EPISTOLÆ  
ET DECRETA.

LEO EPISCOPVS VRBIS ROMÆ, VNIVERSIS  
EPISCOPIS, PER CĀMPIANIĀ, ET PICENVM,  
vel Tusciam, & per vniuersas prouincias constitutis,  
in Domino salutem.

Capitulum sequentis Epistola tituli.

*Vt nullus Episcopus seruum alterius ad officium clericatus promoueat.* 1.

*Vt quicumque ad Sacerdotium, vel viduarum mariti, vel habentes numerosa coniugia, promoti fuerint, ab Ecclesiasticis officiis arceantur.* II.

*Quod vsuras, non solum Clerici exigere non debeant, sed nec laici.* III.

*Vt clericus nec suo nec alieno nomine fenus exerceat.* IIII.

*Vt, si quis Sacerdotum contra interdicta fecerit, a suo submoueat officio.* V.

Anno Christi 445. qui fuit annus pontificatus S. Leonis quartus. scripsit hanc epistolam. Idem in epistola Damasi Papae. Ezech. 3. 11.



T nobis gratulationem facit Ecclesiarum status salubri dispositione compositus, ita non leui nos merore contristat, quoties aliqua contra statuta canonum, Ecclesiasticæque disciplinam præsumpta, vel commissa cognoscimus: quæ si non, qua debemus vigilantia, reseceamus, illi, qui nos speculatores esse voluit, excusare non possumus, permittentes syncerum corpus Ecclesiæ (quod ab omni macula purum custodire debemus) ambientium improba contagione scædari, cum ipsa sibi membrorum per \* dissimulationem compago non congruat.

CAPVT I.

Dist. 54. Admittuntur.

Admittuntur passim ad ordinem sacerum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à dominis suis libertatem consequi minimè poterunt, ad fastigium Sacerdotij, tanquam seruilis vtilitas hunc honorem iure capiat,

prouehantur: & probari Deo se posse creditur, qui Domino suo necdum probare se potuit. Duplex itaque in hac parte reatus est, quod & sacrum \* ministerium talis consortij vilitate polluitur: & dominorum, quantum ad illicitæ usurpationis reuerentiam pertinet, iura soluuntur. Ab his itaque, fratres charissimi, omnes prouincie vestre abstineant Sacerdotes: & non tantum ab his, sed ab illis etiam, qui aut originali, aut alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari: nisi forte eorum petitio aut voluntas accesserit, qui

aliquid sibi in eos vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuine militie fuerit aggregandus: vt à castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

CAPVT II.

Valis verò vnicuique natalium honestas & morum esse debeat, qui sacri Altaris ministerio est sociandus, &

1. Tim. 3.  
Leuit. 21.

Apostolo nos docente, & diuina præceptione didicimus, & canonum regulis, à quibus plerisque fratrum declinasse, & penitus deuiasse reperimus. Nam constat ad Sacerdotium peruenisse viduarum maritos, quosdam etiam, quibus fuerint numerosa coniugia, & ad omnem licentiam vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permisos, contra illam beati Apostoli vocem, qua talibus reclamationat, dicens: *Vnius uxoris virum.* Et contra illud antiquæ legis præceptum, quod dicitur & cauetur: *Sacerdos virginem uxorem accipiat, non viduam, non repudiatam.* Hos ergo, quicunque tales admissi sunt, ab Ecclesiasticis officiis, & à Sacerdotali nomine, Apostolicæ Sedis autoritate iubemus arceri: (Nec hoc enim sibi poterunt pro arbitrio vindicare, cuius capaces, per hoc quod illis obstitit, non fuerunt.) Huius discussionis curam nobis specialiter vendicantes, vt, si qua forsitan de his commissa sunt, corrigantur, ne liceat vltra committi, & ne qua excusatio de ignoracione nascatur: quam ignorare nunquam licuerit \* sacerdotem, quod canonum fuerit regulis definitum. Hæc ergo ad prouincias vestras, per Innocentium, Legitimum, & Segetium fratres & Coepiscopos nostros scripta direximus: vt quæ malè pullulasse noscuntur, radicibus euellantur, & messem Dominicam zizania nulla corrumpant. Ita enim fructum vberem, quæ sunt sincera, præstabit, si ea, quæ natam segetem enecare consueuerunt, diligentius amputentur.

1. Tim. 3.

Leuit. 21.

sacerdotii.

### CAPVT III.

24. q. 4.  
Nec hoc prætereundum.

**N**ec hoc quoque prætereundum esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos, vsurariam exercere pecuniâ, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicare actius in eos, qui fuerint confutati, decernimus: vt omnis peccandi oportunitas adimatur.

### CAPVT IIII.

Distin. 46.  
Sicut non suo.

**I**llud enim duximus præmonendum, vt sicut non suo, ita nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere fœnus attemptet: indecens enim est, crimen suum commodis alienis impêdere. Fœnus autem hoc solum aspicere & exercere debemus, vt, quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino,

qui multipliciter & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus.

### CAPVT V.

**H**oc itaque admonitio nostra denunciât, quòd si quis fratrum contra hæc constituta venerit, vel venire tentauerit, & prohibita fuerit admittere, à suo se nouerit officio submouendum, nec eum communionis nostræ futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinæ. Ne quid verò sit, quod prætermisum à nobis fortè credatur, omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quam omnium præcessorum nostrorum, quæ de Ecclesiasticis \* ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus: vt si quis illa contempserit, veniam sibi deinceps noverit denegari. Data sexio Idus Octobris, Maximo verò & \* Paterno viris clarissimis Patris. Consulibus.

Distin. 10.  
Sj Rom.  
Pontif. 9.  
Quibus ad hæc.

ordinatio-  
nibus.

**EPISTOLA II. ADEPISCOPOS PER ITALIAM, QUOD plurimi Manichæorum vigilantia ipsius Papæ Leonis in vrbe Roma detecti sunt.**

*Leo Episcopus vrbis Roma, omnibus Episcopis per Italiam constitutis, in Domino salutem.*

**N**on consortium vos nostræ sollicitudinis, dilectissimi fratres, aduocamus, vt vigilantia pastoralis ne quid diabolicæ fraudis astutia possit nocere commissis vobis gregibus diligentius consulatis, ne is, qui Domini misericordia reuelante per nostram curam à nostris ouibus morbus abigitur, necdum vobis præmonitis, & adhuc quid agatur ignaris, per vestras se dispergat Ecclesias, & suarum furtim cuniculos inueniat latebrarum, ne quod à nobis in vrbe extinguitur, tenebrosis apud vos radicibus seminetur. Plurimos impietatis Manichææ sequaces & doctores in vrbe inuestigatio nostra reperit, vigilância diuulgauit, auctoritas & césura coercuit: quos potuimus emendare, correximus, & damnarent Manichæum cum prædicationibus & discipulis suis publica in Ecclesia professione, & manus suæ subscriptione compulimus, & ita de voragine impietatis suæ confessos, pœnitentiam

Anno Christi 446. qui fuit annus Pontificatus S. Leonis 5. scripserat hæc Epistola.

concedendo, leuauimus. Aliquantum uero, A  
 qui ita se demeruerant, ut nullum his auxi-  
 liantis posset remedium subuenire, subditi  
 legibus, secundum Christianorum princi-  
 pum constituta, ne sanctum gregem sua  
 contagione polluerent, per publicos iudi-  
 ces perpetuo sunt exilio relegati. Et omnia,  
 quæ tam in scripturis, quam in occultis tra-  
 ditionibus suis habent prophana uel tur-  
 pia, ut nosset populus quid refugeret aut  
 vitaret, oculis Christianæ plebis certa ma-  
 nifestatione probauimus, adeo ut ipse qui  
 eorum dicebatur Episcopus, à nobis ten-  
 tus, procederet flagitiosa in suis mysteriis  
 quæ tenerent, sicut gestorum vos series B  
 potest edocere. Ad instructionem enim  
 uestram etiam ipsa dixerimus: quibus le-  
 ctis, omnia, quæ à nobis reprehensa sunt,  
 nosse poteritis. Et qui aliquantos de his,  
 quos ne absoluerentur, arctior reatus in-  
 uoluerat, cognouimus aufugisse, hanc ad  
 dilectionem uestram epistolam misimus  
 per Acolytum nostrum, ut effecta certior  
 sanctitas uestra, sollicitius agere dignetur  
 & cautiùs, necubi Manichææ peruersita-  
 tis homines plebes uestras facultatem læ-  
 dendi, & huius sacrilegij possint inueni-  
 re doctores. Aliter enim nobis commissos  
 regere non possumus, nisi hos, qui sunt  
 perditores & perditum, zelo fidei Domini-  
 cæ persequamur, & à sanis mentibus, ne  
 pestis hæc latius diuulgetur, seueritate qua  
 possumus, abscindamus. Vnde horror di-  
 lectionem uestram, obtestor, & moneo:  
 ut qua debetis & potestis, sollicitudine vi-  
 giletis ad inuestigandos eos, necubi oc-  
 cultandi se reperiant facultatem. Ut enim  
 habeat à Deo ingens remunerationis præ-  
 mium, qui diligentius, quod ad salutem  
 commissæ sibi plebis proficiat, fuerit ex-  
 cutus: ita ante tribunal Domini de reatu  
 negligentia se non poterit excusare, qui-  
 eunque plebem suam, contra facilem  
 persuasionis auctores, noluerit custodire.  
 Data tertio Calendas Februarij, Theo- D  
 dosio XVIII. & Albino, uiris clarissimis  
 Consulibus.

EPISTOLA III. AD \* IV. Ianuarij

LIANVM EPISCOPVM AQUIL-  
 IENSIVM, quod omnis cuiuslibet  
 ordinis Clericus, qui Catholicam  
 deserens, hæreticæ communioni  
 se miscuerit, & ad Ecclesiam con-  
 uersus fuerit, in eo gradu, quo erat  
 sine promotione remaneat.

Leo Episcopus urbis Roma, \* Iuliano Ianuarij  
 Aquileiensi Episcopo.

**L**ETIS fraternitatis tuæ lit- Annō Chri-  
 sti 449.  
 teris, vigorem fidei tuæ, quem quis fuit an-  
 nus Pontifi-  
 ficatus S.  
 Leonis 8.  
 scripta est  
 hæc epist.  
 Martij. 7.  
 i. q. 1. si  
 quis hære-  
 tica.  
 olim noueram, agnouimus,  
 congratulantes tibi, quod ad  
 custodiam gregum Christi,  
 pastoralem curam uigilanter exequeris,  
 ne lupi, qui sub specie ouium subintra-  
 runt, bestiali sauitia simplices quosque di-  
 lacerarent: & non solum ipsi nulla corte-  
 ctione proficiant, sed etiam ea quæ sunt  
 sana corrumpant. Quod ne viperea possit  
 obtinere fallacia, dilectionem tuam duxi-  
 mus commonendam: insinuantes ad ani-  
 mæ periculum pertinere, si quisquam de  
 his, qui à nobis in hæreticorum atque schi-  
 smaticorum sectam delapsus, & se utrun-  
 que hæreticæ cõmunis contagione macu-  
 larit, respiciens, in Communione Catho-  
 lica sine professione legitimæ satisfactio-  
 nis habeatur. Saluberrimum enim & spiri-  
 talis medicinæ utilitate plenissimum est, ut  
 siue Presbyteri, siue Diaconi, aut cuiusli-  
 bet ordinis Clerici, qui se correctos uideri  
 volunt, atque ad Catholicam fidem, quam  
 pridem amiserant, rursus reuerti am-  
 biunt, prius errores suos, & ipsos autho-  
 res errorum damnari à se sine ambiguitate  
 fateantur, ut sensibus prauis etiam percem-  
 ptis, nulla sperandi supersit occasio, ne ul-  
 lum membrum talium possit societate vio-  
 lari, cum per omnia illis professio propria  
 ceperit obuiare. Circa quos etiã illa cano-  
 num constitutionem præcipimus custodiri,  
 ut in magno habeant beneficio, si adempta  
 sibi omni spe promotionis, in quo intenu-  
 tur ordine, stabilitate perpetua maneant: si  
 tamen iterata tinctione non fuerint macu-  
 lati. Non leuè apud Deum noxam incurrit,  
 qui de talibus ad sacros promouendos ordi-  
 nes iudicabit. Quod si cū grandi examina-  
 tione promotio conceditur inculpatis, mul-  
 to magis non debet licere suspensis. Proinde

i. q. 7. Salu-  
 berimum:  
 i. quæst. 1.  
 Omnis cu-  
 iuslibet. Et  
 cap. si quis  
 hære. Etia  
 decret. I-  
 nonis lib. 3.

Distin. 87. Inferiora culpæ.

dilectio tua, cuius deuotione gaudemus; A iungat curam suam dispositionibus nostris, & det operam: vt circumspectè atque velociter impleantur, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem, & laudabiliter digesta sunt, & salubriter ordinata. Non autem dubitet dilectio tua, nos si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commouendos: quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides, negligentisque rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum necessariam dissimulant adhibere medicinam. Data pridie Calendas Iulij, Alipio & Ardabure viris clarissimis Consulibus.

ptionis vsurpatione reuocemus. Monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oves, qui Christum diligit, pascat, ipseus Sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, reuerentia cohortamur: vt periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus, ne professio summi Apostoli, quæ se amatorem Domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis, quia negligenter pascens toties commendatum. Dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem.

Ioan. 21.

CAPVT I.

EPISTOLA IV. AD VNIVERSOS EPISCOPOS PER SICILIAM CONSTITUTOS.

Capitulum sequentis epistolæ tituli.

- Quod prohibeatur in die Epiphaniæ baptismum celebrari.* I.
- Quod cuncta nobis per ordinem rerum, per Incarnationem Domini nostri salutis sacramenta digesta sunt.* II.
- Quod in baptismo mors proueniat interfectione peccati, & sepulturam triduanam imitetur trina demersio, & ab aquis eleuatio sit velut resurrectio de sepulchro.* III.
- Quod beatus Apostolus Petrus in die Pentecostes virorum tria millia baptizauerit.* IV.
- Quod hæc duo tempora, id est, Pascha & Pentecoste, à Romanis Pontificibus ad baptizandum præfixa sunt.* V.
- Quod omni tempore hi, qui necessitate mortis urgentur, id est, agritudinis, obsidionis, persecutionis, naufragij, debeant baptizari.* VI.
- Vt de Sicilia terni, semper annis singulis de Episcopis ad diem tertium Calendarum Octobrium, Romam faciendi Synodo occurrant.* VII.

**C**VM ergo mihi de charitatis vestrae & fratribus fraterna affectione sollicito, certis iudiciis innotuerit, vos in eo, quod inter sacramenta Ecclesiæ principale est, ab Apostolicæ institutionis consuetudine discrepare, ita vt baptismi sacramentum numerosius in die Epiphaniæ, quàm Paschali tempore celebretis, miror vos, vel præcessores vestros tam irrationabilem nouitatem vsurpare potuisse, vt confuso temporis vtriusque mysterio, nullam esse differentiam crederetis inter diem, quo adoratus est Christus à Magis, & diem quo resurrexit à mortuis. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere. si vnde consecrationem honoris accepistis, inde legem totius obseruantia sumeretis: & beati Petri Apostoli Sedes, quæ vobis Sacerdotalis mater est dignitatis, esset Ecclesiasticæ magistra rationis. A cuius vos regulis recessisse, \* minore posset æquanimitate tolerari, si aliqua commotionis nostræ increpatio non præcessisset. Nunc autem quia non desperatur correctio, mansuetudo seruanda est. Et licet vix ferenda sit in sacerdotibus excusatio, quæ prætendat incertiam: maluimus tamen & censuram necessariam temperare, & ratione vos aperitissimæ veritatis instruere.

minus posset æquanimiter.

CAPVT II.

Leo Episcopus, vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis in Domino salutem.

**S**EMPER quidè in æterno consilio Dei mansit humani generis incommutabiliter præordinata reparatio: sed ordo rerum, per Iesum Christum Dominum nostrum temporaliter gerendarum, in Incarnatione Verbi sumpsit exordium. Vnde aliud tempus est, quo annunciante Angelo, beata Maria fecundanda se per Spiritum sanctum credidit, & concepit: aliud, quo salua integritate virginea, puer editus exultante gau-

Luc. 1.

Anno Christi 449. quod fuit annus Pontificatus S. Leonis I. scripta est hæc epistola. 25. 9. 7. Diuina præceptis.



**D**IVINIS præceptis & Apostolicis monitis incitatur, vt pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu: ac, si quid vsquam reprehensione inueniatur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantia imperitia, aut à præsum-

gaudio cœlestium ministrorum pastoribus A

Luc. 2. indicatur aliud, quo infans circunciditur:  
 aliud, quo hostia pro eo legalis offertur:  
 aliud quo tres Magi, claritate noui syderis  
 Matth. 2. incitati, in Bethleem ab oriente perueniunt,  
 & adoratum paruulum mystica munera  
 oblatione venerantur. Nec iidem sunt dies,  
 quibus impio Herodi, ordinata diuinitus in  
 Ægyptum translatione subtractus est, vel  
 quibus ab Ægypto in Galilæam persequi-  
 tore mortuo, reuocatus est. Inter has autem  
 Luc. 1. dispensationum varietates, accedunt aug-  
 menta corpora, crescit Dominus (sicut  
 Euangelista testatur) profectibus ætatis &  
 gratiæ. Per dies Paschæ in templum Hieru-  
 salem cum parentibus venit, & cum ab-  
 esset societate redeuntium, sedens cum se-  
 nioribus, & inter admirantes magistros di-  
 sputans inuenitur, rationemque remansio-  
 nis suæ reddens. Quid est (inquit) quod me  
 quærebatis? Nesciebatis, quod in his quæ  
 patris mei sunt, oportet me esse? signifi-  
 cans, eius se esse filium, cuius esset & tem-  
 plum. Iam verò cum in annis maioribus  
 apertius declarandus, baptismum præcur-  
 soris sui Ioannis expetiit, quid deitatis eius  
 remansit ambiguum, quando baptizato  
 Matth. 3. Domino Iesu Spiritus sanctus in columbæ  
 specie super eum descendit & mansit, audita  
 Luc. 3. de cœlis patris voce, dicentis: *Tu es filius  
 meus dilectus, in te bene complacui?* Quæ om-  
 nia ideo, quanta potuimus breuitate, per-  
 strinximus: vt notum sit dilectioni vestræ  
 vniuersos dies Christi innumeris consecra-  
 tos fuisse virtutibus, & in cunctis eius actio-  
 nibus sacramentorum mysteria coruscasse:  
 sed aliter quoque signis denunciari, aliter  
 rebus impleri, nec quæcunque numeran-  
 tur in operibus Saluatoris, ad tempus per-  
 tinere baptismatis. Nam si etiam illa, quæ  
 post beati Ioannis lauacrum, à Domino ge-  
 sta cognouimus, sub indiscreto honore col-  
 lamus, omnia tempora continuatis erunt  
 deputanda festis, quia omnia sunt plena mi-  
 raculis. Verum quia Spiritus sapientiæ &  
 intellectus ita Apostolos, & totius Ecclesiæ  
 erudit magistros, vt in Christiana obser-  
 uantia nihil inordinatum, nihil pareretur es-  
 se confusum: discernendæ erant causæ so-  
 lennitatum, & in omnibus institutis pa-  
 trum, principumque nostrorum rationabi-  
 lis seruanda discretio: quia non aliter  
 vnus grex, & vnus pastor sumus, nisi quem-  
 admodum Apostolus docet, id ipsum, dica-  
 mus omnes: Simus autem perfecti in eo-  
 dem sensu, & in eadem sententia.

## CAPVT III.

Q Vamuis, ergo & illa, quæ ad humilita- De conf.  
 tem, & illa quæ ad gloriam pertinet. distia. 4.  
 Christi, in vnam concurrant, eandemque Proprie in  
 mortem.  
 personam, totumque quicquid in illo, &  
 virtutis diuinæ est, & infirmitatis humanæ,  
 ad nostræ reparationis tendat effectum, pro-  
 priè tamen in morte crucifixi, & in resur-  
 rectione ex mortuis, potentia baptismatis  
 nouam creaturam condit ex veteri: vt in te-  
 nascentibus, & mors Christi operetur, & vi-  
 ta dicente B. Apostolo Paulo, *An ignoratis,* Rom. 6.  
*quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu,*  
 B *in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim*  
*sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quo-*  
*modo surrexit Christus à mortuis per gloriam pa-*  
*tris, ita & nos in nouitate vite ambulemus. Si*  
*enim complantati facti sumus similitudini mortis*  
*eius simul & resurrectionis erimus.* Et cætera,  
 quæ latius magister gentium, ad commen-  
 dandum sacramentum baptismatis dispu-  
 tavit: vt apparet ex huius doctrinæ spiritu  
 regenerandis filiis hominum, & in Dei fi-  
 lios adoptandis, illum diem esse & illud  
 tempus electum, in quo per similitudinem,  
 formamque mysterij, ea \* quæruntur in  
 membris, quæ in ipso capite sunt gesta, con-  
 gruere, dum in baptismatis regula, & mors  
 C interuenit interfectione peccati, & sepultu-  
 ram triduanam imitatur trina demersio, &  
 ab aquis eleuatio, resurgentis ad instar est  
 de sepulchro. Ipsa igitur operis qualitas do-  
 cet celebrandæ generaliter gratiæ cum esse  
 legitimum diem, in quo orta est, & virtus  
 muneris, & species actionis. Ad cuius rei  
 confirmationem plurimum valet, quod ipse  
 Dominus Iesus Christus, postea quam re-  
 surrexit à mortuis, discipulis suis, in qui-  
 bus omnes Ecclesiarum Præfules doceban-  
 tur, & formam & potestatem tradidit ba-  
 ptizandi, dicens: *Euntes ergo nunc, docete om-*  
 D *nes gentes, baptizantes eos nomine Patris & Fi-*  
*lij & Spiritus sancti.* De quo utique eos  
 etiam ante passionem potuisset instruere,  
 nisi propriè voluisset intelligi regeneratio-  
 nis gratiam ex sua resurrectione cœpisse.  
 Additur sanè huic obseruantia, etiam Pen-  
 tecostes ex aduentu Spiritus sancti conse-  
 crata solennitas, quæ de Paschalis festi pen-  
 det articulo. Et cum ad alios dies alia festa  
 pertineant, hæc semper ad eum diem, qui  
 resurrectione Domini est insignis, occurrit:  
 porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ  
 manum, vt hi, quos à die Paschæ, aut mo-  
 lestia infirmitatis, aut longinquitas itinè-  
 ris, aut nauigationis difficultas interclusit

inuitos, aut quibuslibet necessitatibus im-  
 peditos, desiderij sui effectum dono Spiri-  
 tus sancti consequantur. Ipse enim vnige-  
 nitus Dei in fide creditum, & in virtute  
 operum nullam inter se & Spiritum san-  
 ctum voluit esse distantiam: quia nulla  
 est diuersitas in natura, dicens, *Ego roga-  
 bo patrem, & alium paraclitum dabit vobis, vt  
 vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis.*  
 Et iterum: *Paracletus autem Spiritus san-  
 ctus, quem mittet pater in nomine meo, ille  
 vos docebit omnia, & suggeret vniuersa, que-  
 cunque dixi vobis.* Et iterum: *Cum venerit  
 ille spiritus veritatis, ille diriget vos in omnem  
 veritatem.* Cum itaque veritas Christus  
 sit, & spiritus veritatis, Spiritus sanctus,  
 nomenque paracliti vtrique sit proprium:  
 non dissimile est festum, vbi vnum est sa-  
 cramentum.

## CAPVT IIII.

**H**OC autem nos, non est nostra persua-  
 sione defendere, sed ex Apostolica au-  
 thoritate seruare, satis idoneo probamus  
 exemplo, sequentes B. Apostolum Pe-  
 trum, qui in eo die, quo omnem creden-  
 tium numerum promissus Spiritus san-  
 ctus repleuit aduentus, trium millium pop-  
 ulum, sua prædicatione conuersum, la-  
 uacro baptismatis consecrauit. Quod san-  
 cta scriptura, quæ Apostolorum actus  
 continet, fidei historia docet, dicens:  
*His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt  
 ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid fa-  
 ciemus viri fratres? Petrus verò ait ad illos:  
 Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur  
 vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in  
 remedium peccatorum, & accipietis donum Spi-  
 ritus sancti. Vobis enim repromissio est, &  
 filiis vestris, & omnibus qui longe sunt, quos-  
 cunque aduocauerit. Dominus Deus noster.*  
 Aliis etiam pluribus verbis testificatus,  
 exhortabatur eos, dicens: Saluamini à  
 generatione ista praua. Qui ergo rece-  
 perunt sermonem eius, baptizati sunt,  
 & appositæ sunt in illa die animæ circiter  
 tria millia.

## CAPVT V.

**V**NDÈ quia manifestissimè patet ba-  
 ptizandis in Ecclesia electis, hæc duo  
 tempora (de quibus locuti sumus) esse le-  
 gitima, dilectionem vestram monemus:  
 vt nullos alios dies huic obseruantiz mi-  
 scatis.

## CAPVT VI.

**Q**VIA etsi sunt alia quoque festa qui-  
 bus multa in honorem Dei reuerentia  
 debeatur, principalis tamen, & maximi sa-  
 cramenti custodienda nobis est mysticæ ra-  
 tionis exceptio, non interdicta licentia,  
 qua in baptismo tribuendo quolibet tem-  
 pore periclitantibus subuenitur. Ita enim  
 ad has duas festiuitates connexas, atque si-  
 bimet cognatas incolumium, & in pacis  
 securitate degentium, libera vota differimus:  
 vt in mortis periculo, in obsidionis discrimi-  
 mine, in persecutionis angustiis, in timore  
 naufragij, nullo tempore, hoc vere salutis  
 singulare remedium cuiquam denegemus.  
 Si quis autem Epiphaniæ festiuitatem, quæ  
 in suo ordine debito honore veneranda est,  
 ob hoc existimat priuilegium habere bap-  
 tismatis, quia hoc quidam putant, quod in  
 eadem die Dominus ad baptismum sancti  
 Ioannis accesserit, sciat, illius baptismi aliam  
 gratiam, aliam fuisse rationem, nec ad ean-  
 dem pertinuisse virtutem, qua per Spiritum  
 sanctum renascuntur, de quibus dicitur:  
*Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate  
 carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo  
 nati sunt.* Dominus enim nullius indigen-  
 s remissione peccati, nec quærens reme-  
 dium renascendi, sic voluit baptizari, quo-  
 modo voluit circuncidi, hostiamque pro  
 se mundationis offerri, vt qui factus erat  
 ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret &  
 sub lege, quam non venerat soluere, sed  
 adimplere, & implendo finire, sicut B.  
 Apostolus prædicat dicens: *Finis autem le-  
 gis Christi ad iustitiam omni credenti.* Bap-  
 tismi autem sui in se condidit sacramentum,  
 quia in omnibus primatum tenens se do-  
 cuit esse principium. Et tunc regeneratio-  
 nis potentiam sanxit, quando de latere ip-  
 sius profluxerunt sanguis redemptionis &  
 aqua baptismatis. Sicut ergo vetus testamē-  
 tum testificatio fuit noui, & lex per Mo-  
 sen data est, gratia autem & veritas per Iesum  
 Christum facta est: sic diuersa sacrificia vnam  
 hostiam præformatum, & multorum agno-  
 riu occisio illius immolatione finita est, de  
 quo dicitur: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit pec-  
 cata mundi.* Sic & Ioannes, non Christus, sed  
 Christi præuius, non sponsus, sed sponsi  
 amicus fuit adeo fidelis, & nõ sua quærens,  
 sed quæ Iesu Christi, vt se profiteretur ad  
 soluenda calciamenta pedu eius indignum,  
 quoniam ipse quidem baptizaret in aqua in  
 pœnitentiâ, ille autem baptizaturus esset in  
 Spiritu sancto & igni, qui duplici potestate

Ioan. 14.

Ibidem.

Ioan. 16.

De consec.  
 distinct. 4.  
 propriè in  
 morte.

Act. 2.

De consec.  
 dist. 4. Siqui  
 necessitatè  
 Ib 1.5 quæ  
 autem Epif.  
 Et in decr.  
 Iuo. lib. 1.Ioan. 1.  
 Marth. 3.Galat. 4.  
 Marth. 5.  
 Rom. 10.

Ioan. 19.

Ioan. 1.

Ioan. 1.  
 Marth. 3.  
 Luc. 3.

In Decret.  
Iao lib. 1.  
De cōser.  
distinct. 4.  
Duo rem-  
pora.

& vitam redderet, & peccata consumeret. His itaque fratres, tot rātilque existentibus documentis, quibus omni ambiguitate submota, euidenter agnoscitis, in baptizandis electis, qui secundum Apostolicam regulam, & exorcismis scrutandi, & ieiuniis sanctificandi, & frequentibus sunt prædicationibus imbuendi, duo tantum tempora, id est, Pascha & Pentecosten esse seruanda, hoc vestræ indicimus charitati, vt ab Apostolicis institutis nullo vterius recedatis excessu. Quia inultum post hæc esse non poterit, si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

## CAPVT VII.

Nice. cōc.  
cap. 5.

**Q**UARE illud primitus pro custodia concordissimæ vnitatis exigimus, vt quia saluberrimè à sanctis Patribus constitutum est binos in annis singulis Episcoporum debere esse cōuentus, terni semper ex vobis ad diem tertium Calendarum Octobrium Romam, fraterno concilio sociandi, occurrant & indissimulanter à vobis hæc consuetudo seruetur. Quoniam, adiuuante gratia Dei, facilius poterit prouideri, vt in Ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascatur errores: cum coram beatissimo Apostolo Petro semper in communione tractatum fuerit, vt omnia instituta canonumque decreta apud omnes Domini sacerdotes inuiolata permaneant. Hæc autem, quæ vobis, inspirante Domino, insinuanda credidimus, per fratres & cōepiscopos nostros \* Bachillum atque Paschasinum, ad vestrā volumus notitiā peruenire. Quibus referentibus cognoscamus, quā reuerenter à vobis Apostolicæ Sedis instituta seruentur. Data 12. Calend. Nouembr. Alypio & Ardabure vitis clarissimis Consulibus.

Vacillam.

## Epistola V. ad Dorum Bencuentanum Episcopum.

Dilectissimo fratri Doro, Leo  
Episcopus.

An. Christi  
490. quifuit  
annus Pon-  
tificatus S.  
Leonis 9.



**I**UDICIUM, quod de te sperabamus, dolemus esse frustratum, quando ea te commisisse perspiciamus, quæ omnem Ecclesiasticæ sanctionis regulam culpabili nouitate seruarent: cum plenissime noueris, quanta sollicitudine per omnes Domini Ecclesias paternorum velimus ca-

nonum præcepta seruari, & hæc maxime curam ad sacerdotes vniuersarum plebium pertinere, vt sanctarum constitutionum regulæ nullis corrumpantur excessibus. Vnde miramur te, quem autoritatem Apostolicæ Sedis obseruantissimum esse conuenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse: vt traditarum tibi legum non custos, sed transgressor existeres. Libello etenim Pauli Presbyteri tui, qui in subditis habetur, cognouimus, apud te nouo ambitu, fædoque colluui Presbyterij ordinem fuisse turbatum: ita vt vnius festina & immatura prouectio, quædam eorum delectio facta sit, quos ætas commendabat, & nulla culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperita fauentium studia id quod nunquam habuit consuetudo, poscebant, vt incipiens emeritis, & nouellus præferretur antiquis: tuæ fuerat indulgentiæ atque doctrinæ, vt iniuste petentium desideria rationabili autoritate cohiberes, ne quem in sacerdotali prope re prouehabas honore, ad iniuriam eorum, quibus sociabatur, inciperet. Miror, quis fieret, dum in illo non humilitatis virtus, sed elationis virium roboraretur. Neque enim ignorabas dixisse Dominum, quod qui se humiliat, exaltabitur: qui vero se exaltat, humiliabitur. Eundemque dixisse, *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruum.* Vos autem queritis de pusillo crescere, & de honore maiores esse. Vtrunque enim inordinatum, vtrunque præposterum est, & omnis laborum fructus auferatur, omnis meritum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit: vt cupiditas emnendi non solum superbientem muniat, sed etiam coniuuentem. Si vero (vt asseritur) primi secundique Presbyteri, circa Epicarpium sibi met præponendum, tam huic assentatio fuit, vt illum cum sui dedecore poscerent honorari, nec hoc quidem illis, proprio se iudicio deicientibus, tribui debuit, quod volebant, cui tam miseræ voluntati te dignus fuerat obuiare, quā credere. Deformis autem & ignaua subiectio bene sibi conscis, & non irritam facientibus gratiam Dei, præiudicare non potuit, vt primatus suos quocumque commérito in alterutrum transferentes, subsequenter suorum minuerent dignitatem, & quem vltimum sibi anteposuerant, cæteris præmereret. Prædicti igitur Presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi,

**B** culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperita fauentium studia id quod nunquam habuit consuetudo, poscebant, vt incipiens emeritis, & nouellus præferretur antiquis: tuæ fuerat indulgentiæ atque doctrinæ, vt iniuste petentium desideria rationabili autoritate cohiberes, ne quem in sacerdotali prope re prouehabas honore, ad iniuriam eorum, quibus sociabatur, inciperet. Miror, quis fieret, dum in illo non humilitatis virtus, sed elationis virium roboraretur. Neque enim ignorabas dixisse Dominum, quod qui se humiliat, exaltabitur: qui vero se exaltat, humiliabitur. Eundemque dixisse, *Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruum.* Vos autem queritis de pusillo crescere, & de honore maiores esse. Vtrunque enim inordinatum, vtrunque præposterum est, & omnis laborum fructus auferatur, omnis meritum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit: vt cupiditas emnendi non solum superbientem muniat, sed etiam coniuuentem. Si vero (vt asseritur) primi secundique Presbyteri, circa Epicarpium sibi met præponendum, tam huic assentatio fuit, vt illum cum sui dedecore poscerent honorari, nec hoc quidem illis, proprio se iudicio deicientibus, tribui debuit, quod volebant, cui tam miseræ voluntati te dignus fuerat obuiare, quā credere. Deformis autem & ignaua subiectio bene sibi conscis, & non irritam facientibus gratiam Dei, præiudicare non potuit, vt primatus suos quocumque commérito in alterutrum transferentes, subsequenter suorum minuerent dignitatem, & quem vltimum sibi anteposuerant, cæteris præmereret. Prædicti igitur Presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi,

Luc. 14. &  
13.

**C** inter vos maior fieri, sit vester minister. Et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruum. Vos autem queritis de pusillo crescere, & de honore maiores esse. Vtrunque enim inordinatum, vtrunque præposterum est, & omnis laborum fructus auferatur, omnis meritum mensura vacuatur, si tantum quis assequitur dignitatis, quantum adulationis obtinuit: vt cupiditas emnendi non solum superbientem muniat, sed etiam coniuuentem. Si vero (vt asseritur) primi secundique Presbyteri, circa Epicarpium sibi met præponendum, tam huic assentatio fuit, vt illum cum sui dedecore poscerent honorari, nec hoc quidem illis, proprio se iudicio deicientibus, tribui debuit, quod volebant, cui tam miseræ voluntati te dignus fuerat obuiare, quā credere. Deformis autem & ignaua subiectio bene sibi conscis, & non irritam facientibus gratiam Dei, præiudicare non potuit, vt primatus suos quocumque commérito in alterutrum transferentes, subsequenter suorum minuerent dignitatem, & quem vltimum sibi anteposuerant, cæteris præmereret. Prædicti igitur Presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi,

**D** indignos se honoris sui ordine sunt professi, & non irritam facientibus gratiam Dei, præiudicare non potuit, vt primatus suos quocumque commérito in alterutrum transferentes, subsequenter suorum minuerent dignitatem, & quem vltimum sibi anteposuerant, cæteris præmereret. Prædicti igitur Presbyteri, qui indignos se honoris sui ordine sunt professi,

licet priuari etiam sacerdotio mererentur: A tamen vreis Apostolicæ Sedis pietate parcatelur, vltimi inter omnes Ecclesiæ Presbyteros habeantur. Et vt iudicij sui sententiam ferant inferiores etiam illo erūt quem propria sententia sibi met prætulere, cæteris omnibus Presbyteris in eo ordine permanentibus, quem vnicuique ordinationis suæ tempus adscripsit. Nec quisquam præter prædictos duos imminutæ dignitatis patiatur iniuriam, sed in eorum statum tantummodo hoc recurrat opprobrium, qui nouello, & immaturè ordinato, inferiores fieri elegere, vt illam Euangelicam sententiam ad se sentiant pertinere, qua dicitur: *Quo iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis: & qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur vobis.* Paulus verò Presbyter ordinem suum, de quo laudabili firmitate non cessit, obtineat. Nec vltius aliquid in cuiusquam præsumatur iniuriam, ita vt dilectio tua, quam non immerito tota facti huius pulsata inuidia, hoc saltem remedio curare se properet: vt sine dissimulatione hæc, quæ discernimus, tradantur effectui, ne si iterato ad nos imploratio iusta confugerit, necesse sit seuerius commoueri: cum his, quæ malè sunt facta, correctis, malimus reintegrare disciplinam, quàm augere vindictam. Exequutionem verò præceptionum nostrarum fratri & coepiscopo nostro Iulio commisisse nos noueris: vt omnia illi, quemadmodum constituimus, roborentur. Data Idus Martij, Posthumiano viro clarissimo consule.

### Epistola VI. ad Eutychem Constantinopolitanum Abbatem.

*Dilectissimo filio Eutychem Presbytero,  
Leo Episcopus.*

An. Christi  
450. qui fuit  
annus Pon-  
tificatus S.  
Leonis 9.



**A**D noticiam nostram tuæ dilectionis epistola retulisti, quod Nestoriana hæresis quorundam rursus studiis pullularet. Sollicitudinem tuam ex hæc parte nobis placuisse rescripsimus, quoniam index animi tui est sermo, quem sumpsimus: vnde non ambigimus authorem Catholica fidei Dominum tibi in omnibus adfuturum. Nos autem cum plenius, quorum hoc improbitate fiat, potuerimus agnoscere, necesse est, auxiliante Domino providere: quatenus nefandum virus, dudumque damnatum, radicibus possit extingui. Deus te custodiat

A incolumem, dilectissime fili. Datum Calendis Iunij, Posthumiano & Zenone viris clarissimis consulibus.

### Epistola VII. ad Theodosium semper Augustum.

*Leo Episcopus, Theodosio semper  
Augusto.*



**V**ANTVM præsidij Dominus Ecclesiæ suæ in fide vestræ clementiæ præparatis, his etiam literis quas ad me misistis, ostenditur: vt vobis non solum regium, sed etiam sacerdotalem animum inesse gaudeamus. Si quidem præter imperiales & publicas curas, piissimam sollicitudinem Christianæ religionis habetis, ne scilicet in populo Dei, aut schismata, aut hæreses, aut vlla scandala conualescant: quia tunc est optimus regni vestri status, quando sempiternæ & incommutabili Trinitati vnus deitatis confessione seruitur. Quid autem in Constantinopolitana Ecclesia perturbationis acciderit, quod ita fratrem & coepiscopum nostrum Flavianum potuerit commouere, vt Eutichen Presbyterum communionem priuaret: nondum potuimus euidenter cognoscere. Quamuis enim prædictus Presbyter ad Sedem Apostolicam per libellum doloris sui querimoniam miserit: breuiter tamen aliqua prælibauit, adferens se Nicenæ Synodi constituta seruantem, frustra fidei diuersitate culpatum. Eusebij autem Episcopi accusatoris eius libellus, cuius Exemplaria ad nos prædictus Presbyter misit, de obiectionis euidentia nihil habebat. Sed cum Presbytero hæreseos crimen intenderet, quem tamen in eo sensum arguerit, non euidenter expressit: quamuis & ipse Episcopus Nicenæ Synodi profiteatur in hac re se esse decreteris, propter quod non habuimus, vnde aliud disceremus. Et quia causæ meritum, fidei ratio, & laudabilis sollicitudo vestræ pietatis exegit, necesse est, iam locum subreptionibus non patere: sed prius, de quibus eum æstimat arguendum, instrui nos oportet, vt possit de benè cognitis congruè iudicari. Ad prædictum autem Episcopum literas dedi, quibus mihi displicere cognosceret, quod ea quæ in tâta causa gesta fuerat, etiam nimio silentio reticeret, cum stude- re debuerit primitus nobis cuncta referre,

An. Christi  
451. qui fuit  
annus Pon-  
tificatus S.  
Leonis 10.  
fuit scripta  
hæc episto-  
la, similiter  
& duæ se-  
quentes.

Quem credimus vel post admonitionem omnia ad nostram notitiam relaturum, vt in lucem ductis his, quæ adhuc videntur occulta, id quod Euangelicæ & Apostolicæ doctrinæ conuenit, iudicetur. Data ad Calendas Martias, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

Epistola eiusdem octaua ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum, vbi querit cur Eutyches à communionē Ecclesiæ fuerit separatus.

*Dilectissimo fratri Flauiano Episcopo,  
Leo Episcopus.*



**M** Christianissimus & clementissimus Imperator, sancta & laudabili fide, pro Ecclesiæ Catholicæ pace sollicitus, ad nos scripta transmiserit, de his qui apud vos perturbationis strepitum mouerant, miramur fraternitatem tuam, quicquid illud scandali fuerit, nobis silere potuisse, & non potius procurasse, vt primitus nos insinuatō magis tuæ relationis instrueret, ne de rerum gestarum fide possemus ambigere. Accepimus enim libellum Eutychetis Presbyteri, qui se queritur accusante Eusebio Episcopo immeritō communionē priuatum: maximè cū euocatum se adfuisse testetur, nec sui præsertim denegasse, adeo vt in ipso iudicio libellum appellationis suæ se asserat obtulisse, nec tamen fuisse susceptum, qua ratione compulsus sit, vt contestatorios libellos in Constantinopolitana vrbe proponeret. Quibus rebus intercedētibus, necdum agnoscimus, qua iustitia à cōmunionē Ecclesiæ fuerit separatus. Sed respicientes ad causam, facti tui nosse volumus rationem, & vsque ad nostram notitiam cuncta deferri: quoniam nos, qui sacerdotum Domini matura volumus esse iudicia, nihil possumus, incognitis rebus, in cuiusquam patris præiudicium definire, priusquam vniuersa, quæ gesta sunt, veraciter audiamus. Et ideo fraternitas tua per idoneam maximè, aptamque personam plenissima nobis relatione significet, quid contra antiquam fidem nouitatis emerferit: quod seueriori sententia dignum fuerit vindicari. Nam & Ecclesiastica moderatio & religiosissima principis fides multam nobis sollicitudinem Christianæ pacis indicunt: vt amputatis dissensionibus, fides Catholica

**A** inuiolata seruetur, & his, qui praua defendunt, ab errore reuocatis, nostra auctoritate, quorum fides probata fuerit, muniat. Nec aliqua poterit ex hac parte difficultas adferri: cū memoratus Presbyter libello proprio sit professus, paratum se esse ad corrigendum, si quid in se inuētum fuerit, quod reprehensione sit dignum. Decet enim in talibus causis hoc maximè prouideri, vt sine strepitu concertationum, & charitas custodiatur, & veritas defendatur, frater charissime. Et ideo quia dilectio tua de tanta causa nos videt necessario esse sollicitos, quam plenissimè & lucidè vniuersa nobis, quod ante facere debuit, indicare festinet: ne inter assertiones partium, aliqua ambiguitate fallamur, & dissensio, quæ in suis initis abolenda est, nutriatur: cū in corde nostro ea obseruantia, Deo inspirate, permaneat, ne constitutiones venerabilium patrum diuinitus roboratæ, & ad soliditatem fidei pertinētes, praua cuiuspiam interpretatione violentur. Deus te custodiat incolumem, charissime frater. Datum duodecimo Calendas Maij, Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

**EPISTOLA FLAVIANI  
EPISCOPI CONSTANTINO-  
POLITANI ad sanctissimum Leonem  
Papam vrbis Romæ.**

<i>De subdoli hostis insidijs.</i>	I.
<i>De fraudulenta subtilitate hereticorum.</i>	II.
<i>De blasphemijs Eutychetis.</i>	III.
<i>De excommunicatione eius iustissima.</i>	IIII.

*Domino beatissimo, & Deo amabili patri  
Leoni, Flavianus in Domino  
salutem.*

**CAPVT I.**



**N** VLLA res diaboli venena compefcit, nec continet eius mortiferas sagittas. Surfum enim atque deorsum peruolans, querit, quos possit occidere, quos possit superare, quos possit deuorare. Propter quam rem vigilandum est, & orationibus à Deo obtinendum, vt fatuas inquisitiones euirare possimus. Decet enim sequi patres nostros, nec commutare definitionem eorum

Clericus. perpetuam, quorum regulam secundum sacras Scripturas esse didicimus. Depositis ergo sletibus & lachrymis ( quas incessanter fundo, quia sub me Clericus degens, inuasus est à fero dæmone, & non potui eum liberare, nec auferre à tali lupo, qui animam meam pro illo paratus eram ponere ) quomodo raptus sit, quomodo resiliit à proposito diuino, & ad illum cucurrit, qui perdere consuevit, præcepta patrum declinans, & constituta eorum despiciens, iam incipio narrare.

## CAPVT II.

Matth. 3. SVNT enim quidam veste sua oves significantes, interius lupi rapaces, quos ex fructibus eorum debemus agnoscere. Isti prima fronte videntur esse de numero nostro, sed non sunt de numero nostro. Si enim de numero nostro essent, nobiscum mansissent. Quando autem cœperint assumere impietatem, illud quod prius occultabatur in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus. Inueniuntur autem infirmæ fidei homines, & qui diuinas lectiones nesciunt, & secum eos in perditionem præcipitant, dissipantes & vituperantes patrum disciplinas, & reliquas sanctas Scripturas ad suam perditionem. quos quidem debemus præuidere, & à quibus multum oportet cauere, ne in malitia sua aliqui occupati, concidant de sua firmitate. Exacuerunt enim linguam suam quasi serpentes, & venenum in labiis habent quasi aspides. De his hæc Propheta clamauit.

## CAPVT III.

TALIS inter nos Eutyches emerfit quodam Presbyter & Archimandrites, qui quasi nostræ religionis sectam sapiebat, & hanc præferebat: Nestorij autem impietatem confirmabat; & succingebatur pro Nestorio militare in pugna, quæ contra Nestorium parabatur. Trecentorum, autem decem & octo sanctorum Patrum de fide expositionem factam & sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini epistolam scriptam ad Nestorium, vel ad similes eius, cui omnes assenserunt, tentauit euellere, antiquam impij Valentini & Apollinaris reparans sectam, & non timuit præceptum regis veri Dei, dicentis: *Quicumque scandalizauerit unum de pusillis istis, expedit ei, ut mola asinaria alligetur collo eius, & demergatur in profundum maris.* Verecundiam autem omnem eius perfidia abiicit, & quam

Matth. 18.  
Marc. 9.

Agerebat infidelitatis pellem excutiens, in sancta Synodo asserbat instanter, dicens: Dominum nostrum Iesum Christum, non oportere confiteri de duabus naturis post humanam susceptionem; cum à nobis vnus substantiæ, & vnus personæ cognoscatur, neque carnè Domini coessentialem nobis subsistere, tanquam ex nobis susceptam & coadunatam Dei Verbo secundum substantiam: sed dicebat Virginem quidem, quæ eū genuit, secundum carnem consubstantialem nobis esse, ipsum autem Dominum non suscepisse ex ea carnem consubstantialem nobis, & corpus Domini non esse quidem corpus hominis, humanum verò corpus esse, quod est ex Virgine, omnium Patrum expositionibus contraria sentiens.

## CAPVT IIII.

SEd ne multa dicens, longam faciam epistolam, olim, quicquid egerimus, misimus ad beatitudinem vestram literas: quibus literis docuimus & Presbyterio illum esse nudatum, quia sic captus est, & iussimus eum cum Monasteriis nullam habere rationem, & exclusimus eum à communione nostra, vt sanctitas vestra hoc cognoscens, quod circa illum actum est, omnibus Episcopis, sub beatitudine vestra degentibus, manifestare dignetur illius impietatem, ne nescientes aliqui, quid ille senserit, quasi ad orthodoxum vel per litteras, vel per aliquam coniunctionem loquantur.

Epistola Flauiani Archiepiscopi Constantinopolitani, alia, ad sanctissimum Leonem Papam vrbis senioris Romæ de erroribus impij Eutychetis.

*Sanctissimo & beatissimo Patri & confacerdoti Leoni, Flavianus in Domino salutem.*

**R**ETATE & recta prædicatione verbi veritatis nihil honorabilis sacerdotibus, sicut nostri, Deo amantissime. Omnis enim nostra spes atque salus & retributio promissorum bonorum in his est. Propterea omnia faciendâ à nobis sunt, & laborandum pro fide, & expositionibus dogmatibusq; sanctorum Patrum: quatenus per omnia & inter omnes con-

cussiones rerum integra hæc & inuiolata soluantur & custodiantur. Necessarium itaque fuit nunc, & iam videntes nos lædi orthodoxam fidem, & renouari Apollinaris & Valentini hæreses ab Eutyche monacho non hoc despiciere, sed in aperto hoc pro cautela populi reuelare. Iste enim Eutyches absconditum in se languorem malæ fidei retinens, insiliens nostræ mansuetudini, inuerecundè & impudenter in multos impietatem propriam præsumpsit inferre dicens, ante inhumanationem quidem Saluatoris nostri Iesu Christi duas naturas esse diuinitatis & humanitatis, post vnitionem verò, vnā naturam factam: neque sciens quod dicit, neque de quibus affirmat. Neque enim vnitas conuenientium in Christo duarum naturarum, sic vt vna proprietates suas in vnitate confudit, sed manent in vnitate perfectæ naturarum proprietates. Adiecit autem & aliam impietatem, dicens corpus Domini, quod ex Maria factum est, non esse nostræ substantiæ, neque humanæ conspersionis: sed humanum quidem illud vocat, non tamen nobis consubstantiale, neque genitrici eius secundum carnem. Et hæc aiebat, cum in gestis Ephesi habitis & sancto & vniuersali Concilio, in epistola scripta ad impium damnatumque Nestorium aperte sic habeatur: Quia diuersæ quidem ad vnitatem veram concurrere naturæ, vnus autem ex ambobus Christus Dei filius, non tanquam naturarum differentia sit perempta propter vnitatem, sed potius effecerit nobis vnum Dominum Iesum Christum diuinitatis & humanitatis per ineffabilem & intelligibilem ad vnitatem concursionem. Et hoc non latet tuam sanctitatem, dum omnino legerit gesta, quæ Ephesi sunt confecta. Quæ pro nihilo ponens idem Eutyches, arbitratur, non se daturum pœnam præfinitam à sancto illo & vniuersali Concilio: quoniam per hæc multi simpliciores eius eloquiis in fidei sermone læduntur. Accusatum verò cum à reuerendissimo Eusebio, & occurrentem in sanctum Concilium, & voce sua sectam propriam \* retegentem, alienumque existentem à recta fide, damnauimus, sicut docebunt vestram sanctitatem omnia, quæ super eo sunt gesta, quæque direximus cum nostris his literis. Iustum autem est, & hoc vobis (sicut ar-

delegentem.

bitror) intimari: quia idem Eutyches passus iustam canonicam damnationem, cum debuisset secundis saluare priora, & per penitentiam perfectam multasque lachrymas placare Deum, nostrumque cor vehementer contristatum in eius ruina, per veram sanare penitentiam: non solum non fecit, sed etiam per omnia conturbare sanctam, quæ apud nos est, Ecclesiam festinauit, propositiones iniuriarum publice ponens & maledictionibus plenas, super hæc & preces offerens piissimo & Christi amatissimo nostro Imperatori, & eisdem arrogantia & petulantia plenas, per omnia diuinas regulas conculcare conatus est. Sed his ita gestis, literæ nobis datæ sunt vestræ sanctitatis per admirabilem Comitem Pansophium, per quas sumus edocti, quia idem Eutyches libellos direxit vobis plenos omni fallacia atque calliditate, dicens: Iudicij tempore libellos se dedisse appellationis & nobis, & hic conuenienti sancto Concilio, & appellasse vestram sanctitatem: quod nequaquam ab eodem factum est. Sed etiam & in hac parte mentitus est, tanquam per fallaciam mendacij subrepere se sanctis vestris auribus putans. Commotus itaque, sanctissime pater, in his omnibus, quæ ab eo præsumpta sunt, & ob ea quæ in nos & sanctissimam Ecclesiam facta sunt atque fiunt: pro consueta fiducia fiducialiter age, secundum quod sacerdotio competit, propriamque faciens communem causam, & sanctarum Ecclesiarum disciplinam, simul decernere damnationem aduersus eum regulariter factam, & per propria scripta dignare, confortare autem & piissimi & Christo deditissimi nostri Imperatoris fidem. Causa enim eget solummodò vestro solatio atque defensione, qua debeatis consensu proprio ad tranquillitatem & pacem cuncta perducere. Sic enim hæresis quæ surrexit, & turbæ quæ propter eam factæ sunt, facillimè destruentur, Deo cooperante per vestras sacratissimas literas. Remouebitur autem & Concilium, quod fieri diuulgatur: quatenus nequaquam vbique sanctissimæ turbentur Ecclesiæ. Omnium quæ vobiscum est fraternitatem ego, & qui mecum sunt, salutamus. In columis in Domino & orans pro nobis, doneris Ecclesiæ & nobis, religiosissime & sanctissime Pater.

Epistola nona eiusdem Leonis Papæ  
ad Theodosium semper  
Augustum.

Leo vrbis Roma episcopus Theodosio  
semper Augusto.

**P**RO integritate fidei Catho-  
licæ Christianum Principem  
conuenit esse sollicitum, &  
hoc indefessis precibus diui-  
nam misericordiam posco, vt  
cordi vestro, id quod est veritatis, inspiret,  
neque falli vos in aliquo humanarum calli-  
ditatum æmulatione patiatur. A me autem,  
atque ab omnibus Catholicis sacerdotibus,  
quæ Euangelicæ fidei pietas defendat, satis  
plene ac lucide literis meis, quas clemenciam  
vestram iam dudum per famulum vestrum  
Epiphanium tribunum, qui pro hac causa  
missus est, arbitror vos accepisse. Ratum est  
nec ambigi potest, hoc nos purissime crede-  
re, hoc constanter asserere, quod etiam ve-  
nerandi Patres, quondam apud Niccam cõ-  
gregati, secundum fidem Symboli creden-  
dum & confitendum sacratissima authori-  
tate sanxerint. Nos enim, venerabilis Impe-  
rator, sicut Nestorij dogma peruersum me-  
rito anathematizauimus: ita iuste etiam ho-  
rum impietatem, qui veritatem carnis no-  
stræ negant à Domino Iesu Christo susce-  
ptam esse, damnamus. Vnde si pietas vestra  
suggestioni ac supplicationi nostræ digne-  
tur annuere, vt intra Italiam habere iubea-  
tis Episcopale Concilium, cito (auxiliante  
Deo) poterunt omnia scandala, quæ in per-  
turbationem totius Ecclesiæ sunt cõmota,  
refecari: vt per vniuersum regnum vestrum  
Catholicæ fidei integritate seruata, & pa-  
cem Christianam manere, & vestram apud  
Deum crescere gloriam gaudeamus. Dara  
oçtauo Calendas Iunias, Asterio & Proto-  
gene vitis clarissimis consulibus.

EPISTOLA DECIMA  
EIVSDEM LEONIS PAPÆ AD  
Flavianum Constantinopoli-  
tanium Episcopum contra Eutyche-  
tis perhædiam & hæresim.

Capitulum sequentis epistolæ tituli.

Quod ignorantia sanctarum Scripturarum Euty-  
chen hæreticum fecerit.

**A** Contra eos, qui in duos filios dispensationis Do-  
minicæ mysterium scindere moliantur. 11.  
**C**ontra eos, qui passibilem diuinitatem unigeniti  
filij Dei audent asserere. 111.  
**C**ontra eos, qui in duas naturas Christi tempera-  
mentum vel confusionem argumentantur. 1111.  
**C**ontra eos, qui caelestem, aut alterius cuiusque sub-  
stantia, existere formam serui, quam ex nobis  
assumpsit, insaniendo asserunt. 11.  
**C**ontra eos, qui duas quidem ante adunationem  
naturas Domini delirant, vnam verò post adu-  
nationem confingunt. 111

Leo Episcopus, dilectissimo fratri  
Flauiano Constantinopoli-  
tano Episcopo.

CAPVT I.



**L**ECTIS dilectionis tuæ  
literis, quas miramur fuisse  
tam seras, & gestorum  
Episcopaliū ordine re-  
censito, tandem quid apud  
vos scandali contigerit, at-  
que contra integritatem  
fidei exortum fuisse, agnouimus, & quæ  
prius videbantur occulta, nunc nobis rése-  
rata patuerunt. Quibus Eutyches, qui Pres-  
byterij nomine honorabilis videbatur, mul-  
tum imprudens, & nimis imperitus ostendi-  
tur, vt etiam de ipso dictum sit à Propheta:  
*Noluis intelligere, vos bene ageret, iniquitatem me-* Psal. 35.  
*ditatus est in cubili suo.* 24 q. 3. Quid autem iniquius,  
quàm impia sapere, & sapientioribus, do-  
ctoribusque non credere? Sed in hanc in-  
sapientiam cadunt, qui cùm ad cognoscen-  
dam veritatem aliquo impediuntur \* ob- obscuro.  
scuro, non ad Propheticas voces, non ad  
Apostolicas literas, nec ad Euangelicas au-  
thoritates, sed ad semetipsos recurrunt. Sed  
ideo magistri erroris existunt, quia verita-  
tis discipuli non fuere. Quam enim erudi-  
tionem de sacris noui & veteris testamenti  
paginis acquisiuit, qui nec ipsius quidem  
Symboli initia comprehendit? Et quod per  
totum mundum omnium regeneratorum  
voce depromitur, istius adhuc senis corde  
non capitur.

CAPVT II.

**N**esciens igitur quid deberet de Verbi  
Dei Incarnatione sentire, nec volens  
ad promerendum intelligentiæ lumen, in  
sanctarum Scripturarum latitudine labora-  
re, illam saltem communem & indiscretam

confessionem sollicito apprehēdisset auditu, qua fidelium vniuersitas profiteretur, Credere se in Deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum, qui natus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine. Quibus tribus sententiis omnium ferē hæreticorum machinæ destruantur. Cū enim Deus & omnipotens & æternus creditur Pater, consempiternus eidem Filius demonstratur, in nullo à patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est cœternus: non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuisus essentia, idem verò sempiterni genitoris vnicigenitus sempiternus natus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine. Quæ natiuitas temporalis illi natiuitati diuinæ & sempiternæ nihil minuit, nihil contulit, sed totam se reparandam homini, qui erat deceptus, impendit: vt & mortem vinceret, & diabolum, qui mortis habebat imperium, sua virtute destrueret. Non enim superare possemus peccati & mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet, & suam faceret: quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de Spiritu sancto intra vterum matris virginis, quæ ita illum, salua virginitate, edidit, quemadmodum salua virginitate concepit. Sed si de hoc Christianæ fidei fonte purissimo syncerum intellectum haurire non poterat, quia splendorem perspicuæ veritatis obæccatione sibi propria tenebrarar: doctrinæ se Euangelicæ subdidisset; dicente Matthæo: *Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham.* Apostolicæ quoque prædicationis expectasset \* instructum, & legens in epist. ad Romanos, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem, ad propheticas quoque paginas piam sollicitudinem contulisset, & inuenisset promissionem Dei ad Abraham, dicentis: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Et ne de huius seminis proprietate dubitaret, securus fuisset Apostolum dicentem: *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicitur & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, quod est Christus.* Esaiæ quoque prædicationem interiore apprehendisset auditu dicentis: *Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel,* quod est interpretatur, nobiscum Deus. Eiusdemque Pro-

Aphetæ fideliter verba legisset: *Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius potestas super humerum eius, & vocabitur nomen eius magni consilij Angelus, admirabile, consiliarius, Deus, fortis, princeps pacis, Pater futuri seculi.* Nec frustratorie loquens, ita Verbum diceret carnem factum, vt editus vtero virginis Christus haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An fortē ideo putauit Dominum nostrum Iesum Christum, non nostræ esse naturæ, quia missus ad beatam Mariam semper virginem Angelus ait: *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi* Lucæ 1.  
*semi obumbrabit tibi: Ideoque & quod nascatur ex te sanctum, vocabitur filius Dei,* vt quia conceptus virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti. Sed non ita nobis intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, vt per nouitatem creationis proprietatis remota sit generis. Fecunditatem enim virgini Spiritus sanctus dedit, veritas autem corporis sumpta de corpore est, & ædificante sibi sapientia domum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hoc est, in ea carne; quam assumpsit ex homine, & quam spiritus vitæ rationalis animauit. Prover. 9. Ioan. 1.

## CAPVT III.

S Alua igitur proprietate vtriusque naturæ, & in vnâ coeunte personam, suscepta est à maiestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas: & ad resoluendum conditionis nostræ debitum, natura inuolabilis naturæ est vnita passibili: vt quod nostris remediis congruebat, vnus atque idem mediator & hominum, homo Iesus Christus, & mori posset ex vno, & mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis, perfectæque naturæ, verus natus est Deus, totus in suis, totus in nostris. Nostra autem dicimus, quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda suscepit. Nam illa, quæ deceptor intulit, & homo deceptus admisit, nullum habere in Salvatore vestigium. Nec quia communionem humanarum subiit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Assumpsit formam serui sine sordibus peccati, humana augens, diuina non minuens, quia exinanitio illa, qua se inuisibilis visibilem præbuit, & Creator ac Dominus omnium rerum vnus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui manens in

Matth. 1.

instrumentum.

Rom. 1.

Genes. 22.

Galat. 3.

Ibi lem.

Esa 7.

forma Dei, fecit hominem: idem in forma serui, factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam vtraque natura. Et sicut formam serui, Dei forma non adimit: ita formam Dei, serui forma non minuit. Nam quia gloriabatur diabolus, hominem, sua fraude deceptum diuini caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subiisse sententiam, seque in malis suis quoddam de \* præuaricatoris consortio inuenisse solatium, Deum quoque, iustitiæ exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore con siderat, propriam mutasse sententiam: opus fuit secreti dispensatione consilij, vt incommutabilis Deus (cuius voluntas non potest sua benignitate priuari) primam erga nos pietatis lûx dispensationem, sacramêto occultiore completeret, & homo, diabolicæ iniquitatis verus auctus in culpam, contra Dei propositum non periret.

## CAPVT IV.

**I**ngreditur ergo hæc mundi infima filius Dei, de cælesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, nouo ordine, noua natiuitate generatus. Nouo ordine, quia inuisibilis in fuis, visibilis factus est in nostris. Incomprehensibilis voluit comprehendendi. Ante tempora manens, esse cepit ex tempore. Vniuersitatis Dominus seruillem formam, obumbrata maiestatis suæ immensitate suscepit. Impassibilis Deus, non dedignatus est esse homo passibilis, & immortalis, mortis legibus subiaceret. Noua autem natiuitate generatus, quia inuiolata virginitas concupiscentiam nesciuit, carnis materiam ministravit. Assumpta est igitur de matre Domini natura, non culpa, nec in Domino Iesu Christo, ex vtero virginis genito, quia natiuitas est mirabilis, ideo \* nostræ est naturæ dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo. Et nullum est in hac vnitatem mendacium, dum inuicem sunt & humilitas hominis & altitudo deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim vtraque forma cum alterius communionem, quod proprium est, Verbo scilicet operante, quod Verbi est, & carne exequente, quod carnis est. Vnum horum coruscat miraculis, aliud succumbit iniuriis. Et sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Vnus enim idemque est, quod sæpe dicendum est, verè Dei filius, & verè

hominis filius. Deus per id, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: Homo per id, quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Deus per id, quod omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: Homo per id, quod factus est ex muliere, factus sub lege. Natiuitas carnis, manifestatio est humanæ naturæ: Partus virginis, diuinæ est virtutis indicium. Infantia parvuli, ostenditur humilitate cunarum: Magnitudo Altissimi, declaratur vocibus angelorum. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impius molitur occidere: sed Dominus est omnium, quem Magi gaudent suppliciter adorare. Iam cum ad præcursoris sui Ioannis baptismum veniret, ne lateret, quod carnis velaminte tegeretur, vox Patris de cælo intonans dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Quem itaque sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem sicut Deo angelica famulantur officia. Esurire, siti-re, lassescere atque dormire, euidenter humanum est. Sed & de quinque panibus, quinque millia hominum satiare, & largiri Samaritanæ aquam viuam, cuius haustus bibenti præstat, ne vltra iam sitiat, & supra dorsum maris plantis non subsidentibus ambulare, & elationis fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo (vt multa præteream) non eiusdem naturæ est, flere miserationis affectu amicum mortuum, & eundem remota quadriduanæ aggere sepulturæ, & ad vocis imperium excitare rediuium, aut in ligno pendere, & in noctem luce conuersa, omnia elementa tremefacere, aut clavis transfixum esse, & paradisi portas fidei latronis aperire: ita non eiusdem naturæ est, dicere, *Ego & pater vnum sumus*: & dicere, *Pater maior me est.* Quamuis enim in Domino Iesu Christo Dei & hominis, vna persona sit: aliud tamen est, vnde contumelia in vtroque communis, aliud vnde communis est gloria. De nostro enim illi est minor patre humanitas, de patre illi est æqualis cum patre diuinitas.

## CAPVT V.

**P**ropter hanc ergo vnitatem personæ, in vtraque natura intelligendam, & filius hominis legitur descendisse de cælo, cum filius Dei carnem de ea virgine, de qua est natus, assumpserit. Et rursus, filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cum hæc non in

præuaricatoris consortio.

nostra est natura.

Ioan. 1.

Matth. 4.

Matth. 5.

Matth. 4.

Ioan. 6.

Ioan. 4.

Matth. 14.  
Lucæ 8.

Lazarum.

Ioan. 11.

Matth. 27.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

diuinitate ipsa, qua vnigenitus, consempiternus, & consubstantialis est patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpeffus. Vnde vnigenitum filium Dei crucifixum & sepultum omnes etiam in Symbolo confitemur, secundum illud Apostoli, *Si enim cognouissent, nunquam Dominum manifestatis crucifixissent.* Cùm autem ipse Dominus noster atque Saluator fidem discipulorum suorum suis interrogationibus audiret, *Quem (inquit) dicunt homines esse filium hominis?* Cùmque illi diuersas aliorum opinioniones rerexissent. *Vos autem (ait) quem me esse dicitis?* Me utique qui sum filius hominis, & quem in forma serui atque in veritate carnis aspicitis, quem me esse dicitis? Vbi B. Petrus, diuinitus inspiratus, & confessione sua omnibus gentibus profuturus: *Tues (inquit) Christus filius Dei viui.* Nec immeritò beatus est pronuntiatus à Domino, & à principali petra soliditatem & virtutis traxit & nominis, qui per reuelationem patris eùdem & filium Dei est confessus, & Christum, quia vnum horum sine alio receptum non proderat ad salutem: sed æqualis erat periculi Dominum Iesum Christum aut Deum tantummodò sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem verò Domini, quæ utique veri hominis fuit, quia aliter non est resuscitatus, quàm qui fuerat crucifixus & mortuus, quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quàm vt fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? Colloquens enim cum discipulis suis, & cohabitans atque conuescens, & pertractari se diligenti curiosoque contactu ab eis, quos dubietas perstringebat, admittens, ideo & clausis ad discipulos ianuis introibat, & flatu suo dabat Spiritum sanctum, & donato intelligentiæ lumine, sanctarum Scripturarum occulta pandebat. Et rursus, idem vultus lateris, fixuras clauorum, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens: *Videte manus meas & pedes, quia ego sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere:* vt agnosceretur in eo proprietates diuinæ humanæque naturæ indiuidua permanere, & ita sciremus, Verbum hoc non esse, quod carnem, & vt vnum Dei filium & Verbum confiteremur & carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium æstimandus est vacuus, qui naturam nostram in vnigenito Dei, nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriâ resurrectionis agnouit. Nec sententiam B. Apostoli & Euangelistæ Ioannis expauit dicens: *Omnis spiritus,*

*A qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Quid autem est solvere Iesum, nisi humanam ab eo separare naturam, & sacramentum fidei, per quod saluati sumus, impudentissimis euacuare figmentis? Caligans verò circa naturam corporis Christi, necesse est, vt etiam in passione eius eadem obsecratione desipiat. Nam si crucem Domini non putat falsam, & susceptum mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat, cuius credit mortem, agnoscat & carnem. Nec diffiteatur nostri corporis hominem, quem cognoscit fuisse passibilem: quoniam negatio veræ carnis, negatio est etiam corporeæ passionis. Si enim Christianam suscipit fidem, & à prædicatione Euangelij suum non auertit auditum: videat quæ natura transfixa clauis pependerit in Crucis ligno, & aperto per militis lanceam latere crucifixi, intelligat, vnde sanguis & aqua effluerint, vt Ecclesia Dei & lauacro rigaretur & poculo. Audiat & B. Petrum Apostolum prædicantem, quòd sanctificatio spiritus per asperionem fiat sanguinis Christi. Nec transitoriè legat eiusdem Apostoli verba dicentis: *Scientes, quod non corruptibilibus argento & auro redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati Iesu Christi.* Beati quoque Ioannis Apostoli testimonio non resistat, dicens: *Et sanguis Iesu filij Dei emundat nos ab omni peccato.* Et iterum, *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides vestra.* Et quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius Dei? Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur, quoniam \* Christus est veritas. Quia tres sunt, qui testimonium dant, spiritus, aqua, & sanguis, & hi tres vnum sunt. Spiritus utique sanctificationis, & sanguis redemptionis, & aqua baptismatis: quæ tria vnū sunt, & indiuidua manent, nihilque eorum à sui connexionem se iungitur: quia Catholica Ecclesia hac fide viuere proficit, vt in Christo Iesu, nec sine vera diuinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate diuinitas.

## CAPVT VI.

**C**VM autem ad interrogationem examinis vestri Eutyches responderit, dicens: **Confiteor ex duabus naturis fuisse Domi-**

1. Cor. 2.

Math. 16.

Ad. 1.

Ioan. 10.

Ibidem.

Lucæ 24.

1. Ioan. 4.

Ioan. 19.

1. Pet. 1.

1. Ioan. 1.

1. Ioan. 6.

spiritus.

nūm nostrum ante adunationem, post adunationem verò vnam naturam confiteor: tam absurdam, tamq; peruersam eius professionem, nulla iudicantium increpatione reprehensam, & sermonē nimis insipientem nimisque blasphemum, ita omissum, quasi nihil, quod offenderet, esset auditum: cum tam impiè duarum naturarum ante incarnationem vnigenitus Dei filius fuisse dicatur, quàm nefariè postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel rectè vel tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum, sollicitudinis tuæ diligentiam commonemus, frater charissime, vt si per inspirationem misericordiæ Dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui macula per te purgetur. Qui quidem (sicut gestorum ordo patefecit) penè cœperat à sua persuasione discedere, cum, vestra sententia coarctatus, profiteretur se dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cuius priùs fuisset alienus. Sed cum anathematizando, impio dogmati nolisset præbere consensum, intellexit eum fraternitas vestra in sua manere perfidia dignumque esse, qui iudicium condemnationis exciperet: de quo si fideliter atque utiliter dolet, & quàm rectè mora sit Episcopalis authoritas, vel serò cognoscit, vel si ad satisfactionis plenitudinem, omnia quæ ab eo malè sunt sensa, viua voce & præsentis subscriptione damnauerit: non erit reprehensibilis erga correctum quantacunque miseratio: quia Dominus noster verus & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & qui venit animas hominum saluare, non perdere, imitatores nos vult esse suæ pietatis, vt peccantes quidem iustitia coërceat, conuersos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissimè fides vera defenditur, quando etiam à sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem verò causam piè ac fideliter exequendam, fratres nostros Iulianum Episcopum & Renatum Presbyterum tituli sancti Clemētis, sed & filium meum Hilarium Diaconem vice nostra direximus. Quibus Dulcitiū notarium nostrum, cuius fides nobis est sæpe probata, sociauimus: confidentes adfuturum diuinitatis auxilium, vt is, qui errauerat, damnata sensus sui prauitate, saluetur, Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulis. Aera 486. \*

Ioan. 10.  
Lucæ 9.

\* 1. 483.

Epistola XI. ad Iulianum Episcopum Coensem, contra Eutychemæ impietatis errorem.

Leo vrbis Romæ Episcopus dilectissimo fratri Iuliano Episcopo.



**L**ICET per \* nostros, quos \* eos. ab vrbe pro fidei causa direximus, plenissimas ad fratrem Flavianum literas miserimus contra nimie impietatis errorem: tamen quia per filium nostrum Basilium Diaconem scripta tuæ dilectionis accepimus, quæ multum nobis Catholicici sensus feruore placuerunt, etiam hanc paginam, quæ illis epistolis consonaret, adiecimus: vt vnanimiter atque constanter, his qui Euangelium Christi corrumpere cupiunt resistatis, quoniam sancti Spiritus in nobis atque in vobis vna est eruditio, eadèque doctrina: quam quicumque non recipit, non est membrum corporis Christi: nec potest eo capite gloriari, in quo naturam suam asserit non haberi. Quid autem prodest imprudentissimo seni, Nestorianæ hæreseos nomine, eorum lacerare opinionem, quorum pissimam conuellerè non potest fidem, cum quantum Nestorius à veritate discessit, deitatem Verbi ab assumpti hominis substantia separando, tantum à recto tramite etiam iste desciscat, qui vnigenitū Dei filium sic de vtero B. Virginis prædicat natum, vt humani quidè corporis speciem gesserit, sed humanæ carnis veritas Verbo vnita non fuerit? De quo prodigio falsitatis quis non videat, quæ opinio monstrata nascatur? Negator enim mediatoris Dei & hominū, hominis Iesu Christi, necesse est vt multis impleatur: cumq; aut Apollinaris sibi vindicet, aut Valentinus vsurpet, aut Manichæus obtineat, quorū nullus in Christo humanæ carnis credidit veritatē. Qua vtique non recepta, non solum quòd secundum carnem atque animam rationalem, qui erat in forma Dei, manens idem in forma serui, homo natus denegatur: sed etiam, quòd crucifixus est, & mortuus ac sepultus, quòdque die tertio à mortuis resurrexit, & quòd ad dexteram Dei Patris sedens ad iudicandos viuos & mortuos, in eo corpore sit venturus, in quo est iudicatus ad mortē, abnuitur: quia hæc redemptionis nostræ

nostræ sacramenta vacuantur, si Christus A  
 veram veri hominis, totamque naturam sus-  
 cepisse non creditur. An quia manifesta  
 erant signa diuina, falsa dicentur documen-  
 ta corporæ, & testimonia vtriusque natu-  
 ræ valebunt, vt creator intelligatur, non va-  
 lebunt, vt creatura saluetur? Quod deita-  
 tis est, caro non minuit: quod carnis est,  
 deitas nõ peremit. Idem enim & sempiter-  
 nus ex patre, & temporalis ex matre: in sua  
 virtute inuolabilis, in nostra infirmitate  
 passibilis: in deitate Trinitatis cum patre &  
 cum Spiritu sancto, vnus eiusdemque na-  
 turæ: in susceptione autem hominis non  
 vnus substantiæ, sed vnus eiusdemque per-  
 sonæ: vt idem esset diues in paupertate, om-  
 nipotens in abiectione, impassibilis in sup-  
 plicio, immortalis in morte. Nec enim Ver-  
 bum aut in carnem, aut in animam aliqua  
 sui parte conuersum est, cum simplex & in-  
 cõmutabilis natura deitatis, tota sit semper  
 in sua essentia, nec damnum sui recipiens,  
 nec augmentum: & sic assumptam naturam  
 beatificans, vt glorificata in glorificante  
 permaneat. Cur autem inconueniens, aut  
 impossibile videatur, vt videlicet Verbum  
 & caro atque anima vnus Iesus Christus, &  
 vnus Dei hominisque sit filius, si caro &  
 anima, quæ dissimilium naturarum sunt,  
 vnam faciunt etiam sine Verbi Incarnatio-  
 ne personã: cum multo sit facilius, vt hanc  
 vnitatem sui atque hominis deitatis præ-  
 stet potestas, quam vt eam in substantiis suis  
 obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec  
 Verbum igitur in carnem, nec in Verbum  
 caro mutata est: sed vtrumque in vno ma-  
 het, & vnus in vtroque est, non diuersitate  
 diuisus, non permixtione confusus, nec al-  
 ter ex patre, alter ex matre: sed idem ali-  
 ter ex patre ante omne principium, aliter  
 de matre in fine seculorum, vt esset media-  
 tor Dei & hominum, homo Iesus Chri-  
 stus, in quo inhabitaret plenitudo diuinitatis  
 corporaliter: quia assumpti, non assu-  
 mētis prouectio est, quod Deus illum exal-  
 tauit & donauit illi nomen, quod est super  
 omne nomen, vt in nomine I E S V omne  
 genu flectatur, cœlestium, terrestrium, &  
 infernorum, & omnis lingua confiteatur,  
 quoniam Dominus Iesus Christus in glori-  
 a est Dei patris. In eo verò quod Euty-  
 ches in Episcopali iudicio ausus est dicere,  
 ante incarnationem duas in Christo fuisse  
 naturas, post incarnationem autem vnam,  
 necessarium fuerat, vt ad reddendam rati-  
 onem professionis suæ, crebris atque sol-  
 licitis iudicum interrogationibus vrgeret-  
 tur, ne tanquam inane aliquid præter flue-

ret: quod non nisi de haustu venenato-  
 rum dogmatum apparebat effusum. Arbi-  
 tror enim talia proloquentem hoc habere  
 persuasum, quod anima, quam saluator as-  
 sumpsit, prius in cœlis sic commorata,  
 quam de Maria virgine nasceretur, eam-  
 que sibi Verbum in vtero copulatur. Sed  
 hoc Catholicæ mentes, auresque non to-  
 lerant, quia nihil secum Dominus de cœlo  
 veniens nostræ conditionis exhibuit: nec  
 animam enim, quæ antea extitisset, nec  
 carnem, quæ non materni corporis esset,  
 accepit. Natura quippe nostra non sic as-  
 sumpta est, vt prius creata, post assume-  
 retur: sed vt ipsa assumptione crearetur.  
 B Vnde quod in Origeine merito damnatum  
 est, qui animarum, antequam corporibus  
 infererentur, non solum vitas, sed & di-  
 uersas fuisse asseruit actiones: necesse est,  
 vt etiam in isto, nisi maluerit sententiam  
 abdicare, plectatur. Natiuitas enim Domi-  
 ni secundum carnem quamuis habeat que-  
 dam propria, quibus humanæ conditionis  
 initia transcendat, siue quod solus ex san-  
 cto Spiritu ab inuiolata virgine sine con-  
 cupiscentia carnis est conceptus & natus,  
 siue quod ita visceribus matris est editus,  
 vt & fecunditas pareret, & virginitas per-  
 maneret: non alterius tamen naturæ erat  
 eius caro, quam nostra, nec alio illi, quam  
 cæteris hominibus, anima est inspirata prin-  
 cipio, quæ excelleret, non diuersitate gene-  
 ris, sed sublimitate virtutis. Nihil enim car-  
 nis suæ habebat aduersum, nec discordia  
 desideriorum gignebat compugnantiam  
 voluntatum. Sensus corporei vigeabant si-  
 ne lege peccati, & veritas affectionum sub  
 moderamine deitatis & mentis, nec ten-  
 tabatur illecebris, nec cedebat iniuriis.  
 Verus homo vero vnitus est Deo, nec se-  
 cundum existentem prius animam dedu-  
 ctus est de cœlo, nec secundum carnem  
 creatus ex nihilo, eandem gerens in Ver-  
 bi deitate personam, & tenens communem  
 nobiscum in corpore, animaque naturam.  
 D Non enim esset Dei hominumque media-  
 tor, nisi idem Deus idemque homo in vtro-  
 que & vnus esset & verus. Incitat quidem  
 nos ad latitudinem differendi materiæ ma-  
 gnitudo, sed apud eruditionem tuam non  
 est copia laborandum: præsertim iam, cum  
 per nostros ad fratrem Flavianum suffi-  
 cientes literas miserimus, ad confirman-  
 dos animos non solum sacerdotum, sed  
 etiam laicorum. Præstabit, vt credimus,  
 misericordia Dei, vt absque cuiusquæ ani-  
 mæ detrimento possint aduersum diaboli  
 dolos, & sana defendi, & vulnerata curari.

1. Tim. 2.  
Coloss. 1.

Philipp. 2.

1. Tim. 2.

Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene A  
viris clarissimis Consulibus.

Epistola XII. Leonis Papæ ad Theo-  
dosium Augustum, de legatis,  
quos vice sua destinavit ad Syno-  
dum Ephesinam, pro erroribus  
Eutychetis collectam.

*Cæsari Theodosio religiosissimo & piissimo  
Auguste, Leo Papa Ecclesie  
Catholicae urbis Roma.*



**V**ANTVM rebus huma-  
nis consulere providentia  
divina dignetur, sollicitu-  
do clementiæ vestræ, Spi-  
ritu Dei incitata demon-  
strat quæ in Catholica Ec-  
clesia nihil impacatum, ni-  
hil vult esse diuersum: quoniam fides, quæ  
non nisi vna est, in nullo potest sui esse dis-  
similis. Vnde licet Eutyches (quantum  
gestorum Episcopaliū ordo patefecit)  
imperitè atque imprudenter errare dete-  
ctus sit, debueritque à sua meritò repro-  
babili persuasione discedere: quoniam  
tamen pietas vestra, quæ in honorem Dei  
religiosissimè Catholicam diligit verita-  
tem, apud Ephesum constituit Synodale  
concilium: vt imperito seni, ea in qua nimis  
caligat, veritas innotescat, fratres meos Iu-  
lianum Episcopum, & Renatum Presbyte-  
rum, & filium meum Hilarium Diaconem  
misi, qui ad vicem præsentis meæ pro ne-  
gotij qualitate sufficeret, & qui eum secum  
deferrent iustitiæ ac benignitatis affectum,  
vt quia dubitari non potest, quæ sit Chri-  
stianæ confessionis integritas, & totius er-  
roris prauitas damnaretur, & si resipiscens,  
qui deuiauerat, pro venia supplicaret, sacer-  
dotalis ei beneuolentiæ subueniret: cum in  
libello suo, quem ad nos misit, hoc saltem  
sibi ad promerendam veniam reseruauit,  
vt correcturum se esse promitteret, quic-  
quid nostra sententia de his, quæ malè sen-  
serat, improbasset. Quid autem Catholica  
Ecclesia vniuersaliter de sacramento Do-  
minicæ Incarnationis credat & doceat, ad  
fratrem & coepiscopum nostrum Flauia-  
num plenius continent scripta, quæ misi.  
Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene vi-  
ris clarissimis Consulibus.

Epistola XIII. Leonis Papæ ad Pul-  
cheriam Augustam, de his vnde  
supra ad Theodosium  
Augustum.

*Leo Catholica Romana Ecclesia Epi-  
scopus, piissima Pulcheria  
Augusta.*



**V**ANTVM præsidij Dominus  
Ecclesie suæ in vestra clemen-  
tiâ præparat, multis sæpe pro-  
bauimus documentis. Et quic-  
quid nostris temporibus, contra impu-  
gnatores Catholicæ veritatis, industria  
sacerdotalis obtinet, ad vestram maximè  
gloriam redundabit, dum, sicut Spiritu san-  
cto docente didicistis, illi per omnia pote-  
statem vestram subiicitis, cuius munere &  
protectione regnatis. Vnde quia, contra  
integritatem fidei Christianæ, dissensio-  
nem quandam in Constantinopolitana  
Ecclesia Eutyche authore generatam, fra-  
tris & coepiscopi nostri Flauiani relatione  
cognoui, ita vt totius causæ speciem Syno-  
daliū gestorum textus ostenderit: di-  
gnum gloriæ vestræ est, vt error, (qui vt ar-  
bitror) de imperitia magis, quàm de versu-  
tate natus est, auferatur, priusquam vllas sibi  
vires de consensu imprudentium pertinacia  
prauitatis acquirat: quia etiam ignorantia  
graues nonnunquã incidit lapsus, & ple-  
runque in diaboli ruit foueas incauta sim-  
plicitas, per quam in supradicto subrephisse  
intelligo spiritum falsitatis, vt dum æstimat  
se religiosius de filij Dei maiestate sentire,  
si ei naturæ nostræ veritatem inesse non di-  
cat, totum illud, quod Verbum caro factum  
est, vnius atque eiusdem putet esse substan-  
tiæ. Et quantum Nestorius à veritate exci-  
dit, dū Christum de matre solum hominem  
asserit natum, tantum etiam hic à Catho-  
lico tramite deuiat, qui de eadè virgine non  
nostram credit editam esse substantiam: vo-  
lens vtique eam solius deitatis intelligi, vt  
quod formam serui gessit, & quod nostri  
similis fuit atque conformis, quædã nostræ  
naturæ fuerit imago, non veritas. Nihil au-  
tem prodest, Dominum nostrum beatæ  
Mariæ virginis filium, verum perfectum:  
que hominem dicere: si non illius generis  
homo creditur, cuius in Euangelio prædi-  
catur. Dicit enim Matthæus: *Liber genera-  
tionis Iesu Christi filij David, filij Abraham,*  
& ita humanæ originis ordinem sequitur;  
vt generationum lineas vsque ad Ioseph,

cui mater Domini erat desponsata, dedit. Lucas verò retrospectum successuum gradus relegens, ad ipsum humani generis principem rediit, vt Adam primum, & Adam nouissimum eiusdem ostendat esse naturæ. Potuerat quippe omnipotentia filij Dei sic ad docendos, iustificandósque homines apparere, quomodo & Patriarchis & Prophetis in specie carnis apparuit, cum aut lactamē iniit, aut sermonem conferuit, cumve officia hospitalitatis non abnuir, vel etiam appositum cibum sumpfit. Sed illæ imagines huius hominis erant indicia, cuius veritatem ex præcedentium patrum stirpe sumendam, significationes mysticæ nunciabant. Ex ideo sacramentum reconciliationis nostræ ante tempora æterna dispositum, nullę implebant figuræ, quia nondum superuenerat Spiritus sanctus in virginem, nec virtus Altissimi obumbraverat ei: vt & intra intermerata viscera ædificante sibi sapientia domum, Verbum caro fieret, & forma Dei ac forma serui in vnã conueniente personam, creator temporum nasceretur in tempore, & per quem facta sunt omnia, ipse inter omnia gigneretur. Nisi enim nouus homo, factus in similitudinem carnis peccati, nostram susciperet vetustatem, & consubstantialis patri, consubstantialis esse dignaretur & matri, naturamque sibi nostram solus à peccato liber vniret: sub iugo diaboli generaliter teneretur humana captiuitas, nec aliter possideremus triumphantis victoriam, si extra nostram esset confecta naturam. De hac autem participatione mirabile sacramentum nobis regenerationis indulsit, vt per ipsum Spiritum, per quem Christus & conceptus est & natus, etiam nos, qui per concupiscentiam carnis sumus geniti, spirituali iterum origine nasceremur. Propter quod ab Euangelista de credentibus dicitur: *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Cuius ineffabilis gratiæ particeps non est, nec potest filiorum Dei adoptionem cõsequi, quisquis à fide sua, hoc quod nos principaliter saluat, excludit. Vnde multum doleo, multumq; contristor, quod hic qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra vnicam spem nostram, patrũque nostrorum, vana nimis & stolidã audeat adstruere. Qui dum videret insipientiæ suæ sensum Catholicis auribus displicere, reuocare se à sua opinione debuerat: nec ita Ecclesiæ Præfules commouere, vt damnationis sententiam mereretur accipere: quam vtique, si in sua senten-

tia voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim Apostolicæ moderatio hanc temperantiam obseruat, vt & seueritũs agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis. Quia ergo multa mihi fiducia est de pietatis tuæ sincerissima fide, obsecro gloriã clementiæ tuæ, vt sicut sancto studio tuo Catholica prædicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eius faueat libertati: quam fortè ideo permisit Dominus hac tentatione pulsari, vt quales intrã Ecclesiã lateant, possit agnosci. Quorum planè non est negligenda curatio, vt nec ipsorum nos contristet amissio. Augustissimus verò & Christianissimus Imperator cupiens quã celerrimè turbata componi, Episcopali Concilio, quod Ephesi vult haberi nimum breue & angustum tempus indixit, diem Calendarum Augustarum præstituendo conuentui, cum à tertio die Iduum Maiarum, quo serenitatis eius scripta suscepimus, maior pars reliqui sit temporis absumenda, vt profectio sacerdotum, qui negotio sufficiãt, valeat ordinari. Nam illud, quod pietas eius etiam me credidit debere interesse Concilio, etiam si secundum aliquod præcedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam possit impleri: quia rerum præsentium nimis incerta cõditio à tantę urbis populis me abesse non sineret, & in desperationem quandam animi tumultuantium mitterentur, si per occasionem causæ Ecclesiasticæ videret patriam & Sedem Apostolicam velle deserre. Quia igitur ad publicam hanc vilitatem pertinuisse cognoscitis, vt salua clementiæ vestræ venia, charitati me & precibus ciuium non negarem, in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum cæteris, qui adfuerint æstimate: quibus secundum causam, satis mihi & gestorum serie, & ipsius, de quo agitur, professione, patefactam, euidenter & plenè quid seruandum esset ostendi. Non enim de portiucula aliqua fidei nostræ, quod minus lucidè clarescat, queritur: sed hoc stultissima insultatio audeat incessere, quod Dominus noster in Ecclesia neminem sexus vtriusque voluit ignorare. Siquidem ipsa Catholici Symboli breuis & perfecta cõfessio, quæ duodecim Apostolorũ totidem est signata sententiis, tam instructa sit munitione cœlesti, vt omnes hæreticorũ opiniones solo ipsius possint gladio derruncari. Cuius Symboli plenitudinem si Eutyches & puro & simplici voluisset corde cõcipere, in nullo à decretis sacratissimi Niceni Cõcilij deuiaret, & hoc à sanctis Patribus intelligeret

Genes. 12.  
Genes. 18.

Prouerb. 9.  
Ioan. 1.

Ioan. 1.

14. q. 2.  
Dãnationis  
sententiã.

Symbolum  
Apostolorũ.

constitutum, vt contra Apostolicam fidem, quæ non nisi vna est, nullum se ingenium, nullum eleuaret eloquium. Et ideo pro vestræ pietatis consuetudine elaborare dignemini: vt quod contra singulare sacramentum salutis humanæ blasphemia insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse, qui in hanc tentationem incidit, resipiscat, ita vt per libellarem satisfactionem proprium damnet errorem, communio ei sui ordinis reformetur. Quod etiam sancto Flauiano Episcopo me clementia tua scripsisse cognoscat, vt charitas non negetur, si error aboletur. Datum Idibus Iunij; Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

Aster (quantum arbitror) explicatum est: vt per insinuationem Præsulis vestri, quid secundum Euangelium Domini nostri Iesu Christi in omnium fidelium cordibus fixum esse cupiamus, noscatis. Datum Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis consulibus.

Epistola XV. ad Ephesinam Synodum secundam, in qua prouocat congregatos Episcopos Eutyche-  
tis blasphemias condemnare.

B Leo Episcopus sanctæ Synodo, quæ apud Ephesum conuenit.

Epistola XIV. ad Faustum, Martianum, & reliquos Archimandritas Constantinopolitanos.

Dilectissimis filiis Fausto, Martiano, & reliquis Archimandritis Leo Episcopus.



V M propter causam fidei, quam Eutyches perturbare tentauit, de latere meo mitterem, qui defensionem veritatis assisterent, congruum credidi, vt etiam ad vestram dilectionem scripta dirigerem: quos certum habeo ita studere pietati, vt blasphemias & impias voces nullatenus æquanimitè audire possitis, manente in cordibus vestris Apostolica institutione, qua dicitur, *Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit.* Sensus autem prædicti Eutyche-  
tis, qui sicut gestorum lectio cognouimus, meritò reprobatus est, etiam nos detestandum esse decernimus: ita vt si asserere insipiens in sua prauitate voluerit permanere, habeat eum his confortium, quorum est secutus errorem. Meritò enim fiet extra Christi Ecclesiam, qui in Christo humanam. i. nostram, negat esse naturam. Sed si idem spiritu Dei miserante correctus, impietatem sui erroris agnouerit, & quæ Catholici execrantur, plena satisfactione damnauerit, volumus ei misericordiam non negari: vt Ecclesia Domini nullum sentiat damnum, cum & resipiscens possit recipi, & solus debeat error excludi. De sacramento autem pietatis magnæ, in qua nobis per Incarnationem Verbi Dei iustificatio est & redemptio, quæ sit nostra ex Patrum traditione sententia, nunc sufficien-

R ELIGIOSA clementissimi Principis fides sciens ad suam gloriam maximè pertinere, si intra Ecclesiam Catholicam nullius erroris germen exurgeret, hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, vt ad sanctæ dispositionis effectum auctoritatem Apostolicæ Sedis adhiberet: tanquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quid in eius confessione laudatum sit, quando dicente Domino: *Quem Math. 16. me esse dicunt homines filium hominis?* varias quidem diuersorum opiniones discipuli memorarunt, sed cum ab eis, quid ipsi crederent, quæreretur, princeps Apostolorum plenitudinem fidei breui sermone complexus: *Tu es (inquit) Christus filius Dei viui*, hoc est, tu qui es verè es filius hominis, idem verè es filius Dei viui. Tu, inquam, verus in deitate, verus in carne, & \* salua geminæ proprietate naturæ vtrique vnus. Quod si Eutyches intelligenter ac viuaciter crederet, nequaquam ab huius fidei tramite deuiaret. Propter quam ei responderetur à Domino: *Beatus es Simon Bar-jona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cælis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt aduersus eam.* Nimis autem a compage huius ædificationis alienus est, qui & B. Petri confessionem non capit, & Christi Euangelio contradicit: ostendens se nullum vnquam studium cognoscendæ veritatis habuisse, & superflud honorabile visum, qui nulla \* auctoritate cordis, ornauit caniciem senectutis. Verum quia etiam talium non est negligenda curatio, & piè ac religiosè Christianissimus Imperator haberi voluit Episcopale Concilium,

Galat. 1.

sub.

in auctoritate.

vt pleniore iudicio omnis possit error abo- A  
 leri: fratres nostros Iulianum Episcopum,  
 Renatum Presbyterum, & filium nostrum  
 Hilarium Diaconem, cūque his Dulci-  
 tium notarium probatz nobis fidei, misi:  
 qui vice mea sancto conuentui vestrafrat-  
 rernitatis interfuit, communi vobiscum  
 sententia, quæ Domino sint placitura, con-  
 stituant. Hoc est, vt primitus pestifero er-  
 rore damnato, etiam de ipsius, qui impru-  
 denter errauit, restitutione tractetur, si ta-  
 men doctrinam veritatis amplectens, sen-  
 sus hæreticos, quibus imperitia eius fuerat  
 irretita, plenè apertèque propria voce &  
 subscriptione damnauerit, quod etiam in  
 libello, quem ad nos miserat, est professus, B  
 spondens, per omnia nostram sequutu-  
 rum se esse sententiam. Acceptis autem  
 fratris & coepiscopi nostri Flauiani literis,  
 plenius ad eum de his, quæ ad nos videba-  
 tur retulisse, rescripsimus: vt abolito hoc,  
 quo inquinatus videbatur, errore, in lau-  
 dem & gloriam Dei per totum mundum  
 vna sit fides, & vna eadēque confessio, &  
 in nomine I E S V omne genu flectatur cœ-  
 lestium, terrestrium & infernorum, & om-  
 nis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus  
 Christus in gloria est Dei patris. Data Idi-  
 bus Iunij, Asterio & Protogene viris clarif-  
 simis Consulibus.

Philip. 2.

Epistola XVI. ad Flavianum Con-  
 stantinopolitanum Episcopum.

*Flauiano charissimo fratri, Leo  
 Episcopus Romæ.*

**L**ITERAS tuæ dilectionis ac-  
 cepi cum gestis, quæ apud  
 vos super fidei quæstione  
 confecta sunt. Et quia clem-  
 entissimus Imperator pro  
 Ecclesiæ pace sollicitus Synodum voluit  
 congregari, quamuis euidenter appareas, D  
 rem, de qua agitur, nequaquam Synodali  
 indigere tractatu: tamen, frater charissime,  
 subsecutos esse significo, quos in hac re  
 placuit destinare. Nec necessarium fuit,  
 nunc amplius scribi, cū propitio Deo,  
 de his quæ causæ credidimus conuenire,  
 per ea, quæ ipsi portabunt scripta, sis ple-  
 nius instruendus. Data decimoquinto Ca-  
 lendas Iulij, Asterio & Protogene viris cla-  
 rissimis Consulibus.

Epistola XVII. ad Theodosium  
 Augustum.

*Leo Episcopus Theodosio semper  
 Augusto.*



**C**CEPTIS clementiæ vestrae  
 literis, & multum vniuersali  
 Ecclesiæ gaudendum esse pro-  
 spexi: quod Christianam fi-  
 dem, qua diuinitas honoratur  
 & colitur, in nullo dissimilem. in nullo  
 vult esse discordem. Quid enim rebus hu-  
 manis ad exorandam misericordiam Dei  
 efficacius suffragetur, quam si vna gratia-  
 rum actio, & vnius confessionis sacrificium  
 maiestati eius ab omnibus offeratur? In quo  
 sacerdotum & cunctorum fidelium ita de-  
 mum erit plena deuotio: si in his, quæ per  
 vnicum Dei filium Deum Verbum pro nos-  
 tra redemptione sunt gesta, nihil aliud senti-  
 tiatur quàm quod ipse prædicari de se ius-  
 sit & credi. Vnde quamuis ad diem Conci-  
 lij Episcopalis, quem pietas vestra cōstituit,  
 occurrere me ratio nulla permittat, cū  
 nec aliqua ex hoc exēpla præcesserint, & tē-  
 poralis necessitas me non patiatur deserere  
 ciuitatem, præsertim cū tam euidentis fidei  
 causa sit, vt rationabilibus causis ab indicē-  
 da Synodo fuisset abstinendum: tamen in  
 quantum Dominus iuuare dignatur, meum  
 studium commodauit, vt clementiæ vestrae  
 statutis aliquatenus pareatur, ordinatis  
 hinc fratribus meis, qui amputandis scan-  
 dalis pro causæ æquitate sufficiant, quique  
 præsentis meæ implent vicem: quia non  
 talis quæstio orta est, vnde aut possit, aut  
 debeat dubitari. Data duodecimo Calen-  
 das Iulij, Asterio & Protogene viris clarif-  
 simis Consulibus.

Epistola XVIII. ad Pulcheriam  
 Augustam.

*Leo Episcopus, Pulcheriæ Augusta.*



**Q**VANTVM sibi fiduciæ de fide Hæc eadē  
 vestrae clementiæ Ecclesiæ Dei ferè habentur,  
 debeat polliceri, multis proba- sed fu-  
 uimus sæpe documentis, dum sines supra  
 Epist. 77.  
 sicut Spiritu sancto docente didicistis, illi  
 per omnia potestatem vestram subiicitis,  
 cuius munere & protectione regnatis. Vn-  
 de quia contra integritatem fidei Christia-  
 næ, dissensionem quandam in Consttan-  
 tinopolitana Ecclesia, Eutyche authore

generatam, fratris & coëpiscopi mei Flavianiani relatione cognoui, vt totius causæ speciem Synodaliū gestorū textus ostenderit, dignum gloriæ vestræ est, vt error qui de imperitia magis, quàm de versutia natus est, auferatur, priusquam vllas vires de consensu imprudentium, pertinacia prauitatis acquirat. Nam quantum Nestorius à veritate excidit, dum Dominum Iesum Christum de matre virgine hominem solum asserit natum: tantum etiam hic à Catholico tramite deuiavit, qui de eadem virgine editum, non nostræ credidit esse naturæ: vt quod formam serui gessit, quod nostri similis fuit atque cõformis, quædam nostræ carnis fuerit imago, non veritas. Nihil autem prodest Dominum nostrum beatæ Mariæ virginis filium, hominem dicere: si non illius generis, atque seminis homo creditur, cuius in ipso Euangelij exordio prædicatur. Vnde multum doleo, multumque contristor, quod hic qui antea de humilitatis proposito laudabilis videbatur, contra vnicam spem nostram, patrūque nostrorum, vana & nimis peruersa audeat astruere. Qui cum videret insipientiæ suæ sensum Catholicis auribus displicere, renouare se à sua opinione debuerat: ne ita Ecclesiæ Præsules commoueret, vt sententiā damnationis exciperet. Quam vtique si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. Sedis enim Apostolicæ moderatio hanc temperantiam seruat: vt & seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis. Quia ergo mihi multa fiducia est de pietatis vestræ sincerissima fide, obsecro gloriosissimam clementiam vestram: vt sicuti sancto studio tuo Catholica prædicatio semper adiuta est, ita nunc quoque eiusdem faueas libertati. Non enim portiuncula aliqua fidei nostræ, quæ minus lucidè sit clara, pulsatur: sed hoc imperita resolutio audet incessere, quod Dominus in Ecclesia sua neminem voluit ignorare. Et ideo pro vestræ pietatis cõsuetudine elaborare dignemini, vt contra singulare sacramentum salutis humanæ, quod blasphemia insipientia protulit, ab omnium animis repellatur. Ac si ipse, qui in hac tentatione incidit, resipiscat, ita vt quod malè senserat, propria voce & subscriptione condemnet: communi illi sui ordinis reformetur. Quod etiam fratri & coëpiscopo meo Flavianiano me clementia vestra scripsisse cognoscat, & his, quos missimus, delegasse: vt venia concedatur, si error aboletur. Ne autem piissimi Principis dispositioni, quæ Episcopale Conciliū

voluit congregari, nostrā videretur præsentia defuisse: fratres meos Iulianum Episcopum, Renatum Presbyterum, & filium meum Hilarium Diaconem misi, qui vicem præsentis meæ implere sufficerent. Sed ei, qui in errore est, melius consulatur, si vbi desipuit, ibidem resipiscat: & vbi damnationem meruit, illic indulgentiam consequatur. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

### Epistola XIX. ad Iulianum Episcopum.

*Leo Episcopus, Iuliano Episcopo, charissimo fratri.*



**L**ITERÆ dilectionis tuæ, quæ mihi nuper sunt rediit, quàm spiritali Catholicæ fidei vigeas amore, demonstrant: & multum gaudere me faciunt, quod in eadem sententiā pia corda concurrunt, vt secundum doctrinā Spiritus sancti impleatur in nobis, quod Apostolus ait, *Obsecra autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata.* Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententiā: cuius vnitatis nimium se Eutyches facit extraneum, qui in sua peruersitate veterascit, nec adhuc, quibus vinculis à Domino sit obligatus, intelligit. Et quamquam sacerdotem Domini reperiendum putat, qui eius imperitiæ amentis que consentiat, diu apud nos incertum fuit, quid in ipso Catholicis displiceret. Et cum fratris nostri Flavianiani nullas literas sumeremus, ipse autem scriptis suis Nestorianam hæresim repullulare quereretur: non plenè potuimus discere, vnde procederet, vel quod tenderet tam dolosa causatio. Sed postquam gestorum ad nos Episcopaliū documenta perlata sunt, omnia illa, quæ fallacium querelarum velamine tegebantur, quam essent detestanda, patuerunt. Et quia clementissimus Imperator, pro benevolentia ac pietate animi sui, de statu huius, qui ante honorabilis videbatur, diligentius voluit iudicari, atque ob hoc indicendum credidit Episcopale Conciliū, per fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum Presbyterum, sed & filium meum Diaconem Hilarium, & quos ex latere meo vice mea misi, ad fratrem nostrum Flavianum sufficientia pro qualitate causæ scripta di-

1. Cor. 1.

rexi, quibus & vestra dilectio, & Ecclesia vniuersa cognoscat, de antiqua & singulari fide, quam indoctus impugnator incescit, quid diuinitus traditum teneamus, & quid incommutabiliter prædicemus. Quia tamen non debemus partes miserationis omittere, congrua moderatione credidimus sciendum: vt si condemnatus Presbyter plena satisfactione corrigitur, sententia, qua obstrictus est, relaxetur. Si vero in eodem insipientiæ suæ luto iacere delegerit: statuta permaneant, & cum eis habeat sortem, quorum est secutus errorem. Data Idibus Iunij, Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Epistola XX. ad Flavianum  
Episcopum.

Flauiano dilectissimo fratri, Leo  
Episcopus.



**P**ROFECTIS iam nostris, quos ad vos in fidei causa direximus, per filium nostrum Basilium Diaconem scripturæ dilectionis accepimus, quibus merito parum de negotio communis sollicitudinis \* indidisses, quoniam & gesta ante delata, de omnibus nos sufficienter instruxerant, & ad familiarem interrogationem idoneus erat sermo prædicti, per quem nunc alloquia reddentes, dilectionem tuam per Dei gratiam, in qua fidimus, cohortamur, vtentes verbis Apostolicis, atque dicente: *In nullo terræ amini ab aduersariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis.* Quid enim tam exitiabile, quam negata veritate Incarnationis Christi, omnem spem salutis humanæ velle dissoluere: & Apostolo contraire dicenti manifestè: *Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne?* Quid tam gloriosum, quam contra inimicos Natiuitatis & Crucis Christi pro fide Euan gelica dimicare? De cuius purissimo lumine, inuisitæque virtute, datis iam ad tuam dilectionem literis, quid in nostro esset corde, patefecimus: ne de illis, quæ secundum doctrinam Catholicam didicimus & docemus, aliquid inter nos videri possit ambiguum. Quia verò tam valida, & tam

indidissi.

Philip. 1.

1. Tim. 3.

**A** clara sunt testimonia veritatis, vt nimis excrucius, nimisque obdûratus habendus sit, qui ad coruscationem lucis atque rationis non confestim se à tenebris falsitatis excusserit: ad curandam imperitorum insaniam, etiam patientiæ volumus adhibere medicinam, vt paternas increpationes hi, qui in senectute carnis suæ mente sunt paruuli, discant obedire maioribus. Ac si deposita imperitiæ sue vanitate respiscunt, omnique errore damnato fidem veram singularémque suscipiunt, misericordia eisdem Episcopalis beneuolentiæ non negetur: mansuro iudicio, quod præcessit, si impietas merito condemnata, in sua prauitate persistit. Data decimo Calendis Augusti, Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

**B**

Epistola XXII. ad eundem Flavianum  
Constantinopolitanum  
Episcopum.

Leo Episcopus, Flauiano Episcopo.



**V**GET sollicitudinē nostram taciturnitas tua, qui iam diu nulla dilectionis tuæ scripta suscepimus, cum nos curarum tuarum participes pro fidei defensione solliciti, si frequenter per occasiones idoneas ad dilectionem tuam literas miserimus: vt adhortationum nostrarum consolationibus iuuaremus, vt aduersariorum stimulis pro fidei defensione non cederes; cum laboris tui participes nos probares. Olim ad fraternitatem tuam nostros credimus peruenisse, per quos, plenius scriptis, mandatisque nostris instructum te esse retines, & Basilium ad te (vt volueras) ipsi remisimus. Nunc, ne aliqua prætermisum occasione te crederes, per filium nostrum honorabilem & amabilem nobis virum Estitium, hanc paginam dedimus: vt tota celeritate ad scripta nostra respondeas, nosque subinde de tuis actibus nostrorumque, & de totius causæ absolutione facias certiores: vt sollicitudinem quam nunc pro fidei defensione gerimus, prosperioribus nunciis molliamus. Data tertio Idus Augusti, Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXII. ad Constantinopolitanos.

Ut prophana iudicantur in hac Epistola Concilij Ephesini secundi acta, & impenditur consolatio Constantinopolitanis pro destitutione Pontificis sui Flauiani.

*Leo Episcopus, & sancta Synodus, qua in vrbe conuenit, Clero, honoratis, & plebi consistenti apud Constantinopolim, dilectissimis filiis in Domino salutem.*

**N**otitiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, perlatis, magno animum nostrum fatemur mœrore confusum: nec tantum licuisse iniquitati, facile potuissemus credere, nisi filius noster Hilarius Diaconus, qui à nobis vice nostra cum aliis, ut inuiteret synodo, missus fuerat, fugiēs reuertisset, declinans, ne iniustæ particeps esset sententiæ. Quippe cùm vox illic à nostris contradictionis emissa sit, quam Alexandrinus Antistes (qui totum solus ibi potentia suæ vindicauit) audire contempsit, in consortium suæ voluntatis inuitos protrahens sacerdotes, ut per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis causam idoneam reperissent. Sed hos ausus pio & Christianissimo Principi confidimus minimè placituros. At nunc quia Ecclesiam vestram hac ratione cognouimus dissipatam, consolandos, adhortandosque vos esse credidimus nostris epistolis: ut pro Catholicæ fidei defensione perfidorum nequitia resistatis. Nolumus enim dilectionem vestram hoc mœrore percelli, cùm maior gloria vestram sit subsequutura constantiam, si à probabili Sacerdote vestro nullæ vos minæ, nulla formido diuulserit. Quisquis enim incolumi atque superstite Flauiano Episcopo vestro, sacerdotium eius fuerit ausus iuadere: nunquam in communionem nostram habebitur, nec inter Episcopos poterit numerari. Nos enim sicut Nestorium in sua peruersitate anathematizauimus: ita eos, qui veritatem carnis nostræ in Domino Iesu Christo denegant, pari execratione damnamus. State igitur in spiritu Catholicæ veritatis, & Apostolicam cohortationem ministerio nostri oris accipite, quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.

Phillog. 1.

**A** Ecclesiæ suæ dedit, aut defutura sit diuina protectio. Splendescit enim fidei puritas, cùm ab ea sordes separantur errorum. Vnde iterum, iterumque vos ante conspectum Domini obtestamur pariter & monemus: ut à fide, in qua fundati estis, & in qua Christianissimum Principem nouimus permanere, non insidiis, non cuiusquam persuasionibus moueamini: sed in persona Episcopi vestri illum in cordis oculis habeatis, pro quo idem omnia pati, quæ fuerunt illata, non metuit, cuius per omnia imitatores vos esse cupimus, ut commune cum ipso præmium fidei habere possitis. Data Idibus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXIII. ad Clerum & plebem Constantinopolitanæ vrbis.

*Leo Episcopus, & sancta Synodus, qua in vrbe Roma conuenit, Clero, honoratis, & plebi consistenti Constantinopoli.*

**I**cer de his, quæ in Concilio sacerdotum apud Ephesum gesta memorantur, multus nos mœror afficiat, eo quod sicut consonans fama dispersit, & ipso rerum monstratur effectu, nec iustitiæ illic moderatio, nec fidei est seruata religio: de vestra tamen deuotionis pietate gaudemus, & in sanctæ plebis acclamationibus, quarum ad nos exempla delata sunt, omnium vestrorum probamus affectum: quia & viuit ac permanet apud bonos filios, optimi patris iusta dilectio, & Catholicæ doctrinæ eruditionem in nulla patimini parte corrupti. Non dubiè enim, sicut vobis Spiritus sanctus referauit. Manichæorum confederantur errori, qui ab vnigenito Dei filio verum & nostræ nature hominem negant esse susceptum, omnesque eius corporeas actiones simulatorij volunt fuisse phantasmatis. Cui impietati ne in aliquo præberetis assensum, iam per Filium meum Epiphanium & Dionysium Romanæ Ecclesiæ notarios, cohortatoria ad dilectionem vestram scripta direximus, quibus confirmationem, quam expetistis, vltro præbuimus: ut nos paternam vobis curam non dubitetis impendere, ac modis omnibus laborare, ut auxiliante misericordia Dei, omnia quæ ab imperitiis, & ab insipientibus excitata

sunt scandala, deseruantur. Nec quisquam sibi audeat de sacerdotali honore blandiri, qui potuerit in execrandi sensus impietate conuinci. Nam si vix in laicis tolerabilis videtur inficitia, quanto magis in eis, qui præsumunt, nec excusatione est digna nec venia, maximè cum etiam defendere peruersarum opinionum commenta præsumunt, & in consensum suum aut errore, aut gratia insanabiles quosque tradunt. Separentur huiusmodi à sanctis mèbris corporis Christi, neque sibi Catholica libertas infidelium iugum patiatur imponi. Extra enim donum diuinæ gratiæ, & extra sacramentum habendi sunt salutis humanæ: qui negantes naturam nostræ carnis in Christo, & Evangelio contradicunt, & Symbolo reluctantur. Nec sentiunt se in hoc præruptum sua obcecatione deduci, vt nec in Passionis Dominicæ, nec in Resurrectionis veritate consistant: quia vtrumque in Salvatore vacuatur, si in eo nostri generis caro non creditur. In quibus isti ignorantia tenebris, in quo hæctenus desidix torpore iacere, vt nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in Ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est, vt nec ab infantium linguis veritas Corporis & Sanguinis Christi inter communis Sacramenta fidei teneatur: Quia in illa mystica distributione spiritalis alimonix hoc impartitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cælestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. Vnde & ad confirmationem charitatis vestræ, quæ laudabili fide inimicis veritatis obnititur, aptè atq; opportunè sermone affectuque Apostolico vtar, & dicam: Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis; vt Deus Domini nostri Iesu Christi, pater gloriæ det vobis spiritum sapientix & reuelationis, in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nobis, qui credidimus secundum operationem potentix virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens illum ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super \*omnem Ecclesiam, quæ est cor-

pus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus \* adimplet. Dicant hi aduersarij <sup>adimple-</sup> veritatis, quando omnipotens pater, vel secundum quam naturam, filium suum super vniuersa prouexerit, vel cui substantiæ cuncta subiecerit. Deitas enim Verbi, par in omnibus & consubstantialis est Patri, & sempiternè atque intemporaliter vna eadèque potentia est genitoris & geniti. Creator quippe omnium naturarum, quoniam per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil, superior est omnibus, quæ creauit, nec vnquam creatori non fuerunt subiecta, quæ condidit, cui proprium & sempiternum est, nec aliud, quàm de patre, nec aliud esse quàm pater est. Huius <sup>ioan. 1:</sup> si addita est potestas, si illustrata dignitas, si exaltata sublimitas, minor erit prouehente, qui creuit, nec habebat diuitias eius naturæ cuius indiguit largitate. Sed talia sentiētem in societatem suam Arrius rapit, cuius peruersitati multum hæc suffragatur impietas, negans Verbo Dei humanam inesse naturam, vt dum humilitatem in Dei maiestate fastidit, aut falsatam in Christo asserat imaginem corporis, aut omnes actiones eius passionésque corporeas, deitatis potius fuisse dicat quàm carnis. Quodlibet autem defendere audeat, prorsus insanum est, quia nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti, vt aut aliquid passa sit deitas, aut in vllò mentita sit veritas. Impassibilis igitur Dei Filius Deus, cui cum Patre & Spiritu sancto vna incommutabilis Trinitatis essentia, hoc quod est esse perpetuum est, in ea plenitudine temporis quæ sempiterno cōsilio fuerat præstituta, & prophetica dictorum atque gestorum significatione promissa, factus filius hominis non suæ conuersione substantiæ, sed nostræ assumptione naturæ, venit quærere & saluare, quod perierat. <sup>Luc. 19:</sup> Venit autem non locali accessu, nec motione corporea, tanquam præsens futurus, vnde abfuisse, aut illinc recessurus, vnde venisset: sed venit per hoc, quod erat visibile & commune cernentibus declarandus, humanam scilicet carnem atque animam in visceribus virginis matris accipiens, vt manens in forma Dei, formam serui sibi met, & similitudinem carnis peccati vniret, per quam non minueret diuina humanis, sed augetet humana diuinis. Talis enim erat omnium à primis ducta genitoribus causa mortalium, vt originali peccato transeunte per posteros, nullus pœnam damnationis euaderet, nisi Verbum caro fieret, & habitaret in nobis, in ea scilicet natura, quæ nostri & sanguinis esset & generis. Propter quod

Dist. 39.  
Si in laicis  
videtur.

De conséc.  
dist. 2 in  
quibus isti.

Ephes. 1.

omnia Ec.  
al. sic.

Ioan. 1.

Rom. 5. dicit Apostolus : Sicut per unius delictum in  
 omnes homines in condemnationem, sic & per  
 unius iustitiam in omnes homines ad iustifica-  
 tionem vita. Sicut enim per inobedientiam unius  
 hominis peccatores constituti sunt multi : ita &  
 per unius hominis obedientiam iusti constituen-  
 tur multi. Et iterum : Quia enim per hominem  
 mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Et  
 sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chri-  
 sto omnes vivificabuntur. Hi utique omnes,  
 qui licet in Adam sint nati, in Christo ta-  
 men inveniuntur renati, habentes fidei tes-  
 timonium, & de iustificatione gratiæ, &  
 de communione naturæ : quam qui susce-  
 ptam ab unigenito Dei filio in utero Davi-  
 dicæ virginis diffiteretur, ab omni sacramen-  
 to Christianæ religionis alienus est, & nec  
 sponsum agnoscens, nec sponsam intelli-  
 gens, nuptiali non potest interesse conui-  
 uio. Caro enim Christi velamen est Verbi,  
 quo omnis, qui Christum confitetur, inte-  
 grè induitur. Erubescens autem illud, &  
 quasi indignum refusans, nullum ex eo ha-  
 bebis ornatum, ac licet se regio inferat fe-  
 sto, sacrisque se epulis importunus immi-  
 sceat, discretionem tamen regis fallere im-  
 probus conuiuia non poterit, sed sicut ipse  
 Matth. 22. Dominus protestatus est, tolletur ligatus  
 manibus & pedibus, & mittetur in tenebras  
 exteriores, ubi erit fletus & stridor den-  
 tium. Unde, quicumque in Christo non  
 confitetur corpus humanum, nouerit se  
 mysterio Incarnationis indignum, nec eius  
 sacramenti habere consortium. Quod A-  
 Ephes. 5. polus prædicat, dicens : Quia membra sumus  
 corporis eius, de carne eius & ossibus eius. Pro-  
 pter hoc relinquet homo patrem & matrem, &  
 adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne  
 una. Et exponens, quid per hoc significa-  
 roetur, adiecit : Sacramentum hoc magnum est :  
 Ioan. 19. Ego autem dico, in Christo & in Ecclesia. Ab  
 ipso ergo principio generis humani homi-  
 nibus Christus est denunciatus, in carne  
 venturus. In qua (sicut dictum est) & erunt  
 duo in carne una, utique duo sunt, Deus &  
 homo, Christus & Ecclesia, quæ de sponsi  
 carne prodiit, quando ex latere crucifixi  
 manante sanguine & aqua, sacramentum

A redemptionis & regenerationis accepit. Ip-  
 sa est enim noua conditio creaturæ, quæ in  
 baptismo non indumento veræ carnis,  
 sed contagio damnatæ vetustatis exiit,  
 ut efficiatur homo corpus Christi, quia &  
 \* Christus est corpus hominis. Unde non  
 Deum tantum dicimus Christum, sicut hæ-  
 retici Manichæi, nec hominem tantum, si-  
 cut hæretici Fotiniani : nec ita hominem,  
 ut aliquid ei desit, quod ad humanam cer-  
 tum est pertinere naturam, siue animam, si-  
 ue mentem rationalem, siue carnem, \* quæ  
 non de femina sumpsit, sed factam de Ver-  
 bo in carnem conuerso atque mutato, quæ  
 tria falsa & vana Apollinistarum hæretico-  
 rum tres partes variè protulerunt. Nec di-  
 cimus, quod beata virgo Maria hominem  
 sine deitate conceperit, qui creatus à Spiri-  
 tu sancto, postea sit susceptus à Verbo, quod  
 Nestorium prædicantem meritò iusteque  
 damnauimus : sed dicimus Christum Dei  
 filium Deum verum, natum de Deo patre  
 sine vlllo initio temporis, eundemque ho-  
 minem verum, natum de matre homine,  
 certa plenitudine temporis, nec eius huma-  
 nitatem, qua minor est patre, minuere ali-  
 quid eius naturæ, qua æqualis est patri.  
 Hoc autem vtrumque vnus est Christus,  
 qui verissimè dixit, & secundum Deum,  
 C Ego & pater vnus sumus, & secundum ho-  
 minem : Pater maior me est. Hanc fidem (di-  
 lectissimi) veram & indissolubilem, quæ  
 sola veros efficit Christianos, quamque vt  
 intelligimus & probamus, pio studio & lau-  
 dabili amore defenditis, perseueranter te-  
 nere, & constanter asserite. Et quoniam o-  
 portet vos post diuinum auxilium, etiam  
 Catholicorum Principum gratiam prome-  
 reri, humiliter ac sapienter exposcite, vt pe-  
 titiōni nostræ, qua plenariam indici Syno-  
 dum postulamus, clementissimus Impera-  
 tor dignetur annuere : quo citius, adiuuan-  
 te misericordia Dei, & sanis fortitudo au-  
 geatur, & morbidis si curari acquiescant,  
 medicina præstetur. Data Idus Octobris,  
 Asterio & Protogene viris clarissimis Con-  
 sulibus.

Christi.

quæ non de  
femina  
sumpta sit,  
sed facta.Ioan. 10.  
Ioan. 14.

Epistola XXIIII. ad Theodosium Augustum, qua rogat illum, speciale Concilium in Italia fieri, & in nullo alio loco, eo quod contraria canonibus facta sit Synodus Ephesina, & in ea acta iudicantur illegitima, nec ritè facta.

Hæc epistola potius fragmentum quoddam esse videtur proximè sequentis epistolæ: nec satis cohæret, nec inuenimus eam in MS.

Gloriosissimo & clementissimo Theodosio Augusto, Leo Episcopus.



**L**IM & ab initio in Conciliis celebratis tantam nos percepi-  
mus à beatissimo Petro Apo-  
stolorum principe fiduciam,  
vt à authoritatem habeamus, ad  
veritatem pro nostra pace defendendam:  
quatenus nulli liceat sic eam minutam in a-  
liquo commouere, dum repente læsio mo-  
ueretur. Igitur quia Concilium Episcopo-  
rum, quod propter Flavianum in Ephesina  
ciuitate fieri præcepistis, & ipsi fidei proba-  
tur obesse, & omnes Ecclesias vulnerare, &  
hæc à nobis competra sunt nō incerto nū-  
cio, sed ab ipsis reuerendissimis Episcopis,  
qui à nobis missi sunt, & fidelissimo rerum,  
quæ gesta sunt, narratore Hilario Diacono  
nostro. Hæc autem ideo culpa processit, eò  
quod non pura conscientia & recto iudicio  
secundum consuetudinem hi qui collecti  
sunt, de fide & erratibus protulerunt. In ip-  
so autem iudicio non omnes, qui conuene-  
rant, interfuisse cognouimus. Nam alios re-  
iectos, alios didicimus intrinsecos, qui pro  
supradicti sacerdotis arbitrio impiis sub-  
scriptionibus captiuas manus dederunt,  
quod nociturum statui suo scirent, nisi im-  
perata fecissent, talémque ab ipso prolata  
esse sententiam, vt in omnes per eam  
frangeretur Ecclesias. Quod nostri ab Apo-  
stolica Sede directi, ad eò impium & Ca-  
tholicæ fidei contrarium videntes, nobis  
significare noscuntur. Vnde tranquilissi-  
mi principum remouete (quæsumus) à  
uestre pietatis conscientia periculum re-  
ligionis & fidei: vt Christi Euangelio vim  
non inferat humana præsumptio. Ecce ego

A Christianissime & venerabilis Imperator,  
cum consacerdotibus meis implens erga  
reuerentiam clementiæ vestre syncreti amo-  
ris officium: cupiensque vos per omnia pia-  
cere Deo, cui pro vobis ab Ecclesia suppli-  
catur, ne ante tribunal Domini, rei de \* cō-  
silio iudicemur, obsecramus coram vni-  
uersitatis inseparabili Trinitate, quæ tali fa-  
cto læditur (cum ipsa vestri sit custos & au-  
thor imperij) & coram sanctis angelis Chri-  
sti: vt omnia in eo statu esse iubeatis, in quo  
fuerunt ante omne iudicium, donec maior  
ex toto orbe sacerdotum numerus congre-  
getur. Nec alieno peccato patiamini vos  
gruari, quia (quod necesse est nos dicere)  
veremur, ne cuius religio dissipatur, indi-  
gnatio prouocetur. Præ oculis habere, & to-  
ta mentis acie reuerenter aspiciite beati Pe-  
tri gloriam, & communes cum ipso om-  
nium Apostolorum coronas, cunctorum-  
que Martyrum palmas: quibus alia non fuit  
causa patiendi, nisi confessio veræ diuinita-  
tis, & veræ humanitatis in Christo. Cui sa-  
cramento quia impiè nunc à paucis impru-  
dentibus obuiatur, omnes partium nostra-  
rum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestre  
cum gemitibus & lachrymis supplicant sa-  
cerdotes, vt quia & nostri fideliter reclama-  
runt, & eisdem libellum appellationis Fla-  
uianus Episcopus dedit, generalem Syno-  
dum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ  
omnes offensiones ita aut repellat, aut miti-  
get: ne ultra aliquid sit, vel in fide dubium,  
vel in charitate diuisum, conuenientibus ve-  
tique Orientalium prouinciarum Episco-  
pis, quorum si qui superati minis atque in-  
iuriis, à veritatis tramite deuiarunt, saluta-  
ribus remediis in integrum reuocentur: ip-  
sique quorum est causa durior, si consiliis  
melioribus acquiescant, vt ab Ecclesiæ vni-  
tate non excidant. Quam autem post ap-  
pellationem interpolitam hoc necessario  
postuletur, canonum Niceæ habitorem de-  
creta testantur, quæ à totius mundi sunt sa-  
cerdotibus constituta. Fauete Catholicis  
vestro more parentumque vestrorum, date  
defendendæ fidei libertatem. Cum enim  
Ecclesiæ causa statum regni vestri agamus  
& salutis, vt prouinciarum vestrarum quieto  
iure potiamini, defendite contra hæreticos  
inconcussam Ecclesiæ statum: vt & vestrum  
Christi dextera defendatur Imperium. Da-  
tum tertio Idus Octobris, Asterio & Pro-  
togene viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXV. ad Theodosium Augustum de sancta Synodo Ephesina, in qua Eutycheris hæresis quorundam Episcoporum prauo intellectu adiuta est: unde hortatur eundem Augustum, ut priscae fidei constitutio ab eis non violetur, sed Dei sacerdotes totius orbis aduentur.

*Leo Episcopus, ex sancta Synodus, quæ in vrbe Roma conuenit, Theodosio semper Augusto.*



**L**ITERIS clementiæ vestræ, quas dudum ad beati Petri Apostoli Sedem pro Catholice fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendendæ per vos veritatis & pacis: vt in causa tam simplici, tamque munita nihil putaremus posse existere, quod noceret, præsertim cū ad Episcopale Concilium, quod haberi apud Ephesum præcepistis, tam instructi sint missi, vt si scripta, quæ vel ad sanctam Synodum, vel ad Flavianum Episcopum detulerunt, Episcoporum publicari auribus Alexandrinus permisisset Antistes, ita manifestatione purissimæ fidei, quam diuinitus inspiratam, & accepimus, & tenemus, omnium \* congressionum strepitus quicquisset, vt nec imperitia vltra desperet, nec occasionem nocendi æmulatio reperiret. Sed dum priuatæ causæ, religionis exercentur obtentu, commissum est impietate paucorum, quod vniuersam Ecclesiam vulneraret. Comperimus enim non incerto nuncio, sed fidelissimo rerum, quæ gesta sunt, narratore Hilario Diacono nostro (qui vix, ne subscribere per vim cogeretur, effugit) conuenisse ad Synodum plurimos sacerdotes, quorum vtique frequentia collationi & iudicio profuisset, si is qui sibi locum principem vindicabat, sacerdotalem moderationem custodire voluisset, (vt sicut moris est) omnium sententiis ex libertate prolatis, id tranquillo & æquo constitueretur examine, quod & fidei congrueret, & erratibus subueniret. In ipso autem iudicio non omnes qui conuenerant, interfuisse cognouimus. Nā alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis arbitrio, impijs subscriptionibus captiuas manus dederent, & nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talēq; ab ipso prolata

esse sententiam, vt dum homo vnus impetitur, in omnem Ecclesiam scire videretur. Quod nostri ab Apostolica Sede directi, adeo impium, & Catholice fidei contrarium esse viderūt, vt ad consentiendum nulla potuerint oppressione compelli: constantēq; in eadē Synodo [vt decuit] fuerint protestati, nequaquam id, quod constituebatur, Sedem Apostolicā recepturam: quoniā reuera omne Christianæ fidei sacramentū (quod absit) à temporibus vestræ pietatis excinditur, nisi hoc scelestissimū facinus, quod cūcta sacrilegia excedit, aboleatur. Quia verò diabolica nequitia subtiliter fallit incautos, & ita quorūdam imprudenciam per similitudinem pietatis illudit, vt pro salubribus

**B** persuadear nocitura: renouete, quæ sumus, à vestræ pietatis conscientia periculum religionis & fidei, quodq; in secularibus negociis legum vestrarum æquitate conceditur, in rerū diuinarum pertractatione præstatæ: vt Christi Euangelio vim nō inferat humana præsumptio. Ecce ego Christianissime & venerabilis Imperator, cū cōsacerdotibus meis implens erga reuerentiā clemētiæ vestræ sinceri amoris officium, cupiensque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi Domini, rei de silentio iudicemur, obsecramus corā vnius deitatis inseparabili Trinitate, quæ tali facto læditur, cū ipsa vestri sit custos, & auctrix Imperij, & coram sanctis angelis Christi: vt omnia in eo statu manere iubeatis, in quo fuerunt ante omne iudiciū, donec maior ex toto orbe sacerdotum numerus congregetur. Nec alieno peccato patiamini vos grauari, quia (quod necesse est nos dicere) veremur, ne cuius religio dissipatur, indignatio prouocetur. Præ oculis habere, & tora mentis acie reuenter aspiciate Beati Petri gloriam, & cōmunes cum ipso omnium Apostolorum coronas, cunctorumque Martyrū palmas, quibus alia nō fuit causa patiendi, nisi confessio veræ diuinitatis & veræ humanitatis in Christo. Cui sacramento quia impiè nunc à paucis imprudentibus obuiatur, omnes partium nostrarū Ecclesiæ, omnes māsuetudini vestræ cum gemitibus & lachrymis supplicant sacerdotes, vt quia & nostri fideliter reclamant, & eiusdem libellum appellationis Flavianus Episcopus dedit, generalē Synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid vltra sit, vel in fide dubium, vel in charitate diuisum, conuenientibus vtique Orientalium prouinciarum Episcopis, quorum si qui superati

minis

minis atque iniuriis à veritatis tramite deu-  
uiarunt, salutaribus remediis in integrum re-  
uocetur, ipsique quorum est causa durior, si  
consiliis melioribus acquiescant, ab Eccle-  
siæ vnitatem non excidat. Quam autem post  
appellationem interpositam hoc necessarè  
postuletur, canonum Niceæ habitorem  
decreta testantur, quæ à totius mundi sunt  
sacerdotibus constituta, quæque subteran-  
nexa sunt. Fauete catholicis vestro more,  
parentumque vestrorum. Date defenden-  
dæ fidei libertatem, quam salua clementiæ  
vestræ reuerentia, nulla vis nullus poterit  
mundanus terror auferre. Cùm enim Ec-  
clesiæ causa statum regni vestri agamus &  
salutis, vt prouinciarum vestrarum quieto  
iure potiamini, defendite contra hæreticos  
inconcussum Ecclesiæ statum, vt & vestrum  
Christi dextera defendatur Imperium. Da-  
tum 3. Idus Octobris, Asterio & Protoge-  
ne viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXVI. ad Pulcheriam Au-  
gustam contra eandem secundam  
Synodum Ephesinam, vt eius erro-  
res in alia Synodo retractentur.

*Leo Episcopus, & sancta Synodus, quæ in  
vrbe Roma conuenit, Pulcheria  
Augusta.*



I Epistolæ, quæ pro fidei causa  
per nostros Clericos directæ  
sunt, ad vestram pietatem per-  
uenissent, certum est, reme-  
dium vos his rebus, quæ contra fidem fa-  
ctæ sunt, aspirante vobis Domino, præsta-  
re potuisse. Quando enim sacerdotibus,  
quando Christianæ religioni aut fidei de-  
fuisistis? Sed cùm ad mæsuetudinem vestram  
adeo non potueris peruenire, qui missi  
sunt, vt ad nos vix vnus illorum Hilarius  
diaconus noster effugiens sit reuersus, ite-  
randa scripta credidimus. Et vt validiores  
preces nostræ esse mereantur ipsorum scri-  
ptorum, quæ ad clementiam vestram non  
peruenerunt, exemplar subiecimus, am-  
plioribus vos obrestationibus obsecrantes:  
vt quanto acerbiora facta sunt quibus pro  
sede regia vos conuenit contrahere, tanto  
maiore gloria, in qua excellitis, curam eius  
religionis habeatis, ne Catholicæ fidei inte-  
gritas vlla humanarum concertationum  
occasione violetur. Quæ enim congregata  
apud Ephesum Synodo, sopienda & sanan-  
da, pacis remedio credebantur, hæc non so-  
lum in maiora pacis dispendia; sed (quod

A nimis dolendum est) etiam in ipsius fidei,  
qua Christiani sumus, excidia processerunt.  
Et hi quidem, qui missi sunt, quorumque  
vnus vim Alexandrini Episcopi, sibi omnia  
vindictantis, effugiens, rerum gestarum no-  
bis ordinem fideliter nunciauit, reclama-  
runt in Synodo (sicut oportuit) vnus ho-  
minis non tam iudicio, quàm furori: prote-  
stantes ea, quæ per vim, metumque gerere-  
tur, sacramentis Ecclesiæ, & ipsi Symbolo  
ab Apostolis instituto, præiudicare non pos-  
se, nec se ab ea fide vlla iniuria separandos,  
quam plenissimè expositam atque digestã  
à Sede beati Apostoli Petri ad sanctam Sy-  
nodum detulissent. Cuius cùm recitatio  
B poscentibus Episcopis non sit admissa, vt  
scilicet remota ea fide, quæ Patriarchas,  
Prophetas, Apostolos, & Martyres corona-  
uit, generatio Iesu Christi Domini nostri  
secundum carnem, & veræ mortis ac re-  
surrectionis eius confessio (quod horre-  
mus dicere) solueretur, scripsimus de hac  
re (vt potuimus) ad gloriosissimum prin-  
cipem, & quod maximum est, Christianum,  
cuius epistolæ pariter exemplar subiecimus,  
vt fidem in qua renatus per Dei gratiam re-  
gnat, nulla fineret nouitate corrumpi, quo-  
niam Flavianus Episcopus in nostra omnium  
communione persistit, atque hoc, quod fa-  
ctum est sine consideratione iustitiæ, & con-  
tra omnem canonum disciplinã, ratum ha-  
C beri ratio nulla permittit, & quia dissensio-  
nis scandalum non abstulisset Ephesina Sy-  
nodus, sed auxisset: de habendo intra Ita-  
liam concilio, & locus constitueretur & tem-  
pus, omnibus querelis & præiudiciis partis  
vtriusque suspensis: quo diligentius vni-  
uersa, quæ offensionem generauerant, re-  
tractentur, & absque vulnere fidei, absque  
religionis iniuria, in pacem Christi redeant,  
qui per importetiam subscribere coacti sunt  
sacerdotes, & soli auferatur errores. Quod  
vt obtinere mereamur, probatissimè nobis  
fidei pietas tua, quæ labores Ecclesiæ sem-  
per adiuuat, supplicationem nostram apud  
D clementissimum Principem sibi specialiter  
à beatissimo Petro Apostolo legationem  
commissam dignetur asserere: vt priusquam  
ciuile hoc & exitiale bellum intra Ecclesiã  
conualescat, redintegrandæ vnitatis copiã  
& modum, Deo auxiliante, cõcedat sciens  
imperij sui viribus profuturum, quicquid  
Catholicæ libertati benigna ipsius fuerit  
dispositione collatum. Data pridie Idibus  
Octobris, Asterio & Protogene viris cla-  
rissimis Consulibus.

Epistola XXVII. ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum.

Flauiano charissimo fratri, Leo Episcopus.



**Q**UANTA & quanta dilectio tua pro Catholicæ fidei defensione patiatur, per Diaconem, qui ab Epheso furtim est lapsus, cognouimus. Et licet magnificemus Deū, qui te gratiæ suæ virtute confortat: necesse est tamen nos dolere eorū ruinas, per quos veritas impugnatur, & totius Ecclesiæ fundamenta quatuntur. Quia verò prouidentia Dei semper suis necessarium præstat auxilium, scire debet fraternitas tua, nos pro communi causa nihil eorum, quæ agenda sunt, præterire: vt primitus ad ea, quæ vniuersitati fidelium profint, peruenire mereamur. Sin est, vt fortiter interim dilectio tua toleret, quæ sibi ad æternam gloriam non dubitat profutura. Perlator sanè breuis huius epistolæ fidei sermone poterit enarrare, quicquid illud est, ad quod, adiuuante Domino, studio fidei & charitatis intendimus. Data iij. Calendas Octob. Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXVIII. ad Faustum, & cæteros Archimandritas Constantinopolitanos, qua adhortatur eos ad constantiam in omni bono, maxime fidei & charitatis, & detestatur acta secundi Concilij Ephesini.

Leo Episcopus & sancta Synodus, quæ in vrbe Roma conuenit, Fausto, Martino, Petro, & Magno, & Helia presbyteris, & Archimandritis Constantinopolitanis, dilectissimis filiis in Domino salutem.



**Q**UANTUM ea quæ ad Constantinopolitanam Ecclesiam scripsimus, sollicitudinem deuotionis vestræ latere non possunt, tamen etiam specialibus dilectionem vestram literis cohortandam esse credidimus, vt memores sanctæ professionis vestræ, quæ proprie in fide & charitate cõsistit, omnia scandala,

quæ contra pacem Ecclesiæ orta sunt, à vestris cordibus repellatis, beati Apostoli sententiam pia mente retinentes: *Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit, & custodientes vnitatem cum fratre nostro Flauiano Episcopo, quem ad tempus Dominus permisit impiorum factioe tentari, vt probatum sibi sacerdotem suum perseuerantiæ merito faceret clariorem.* Hæ autem perturbationes, necesse est, vt auxiliante Dei gratia, celeriter destruantur, & omne, quod reprobum est, ab Ecclesiæ puritate, quæ nec maculam, nec rugam recipit, respuatur, maxime cum ab insana impericia in hoc vsque proruptū sit, vt contra sacramentum salutis humanæ Incarnationis Domini nostri Iesu Christi veritas denegetur, atque antiquæ fidei prædicator atque defensor, quia non acquieuit blasphemis, quas olim sancti Patres nostri in multis hæreticis damnauere, subiiciatur iniuriis: in quo vtique omnium Domini sacerdotum reuerentia cæditur, & vniuersa corporis Christi mēbra pulsantur, sed quia gloriosum nobis est, quicquid nos pari Deus voluerit, & pro veritate tolerare, in consortium nos patientiæ paterni exhortationibus aduocamus, vt per dilectionem vestrā omnibus Deo seruientibus, quæ scripsimus, innotescant, & inimicis Euangelij resistentes, nec pastoris vestri dilectionem nec vnitatem Catholicæ fidei deseratis. Quoniā ea, quæ in Epheso nuper contra iustitiā, vel canonum disciplinam per vnus hominis <sup>impotentiam.</sup> impudentiam gesta sunt, nulla Catholicæ fidei ratio rata esse permittit. Data octauo Idibus Octobris, Asterio & Protogene viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXIX. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem.

Leo Episcopus, vrbe Roma, dilectissimo fratri Anastasio Episcopo.



**Q**UANTUM relatione Hilarij Diaconi nostri cognouimus, magnum facinus Alexandrino Episcopo auctore, vel execute commissum est: vt dum in fratrem nostrum Flavianum veteres æmulationes & odia priuata desæuiunt, nec innocentis probatissimi sacerdotis, nec Christianæ fidei parceretur. Vnde multum dilectioni tuæ congratulamur, quod te, ad illam synodum ire cupientem, opportunis obstaculis manus diuina <sup>deinuit.</sup> obtinuit: ne abstanturus proculdubio à tanto scelere,

lere, indignis iniuriis subiaceres, & furori A  
impio militibus quantum didicimus, armis-  
que suffulto, contraire non posses. Quia er-  
go prorupit in apertum perfidia, quæ late-  
bat, & in nefandissimam hæresim vnus im-  
peritissimi senis asseclæ transierunt: tempus  
probationis nostræ debemus agnoscere, &  
contra impetus aduersantium, munitio-  
nibus cælestibus freti, incommutabilis ani-  
mi constantiam præparare. Scimus, frater  
charissime, quia sacramento magnæ pietatis  
sux aderit diuina protectio. Si quid igitur  
fraternitati tuæ de impiis constitutionibus  
fuerit ingestū, protestamur pariter ac mo-  
nemus: ne vel in damnationem fratris in-  
fontis, vel in receptione nefarij dogmatis B  
consensum tui cordis immisceas. Maior est  
enim, qui in nobis est, quàm qui aduersus  
nos. Annitere potius, quantum te ipse na-  
turæ nostræ susceptor & glorificator adiu-  
uerit, vt omnium fratrum nostrorum cor-  
da confirmes. Nobis enim ab Euangelio ge-  
nerationis, & mortis, ac resurrectionis Do-  
mini nostri Iesu Christi nullatenus rece-  
dentibus, definitissimum est, in nostræ  
communionis numero non futuros, eos  
qui conantur antiqua Catholice fidei fun-  
damenta cōuellerē. Data tertio Idus Octo-  
bris, Asterio & Protogene viris clarissimis  
Consulibus.

Epistola XXX. ad Iulianum  
Episcopum.

Leo Romanæ Ecclesiæ Episcopus, Iuliano  
fratri & coepiscopo salutem.



OGNITIS, quæ apud Ephe-  
sum vnus hominis præsumptio-  
ne sunt gesta, magno quidem  
dolore affecti sumus de his quæ  
impiè, furiosèque commissa sunt: sed ad  
Dominum nostrum animos dirigentes,  
multam fiduciam ab ipsa, quam sequimur,  
veritate concipimus, non omittentes om-  
nia agere, quæ auxiliante Dei gratia credi-  
mus profutura. Tenendum ergo nobis est,  
quod tenemus, & scruiente vnus turbinis  
procella, serenissima fidei est amplecten-  
da tranquillitas: donec radios suos veritas  
per vniuersa diffundat, & caliginem infide-  
litas consumat. Quæ autem disposita sunt,  
per latoris sermonem agnosces. Data ter-  
tio Idus Octobris, Asterio & Protogene vi-  
ris clarissimis Consulibus.

Epistola XXXI. ad Pulcheriam Au-  
gustam, de his quæ superius  
postulauit.

Leo Episcopus Pulcheriæ Augustæ.



AVDERE me plurimum, &  
exultare in Domino, pietatis  
tuæ scripta fecerunt: quibus  
evidenter ostenditur, quan-  
tum Catholicam diligas fi-  
dem, & quantum hæreticum detesteris er-  
rorem. Hæresis quippe est nimis impia, &  
Euangelio veritatis inimica, quæ non por-  
tionem aliquam lædere, sed ipsa Christian-  
næ religionis conatur fundamenta conuel-  
lere: negans sempiterni patris filium sempi-  
ternum, de vtero beatæ Virginis matris ver-  
ram carnem nostræ sumpsisse naturæ, &  
eos damnatione percellens, qui ab Euan-  
gelica & Apostolica fide nullo deduci er-  
rore potuerunt, illudque frustra præten-  
dens, quod Nicenæ Synodi fidem teneat,  
cuius eum constar esse alienum, gloriosis-  
sima Augusta. Vnde quia non deserit Ec-  
clesiam suam diuina protectio, dicente Do-  
mino: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus* Math. 18.

C usque ad consummationem seculi, eodémque  
opere & tempore spiritus Dei & clemen-  
tiæ vestræ sollicitudinem, & curam no-  
stri cordis, accendit, vt de remedijs pro-  
curandis eadem vtrique cuperemus, &  
quæ prius poposci, nunc quoque instantius  
peto, maiore vtens fiducia deprecâdi, post-  
eaquam præsidium venerandæ exhortatio-  
nis accepi, sperans adfuturam misericor-  
diam Dei, vt cooperante clementia vestra,  
pestiferi erroris possit morbus auferri: vt  
quicquid, ipso inspirante atque auxiliante,  
potuerit salubriter fieri, cum vestræ fidei  
laude peragatur: quoniam res humanæ ali-  
ter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diui-  
nam confessionem pertinent, & regia &  
sacerdotalis defendat autoritas. Data de-  
cimo sexto Calendæ Aprilis, Valentiniano  
Augusto septies, & Auieno, viris clarissimis  
Consulibus. Aera. 488.

An. Christi  
452. quifuit  
annus Pon-  
tificatus S.  
Leonis 11.  
scripta fuit  
hæc episto-  
la, & s. se-  
quentes.

Math. 18.

25. quest. 1.  
Res autem  
omnes.

Epistola XXXII. ad Martianum A

& Faultum Presbyteros exhortatoria, de damnatione secundi Ephesini Concilij.

*Leo Episcopus, Martiano Faustoque Presbyteris.*

**B**ONORVM operum, & spiritualium studiorum Deum auctorem esse, non dubium est: qui quorum incitat mentes, adiuuat actiones. Quod nobis presenti experimento euidenter apparuit. Si quidem inter discretarum spatia longinqua regionum, vnum sumpserunt corda nostra consilium, vt quod à nobis desiderabatis, eo vobis tempore, quo Epistolæ vestræ mittebantur, occurreret, si tamè dilectioni vestræ tradi scripta nostra potuere, quæ non solum Apostolicæ sedis autoritate, sed etiam sanctæ Synodi, quæ ad nos frequens conuenerat, vnanimitate directæ sunt, vt in his, quantam curam totius Ecclesiæ habeamus, appareat hortando, scilicet omnium fidelium mentes, & clementissimorum Principum præsidia ad defensionem fidei postulando, quorum pios & Catholicos animos non diffidimus, opem atque autoritatem suam iustis petitionibus præstituros: quo citius, auxiliante Domino pernicioza hæresis, & dudum sanctorum Patrum autoritate dænata, & quæ nuper Ephesi male adiuta est, auferatur. Interim verò det operam (quantum fieri potest) vestra dilectio, vt omnibus Ecclesiæ filiis innotescat, quod contra impium sensum, secundum doctrinam Euangelicam & Apostolicam prædicamus. Quia licet plenè, quæ semper fuisse atque esset Catholicorum sententia scripserimus, tamen nunc quoque ad confirmandas omnium mentes, non parùm exhortationis addidimus. Memor enim sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem hæreses destruit, sed maximè impietatem præsentis erroris expugnat, & intelligo mihi aliud non licere, quam vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. Ne autem aliqua negligentia occasione scripta nostra ad vos non potuerint peruenire, exemplaria eorundem nunc mittenda credidimus, vt nullo modo fidei quam defendimus, prædicatio vestræ notitiæ subtrahatur. Data decimo sexto Calendas Aprilis, Valentiano Augusto septies & Auieno, viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXXIII. ad Theodosium Augustum, vbi scripsit vt id, quod de Incarnatione filij Dei ab Anatolio Constantinopolitano Episcopo prædicatur, agnoscat, & vniuersale Concilium in Italia fiat.

*Leo Episcopus, Theodosio semper Augusto.*

**M**NI BV S quidem vestre pietatis epistolis inter eas sollicitudines, quas pro fide patimur spè nobis securitatis maximam præstitistis, Nicenum commendando Concilium: ad eò vt ab illo, sicut sæpè iam scribitis, non patiamini sacerdotēs Domini deuiare. Sed ne aliquid in præiudicium Catholicæ defensionis videret egisse, de ordinatione eius, qui Constantinopolitanæ cæpit Ecclesiæ præsidere, nihil interrim in alterutram tibi partem temerè rescribendum putavi, nõ dilectionem negas, sed manifestationem Catholicæ veritatis expectans. Quod æquanimiter ferat obsecro vestra clementia, vt cum talem se erga fidem Catholicam, qualem cupimus, approbarit: de sinceritate ipsius copiosius & securius gaudeamus. Ne verò aliqua illum de nostro animo mordeat sinistra suspicio, occasione totius difficultatis amoueo, nec aliquid exigo, quod aut arduum videatur, aut ambiguum, sed ad id, quod nullus Catholicorum refutet, inuito. Noti enim sunt per vniuersum mundum atque manifesti, qui ante nos, siue Græca, siue Latina lingua in Catholicæ veritatis prædicatione fullerunt, ad quorum scientiam atque doctrinam quidam etiam nostræ ætatis accedunt, de quorum scriptis par & multiplex profertur instructio. Quæ sicut Nestorianam hæresim destruxit, ita etiam hunc, qui nunc malè repullulat, abscindet errorem. Relegat itaque sollicitè, quæ à sanctis patribus Incarnationis Dominicæ fides fuerit custodita, semperque similiter prædicata, & cum sanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini Episcopi epistolam (qua Nestorium corrigere & sanare voluit, præuas prædicationes ipsius arguens, & euidentius fidem Nicenæ definitionis exponens, quaque ab eo missa Apostolicæ Sedis scrinia susceperunt) præcedentium sensui perspexerit consonantem. Ephesinæ etiã Synodi gesta recenset, quibus cõtra Nestorij impietatem, à sanctæ memoriæ Cyrillo incerta & allegata sunt,

de Incarnatione Domini Catholicorum testimonia sacerdotum. Non aspernetur etiam meam epistolam recensere, quam pietati patrum per omnia concordare reperiet. Cumque à se hoc, quod eidem profuturum sit, ex peti desiderarique cognouerit, Catholicorum sententiis toto corde consentiat: ita ut synceram communionis fidei professionem, absolutissima subscriptione, coram omni clero, & vniuersa plebe declaret, Apostolicæ Sedi, & vniuersis Domini sacerdotibus, atque Ecclesiis publicandam: ut pacificato per vnam fidem mundo, possimus omnes dicere, quod angeli, nato de Maria virgine Saluatore, cecinerunt: *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Quia vero & nos, & beati patres nostri, quorum doctrinam & veneramus, & sequimur, in vnius fidei concordia sumus, sicut prouinciarum omnium protestantur antistites: agat clementiæ vestræ deuotissima fides, ut quàm primùm ad nos Constantinopolitani Episcopi, qualia debent, probati & Catholici sacerdotis scripta perueniant, aperte scilicet atque dilucidè protestantia, quod si quis de Incarnatione Verbi Dei aliud aliquid credat aut asserat, quàm Catholicorum omnium, & mea professio protestatur, hunc à sua communionem secernat, ut ei fraternam in Christo charitatem meritò possimus impendere. Ut autè salubribus curis velocior, pleniorque, auxiliante Domino, per vestræ clementiæ fidem præstetur effectus, ad pietatem vestram fratres & Coepiscopos nostros Abundium, & Asterium, sed & Basilium, & Senatorem Presbyteros, quorum mihi deuotio est probata, direxi, per quos, quæ nostræ forma sit fidei, manifestatis instructionibus (quas misimus) possitis dignanter agnoscere: ut si Constantinopolitanus antistes in eandem confessionem toto corde consentit, securi (ut dignum est) de Ecclesiastica pace lætemur, neque aliquid residere videatur ambiguum, ut de superfluis forsitan suspitionibus laboremus. Sin verò aliqui à puritate nostræ fidei atque patrum autoritate dissentiant, Concilium vniuersale intra Italiam, sicut Synodus, quæ ob hanc causam Romæ conuenerat, mecum petit, clementia vestra concedat: ut in vnum conuenientibus omnibus his, qui aut ignoratiæ aut terrore prolapsi sunt, correctionis remediis consulatur, nec cuiquam ultra sit liberum, ita Nicenæ Synodi facere mentionem, ut eius inueniatur esse fidei contrarius, quoniam & vniuersæ Ecclesiæ & vestro hoc imperio profuturum

A est, si vnus Deus, vna fides, & vnum sacramentum salutis humanæ, vna totius mundi confessione teneatur. Data decimosextimo Calendis Augusti, Valentiniano septies & Auiceno viris clarissimis Consulibus.

### Epistola XXXIV. Leonis Papæ.

Leo Episcopus Fausto, Martino, Petro, Manueli, Iob, Antiocho, Viuantiaco, Abrahamo, Theodoro, Pientio, Eusebio, Helpidio, Paulo, Asterio & Charaso Caraso, Presbyteris & Archimandriis, & Iacobo Diacono & Archimandrita.

**A**VSA fidei, in qua salus Christiana consistit, multa me sollicitudine laborare compellit, meruentem, ne prauitas, quæ in suis fuerat amputanda principiis, processu temporis & perniciosior fiat & latior. Nam cum clementissimus Imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus sollicitudinem suam pro pace vniuersalis Ecclesiæ demonstraret, ipse Constantinopolitanus Episcopus, & hi, qui eundem consecrarent, præter id, quod ad ordinationem noui antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis, vel abdicatis erroribus indicauerunt, quasi in illa Ecclesia nullum scandalum, nulla extitisset offensio, aut non hinc præcipuè fuerit ordinati meritum demonstrandum, si aliena à se, quæ Catholicorum sensibus sunt aduersa, docuisset. Ne ergo (quod inter longinquas regiones accidere solet) in nimias dilationes tenderent veritatis examina, fratres & Coepiscopos nostros Habundium, & Asterium, sed & Basilium, & Senatorem Presbyteros probatissimos viros, ad piissimū Principem cum sufficienti paternarum auctoritatum instructione direximus. Quos in omnibus, fratres charissimi, diligentia ac sollicitudine vestra cupim⁹ adiuuari, ut impietas, quæ cæcis ausibus in exitalia abrupta processit, simplices quosque decipiendi ulterius non habeat potestatem, cum aptiore medicina etiam illis cupiamus per correctionis remedia subueniri, qui aut imperitia sunt lapsi, aut errore traducti. Et ideo vos, qui iustificamini per fidem, qui Catholicam diligitis veritatem, & de singulari sacramento salutis humanæ per Spiritum sanctum estis edocti, collaborate nobiscum, & quanta potestis deuotione, id agite, ut falsitate destructa, & fidei soliditate defensa, securam per totum mundum Dei pace potia-

mur. Data 16. Cal. Augusti, Valentiniano Augusto septies, & Auieno viris clarissimis Consulibus.

Epistola XXXV. ad Pulcheriam Augustam, pro his quæ superius Theodosiū Augustum postulauit.

*Leo Episcopus Pulcheriæ Augustæ.*



AVDEO fidei clementiæ vestræ, quod religiosum studiū dignanter impenditis, vt pax Ecclesiastica renouetur, quæ quorundā dissensionibus videbatur esse turbata. Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ, vt ablatis omnibus scandalis, quæ cōtra Catholicam fidem inimicus excitauerat, vna eadēque sit per totum mundum confessio veritatis: quæ facilius, certiusque reparabitur, si prauorū sensuum nulla femina, nulla vestigia relinquatur. Quod tamen mearum partium est, præterire non debeo, vt scilicet, quid de incarnatione filij Dei à Constantinopolitano Episcopo teneatur, agnoscā, præsertim cum in ordinatione ipsius plura præcesserint, taliaque ad nos debuerit scripta dirigere, quæ illum à contagione huius, qui nuper emerfit, erroris alienum euidenter ostenderent. Optans itaque securam cum eo habere cōcordiam, gratiāque illi fraternę charitatis impendere, scribere ei interim distuli: non dilectionem negans, sed manifestationem Catholicę veritatis expectans. Simplex enim est absolutūque, quod posco, vt remoto longarum disputationum labore, sanctę memorię Cyrilli Alexandrini Episcopi epistolę, quam ipse ad Nestorium miserat, acquiescat, in qua & errorem Nestorij arguit, & fidem Nicenę definitionis exposuit, & epistolę meę quæ ad sanctę recordationis Flavianum Episcopum est directā, consentiat. Quibus vigilanter inspectis, Constantinopolitanus antistes repudiandum sibi, quod ausus est contra puram & singularem fidem imperita insipientia definire, incunctanter agnoscat, quia & mea, & sanctorum Patrum de Incarnatione Domini concors per omnia, & vna confessio est. Quam si quis existimauerit nō sequendam, ipse se à compage Catholicę vnitatis abscindet: cum tamen nos, vt in integrum omnia reuocentur, optemus. Ad effectum verò salubrium dispositionum velocius obtinendum, fratres & cōepiscopos meos, Abundium, & Asterium, sed & Basilium, &

A Senatorem Presbyteros probatissimos viros misit, qui clementiæ vestræ formam fidei, quam secundum doctrinam venerabilium Patrum prædicamus, offerrent & remotis circumloquutionibus, quibus obscurari veritas solēt, quid de Incarnatione filij Dei à toti<sup>9</sup> orbis probatis sacerdotibus defensum fuisset, ostenderent, Quos post diuinā gratiam, sancto vestrę pietatis auxilio dignum est adiuuari, ne in totius Ecclesię perturbationem, imprudens procedat contentio: cum correctione adhibita, omnes oporteat in vnus confessionis redire concordiam. A qua si forsitan ab aliquibus discrepatur, vniuersale Concilium sacerdotum haberi intra Italiam, clementia vestra annuente, iubeatur: quò remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coerceri debeat aut sanari. Data tertio decimo Calendas Augusti, Valentiniano Augusto septies, & Auieno, viris clarissimis consulibus.

Epistola XXXVI. ad Martinum Presbyterum.

*Leo Episcopus Martino Presbytero.*



GRATIAs agimus Deo, & multam fiduciam pię exultationis accepimus, cum dilectionem tuam & Catholicā fraternitatem ita spiritu fidei vigere cognoscimus, vt cordibus vestris nihil infirmitatis hæretica possit inferre tentatio: ad quā diuinitus destruendam, nec defuit (vt scitis) sollicitudo nostra, nec deerit, donec omnipotentis dextra omnia diaboli arma confringat. Cui hoc aliquid audere permittitur, vt à fidelibus Christi gloria maiore vincatur. Si quid autem difficultatum interuenit aut mōrarum, cum æquanimitate tolerandum est: quoniam vbi veritas est magistra, nunquam defunt diuina solatia, fratres charissimi. Quamuis ergo magna locorum interualla nos diuidant, vnitatem tamen fidei vobiscum sumus, toto corde Iesum Christum Dominum nostrum verum Deum, & verum hominem consistentes, nulla in vobis detrimenta perpetimur, cum de vestrę professionis concordia gloriamur: tantū vt sit auxiliante Domino constantia perseuerans, dicente Apostolo: *Vobis enim datum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo pati amini.* Ad quam fortitudinem sanctarum mentium roborandam, fratres no-

stros atque Legatos, quos pro Apostolica A  
fidei libertate direximus, & quos dudum a-  
pud vos esse confidimus, plurimum credi-  
mus profuturos: cum totius actionis nostræ  
didiceritis affectum, & curam vestram at-  
que consilium operi iunxeritis. De qua re  
non necesse est nunc latius scribere, cum  
iam per supradictos, sufficientes epistolas  
miserimus, quibus abundantissimè omnis  
Catholica fraternitas instruat. Diuinæ  
erit virtutis & gratiæ, vt Dei filius, qui natu-  
ram humani generis suam fecit, amplius  
quàm videmus aut sapimus, magnum pie-  
tatis suæ asserat sacramentum, quod impia  
temeritas sibi quidem fraudauit, sed rectis  
cordibus non potuit. Data Idibus Septem-  
bris, Valentiniano & Auieno viris clarissi-  
mis Consulibus.

r. Tim. 1.

EPISTOLA XXXVII. AD  
LEONEM RAVENATEM E-  
piscopum, de his, qui de captiuitate  
redeunt, incertum habent  
vtrum ante captiuitatem bap-  
tisma consecuti sint.

*Capita epistolæ sequentis.*

*De paruulis, qui in captiuitatem deuenerunt, & C  
baptismum non reminiscuntur se cōsequutos. I.  
Vt ab hereticis baptizatus, per impositionem ma-  
nū Spiritum sanctum accipiat. II.*

Leo Episcopus, Leoni Episcopo Ra-  
uennati salutem.

An. Christi  
433. qui fuit  
annus Pon-  
tificatus S.  
Leonis 12.  
scripta fuit  
hæc episto-  
la & 4. se-  
quentes.



REQVENTER qui-  
dem in diuersarum am-  
biguo quæstionum ti-  
tubantia fratrum corda,  
Spiritu Dei instruente,  
solidauimus, responsio-  
nis formam vel ex san-  
ctarum Scripturarum disciplinis, vel ex pa-  
trum regulis colligentes, sed nuper in Sy-  
nodo nouum & inauditum antea genus  
consultationis exortum est.

CAPVT I.

NAM quorundam fratrum suggestione  
comperimus, aliquos captiuorum ad  
sedes suas, libertatēque redeunt, qui  
scilicet in captiuitatem illa ætate peruene-  
rint, quæ nullius rei firmam poterat ha-  
bere noticiam, remedium quidem implora-

re baptismi. Sed vtrū eiusdem mysterij an-  
te sacramenta perceperint infantie insci-  
entia non posse se reminisci, & ideo sub hoc  
latentis recordationis incerto, animas suas  
in discrimen adduci, dum sub specie cau-  
tionis negatur his gratia, quæ ideo non im-  
penditur, quia putatur impensa. Cum ita-  
que tribuere talibus Dominici sacramenta  
mysterij, non immeritò quorundam fra-  
trum formido dubitaret, in Synodali (vt di-  
ximus) cœtu formam huiusmodi consul-  
tationis accepimus, quam diligentius di-  
scuti, & pro vniuscuiusque sensu sollicita  
voluimus ratione tractari, quò ad verita-  
tem, adhibita cognitione multorum, cer-  
tius peruenire possemus. Eadem ergo, quæ  
in sensum nostrum diuina inspiratione vene-  
runt, frequens etiam fratrum firmavit as-  
sentio. In primis itaque providere debe-  
mus, ne dum speciem quandam cautionis  
tenemus, damnum regenerandarum inci-  
damus animarum. Quis enim ita sit suspi-  
cationibus suis deditus, vt verum esse defi-  
niat, quod omni manifestatione cessante,  
ex opinione ambigua suspicatur? Cum ita-  
que baptizatum se nec ille recordetur, qui  
regenerationis est cupidus, nec alter atte-  
stari de eo possit, quod nesciat consecra-  
tum, nihil est in quo peccatum possit ob-  
reperere, cum in hac parte conscientia suæ  
nec ille reus sit, qui consecratur, nec ille qui  
consecrat. Scimus quidem expiabile esse  
facinus, quoties iuxta hæreticorum dama-  
nata à sanctis Patribus instituta, cogitur ali-  
quis lauacrum quod regenerandis semel  
tributum est bis subire, Apostolica recla-  
mante doctrina, quæ nobis vnam prædicat  
in Trinitate deitatem, vnam in fide cō-  
fessionem, vnum in baptismate sacramen-  
tum. Sed in hoc nihil simile formidatur,  
quoniam non potest in iterationis crimen  
deuenire, quod factum esse omnino nesci-  
tur. Atque ideo, quoties persona talis inci-  
derit, sollicita primùm examinatione discuti-  
t, & longo tempore, nisi forte supremus  
finis immincat, indagate, vtrum nemo sit  
penitus, qui testimonio suo iuuare possit  
ignorantiam nescientis. Et cum constiterit  
hunc, qui baptismatis indiget sacramento,  
sola inaniter suspicione prohiberi, accedat  
intrepidus ad consequendam gratiam, cuius  
in se nullum scit esse vestigium. Nec ve-  
reamur huic salutis ianuam aperire, quam  
nunquam ante docetur ingressus.

B

De consec.  
distin. 4.  
Cum itaque  
baptismi.

P iij

## CAPVT II.

QVOD si ab hæreticis baptizatum quempiam fuisse constiterit, erga hunc nullatenus sacramentum regenerationis iteretur: sed hoc tantum, quod ibi defuit, conferatur, vt per Episcopalem manus impositionem virtutem sancti Spiritus consequatur. Quam rem, frater charissime, ideo generaliter ad omnium vestrum volumus peruenire noticiam: ne dum plus iusto metuitur, misericordia Dei saluari cupientibus denegetur. Data nono Calendas Nouembris, consulatū Martiani Augusti.

## Epistola XXXVIII. ad Martianum Augustum.

*Leo Episcopus Martiano semper Augusto.*

**L**ITERAS pietatis vestræ accepisse me gaudeo, & ad significationem totius prosperitatis pertinere cognosco, cum sermones vestri vos faciant integritate securos. Quantas itaque clementiæ vestræ gratias referamus, non ex verbis nostris, sed ex beneficiis vestris quæ Ecclesiæ contulistis, agnoscite: non ambigentes, qualem illum retributorem in omnibus habeatis, pro cuius estis tam pia religione solliciti, & qui vos (vt res ipsa demonstrat) ad hoc, vt fides Catholica ab insidiis inimicorum suorum defenderetur, elegit. Hæc à me nunc breuiter per fratris mei Anatolij Clericos pietas vestra dignanter accipiat. Pleniora autem de omnibus, quæ ad curam meam pro statu Ecclesiarum, & concordia pertinet Domini sacerdotum, per Legatos nostros scripta direximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo consule.

## Epistola XXXIX. ad Pulcheriam

Augustam, in qua gratias agit, quod Nestorianam & Eutychi-  
nam hæresim fidei defensione destruxerit.

*Leo Episcopus vrbis Romæ, Pulcheria  
Augusta.*

**Q**UOD semper de sancta pietatis vestræ mente præsumpsimus, id plenissimè experiendo cognouimus, Christianam fidem (quamuis diuersis prauo-

rum appeteretur insidiis) vobis tamen presentibus, & in defensionem eius à Domino præparatis non posse turbari. Non enim Deus aut suæ misericordiæ sacramentū, aut vestri laboris deserit meritū: quod dudū subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiæ depulistis, cum hæresim suā tueri impietas Nestoriana non potuit, quia nō sefellit famulam & discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mēdacia. De quo virtutū agone processit, vt per sollicitudinem vestram ea, quæ per Eutychem diabolus molitus est, non laterēt, & qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant, vna Catholici fidei virtute procumberēt. Secunda ergo hæc vobis, de perēpto Eutychetis errore victoria est, quæ si quid sani cordis habuisset, dudum in auctoribus suis perculsum, olimq; prostratū, facile potuerat declinare, ne de sepultis cineribus rediuiua tentaret incendia cōmouere, vt in eorum transfret consortiū, quorum securus esset exemplum, gloriosissima Augusta. Libet igitur exultare cum gaudio, & pro vestræ clementiæ prosperitate, digna Deo vota persolvere: qui tibi per omnes mundi partes, in quibus Domini Euangeliū prædicatur, duplicem iam & palmā cōtuli, & coronā. Clemētia igitur vestra agnoscat omnem Romanam Ecclesiam de vniuersis fidei vestræ operibus plurimum gratulari: siue quod legationem nostram pio per omnia adiuuistis affectu, & quod sacerdotes Catholicos, qui de Ecclesiis suis iniusta fuerunt eiecisti sententia, reduxistis, siue quod reliquias sanctæ memoriæ Flauiani innocētis, & Catholici Sacerdotis ad Ecclesiam (cui bene præfuit) fecistis cum honore debito reuocari. In quibus vtique omnibus gloriæ vestræ multiplicatur augmentum, dum & sanctos pro suis meritis veneramini, & ab agro Dominico spinas & tribulos vultis auferri. Quosdam sane Episcopos de his, qui rebus impiis videntur præbuisse consensum, reconciliationem reponere, & Catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum, quàm fratris & Coepiscopi mei Anatolij, cui testimonium ferre dignamini, relatione cognouimus: quorum desideriis sic præbeamus effectum, vt correctis, & quæ malè sunt facta, propria subscriptione, damnantibus, participata nostrorum (quos misimus) cura cum supraddicto Episcopo, pacis gratia tribuatur: quia deuotionis vtrumque est Christianæ, vt & pertinaces veritas iusta cōerceat, & cōuersos charitas non repellat.

Quia verò nouimus, quatum piæ sollicitudinis Catholicis sacerdotibus mansuetudo vestra dignetur impendere, indicandum esse curauimus, fratrem & Coëpiscopum nostrum Eusebium nobiscum degere, & nostræ communionis esse consortem, cuius commendamus Ecclesiam, quam dicitur vastate, qui illi iniuste asseritur subrogatus: illud etiam à vestra pietate poscentes, quod vos spontaneo facere non dubitamus arbitrio, vt tam fratrem & Coëpiscopum meum Iulianum, quàm Constantinopolitanos Clericos, qui sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officiis adhæserè, ea, qua deberis, gratia faueatis. De omnibus verò pietatem vestram per nostros, quid fieri aut declinari deberet, instruximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo Consule.

Asumpsimus, seriem necessariis (sicut oportuit) munitam subscriptionibus approbamus. Vt ergo inuicem dilectionis tuæ animus nostris confirmaretur alloquiis, filios nostros Casterium Presbyterum, Patricium & Asclepiadem Diaconos, qui ad nos tua scripta detulerunt, cum Epistolis nostris post venerabilem diem festi Paschalis remisimus: indicantes nos (vt supra diximus) de Constantinopolitanæ Ecclesiæ pace gaudere, cui hanc curam semper impendimus, vt eam nulla velimus hæreticorum fraude violari.

CAPVT II.

DE fratribus verò, quos & epistolis tuis, & Legatorum nostrorum relatione communionis nostræ cupidus esse cognouimus, eo quod doleant se contra potentiam, contraque terrores non tenuisse constantiam, sed alieno scelere præbuisse consentium, cum ita eos formido turbasset, vt in damnationem Catholici atque innocentis Antistitis, & in receptionem detestabilis prauitatis trepido famularentur obsequio: illud quidem quod præsentibus, & agentibus nostris constitutum est approbamus, vt suarum interim Ecclesiarum essent communionem contenti: sed cum Legatis nostris (quos misimus) participata tecum sollicitudine volumus disponatur: quatenus hi, qui plenè satisfactoribus malè gesta condemnant, & accusare magis se eligunt, quàm tueri, pacis & communionis nostræ vnitatem lætentur: ita vt digno prius anathemate, quæ contra ædem Catholicam sunt recepta, damnentur. Aliter enim in Ecclesia Dei, quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia: nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos Pontifex reconciliet, verus immaculati agni sanguis emundet. Qui licet in partis sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex virgine, sacramentum propitiationis exequitur, dicente Apostolo: *Christus Iesus, qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Neque enim potest in aliquo benignitas nostra reprehendi, cum satisfaciens recipimus, quos doluimus esse deceptos. Nec asperè igitur communionis nostræ gratia deneganda est, nec temerè largienda: quia sicut plenum pietatis est oppressis charitatem dominicam redhiberi, ita iustum est, omnia perturbationis authoribus imputari.

1. quæst. 1.  
In Ecclesia  
Dei quæ  
corpus.

Rom. 8.

EPISTOLA XL. AD ANATOLIVM CONSTANTINOPOLITANVM Episcopum.

Capita epistolæ sequentis.

- I. De fide eius, scriptis missis probata.
- II. De his, qui metu in hæresim lapsi sunt, vt si conuersi fuerint, recipiantur.
- III. De nominibus hæreticorum ad altare non recitandis.
- IIII. De commendatione Iuliani Episcopi, vel eorum Clericorum, qui Flauiano Episcopo fide adhæserunt.

Leo Episcopus, Anatolio Episcopo.

CAPVT I.



AVDEMVS in Domino, & in dono gratiæ ipsius gloriamur, quia sicut dilectionis tuæ literis, & fratrum nostrorum, quos Constantinopolim miseramus, relatione cognouimus, sequacem te Euangelicæ eruditionis ostendis: vt per Sacerdotis probabilem fidem metitò præsumamus, quod tota Ecclesia eidem credita, nec rugam cuiusquam sit erroris habitura, nec maculam, dicente Apostolo: *Respondi enim vobis vni viro, virginum castam exhibere Christo.* Illa est enim virgo Ecclesia, sponsa vnius viri Christi, quæ nullo se patitur errore vitari: vt per totum mundum vna nobis sit vnius castæ communionis integritas, in qua societatem tuæ dilectionis amplectimur, & gestorum, quæ

1. Cor. 11.

## CAPVT III.

**D**E nominibus autem Dioscori, Iuuenalis, & Eustachij ad sacrum altare non recitandis, dilectionem tuam hoc decet custodire, quod nostri ibidem constituti faciendum esse dixerint, quodque honorandæ S. Flauiani memoriæ non repugnet, & à gratia tua Christianæ plebis animos non auertat. Nā iniquum nimis est atque incongruum, eos qui innocentes & Catholicos sua persequutione vexarunt, sanctorum nominibus sine discretionem misceri, cum damnatam impietate non deserentes ipsi se sua prauitate condemnent, quos conuenit, aut percelli pro perfidia, aut laborare pro venia.

## CAPVT IV.

**F**ratrem verò, & Coëpiscopum nostrum Iulianum, & Clericos, qui sanctæ memoriæ Flauiano fidelibus officiis adhæserunt, dilectioni quoque tuæ volumus adhæretere: vt quem fidei suæ meritis viuere apud Deū nostrum nouimus, in te sibi eum præsentem esse agnoscant. Illud quoque dilectionem tuam nosse volumus, fratrem & Coëpiscopum nostrum Eusebium, qui causa fidei multa discrimina, laboresque tolerauit, nobiscum interim demorari, & in nostra nunc communionem persistere, cuius Ecclesiam tua sollicitudine volumus esse defensam: vt nihil eodem absente depereat, & nullus ei in aliquo præiudicare præsumat, donec cum literarum nostrarum ad vos prosecutione perueniat. Et vt maior circa te vel nostra, vel totius Christianæ plebis affectio prouocetur, hoc quod ad dilectionem tuam scripsimus, in omnium volumus notitiam peruenire: vt qui Deo nostro deseruiunt, de confirmata apud te pace Sedis Apostolicæ gratulentur. De cæteris verò causis atque personis dilectio tua literis, quas per nostros accipiet plenius instruetur. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola XLI. ad Iulianum Episcopum.

*Leo Episcopus Iuliano Episcopo.*

**I**TERAS fraternitatis tuæ per filios nostros Constantinopolitanos Clericos, nuncias tuæ salutis accepi: quibus te magnis tribulationibus grauatum fuisse significans, cum utique non defuerit

A materia sollicitudini & laboribus, quæ inter procaces Catholicæ fidei aduersarios, in hærentem veritati animum fatigaret, idque (vt scribis) fuerit animo, vt per occasionem necessitatis, & nobis te, & patriæ præsentares. Quod verum futurum speraueram, vt apertius omnium hæreticorum ambages tuo ore cognoscerem. Sed gratias Deo, quod ita incolumitas tua & Ecclesiæ causa profecit, vt liberum tibi fuerit apud eos interim degere, quorum nobis probabilis consensu innotuit, sicut & fratris Anatolij scripta profitentur, & gesta, quæ apud ipsum coram nostris sunt confecta, demonstrant fratribus remeantibus. Ergo prædictis salutationibus vicissitudinem reddo, & vt contra falsitatis astutias perseverantem diligentiam teneas, fidenter exhortor, cum tibi ad hoc, & tuus animus, & nostra authoritas suffragetur. Quoniam licet de multis meliora indicata sint, quod scilicet doleant se deceptos, & damnata perfidia cum authoribus suis, gratiam nostræ communionis exposcant, quod nos aded libenter accepimus, reddituri his hanc, quam desiderant, communionem, cum promissa compleuerint: tamen quosdam persistere in sua obduratione cognouimus, quos oportet districtius comprimere, si nequeunt benignitate sanari. Ad quam rem nostros post diem venerabilem dirigemus, qui tecum participato consilio, ea quæ à nobis constituta fuerint, exequantur. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola XLII. ad Martianum Augustum, in qua pro conseruatione Catholicæ fidei illi congratulatur.

*Leo Episcopus Romana Ecclesie, Martiano semper Augusto.*

**Q**UAMVIS per Constantinopolitanos Clericos ad pietatē vestrā ante rescripserim, sumptis tamen clementiæ vestræ literis per virum illustre præfectum vobis filium meum Tatianum, magnā materiā gratulationis accepi: quia studiosissimos vos Ecclesiasticæ pacis agnouit. Cui sancto desiderio, digna æquitate confertur: vt quem statum esse cupitis religionis, eundem habeatis & regni. Nam inter Principes Christianos, Spiritu Dei confirmante concordiam, gemina per totum mundum fiducia roboratur: quia profec-

ctus charitatis & fidei, vtrorumque armorum potentiam insuperabilem facit, vt propiciato per vnam confessionem Deo, simul & hæretica falsitas, & barbara destruaturs hostilitas, gloriosissime imperator. Aucta igitur per imperialem amicitiam spe cœlestis auxilij, confidentius pietatem vestram pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo: ne cuiusquam procaci, impudentique versutia quasi de incerto, quid sequendum sit, sinatis inquiri. Et cum ab Euangelica, Apostolicaque doctrina ne vno quidē verbo liceat dissidere, aut aliter de scripturis diuinis sapere, quam beati Apostoli & Patres nostri didicerunt atque docuerunt, nunc demum indisciplinae moueantur & B impie quæstiones, quas olim mox, vt eas per apta sibi corda diabolus excitauit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit. Nimis autem iniquum est, vt per paucorum insipientiam ad coniecturas opinionum & ad carnalium disceptationum bella, prouocemur: tanquam reparata disceptatione tractandum sit, vtrum Eutychemis impie senserit, & vtrum impie Dioscorus iudicarit, qui in sanctæ memorie Flauiani condemnatione se perculit, & simpliciores quosque, vt in eandem ruinam prouoluerentur, impexit: quorum multis iam (vt cognouimus) ad satisfactionis remedia C conuersis, & veniam de inconstanti trepidatione poscentibus, non cuiusmodi sit fides tenenda tractandum est, sed eorum precibus qualiter annuendum. Vnde piissimæ sollicitudini vestræ, quam de indicenda Synodo habere dignamini, per legationem, qua confestim ad clementiam vestram, Deo annuente, perueniret, quicquid ad causæ utilitatem arbitror pertinere, plenius atque opportunius suggeretur. Data nono Calendas Maij, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola XLIII. ad Martianum Augustum, de directa vocis suæ legatione Constantinopolim pro Chalcedonensi Concilio faciendo.

Leo Episcopus Martiano Augusto.

CAP. I.



**P**ROSPICERAM quidē à gloriosissima clementia vestra, vt Synodum quam ad reparandam Orientalis Ecclesiæ pacem, à nobis etiam petitam, necessariam iudicatis, aliquantisper differri ad tempus opportunius iuberetis: vt

A liberioribus ab omni perturbatione animis, hi quoque Episcopi, quos hostilitatis metus detinet, conuenirent. Sed quia pio studio humanis negociis diuina præponitis, & rationabiliter ac religiosè regni vestri viribus creditis profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus dissonantia, nulla sit in euangelij prædicatione discordia: ego etiam vestris dispositionibus non renitor, optans, vt omnium cordibus Catholica fides, quæ non potest nisi vna esse, firmeretur. A cuius integritate & Nestorius antea, & nunc Eutyches, diuersis quidem callibus, sed impietate non impari deuiarunt: abominandi profus in persuasionibus suis, quas contra syncerum veri luminis fontem, de cœnosis lacubus diabolicæ falsitatis hauserunt. Prior itaque Synodus Ephesina Nestorium cum dogmate suo merito iustèque damnauit: & quisquis in illo errore persistit, ad nullius potest spem remedij peruenire. Sequens verò in prædicta ciuitate non potest vocari Concilium, quod in euerfionem fidei fuisse constat agitatum: quodque vestra clementia amore veritatis, Catholicis ad futura, aliud statuendo, cassabis, gloriosissime Imperator. Vnde per ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, qui regni vestri est auctor & rector, obtestor & obsecro clementiam vestram: vt in præfenti Synodo fidem quam beati Patres nostri ab Apostolis sibi traditam prædicarunt, non patiamini, quasi dubiam retractari: & quæ olim maiorum sunt autoritate damnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari. Illudque potius iubeatis, vt antiquæ Nicenæ Synodi constituta, remota hæreticorum interpretatione permanerent. Nec me quoque (vt voluit vestra clementia) ab illo credatis abesse Concilio, cum in his fratribus, quos direxi, id est, Paschasino & Luculentio Episcopis, Bonifacio & Basilio Presbyteris, & in fratre meo Iuliano, quem eorum volui esse participem, etiam mea sit æstimanda præsentia. Quos, auxiliante Christo, ita acturos esse confido, vt ea quæ Domino nostro placeant, decernantur, accedente pietatis vestræ studio, quod & paci proficit religionis, & custodiæ veritatis. Data sexto Calendas Iunij, Adelphio viro clarissimo Consule.

CAP. II.

Obtestatio grauissima.

Epistola XLIV. ad Martianum Augustum, vbi inter cætera pro defensione fidei Imperatori gratulatur.

*Leo episcopus Mariano Augusto.*

CAP. I.

**M**ULTAM mihi fiduciam scribendi ad clementiam vestram, & literæ vestræ quas veneranter accepi, & Coepiscopi mei reuertentes à Constantinopoli præbuerunt, non sola assertionem verborum, sed ipsis iam operum effectibus demonstrâtes, ad defensionem Catholicæ fidei diuinum in vobis vigere præsidium. Quo utique non solum Ecclesiæ status, sed etiam vestri robur munitur imperij: vt meritò eius expectetis protectionem, cuius colitis religionem & veritatem, gloriosissime Imperator. Nam vt & fratris mei Anatolij citius manifestaretur integritas, & olim damnati erroris rediuius assertor locum in Christi Ecclesia non haberet, vt Catholici Episcopi, quos nuper hæreticorum persecutio deprauare non potuit, ab iniustis reuocarentur exiliis, vtque reliquiis beatæ memoriæ Flauiani digno honore susceptis, impietatem suam condemnator eius agnosceret: vestræ virtutis titulus, vestræ pietatis est fructus. Cui confido & aliarum insignia accumulanda palmarum, vt sicut Constantinopolitana Ecclesia, recepta Apostolicæ fidei libertate, lætatur: ita omnes regni vestri prouinciæ emundatas se esse à diabolici dogmatis contagio gloriantur. Vt ergo præcedentibus literis indicaui, fratres meos Lucentium Episcopum, & Basilium Presbyterum, qui sollicitudinis meæ partes possint implere, direxi: fauori eos pietatis vestræ in omnibus, quæ sunt agenda, commendans. Nam cum & fratris mei Anatolij scriptis, & nostrorū sermone cognouerim, multos de his, qui apud Ephesum Dioscori factione compulsi, detestabilibus statutis præbuere consensum, pœnitendo in constantiæ suæ veniam postulare, & communionem Catholicam per satisfactionem correctionis expeterè: non fuit talium negligenda conuersio, qui non proprio sensu, sed impij præsumptoris impulsu in hæc incidisse noscuntur, in quibus liberum non habuere iudicium. Ne igitur vel respicientium desideria mora longior fatigaret, vel incuriosa facilitas temerè aliquos & sine discretionem susciperet, iniunctum est ab Apostolica Sede directis: vt in consortium

CAP. II.

A suæ deliberationis acçito Constantinopolitanæ vrbs Antistite, & pestilentia contra-  
gia non admittantur, & sanitatis remedia non negentur. Quæ industria in omnibus, quæ nequiter gesta sunt, emendandis, celerem (iuuante Domino) consequetur effectum, si reparationi pacis Ecclesiasticæ opæ suam vestra pietas dignetur adiungere: vt vobis in terra regnantibus, & Dei regnum intra vos habere mereamini, & Catholicam fidem nulla falsitas violet, nulla hæresis inquietet, nec cuiquam liceat doctrinam Euangelicam deserere, & sacerdotali honore gaudere. Synodum verò fieri, vt meminit clementia vestra, etiam ipsi poposcimus. Sed sacerdotes prouinciarum omnium congregari præsentis temporis necessitas nulla ratione permittit: quoniam illæ prouinciæ, de quibus maximè sunt euocandi, inquietante bello ab Ecclesiis suis eos non patiuntur abscedere. Vnde opportuniori tempore, propiciante Domino, cum firmior fuerit restituta securitas, iubeat vestra clementia reservari. De qua re plenius inter cætera apud pietatem vestram poterunt allegare, quos misi. Data \* quinto Idus Iunij, Adelphio viro clarissimo Consule.

Causa designatur, prohibens celebrare Concilium.

Septimo Idus.

Epistola XLV. ad Pulcheriam Augustam.

*Leo episcopus Pulcheria Augusta.*

**R**ELIGIOSAM pietatis vestræ sollicitudinem, qua vniuerso mundo, Deo inspirante, consulitis, crebrioribus alloquiis incitare præsumo: vt operum vestrorum profectum necessaria perfectio subsequatur, ac sicut de statu Constantinopolitanæ Ecclesiæ gratulamur, cuius & Sacerdos & populus Catholicæ puritatis fidem iam tenere cognoscitur: ita etiam aliorum concurs nobiscum sit de Verbi incarnatione confessio. Vnde quod facturum me aliis literis indicaueram, Episcopum, & Basilium Presbyterum fratres meos dirigere præparavi, qui dispositiones meas, fratris mei Anatolij deuotione sociata, secundum eas, quas acceperunt regulas, exequantur. Sicut enim prædicti Episcopi scriptis, & Clericorum eius suggestionem parfactum est, multa sunt, quæ indulgentius sunt curanda, multa quæ iustius coercenda: vt in causa tantæ perturbationis, nec distinctio nimis sit aspera, nec remissio parum cauta, cum aliud satisfaciendum, aliud pertinacibus debeatur. Offeritur ergo pietati ve-

CAP. I.

CAP. II.  
stræ

stræ digna materia, quæ placitam Domino A curam sancti cordis exercent, & præcedentium meritorum coronas etiam de presentis erroris abolitione multiplicet. Sicut enim Nestoriana impietas, ita & Eutychniana blasphemia ab omnino est Catholicorum eliminanda consortio. Quia tam impium est, consubstantiali & consensu patri filij deitatem, etiam ex utero virginis matris partu editam negare corporeo, quam unam in Dei filio post Incarnationis sacramentum affirmare naturam: ut scilicet aut humanitas eius refutetur, aut deitas cum unione utriusque essentiae, nec altera sit in alterutram versa, nec assumpta in assumptam B finita. Sed & Verbi incommutabilitas, & carnis atque animæ veritas maneat inseparabiliter in unitate personæ, quod qui testificante lege, credentibus Patriarchis, annuentibus Prophetis, prædicante Euangelio, docentibus Apostolis, & toto mundo confitente non credunt, extra sacramentum corporis Christi, extra unitatem sunt nominis Christiani. C

Cap. III. Quorum sicut ruinam dolemus, ita perfidiam detestamur. Ut autem circa talium personas syncerum seruetur ubique iudicium, & aliud correctis, & aliud pertinacibus rependatur, vestra pietas nostros, qui ab Apostolica Sede sunt missi, fouere dignetur: eorumque omnes, quas inuinximus, adiuuet actiones, quod citius ac facilius, auxiliante Domino, quæ ad vestram gloriam, & ad totius Ecclesiæ pacem proficiant, exequantur. De Eutyche autem totius scandali & prauitatis auctore, hoc clementia vestra præcipiat, ut ab eo loco qui Constantinopolitanæ urbi nimis vicinus est, longius transferatur: ne frequentioribus solatiis eorum, quos ad impietatem suam traxit, vratur. Monasterio quoque ipsius, cui perniciosè, indignèque præfedit, Catholicum Abbatem iubere præponi: qui illam seruorum Dei congregationem & à prauo dogmate liberare, & institutis veritatis possit imbucere. Data Idibus Iunij, Adelphio viro clarissimo Consule. D

Epistola XLVI. ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum de his, qui hereticorum erroribus metu, non voluntate implicantur, ut per satisfactionem in Ecclesia suscipiantur.

*Leo Episcopus, Anatolio Episcopo in Domino salutem.*

I E T sperem dilectionem tuam ad omne opus bonum esse deuotam, ut tamen efficacior tua possit fieri industria, necessarium & congruum fuit, fratres meos Lucentium Episcopum, & Basilium Presbyterum (ut promissimus) destinare: quibus tua dilectio societur, ut nihil in his, quæ ad vniuersalis Ecclesiæ statum pertinet, aut dubiè agatur aut segniter: cum residentibus vobis, quibus executionem nostræ dispositionis iniunximus, ea possint agi cuncta moderatione, ut nec benevolentiae partes, nec iustitiæ negligentur, sed absque personarum acceptione diuinum in omnibus iudicium cogitetur. Quod ut recta obseruantia valeat custodiri, Catholica primitus fidei seruetur integritas, & quia per omnia angusta & ardua via est, quæ ducit ad vitam: neque in sinistram, neque ad dexteram ab eius tramite deuietur. Et quia Euangelica & Apostolica fides omnes expugnat errores, & ab vno latere Nestorium deiicit, ab alio Eutychem & participes eius elidit, hanc regulam memento te seruadam: ut quicumque in illa synodo, quæ nomen synodi nec habere potuit, nec meretur, & in qua malevolentiam suam Dioscorus, imperitiam autem Iuuenalis ostendit, dolent, ut dilectionis tuæ relatione comperrimus, se metu victos, & terrore superatos, ad consensum scelestissimi iudicij potuisse compelli, & communionem Catholicam obtinere desiderant, satisfactioni eorum pax fraterna præstetur: ita ut non dubiis professionibus Eutychem cum suo dogmate, cumque consortibus suis anathematis execratione condemnent. De his autem, qui in hac causa grauius peccauerunt, & ob hoc superiore sibi locum in eadem infelici Synodo vindicarunt, ut humilium fratrum simplicitatem arrogantiae suæ præiudiciis aggrauarent: si forte respiciunt, & à facti sui defensione cessantes, in condemnationem propriam conuertuntur erroris, horum si satisfactio talis accedit, quæ non refutanda videatur, maturioribus Apostolicæ Sedis consiliis reseruetur, ut examinatis omnibus atque perpenfis, de ipsis eorum actionibus quid constitui debeat, æstimetur. Neque prius in Ecclesia, cui te Dominus voluit præsidere, cuiusquam talium (ut ante iam scripsimus) nomen ad altare recitetur: quàm quid de eis constitui debeat rerum processus ostendat. De commonitorio vero, à Clericis dilectionis tuæ nobis oblato, necessarium non fuit epistolis quid videretur, inferere: cum sufficeret Legatis cuncta committi, quorum sermone ex omnibus diligentius instrueris.

Annitere igitur frater charissime, ut quæ Ecclesiæ Dei congruunt, fideliter & efficaciter cum his fratribus, quos tantæ rei idoneos auctores elegimus, exequaris: præsertim cum ipsa vos causæ ratio, spēsque diuini auxilij cohortentur, & clementissimorum Principum tam sancta sit fides, tam religiosa deuotio, ut in eis non solum Christianum, sed etiam sacerdotalem experiamur affectum. Qui utique pro ea pietate, qua se Dei famulos esse gloriantur, omnes suggestiones vestras fidei Catholicæ profuturas, dignatè accipiēt, ut ipsorum quoque ope, & pax Christiana reparari, & error impius possit aboleri. Ac si de aliquibus amplius fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur: ut pertractata qualitate causarum, nostra quid obseruari debeat, sollicitudo constituat. Data quinto Idus Iunij, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola XLVII. ad Synodum Chalcedonensem, vbi hortatur per Legatos suos Dei sacerdotes, ut secundum scripturas cuncta disponent.

*Leo Episcopus vrbis Romæ, sanctæ Synodo apud Chalcedonem constituta.*

CAP. I.



PTAVERAM quidem, dilectissimi, pro vestri charitate collegij, omnes Domini Sacerdotes in vna Catholicæ fidei deuotione persistere, nec quenquam gratia aut formidine potestatum secularium deprauari, ut à via veritatis abscederet. Sed quia multa sæpe, quæ poenitentiam possint generare, proueniunt, & superat culpas delinquentium, misericordia Dei, atque ideo suspenditur vitio, ut possit locum habere correctio, amplectendum est clementissimi Principis plenum religione consilium: quo sanctam fraternitatem vestram ad destruendas insidias diaboli & ad reformandam ecclesiasticam pacem voluit conuenire, beatissimi Petri Apostoli iure atque honore seruato, adeo ut nos quoque suis ad hoc literis inuitaret, ut venerabili Synodo nostram præsentiam præberemus, quod quidem nec necessitas temporis, nec vlla consuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paschasino & Lucentio Episcopis, Bonifacio & Basilio Presbyteris, qui ab Apostolica Sede di-

recti sunt, me Synodo vestra fraternitas existimet præsidere, nec seiunctam à vobis presentiam meam confidat, qui nunc in vicariis meis adsum, & iamdudum fidei Catholicæ prædicatione non desum: ut qui non potestis ignorare, quid ex antiqua traditione credamus, non possitis dubitare, quid cupiamus. Vnde, fratres charissimi, reiecta penitus audacia disputandi contra fidem diuinitus inspiratam, vana errantium infidelitas conuiescat, nec liceat defendi quod non liceat credi: cum secundum Evangelicas auctoritates, secundum Propheticas voces, Apostolicamque doctrinam plenissimè & lucidissimè per literas, quas ad beatæ memoriæ Flavianum Episcopum misimus, fuerit declaratum, quæ sit de sacramento Incarnationis Domini nostri Iesu Christi pia & sincera confessio. Quia verò non ignoramus, per prauas æmulationes, multarum Ecclesiarum statum fuisse turbatum, plurimòsque Episcopos, \* qui hæresim non receperunt, sedibus suis pulsos, & in exilia deportatos, atque in locum superstitum alios substitutos: vulneribus his primitus adhibeatur medicina iustitiæ, nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis, cum si (ut cupimus) errorem omnes relinquunt, nemini quidem peritè honor debeat: sed illis, qui pro fide laborauerunt, cum omni priuilegio oporteat ius proprium reformari. Prioris autem Ephesinæ Synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrillus Episcopus tunc præsedidit, contra Nestorium specialiter statuta permaneant: ne tunc damnata impietas, ideo sibi in aliquo blandiatur, quia Eutychesi iusta execratione percellitur. Puritas enim fidei atque doctrinæ, quam eodem, quo sancti Patres nostri, spiritu prædicamus: & Nestorianam, & Eutychianam, cum suis authoribus condemnat pariter & persequitur prauitatem. Data quinto Calendas Iulij, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola XLVIII. ad Anatolium Episcopum.

*Leo Episcopus, Anatolio confratri.*



D declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutychiana labefactauit insania, laudabilem curam filij nostri Basilius

Romanus  
Pontifex  
præsidet  
Concilij.

CAP. II.

CAP. III.

quis.

& Ioannes Presbyteri suæ æstimationis habuerunt: ut inter pugnantia dogmata falsitatis vera Catholicæ fidei pace gauderent. Si quidem longinquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in Apostolica Sede patefacere: damnantes utramque hæresim, quarum supra fecimus mentionem, & de Incarnatione domini nostri Iesu Christi non aliud recipiētes, quàm quod, instructe sancto Spiritu, & didicimus, & docemus. Per hos ergo, frater charissime, cum testimonio nostro ad propria reuertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direximus: fidenter orantes, ut qui gratia Apostolicæ communionis ornantur, etiam tuo favore per omnia se gaudeant adiuuari. Data decimotertio kalendas Iulij, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola XLIX. ad Martianum Augustum.

*Leo Episcopus Martiano semper Augusto.*

**R**EDEBAMVS clementiam vestram id desiderio nostro posse præstare, ut præsentis necessitate respecta, differri ad opportunius tempus sacerdotalem Synodum iuberetis: ut vocatis de cunctis prouinciis sacerdotibus, verè posset esse vniuersale Concilium. Sed quia vos amore Catholicæ fidei cōgregationem nunc fieri voluistis, ne deuoto obuiare viderer arbitrio: fratrem & Coepiscopum meum Paschasinum de ea Prouincia, quæ videtur esse securior, euocatum, qui vicem præsentis meæ possit implere, direxi, Bonifacio fratre nostro & Compresbytero sociato, & his, quos antea miseramus, adiunctis, consortem illis fratrem quoque meum Iulianum addentes Episcopum. Quos ea moderatione vniuersa, Domino auxiliante, credimus esse gesturos: ut quæcunque in querelam perturbationemque venerunt, ad vnitatem pacis & fidei, compressa omni dissensione reuocentur: nec vllum in aliquorum cordibus sacerdotum, vel Nestorianæ, vel Eutylianæ impietatis vestigium relinquantur, quoniam Catholica fides, quam instructe nos Spiritu Dei, per sanctos Patres à beatis Apostolis didicimus & docemus, neutrum subreperere permittet errorem. Si quid ergo morborum, si quid est vulnere, quod syncera possit correctione curari, ut ad

A veram sanitatem reuocetur, optamus. Quæ nunc utique non erunt dubia, nec cuiusquam simplicitati deinceps nocitura: si nullus se excusationibus voluerit obumbrare, cum absolutionem peccati non obtineat nisi vera confessio. Quia verò quidam de fratribus (quod sine dolore non didicimus) contra turbines falsitatis non valere Catholicam tenere constantiam, prædictum fratrem & Coepiscopum meum vice mea Synodo conuenit præsidere: Certus sum enim quod absque odio & gratia ibidem ab his, quibus hoc commissimus, laboretur, ut cum solius hæreticæ impietatis excidio, in omnibus Ecclesiis Dei veritas regnet & charitas. Data sexto kalendas Iulij, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola L. ad eundem Martianum Augustum.

*Leo Episcopus, Martiano Augusto.*

**A**NCTVM clementiæ vestræ studium, quo ad reparationem pacis Ecclesiasticæ Synodum habere voluistis, adeo libenter accepi: ut quâuis eam fieri intra Italiam poposcissem, & aptius expectari tempus optassem, quo scilicet plurimi possent Episcopi etiam de longinquis prouinciis euocari, mox tamen, ut mihi pietatis vestræ scripta sunt tradita, & Bonifacium de Compresbyteris meis ab vrbe direxerim, & de Episcopis fratrem meum Paschasinum de Sicilia fecerim nauigare, qui vicem meam sufficienter implerent, datis per eosdem epistolis ad eos qui Legationem ante susceperant, ut ipsi quoque prædictis ad implendas partes meæ præsentis iungerentur. Vnde quamuis nimis artus dies Synodo fuerit constitutus, spero tamen ad futurum omnipotentis auxilium, quo omnes valeant ad præfinitum tempus occurrere: & vnanimiter cum sanctæ fraternitatis assensu, quæ vniuersali Ecclesiæ congruant, definire. Compressa enim, vel remota inquietudine ac prauitate paucorum, faciliè firmabitur probanda concordia: si in eam fidem quam Euangelicis & Apostolicis prædicationibus declaratam, per antiquos Patres nostros accepimus & tenemus,

Semel defini-  
nita nō sunt  
in dubium  
vocanda.  
Ephes. 6.

quos patres nostros accepimus & tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cuiusquam retractationis admittenda, ne per vanam, fallacemque versutiam aut infirma videantur, aut dubia, quæ in ipso angulari lapide Christo fundata sunt & sine fine mansura, hoc nobis indefinenter orantibus, ut à sacramento singularis fidei nemo inueniatur alienus, sed damnata impietate hæreseos, nullum de perditione cuiusquam Catholica Ecclesia sentiat detrimentum. Quod autem pietatem vestram de his, per quos meas misi epistolas, obsecraui, nunc quoque simili fiducia precor: ut vice mea acturos, commendatos per omnia habere dignemini, quo facilius ac diligentius, quæ optimo fidei vestræ ordinata sunt studio, salubri implentur effectu. Data decimoquarto Calendas Augusti, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola L. I. ad Pulcheriam Augustam per Theosticum Magistrianum.

*Leo Episcopus, Pulcheriæ Augustæ salutem.*

CAP. I.

**R**ELIGIOSAM clementiæ vestræ sollicitudinem, quam Catholicæ fidei indefinenter impenditis, per omnia recognosco, & Deo gratias ago, quod tantam vniuersalis Ecclesiæ curam habere vos video: ut quod iustitiæ & benevolentiae congruere arbitror, confidenter insinuem, quo celerius, quæ propitio Christo pietatis vestræ studio irreprehensibiliter hætenus gesta sunt, ad gratulandum perducantur effectum. Quod ergo Synodum Chalcedonensem haberi clementia vestra præcepit, cum à me ut in Italia haberetur, mansuetudo vestra retineat postulatum, ut omnes nostrarum partium conuocati Antistites si securitas temporis suppeteret, conuenirent, adeo tamen non aspernante accipi: ut binos de Coepiscopis meis & Compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere sufficerent, etiam datis ad venerabilem Synodum congruentibus scriptis, quibus fraternitas aduocata cognosceret, quam formam serua re in hac diiudicatione deberet: ne vlla temeritas aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obuiaret. Sicut enim à principio huius causæ frequentissime scri-

CAP. II.

psi hanc inter discordes sensus & carnales æmulationes moderationem volui custodiri: ut integritati quidem fidei nihil euelli nihil liceret apponi, ad vnitatem verò, pacemque redeuntibus, remedium veniæ præstaretur. Quia tunc operum diaboli potentia destruantur, cum ad Dei proximique dilectionem hominum corda reuocantur. Sed quàm contraria tunc his monitis atque obsecrationibus meis acta sint, multum est explicare, nec opus est epistolari pagina comprehendere, quicquid in illo Ephesino non iudicio, sed latrocinio potuit perpetrari. Ibi primates Synodi, nec resistentibus sibi fratribus, nec consentientibus pepercerunt: cum ad infringendam Catholicam fidem, & ad execrabilem hæresim roborandam, alios privilegio honoris exuerint: alios consortio impietatis infecerint: sæuiores profecto in eos, quos persuadendo ab innocentia separabant, quàm in illos, quos beatos Confessores persequendo faciebant. Veruntamen quia tales sibi maximè sua iniquitate nocuerunt, & maioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina, nullis vnquam epistolis definiui etiam talibus, si respicerent, veniam denegandam. Et quamuis incomparabiliter inimicissimam Christianæ religioni hæresim detestemur, ipsos tamen, si corrigantur, & digna satisfactiones purificent, ab ineffabili misericordia Dei non iudicamus alienos: sed potius cum gementibus gemimus, cum flentibus flemus, & sic vtimur iustitia comotionis, ut non amittamus remedia charitatis. Quod sicut pietas vestra cognoscit, non verbis solis promittitur, sed etiam factis docetur. Siquidem penè omnes, qui in consensum præsidentium aut traducti fuerant, aut coacti, rescindendo quod statutum fuerat ab illis, & condemnando quod scripserant, perpetuam culpæ abolitionem, & Apostolicæ pacis gratiam sint adepti.

CAP. III.

Rom. II.

CAP. IV.

Si ergo clementia vestra propositum nostrum considerare dignetur, probabit me consilio cuncta gessisse, ut sine cuiusquam animæ detrimento, hæreseos tantum obtineretur extinctio, & ob hoc circa authores sæuissimum turbinum, quiddam consuetudinis minuisse, ut ad indulgentiam postulandam compunctione aliqua possit eorum tarditas excitari. Qui & si post illud iudicium suum tam impium, quàm iniustum non sunt Catholicæ fraternitati ita honorabiles, ut fuerant, suas tamè adhuc obtinēt sedes, & Episcopatus sui honore potiuntur: aut per veram & necessariam

satisfactionem pacem Ecclesiæ recepturi, aut si hæresim [quod absit] tuebuntur, professionis suæ merito iudicandi. Data decimo tertio kalendas Augusti, Adelphio viro clarissimo Consule.

Epistola Rauennij, aliorumque Episcoporum Gallorum, ad Leonem Papam, fidei eius, quam ad Orientem direxerat, laudes dicentium.

Domino verè sancto, merito in Christo beatissimo, & Apostolico honore digno, venerando Papæ Leoni, Rauennius, Rusticus, Venerius, Constantianus, Maximus, Armentarius, Florus, Sauius, Valerianus, Constantius, Nestarius, Maximus, Asclepius, item Maximus, Ursus, Ingenulus, Iustus, Valerianus, Superuentus, Crisaphius, Fonteius, Petronius, Hydacius, Etherius, Eulalius, Eutychius, Fraternalis, Venturus, Eugenius, Hilarius, Verus, Amandus, Geruntius, Proculianus, Iulianus, Heliadius, Armentarius, Honoratus, Hipartius, Amenius, Dinamius, Maximinus, Hyrnanthus & Palladius.

CAP. I.  
Epist. Episcoporum  
Galliæ e-  
gregia.

**R**ERLATA ad nos epistola beatitudinis vestræ, quam ad Orientem pro Catholice fidei assertionem misistis, optassemus & statim Apostolatu vestro pro tam immenso munere gratiarum actionem referre: nisi nobis difficultatem, qua in vnum celeriter non potuimus conuenire, vel spacia, quibus à nobis \* dispartati sumus, longa terrarum, vel aurarum, quæ in regionibus nostris præter consuetudinem fuit, intemperies attulisset. Det ergo Apostolatus vester nostræ veniam tarditatis, quæ non de ocio aut dissimulatione, sed de certa necessitate descendit: quæque à nobis, etsi celeritatis gratiam abstulit, exultandi tamen materiam auferre non potuit. Exultauimus itaque Christo propitio lectis beatitudinis vestræ literis, & omni instructione patefacta, omnes intra Galliæ constitutos, exultare mox fecimus: dolentes pariter pro his vobiscum, qui Catholice fidei lumine derelicto, errorum tenebras inciderunt. Quæ Apostolatus vestri scri-

dispartati.

CAP. II.

pta, ita vt Symbolum fidei, quisquis redemptionis sacramenta non negligit, tabulis cordis adscripsit, & tenaci, quod ad confundendos hæreticorum errores paratior sit, memoriæ commendauit. Multi itaque in ea gaudentes pariter & exultantes, recognouerunt fidei suæ sensum: & ita se semper ex traditione paterna tenuisse, vt vester Apostolatus exposuit, iure lætantur. Nonnulli sollicitiores facti, beatitudinis vestræ admonitione percepta modis omnibus se gratulantur instructos, datamque sibi occasionem gaudent, qua liberè ac fiducialiter suffragante etiam Apostolice Sedis auctoritate, eloquantur, & asserat vnusquisque quod credit. Quis autem Apostolatu vestro pro hoc tanto munere, quod non solum Galliæ, sed totum mundum, velut quibusdam preciosissimis gemmis ornauit, dignitas æstimet gratias posse perfolui? Doctrinæ post Deum vestræ debet quisque fidelis, vt constanter teneat, quod credebat, debet etiam infidelis, vt à perfidia sua, agnita veritate, discedat: & Apostolice institutionis luce perfusus, erroris sui tenebras derelinquat, magisque sequatur & credat, quod per os vestrum Dominus noster Iesus Christus de sacramento Incarnationis suæ docet, quam id teneat, quod diabolus humanæ salutis & veritatis inimicus instillat.

CAP. III.

Optassemus etiam ad filium vestrum, gloriosissimum ac fidelissimum Principem super eandem causam literas dare, quibus congratulantes fidei ipsius, humilitatis quoque nostræ sollicitudinem, qua vos in Christo sequitur, proderemus: nisi ad nos de Orientalibus partibus nuncio perlato, fieri hoc, minimè necessarium putassemus. Meritis autem Apostolatus vestri pius Dominus præstitit, vt hæresim, iam diu occultè nutritam, nostris temporibus proderet. Ad laudem enim sollicitudinis vestræ pertinet, quod malorum error latere non potuit: ad gloriose fidei ædificationem redundat, quod praua persuasio participes aut non inuenit, aut inueniens amisit. Respiciat itaque, conferuando Apostolatum vestrum, misericors Dominus & Ecclesiam suam, toto orbe diffusam. Vobis enim ita inuigilantibus, & hi qui curam animæ suæ gerunt, sollicitiores in fide redduntur: & hi qui paulò desides sunt, tanto ad sollicitudinem accenduntur exemplo. Quod nos ante oculos semper habentes, non desinemus Domino ac Deo nostro gratias agere & pariter supplicare: gratulan-

CAP. V.

tes, quod tantæ sanctitatis, tantæ fidei, tantæque doctrinæ Apostolicæ Sedis, vnde religionis nostræ, propitio Christo, fons & origo manauit, Antistitem dederit: petentes etiam, vt datum, concessumque munus Pontificij vestri, longissima ad ædificationem. Ecclesiarum suarum ætate custodiat. Nos autem etsi impares meritis, pari tamen fide, si quid (quod absit) contra Ecclesiam Catholicam prophana infestatione tentetur: parati sumus, confortate Domino, cum beatitudine vestra pro veritate fidei animas nostras ponere, & vitam hanc auctori salutis nostræ & largitori æternitatis impendere. *Et alia manu:* Ora pro me, domine beatissime, merito & Apostolico honore venerande Papa.

Rusticus Episcopus Apostolatam vestrum in Domino veneror & saluto, & vt digneris pro me orare, suppliciter rogo.

Venerius, te Dominum in Christo meum, reuerentissime saluto, & vt digneris pro me orare, suppliciter rogo.

Constantianus Episcopus beatitudinem vestram saluto. *Similiter & omnes Episcopi supra scripti salutauerunt.*

### Epistola LII. ad omnes Episcopos Galliarum de damnatione hæreticorum.

*Leo Romana vrbs Episcopus, Rauennio, Rustico, Venerio, Constantino, Maximo, Armentario, Floro, Sauino, Valeriano, Constantio, Asclepio, Nectario, Maximo, Vrso, Ingenulo, Iusto, Valeriano, Superuento, Crisaphio, Fonteio, Petronio, Hydacio, Etherio, Eulalio, Eutychio, Fraternali, Venturo, Eugenio, Hilario, Vero, Amando, Gerontio, Proculiano, Iuliano, Helladio, Armentario, Honorato, Hepartio, Ameno, Dinamio, Maximino, Hyrnanthio & Palladio, Episcopus per Gallias constitutus.*

CAP. I.  
An Christi  
454. qui  
fuit annus  
Pontificatus  
S. Leonis  
13. fuit  
scripta hæc  
epistola &  
3. sequentes.



PTASSEMVS quidem fraternitatis vestræ literas eo tempore, quo promiseratis, accipere, vt profecturis ad Orientem fratribus nostris, quos ad sanctam Synodum vice nostra pro Catholicæ fidei defensione dire-

ximus, etiam vestræ sententiæ professio iungeretur: Sed cum multa obstacula inopinata in vobis intulerint tarditatem, quamlibet seras, & diu expectatas epistolas per fratrem & Coepiscopum nostrum Ingenu- lum gratanter accepimus, easque cum gaudio recensentes probauimus, sicut confidebamus eruditione Spiritus sancti caelestem in vobis vigere doctrinam, quam in Orientalibus Ecclesiis versutia hostis antiqui, per eos, quos sequaces suos reperit, falsitasque fatigare conata est, cum Catholica fides, quæ nulla sui est parte mutabilis, per ipsas aduersantium exercitationes & validior efficiatur semper & clarior, operante hoc gratia Dei, vt si qui fortè ad hæc subtilia inimici iacula declinanda, minus erant instructi, minusque solliciti: perceptis veritatis armis, fieret contra impiorum mendacia fortiores. Quod ergo sicut causa poscebat, fiduciam nostram, quam de vobis habemus in Domino, fideliter atque obedienter auxistis, multa exultatione gaudemus. Et merito nos cognoscimus fratribus & Coepiscopis nostris Orientalibus intinuisse, quod secundum Evangelicam Apostolicamque traditionem de Incarnatione Domini nostri Iesu Christi, vna esset omnium nostrum, & indiscreta confessio, neque vllis eorum disputationibus detineri, vt aliter aliquid de summi & salutiferi sacramenti veritate sapiamus, quam ex prædicatione sanctorum Patrum, & ex autoritate incommutabilis Symboli didicimus ac docemus, damnatis ab vniuersali Ecclesia, & nunc Eutyche, & ante à Nestorio. Quorum si quis non ferendis impietatibus inhærere delegerit, ipse se à corpore Christianæ vnitatis abscidit. Non enim vltra iam cuiquam excusationis refugium de ignorantia, & inscitia, vel de intelligentiæ difficultate conceditur: cum hoc ipsum sexcentorum ferè fratrum, Coepiscoporumque nostrorum Synodus congregata, nullam artem ratiocinandi, nullum eloquium differendi contra fundamentum fidei inspiratæ permiserit, quoniam adnitentibus per auxilium gratiæ Dei fratribus, Vicariis nostris, quorum plenissima extitit in omni actione deuotio, non solum Sacerdotibus Christi, sed etiam Principibus, & potestatibus Christianis, cunctisque clericis, plebibus, ordinibus, plene atque euidenter apparuit, hanc esse verè Apostolicam fidem, ex diuinæ pietatis fonte manantem, quam syncceram, & ab omni fæce totius erroris alienam (sicut accepimus) prædicamus, & vniuerso iam mundo consentiente defendimus:

CAP. II.

C

D

extinctis toto orbe dogmatibus, quæ vel præcedens hæreticus ausus est inferre vel subsequens, dissimili quidem commento, sed impietate compari. Nam sicut Nestorius non est toleratus, affirmans beatam Mariam hominis tantummodo fuisse genitricem, qui postmodum sit à Verbo deitatis susceptus, duabus scilicet naturis & personis distinctis, vt neque ipse esset filius hominis, qui filius Dei, neque vnus Christus in vtraque natura, sed alter sempiternus ex patre, alter temporalis ex matre: cum Evangelica autoritas ita Verbum prædicet carnem factum, vt non duos Christos, nec duos filios, sed in vno Domino Iesu Christo, & Dei, & hominis nobis innuet veritatem, vt vtriusque substantiæ, id est, saluantis atque saluatæ, nec proprietates possit confundi, nec persona geminari. Sicut ergo Nestorius in suo dogmate execrabilis: sic & Euryches, damnatum olim sectatus errorem, alia prophanitate blasphemans, à Catholicæ soliditatis compage recessus est, quia indoctis quibusdam, nimiumque simplicibus persuadere tentauit, quod Verbum Dei ita sit caro factum, vt veram carnem de ventre virginis non sumperit, nec nostri illius generis corpus habuisse: sed diuinitatis eius & carnis, vna esset natura, vt vnum Dominum nostrum Iesum, & falsum hominem, & Deum diceret esse passibilem. Quod nec pietas fidei, nec ratio recipit sacramenti: vt aut in sua natura passibilis fuerit Deitas, aut in susceptione humana mentita sit veritas.

Quæ diabolicorum sensuum prodigiosa commenta, sancta nunc Synodus (humilitatis nostræ scriptis autoritate domini mei beatissimi Petri Apostoli & merito roboratis) religiosa vnanimitate consentiens abominando, ab Ecclesia Dei amputauit: Dioscorum quoque Alexandrinum, in sua impietate manentem, ne illa Ecclesia, quæ inter ipsa Evangelij principia beatum Marcum beatissimi Petri Apostoli discipulum in omnibus vtiq; doctrinis, doctoris sui magisterio consonantem habuit fundatorem, quæque postea recentioribus à nostra ætate temporibus Athanasium, Theophilum, & proximè Cyrillum probatissimos Præsules habuit, indignam captiuitatem sub hæretici dominatione pateretur. Vnde secundum magnam misericordiam Dei vniuersos diaboli conatus, quibus Ecclesiam Domini conturbare molitus est, noueritis esse destructos. Reddite igitur Deo gratias, fratres charissimi, & dignam gratiarum actionem, & oret nobiscum vestra dilectio,

vt fratres nostros, quos expectatio nostra desiderat, incolumes quàm primùm rediisse lætemur, & de omnibus, quæ Domino adiuuante sunt gesta, plenius vos possimus instruere. Nam fratrem Ingenulum nolumus hac expectatione tardari, cum ob hoc ipsum properantiùs remeare debuerit, ne diutius vobis esset incognita omnium materia gaudiorum, quæ volumus per curam dilectionis vestræ etiam ad fratres nostros Hispaniæ Episcopos peruenire, vt quod Deus operatus est, nulli possit esse incognitum. Data kalendis Februarij, Herculano viro clarissimo Consule.

Eusebij Mediolanensis Episcopi Epistola ad Leonem Papa, per quam fidei eius, quam ad Orientem direxerat, assertioni cum aliis Episcopis consentientibus subscripsit.

*Domino sancto & beatissimo patri  
Leoni, Eusebius Mediolanensis Episcopus.*

**R**

EVERSIS, Domino annuente, fratribus nostris, quos ad Orientem fidei causa, sollicitè prouida beatitudo vestra direxerat, decursisque literis, quas per eos tua sanctitas destinauit, omni exultatione in Christo releuatus sum, quòd effectum commissæ sibi legationis eisdem reportasse vestra pagina designauit. Nec mirum, quod Dominus noster Iesus Christus Catholicæ fidei, quam tenemus, maiestatis suæ gratiam, custodiãque præstiterit: quando vos veros cultos sui assertores in apostoli sui Sede præfulè collocauit, qui & recta sentire de Incarnationis Dominicæ sacramento, & eadè potestis rectiùs custodire. Admonitis ergo fratribus & coepiscopis meis, habitòque conuètu, vestrarum formã tenuimus literarum. Nunc recensens epistolã beatitudinis vestræ, in sacerdotum Domini Concilio, quã sanctus frater, & Coepiscopus noster Abundantius, & Compresbyter meus Senatus detulerant, agnitaque eorum narratione, sicut scripta vestra signauerant, rerum gestarum ordine continuo requisita recitataque epistola, quam fidei assertionem plenè digestam, ad Orientem dudum sanctitas vestra transmiserat, quæ ad nos, ex vestra admonitione, sancto fratre & Coepiscopo no-

stro Cyriaco mutuante peruenit, claruit A  
eam plenam fidei simplicitate fulgere, Pro-  
phetarum etiam assertionibus, Euangeli-  
cis autoritatibus, & Apostolicæ doctri-  
næ testimoniis, nitore quodam lucis ad ve-  
ritatis splendorem radiare, omnibusque sen-  
sibus conuenire, quos beatus Ambrosius,  
de Incarnationis Dominicæ mysterio, suis  
libris Spiritu S. excitatus inseruit.

CAP. III. Et quia omnia maiorum fidei, nobis an-  
tiquitus traditæ, tota puritate conueniunt,  
domine sancte & beatissime Pater, pla-  
cuit omnibus, quorum subscriptio subter  
annexa nomina poterit declarare, vt eos,  
qui impiè de Incarnationis Dominicæ sa-  
cramento sentiunt, quamuis intellectus sui B  
prauitate, à Catholicæ fidei veritate rece-  
dentes, seipfos dignos abiectione fecerint,  
suo etiam consensu, autoritatis vestræ  
præcedente sententia, damnatione congrua  
persequendos. Literatum ergo vestrarum  
formam secuti, modum præscriptæ ordi-  
nationis nos seruasse, his per fratrem &  
Coepiscopum meum Cyriacum missis o-  
stendimus, superesse vt annuente Domino  
perperuè retinentes, hoc futuris memora-  
bile seculis relinquatis, vt ab hoc tempore  
præfenti, extincta impiæ sectæ contumacia  
videatur, vt nouis purgationibus in æter-  
num prostrata succumberet. *Et alia manu:*  
Incolorem beatitudinem tuam summa di-  
uinitas adornet atque custodiat, domine  
sancte ac beatissime Pater.

CAP. IV. Eusebius Episcopus Mediolanensis Ec-  
clesiæ in omnia supradicta consensu & sub-  
scripti: anathema dicens his, qui de Incar-  
nationis Dominicæ sacramento impia sen-  
ferunt.

Ego Fauentius Episcopus Regiensis Ec-  
clesiæ in omnia supradicta consensu & sub-  
scripti: anathema dicens his, qui de Incar-  
nationis Dominicæ sacramento impia sen-  
ferunt.

Ego Maioranus Episcopus Ecclesiæ Pla-  
centinæ in omnia supra scripta consensu & D  
subscripti: anathema dicens his, qui de In-  
carnationis Dominicæ sacramento impia  
senferunt.

Ego Cyprianus Episcopus Ecclesiæ Bri-  
xillensis in omnia supra scripta consensu &  
subscripti: anathema dicens his, qui de In-  
carnationis Dominicæ sacramento impia  
senferunt.

Terdonanfis. Ego Quintus Episcopus Ecclesiæ \* Dor-  
tonensis in omnia supra scripta consen-  
su & subscripti: anathema dicens his, qui de  
Incarnationis Dominicæ sacramento im-  
pia senferunt.

Ego Crispinus Episcopus Ecclesiæ Tici-  
nensis in omnia supra scripta consensu &  
subscripti: anathema dicens his, qui de In-  
carnationis Dominicæ sacramento impia  
senferunt.

Ego Maximus Episcopus Ecclesiæ Tau-  
rinatis, in omnia supra scripta consensu &  
subscripti: anathema dicens his, qui de In-  
carnationis Dominicæ sacramento impia  
senferunt.

Ego Floreus Presbyter, iussus à præsen-  
te sancto Eulogio Episcopo meo Ecclesiæ  
Iporiensis, quia ipse propter infirmitatem  
subscribere non potuit, in omnia supra  
scripta consensu & subscripti: anathema di-  
cens his, qui de Incarnationis Dominicæ  
sacramento impia senferunt.

Ego Gradus Presbyter, directus ab Epi-  
scopo Euthasio Ecclesiæ Augustanæ, vice  
ipsum in omnia supra scripta consensu &  
subscripti: anathema dicens his, qui de In-  
carnationis Dominicæ sacramento impia  
senferunt.

Ego Cyriacus Episcopus Ecclesiæ Lao-  
denfis in omnia supra scripta consensu &  
subscripti: anathema dicens his, qui de In-  
carnationis Dominicæ sacramento impia  
senferunt.

Ego Abundantius Episcopus Ecclesiæ  
Comensis in omnia supra scripta consensu  
ac subscripti: anathema dicens eis, qui de  
Incarnationis Dominicæ sacramento im-  
pia senferunt.

Ego idem Abundantius, pro absente san-  
cto fratre meo Asimone, Episcopo Eccle-  
siæ Curienfis, vice ipsum in omnia supra  
scripta consensu & subscripti: anathema di-  
cens his, qui de Incarnationis Dominicæ  
sacramento impia senferunt.

Ego Paschasius Episcopus Ecclesiæ Ge-  
nuensis in omnia supra scripta consensu &  
subscripti: anathema dicens his, qui de In-  
carnationis Dominicæ sacramento impia  
senferunt.

Ego Pastor Episcopus Ecclesiæ Asten-  
fis, in omnia supra scripta consensu & sub-  
scripti: anathema dicens his, qui de Incar-  
nationis Dominicæ sacramento impia sen-  
ferunt.

Ego Simplicius Episcopus Ecclesiæ No-  
uariensis in omnia supra scripta consensu  
& subscripti: anathema dicens his, qui de  
Incarnationis Dominicæ sacramento im-  
pia senferunt.

Ego Ioannes Episcopus Ecclesiæ Cre-  
monensis in omnia supra scripta consensu  
& subscripti: anathema dicens his, qui de  
Incarnationis Dominicæ sacramento im-

pia fenserunt.

Ego Octavianus Episcopus Ecclesiæ Brianxianæ in omnia supra scripta consensit & subscripsit: anathema dicens his, qui de Incarnationis Dominicæ sacramento impia fenserunt.

Ego Iustianus Episcopus Ecclesiæ Vercellensis in omnia supra scripta consensit & subscripsit: anathema dicens his, qui de Incarnationis Dominicæ sacramento impia fenserunt.

Ego Quintius Episcopus Ecclesiæ Albingaensis in omnia supra scripta consensit & subscripsit: anathema dicens his, qui de Incarnationis Dominicæ sacramento impia fenserunt.

Ego Præstantius Episcopus Ecclesiæ Bergomatis in omnia supra scripta consensit & subscripsit: anathema dicens his, qui de Incarnationis Dominicæ sacramento impie fenserunt.

Epistola LIII. ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, ubi in primis de fide in Chalcedonensi Concilio laudat: deinde arguit, quod contra Nicenam Synodum Alexandrinam atque Antiochenam Ecclesias sibi subdere voluisset.

*Leo Episcopus, Anatolio Episcopo.*

CAP. I.



MANIFESTATO, sicut optauimus, per gratiam Dei lumine Euangelicæ veritatis, & ab vniuersali Ecclesia perniciosissimi erroris nocte depulsa, ineffabiliter gaudemus in Domino, quod creditæ nobis dispensationis labor ad desideratum peruenit effectum, sicut etiam epistolæ tuæ textus eloquitur, vt secundum Apostolicam doctrinam, id ipsum dicamus omnes, & non sint nobis schismata: Simus autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. In cuius operis deuotione gratulamur dilectionem tuam esse consortem: vt & corrigendis tua prodesset industria; & ab omni te deuantium participatione & factione purgares. Decessore enim tuo beatæ memoriæ Flauiano, propter defensionem Catholicæ veritatis eiectione, non immerito credebatur, quod ordinatores tui, contra sanctorum canonum constituta, viderentur sui similem consecrassent. Sed adfuit misericordia Dei, in hoc te dirigens

I. COL. I.

A atque confirmans: vt malis principiis bene vtereris, & non te iudicio hominum, sed Dei prouectum benignitate monstrares: Quod verè ita accipiendum est, si hanc diuini muneris gratiam alia offensione non perdas. Vitum enim Catholicum, & præcipue Domini Sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe scriptura sancta, *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua \* auertere*, multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus resistendum est, vt veræ continentie obtineatur integritas: cuius prima est labes superbia, initium transgressionis, & origo peccati. Quoniam mens potentie auida, nec abstinere nouit à veteris, nec gaudere concessis, dum inordinato prauoque processu, impunitarum transgressionum augmentur excessus, & crebrescunt culpæ, quæ toleratæ sunt studio fidei reparandæ & amore concordie.

Ecc. 18. vitare;

Post illa itaque ordinationis tuæ non inculcata principia, post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, doleo etiam in hoc dilectionem tuam esse prolapsam: vt sacratissimas Nicenorum canonum constitutiones conareris infringere: tanquam oportune se tibi hoc tempus obtulerit, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perdidit, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertie dignitatis amiserit, vt his locis iuri tuo subditis, omnes Metropolitanis Episcopis proprio honore priuentur. Quibus inauditis, & nunquam antè tentatis, ita præueniris excessibus, vt sanctam Synodum, ad extinguedam solum hæresim, & confirmationem fidei Catholicæ studio Christianissimi Principis cõgregatam, in occasionem ambitus trahas, & vt coniuentiam suam tibi det, impellas: tanquam refutari nequeat, quod illicitè voluerit multitudo, & illa Nicenorum canonum per Spiritum verè sanctum ordinata conditio in aliqua vnquã sit parte solubilis. Nulla sibi de multiplicatione congregationis Synodalia Concilia blandiantur, neque trecentis illis decem atque octo Episcopis quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparare se audeat vel præferre: cum tanto diuinitus priuilegio Nicena sit Synodus consecrata, vt siue per pauciores, siue per plures Ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus autoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. Nimis ergo hæc improba, nimis sunt praua, quæ sacratissimis canonibus inueniuntur esse contraria. In to-

CAP. II.

Niceni Concilij 6 &amp; 7. cap.

Niceni Concilij quantæ autoritas.

CAP. III.

eius Ecclesiæ perturbationem superba hæc Amenta voluisti, eliciendo à fratribus specie-  
 tendit elatio, quæ ita abuti voluit Concilio-  
 Synodali, vt fratres in fidei tantummodo-  
 negocio conuocatos, & definitione eius  
 causæ, quæ erat curanda, perfunctos, ad  
 consentiendum sibi, aut deprauando tradu-  
 ceret, aut terrendo compelleret. Inde enim  
 fratres nostri, ab Apostolica Sede directi,  
 qui vice mea Synodo præsidebant, proba-  
 biliter atque constanter illicitis ausibus ob-  
 stiterunt, aperte reclamantes, ne contra in-  
 stituta Niceni Concilij, præsumptio repro-  
 bæ nouitatis assurgeret: Nec potest de eor-  
 um contraditione dubitari, de quibus in  
 epistola tua etiam ipse conquereris, quod  
 conatibus tuis vpluerint obuiare. In quo  
 eos quidem multum mihi, hæc scribendo,  
 commendas: sed temetipsum, quod eis pa-  
 rere nolueris, dum illicita moliris, accu-  
 sas: superflue non concedenda appetens,  
 & insalubriter tibi contraria concupiscens,  
 quæ nullum vnquam poterunt nostrum ob-  
 tinere consensum. Absit enim à conscientia  
 mea, vt tam praua cupiditas meis studiis ad-  
 iuuetur: ac non potius & meo, & omnium  
 qui non alta sapiunt, sed humilibus consen-  
 tiunt, opere subruatur. Sancti illi & ve-  
 nerabiles Patres, qui in vrbe Nicena, sacri-  
 lego Atrio cum sua impietate damnato,  
 mansuras vsque in finem mundi leges Ec-  
 clesiasticorum canonum condiderunt, &  
 apud nos & in toto orbe terrarum in suis  
 constitutionibus viuunt, & si quid vsquam  
 aliter, quam illi statuerunt, præsumitur, si-  
 ne cunctatione cassatur: vt quæ ad perpe-  
 tuam vtilitatem generaliter instituta sunt,  
 nulla commutatione varientur, nec ad pri-  
 uatum trahantur commodum, quæ ad bo-  
 num sunt commune præfixa: & manenti-  
 bus terminis, quos constituerunt patres,  
 nemo in ius tendat alienum: sed intra fines  
 proprios atque legitimos, prout quis value-  
 rit, in latitudine se charitatis exerceat: cuius  
 satis vberes fructus Constantinopolitanus  
 potest antistes acquirere, si magis humili-  
 tatis virtute nitatur, quam si spiritu ambi-  
 tionis inflatur. Noli, frater, altum sape-  
 re, sed time, & Christianissimorum Princi-  
 pum piissimas aures improbis petitionibus  
 inquietare desiste: quibus, certum habeo,  
 modestia te magis quam elatione placitu-  
 rum. Persuasioni enim tuæ in nullo peni-  
 tus suffragatur quorundam Episcoporum  
 ante sexaginta (vt iactas) annos facta sub-  
 scriptio, nunquamque à prædecessoribus  
 tuis ad Apostolicæ Sedis transmissa noti-  
 tiam, cui ab initio sui caducæ, dudumque  
 collapsæ, sera nunc & inutilia subiicere fo-  
 rum verècundia fatigata præberet. Me-  
 mento, quid Dominus ei, qui vnum de pu-  
 fillis scandalizauerit, comminetur, & sa-  
 pienter intellige, quale sit Dei iudiciu sub-  
 diturus, qui tot Ecclesiis, tot Sacerdotibus  
 scandalum inferre non meruit. fateor enim,  
 ita me dilectione vniuersæ fraternitatis ob-  
 stringi, vt nemini prorsus in his, quæ con-  
 tra se poscit, assentiam, possisque euidenter  
 agnoscere me dilectioni tuæ beneuolo ani-  
 mo contraire, vt saniore consilio ab vniuer-  
 salis te Ecclesiæ perturbatione contineas.  
 Non conuellantur prouincialium iura pri-  
 matuum, nec priuilegiis antiquitus insti-  
 tutis Metropolitanis fraudentur antistites.  
 Nihil Alexandrinæ sedis eius, quam per  
 sanctum Marcum Euangelistam beati Petri  
 discipulum meruit, preceat dignitatis: nec  
 Dioscoto impietatis suæ pertinaciâ corru-  
 te, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscu-  
 ratur alienis Antiochena quoque Eccle-  
 sia, in qua primùm prædicante beato A-  
 postolo Petro, Christianum nomen exor-  
 tum est, in paternæ constitutionis ordine  
 perseueret: & in gradu tertio collocata,  
 nunquam se fiat inferior. Aliud enim sunt  
 sedes, aliud præidentes: & magnus vni-  
 cuique honor est integritas sua. Quæ cum  
 in quibuslibet locis propria ornamenta  
 non perdat, quantò magis in Constantina-  
 politanæ vrbs magnificentia potest esse  
 gloriosa, si per obseruantiam tuam & de-  
 fensionem, paterni canones, & exemplum  
 probitatis multi habeant sacerdotes. Hæc  
 tibi scribens, frater in Domino, horror ac  
 moneo, vt deposito ambitionis desiderio,  
 spiritu potius ferueas charitatis, eiusque  
 virtutibus, secundum doctrinam Aposto-  
 licam, proficenter orneris. Est enim pa-  
 tiens & benigna, & non æmulatur, non a-  
 git perperam, non inflatur, non est ambi-  
 tiosa, non querit quæ sua sunt. Vnde si cha-  
 ritas non querit propria, quantum peccat,  
 qui concupiscit aliena? A quibus, volo, vt  
 te prorsus abstineas, memorque sit eius sen-  
 tentiæ, quæ dicit: *Tene, quod \* habes, ne a-*  
*lius accipiat coronam tuam.* Nam si inconcessa  
 quæseris, ipse te tuo opere atque iudicio  
 vniuersalis Ecclesiæ pace priuabis. Frater  
 autem & coepiscopus noster Lucianus, &  
 filius noster Basilius Diaconus, quantum  
 in ipsis fuit, studiosè his, quæ eis iniunxe-  
 ras, adfuerunt: sed actioni eorum iustitia  
 negauit effectum. Data vndecimo kalen-  
 das Iunij, Herculano viro clarissimo Con-  
 sule.

Matth. 18.  
 Marc. 9.

Rom. 2.

CA P. IV.

2. quæst. 1.  
 Quæ ad  
 perpetuam.

CA P. V.  
 Rom. 12.

CA P. VI.

Rom. 12.  
 1. Cor. 13.

Apocal. 3.  
 10nes.

Epistola LIV. ad Martianum Augustum, vbi de eius gratulatur fide, quæ in Chalcedonensi Concilio gesta est. Et de Anatolio Constantinopolitano Episcopo, qui in eodem Concilio Alexandrinam & Antiochenam Ecclesias contra statuta per ambitum sibi voluit subiugare.

*Leo Episcopus Romanae & vniuersalis Ecclesiae, Martino Augusto.*

CAP. I.



AGNO munere misericordiae, Dei totius Ecclesiae Catholicae multiplicata sunt gaudia, cum sancto & glorioso clementiae vestrae studio perniciosissimus error extinctus est: ut labor noster citius ad desideratum perueniret effectum, quem Deo feruens principatus vester, & fide & potestate iuuisset. Quia etsi in virtute Spiritus sancti, inter quilibet dissensiones per Sedis Apostolicae famulatum Euangelij erat defendenda libertas, manifestior tamen apparuit gratia Dei, quae praestitit mundo, ut in victoria veritatis, auctores tantum violatae fidei deperirent, & sua integritas Ecclesiae redderetur. Bellum igitur, quod pacis nostrae inimicus excitauerat, adeo feliciter, dextera Domini pugnante, confectum est: ut triumphante Christo, omnium sacerdotum esset vna victoria, & coruscante lumine veritatis, solae erroris tenebrae cum suis adfertoribus pellerentur. Nam sicut in ipsa Domini resurrectione credenda, ad corroboranda initia fidei multum securitatis accessit, quod quidam Apostoli de corporis Domini nostri Iesu Christi veritate dubitauerunt, & visu atque contactu fixuras clauorum & vulnus lanceae perferutando, ambiguitatem cunctis, dum ambigunt, abstulerunt: ita nunc quoque, cum aliquorum infidelitas confutatur, omnium haesitantium corda firmata sunt, & profecit vniuersis ad illuminationem, quod quibusdam intulit caecitatem. In quo opere & dignè & iustè exultat vestra clementia: quae fideliter, proprièque prospexit, ut Orientalibus Ecclesiis diabolicae insidiae non nocerent: sed ad propitiandum Deum efficaciora vsque offerrentur holocausta, quando per mediatorem Dei & hominum hominem Christum Ie-

A sum eadem confessio plebium, eadem sacerdotum, eadem esset & regum; gloriosissime fili, & clementissime Auguste.

His autem, propter quae tanta facta est congregatio sacerdotum, bono & optabili sine compositis, miror & doleo, quod pacem vniuersalis Ecclesiae, diuinitus reformatam, ambitionis rursus spiritus inquietet. Quamuis enim necessariè sibi frater meus Anatolius consuluisse videatur, ut ordinatorum suorum errorem deferens, in assensum Catholicae fidei salubri correctione transiret: custodire tamen debuit, ut quod nostro beneficio noscitur consecutus, nullius prauitatis cupiditate turbaret. Nos enim vestrae fidei & interuentionis habentes intuitum, cum secundum suae consecrationis auctores, eius initia titubarent, benigniores circa ipsum quam iustiores esse volumus, quo perturbationes omnes, quae operante diabolo fuerant excitatae, adhibitis remediis leniremus: quae illum modestum magis, quam immoderatum facere debuerunt. Qui etiam si praecipuis meritis, optimoque iudicio legitimè fuisset ac sollenniter ordinatus: contra reuerentiam tamen canonum paternorum, contra sancti Spiritus instituta, contra antiquitatis exempla, nullis posset suffragiis adiuuari. Apud Christianum, & verè religiosum, verèque orthodoxum Principem, loquor, multum Anatolius Episcopus proprio detrahit merito, si illicito crescere operat augmentum.

Habeat, sicut optamus, Constantino-  
politana ciuitas gloriam suam, ac protegente dextera Dei, diuturno clementiae vestrae fruatur imperio. Alia tamen ratio est rerum secularium, alia diuinarum: nec praeter illam peram, quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit vlla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. Satis sit, quod praedicto vestrae pietatis auxilio, & mei fauoris assensu, Episcopatum tantae urbis obtinuit. Non dedignetur regiam ciuitatem, quam Apostolicam non potest facere Sedem, nec villo speret modo, quod per aliorum possit offensiones augeri. Priuilegia enim Ecclesiarum, sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicenae Synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est, me perseuerantem exhibere famulatum, quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulae sanctionum, quae in Synodo Nicena, ad totius Ecclesiae regimen Spiritu Dei instructe, sunt

Math. 26.  
25. q. 2.  
Priuilegia  
Ecclesiarum,  
& ibidem  
ca. Priuilegia  
Ecclesiarum.

conditæ, me (quod absit) conniuncte, violentur, & maior sit apud me vnius fratris voluntas, quàm vniuersæ domus Domini communis utilitas. Et ideo sciens gloriosam clementiam vestram Ecclesiasticæ studere concordiæ, & his, quæ pacificæ congruunt vnitati, piissimum præstare consensum, precor, & sedula suggestione vos obsecro, vt ausus improbos, vnitati Christianæ, paci que contrarios, ab omni pietatis vestræ abdicetis assensu, & fratris mei Anatolij, nocituram ipsi (si perstiterit) cupiditatem, salubriter comprimatis: ne ea quæ vestræ gloriæ atque temporibus inimica sunt, cupiēs, maior suis velit esse prioribus, liberumque illi sit, quantis potuerit splendere virtutibus, quarum non aliter particeps erit, nisi charitate magis voluerit ornari, quàm ambitione distendi. Hanc autem improbi desiderij conceptionem nunquam debuit intra cordis sui recipere secretum: sed cum illi fratres & Coepiscopi mei, qui vice mea aderant, obuiarent, ab illicito appetitu, eorum saltem salubri contradictione cessasset. Nam & vestræ pietatis apices, & ipsius scripta declarant, Legatos Sedis Apostolicæ (sicut oportuit) contradictione iustissima ei restitisse, vt inexcusabilior esset præsumptio, quæ se nec increpata cohiberet. Vnde quia conuenit fidei vestræ vel gloriæ, vt sicut hæresis, Deo per vos agente, destructa est: ita etiam omnis ambitus retundatur, agite, quod & Christianæ est probitatis & regiæ, vt prædictus Episcopus pareat patribus, consulat paci, neque sibi æstimet licuisse, quod Antiochenum sine villo exemplo, contra statuta canonum, Episcopum ordinare præsumpsit, quod amore reparandæ fidei & pacis studio retractare cessauimus. Abstineat ergo ab Ecclesiasticarum iniuria regularum, & illicitos declinet excessus, ne se ab vniuersali Ecclesia, dum inimica paci tentat, abscindat. Quem opto magis, irreprehensibiliter agentem diligere, quàm in hac præsumptione, quæ illum ab omnibus poterit separare, perdurare. Frater autem & Coepiscopus meus Lucianus, qui cum filio meo Basilio Diacono clementiæ vestræ ad me scripta portauit, omni deuotione partem susceptæ legationis impleuit, qui non est æstimandus negotio defuisse, quem potius causa deseruit. Data vndecimo kalendas Iunij, Herculano viro clarissimo Consule,

Epistola LV. ad Pulcheriam Augustam, de ambitu Anatolij.

Leo Episcopus, Pulcheria Augusta.



ANCTIS & Deo placitis clementiæ vestræ studiis defensam contra hæreticos Catholicam fidem, & vniuersæ Ecclesiæ redditam pacem, ineffabiliter cum vestra pietate gaudemus: gratias agentes misericordiæ omnipotentis Dei, quod exceptis his qui magis dilexerunt tenebras, quàm lucem, neminem passus est euangelica veritate fraudari: vt absterisa erroris caligine, in omnium cordibus purissimum lumen oriretur, nec de infirmis quorundam animis tenebrosus ille exultaret inimicus, quem non solum hi, qui illæ si stererant, sed etiam quos fecerat nutare, superaucrunt: vt errore abolito, per totum mundum fides vera regnaret, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Confirmato autem in vnitatem Euangelij vniuerso mundo, & in eodem spiritu sensus directis cordibus omnium sacerdotum, optimum fuerat, suprâ illa, propter quæ sancta est Synodus congregata, & quæ, secundum pietatis vestræ studium, probabili sunt sine conclusa, nihil quod tanto bono contrarium esset, inferri, nec per occasionem Episcopalis Concilij, id in commune appeti, quod non licuit concupisci. Frater enim & Coepiscopus meus Anatolius parum considerans, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei fauoris assensu Constantinopolitanæ Ecclesiæ sacerdotium fuerit consequutus, non tam de adeptis gauisus, quàm de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris accensus est, credens huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse, quod Dei quorundam consensum præbuisse dicitur extorta subscriptio, cum tam destruedis mox conatibus, contradictio fratrum & Coepiscoporum meorum vicem meam agentium, fideliter & laudabiliter obuiaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimam ætatis annos in vrbe Nicena spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuique addere conceditur: ita vt si quis diuersum aliquid decernere velit, se potius minuatur, quàm illa corumpat; quæ si (vt oportet) à cunctis pontificibus intemerata seruentur, per vniuersas

vniversas. Ecclesias tranquilla erit pax & A  
 firma concordia, nullæ de mensuris harum  
 dissentiones, nullæ de ordinationibus lites,  
 nullæ de privilegiis ambiguitates, nulla  
 erunt de aliena vsurpatione certamina:  
 sed ea, quæ iure charitatis rationabilis est, &  
 motum & officiorum seruabitur vnanimi-  
 tas. Et ille verè erit magnus, qui fuerit to-  
 rius ambitionis alienus, dicente Domino:  
*Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit ves-  
 ter minister: Et quicumque voluerit inter vos  
 primus esse, erit vester seruus.* Sicut filius  
 hominis non venit ministrari, sed ministra-  
 re. Et tamen hæc illis tunc insinuabantur,  
 qui de pusillo volebant crescere, & de in-  
 finis ad summa transire: Constantinopo-  
 litanæ verò Præsuli Ecclesiæ (quia am-  
 plius, quam affectus est, concupiscit) quid  
 illi satisfaciet, si tãtz vrbis magnificentia &  
 claritudo non sufficit? Superbum nimis est  
 & immoderatum, vitrà fines proprios ten-  
 dere, & antiquitate calcata alienum ius vel-  
 le præripere, atque vt vnus crescat digni-  
 tas, tot Metropolitanorum impugnare  
 primatus, quietisque prouinciis, & olim  
 sanctæ Synodi Nicenæ moderatione dispo-  
 sitis, bellum nouæ perturbationis inferre,  
 atque vt venerabilium Patrum decreta sol-  
 uantur, quorundam Episcoporum profer-  
 re consensum, cui tot annorum series ne-  
 gavit effectum. Nam sexagesimus ferè an-  
 nus huius iactantiæ esse iactatur, qua se  
 prædictus Episcopus æstimat adiuuari, fru-  
 stra cupiens id sibi prodesse, quod etiam si  
 quisquam ausus est velle, nullus tamen po-  
 tuit obtinere. Agnoscat cui successit viro,  
 & repulso omni spiritu elationis, Flauiani  
 modestiam, Flauiani humilitatem, quæ il-  
 lum vsque ad Confessoris gloriam pro-  
 uexit, imitetur. Cuius si velis splendere  
 virtutibus, laudabilis erit, & in omni loco  
 plurimum dilectionis acquirere, non am-  
 biendo humana, sed promerendo diuina.  
 Hæc autem obseruantia eum quoque illi a-  
 nimum spondet copulandum, & Apostoli-  
 cæ Sedis dilectionem, quam Constantino-  
 politanæ Ecclesiæ semper impendimus,  
 nulla mobilitate violandum. Quia si inter-  
 dum immoderati Præsules aliquas incidunt  
 culpas, Ecclesiarum tamen Christi integra  
 gratia perseverat. Consensiones verò Epi-  
 scoporum, sanctorum canonum apud Ni-  
 cenam conditorum regulis repugnantes,  
 vnita nobiscum vestræ fidei pietate in irri-  
 tum mittimus, & per auctoritatem beati  
 Petri Apostoli, generali prorsus definitio-  
 ne cassamus, in omnibus Ecclesiasticis his  
 legibus obsequentes, quas ad pacificatio-

nem omnium sacerdotum, per trecentos  
 decem & octo antistites Spiritus sanctus in-  
 stituit: ita vt etiam si multo plures alij, quam  
 illi statuere decernerent, in nulla reueren-  
 tia sit habendum, quicquid fuerit à prædi-  
 catorum constitutione diuersum. Prolixi-  
 tatem itaque epistolæ meæ, qua necesse ha-  
 bui explicare, quid sentiam, rogo vt per  
 fratrem & Coepiscopum meum Lucia-  
 num, qui (quantum in ipso est) sollicitudi-  
 nem susceptæ legationis est fideliter exe-  
 quitus, & per filium meum Basilium Dia-  
 conem pietas vestra dignanter accipiat. Et  
 quia moris vestri est pro pace & vnitate Ec-  
 clesiæ laborare, fratrem meum Anato-  
 lium Episcopum ex vestra insinuatione di-  
 lectum, salubriter in his, quæ ipsi profutura  
 sunt continete: vt gloria clementiæ ves-  
 træ, sicut magnificatur de fide reparata,  
 ita prædicetur de ambitione compressa.  
 Data vndecimo Calendas Iunij, Hercula-  
 no viro clarissimo Consule.

Epistola LVI. ad Iulianum Epi-  
 scopum Coensem de Etio  
 & Andrea.

Leo Episcopus Roma, Iuliano  
 Episcopo Coensi.



GNOSVI in dilectionis tuæ li-  
 teris fraternæ charitatis affe-  
 ctum: quod de multis malis,  
 quæ multa & sæua pertulimus,  
 pio nobiscum dolore compateris. Sed vt  
 nam hæc, quæ perpeti nos Dominus aut  
 permisit aut voluit, ad correctionem profici-  
 ant multorum, & vt desinant aduersitates,  
 finiantur offensæ. Quod vtrunque de ma-  
 gna erit misericordia Dei, si & flagella re-  
 moueat, & ad se suorum corda conuertat.  
 Sicut autem fraternitatem tuam ea quæ a-  
 pud nos fuit contristauit hostilitas, ita me  
 anxium facit, quod in Constantinopoli-  
 tana Ecclesia (quantum tuæ indicant literæ)  
 hæreticorum insidiz non quiescunt: & quæ-  
 sitis occasionibus, hi qui Catholice fidei de-  
 fenses fuerunt, vexantur. Nam dum Etius  
 ab officio Archidiaconatus per speciem pro-  
 uectionis amouetur, & in locum eius An-  
 dreas, qui ob hæreticorum societatem fue-  
 rat abiectus, assumitur, dum beatæ memo-  
 riæ Flauiani accusatoribus honor redditur,  
 & piissimi Confessoris participes aut disci-  
 puli conteruntur, nimis apertè, quid Epi-  
 R

CAP. I.  
 An. Christi  
 455. qui fuit  
 annus Pon-  
 tificatus S.  
 Leonis 12.  
 scripta fuit  
 hæc episto-  
 la, & simili-  
 ter 11. se-  
 quentes.

Matth. 20.  
 Marc. 10.

CAP. III.

Epist. 51.

Attende au-  
 thoritatem  
 summi Pö-  
 nificis Ru-  
 mani.

scopo Ecclesiæ ipsius placeat, demonstratur. In quem pro causâ merito differo commoueri, & quid ipse mecum cum suis epistolis agat, quas missurum eum filius noster Erius indicauit, expecto dans locum voluntariæ emendationi, qua dolorem meum cupio mitigari. Clementissimo tamen Principi & piissimæ Augustæ de his, quæ ad custodiam pacis Ecclesiasticæ pertinent, scripti: quod deuotione suæ fidei prouisuros esse non dubito, ne contra gloriam operis ipsorum, damnata hæresis queat pullulare.

CAP. II.

Studeat ergo dilectio tua (frater charissime) piam & necessariam curam sollicitudini Apostolicæ Sedis impendere, quæ tibi apud se nutrito, Catholicam, contra Nestorianos & Eutychnianos hæreticos, actionem, materno iure commendat, ut diuino fultus auxilio, speculari de Constantinopolitanæ urbis opportunitate non desinas, ut prædictorum dogmatum impius nunquam turbo confurgat. Et quia tanta est gloriosorum Principum clementia, ut confidenter eis possis, quæ sunt insinuanda, suggerere, pietate ipsorum, ad utilitatem Ecclesiæ vniuersalis utaris. Consulente autem dilectione tua de his, in quibus putaueris ambigendum, non deerit relationibus tuis meæ responsionis instructio, ut sequestrata eorum actione, causæ quæ in quibuscunque Ecclesiis præsulum suorum debent cognitione firmari, hac speciali cura, vice mea functus utaris, ne hæresis Nestoriana vel Eutychniana in aliqua parte reuirescat: quia in Episcopo Constantinopolitano Catholicus vigor non est, nec multum aut pro sacramento salutis humanæ, aut pro sua est æstimatione sollicitus, cum si quid illi inesset spiritalis industriæ, ita & à quibus ordinatus sit, & cui viro successerit, cogitare deberet: ut magis beatum Flavianum, quàm sui honoris sequeretur authores. Et ideo cum piissimi Principes secundum obsecrationes meas dignati fuerint fratrem Anatolium de his, quæ merito in querelam veniunt, increpare, videat charitas tua diligentia sua, ut vniuersa scandala, adhibita plenissima correctione, refecerentur, & à filij nostri Erii cesset iniuriis. Nam apud Catholicum Episcopum, etiam si erat utrunque decus sacerdotale, sacerdoti archidiaconus propter fidei reuerentiam debuit præmitti potius quàm locum Catholicum nequissimus hæreticus obtineret. Cum itaque quæ sequantur, agnouero, tunc manifestius, quid agi oporteat, æstimabo. Nam interim, dolore

A eohibito, malui indulgere patientiæ, ut locus esset veniæ. De Palæstinis verò monachis, qui iam pridem in tumultu dissensionis esse dicuntur, quo adhuc animo moueantur ignoro. Neque cuiusquam sermone mihi patefactum est, quas causas videantur antea præferre discordiæ, utrum scilicet Eutychnianæ perversitati tali furore famulentur, an implicabiliter doleant Episcopum suum in hanc impietatem posse traduci, quæ contra ipsorum locorum sanctorum testimonia, quibus totus mundus instruitur, ab Incarnationis Dominicæ veritate descuerit, & quod in aliis per indulgentiam curate placuit, in illo putent non esse veniale. Vnde cupio me super his plenius edoceri, ut etiam talium correctioni congruè studeatur: quia aliud est contra fidem impiè armari, aliud in errorem quempiam detineri. Chartasetiam, quas Aëtius presbyter ante indicauit esse directas, & Breviarium fidei, quod te misisse significas, necdum ad me noueris peruenisse. Vnde, si expeditior occasio se præbuerit per latrores, libenter habeo, ut si qua est, quæ utilis videatur, quàm primùm ad me mittatur instructio. De Ægyptiis monachis quàm quieti, aut cuius sint fidei, scire desidero, & de Alexandrinæ Ecclesiæ pace quid ad vos veris nunciis perferatur, ad cuius Episcopum vel ordinatores ipsius, seu clericos, quod \* alia scripta direxerim, missis exemplaribus scire te volui. Ad clementissimum quoque Principem, & ad religiosissimam Augustam quis nunc meus sermo sit, missa exemplaria docebunt. Vtrum autem epistola mea, quam de Incarnationis Dominicæ fide, incolumi adhuc sanctæ memoriæ Flavianiano, ad dilectionem tuam per Basilium Diaconem miseram fraternitati tuæ tradita sit, scire desidero: quoniam suspectum habeo, quod de eius textu nullum vnquam iudicium reddidisti gestorum synodalium, quæ omnibus diebus Concilij in Chalcedonensi ciuitate confecta sunt, parum clara propter linguæ diuersitatem, apud nos habetur instructio. Et ideo fraternitati tuæ specialiter iniungo, ut in vnum codicem vniuersa facias congregari, in Latinum sermonem absolutissima interpretatione translata, ut in nulla parte actionum dubitare possimus, neque villo modo esse possit ambiguum, quod ad plenam intelligentiam, te fuerit studente perductum. Data quinto Idus Martij, Opiliono viro clarissimo Consule.

CAP. III.

alias.

Epistola LVII. ad Martianum  
Augustum de Etio  
& Andrea.

*Leo Episcopus, Martino Augusto.*



**V**AM excellenti pietate, & quam glorioso clementiæ vestræ studio in integrum nuper fides Christiana reuocata sit, totus mundus agnoscit, & saluti suæ singulare præsidium per vos à Domino esse reparatum. At si quid aduersum tanti operis consummationem de contrario spiritu sentitur oboriri, necesse est, vt ad vestræ reuocetur pietatis auxilium, quod ad custodiam Catholicæ veritatis diuina prouidentia præparauit: vt cum potestatis vestræ sit scandala etiam longinquum nata rescare, multò magis ea quæ sub vestris audent oculis surgere, non sinatis accrescere. Anatolij Episcopi ordinationem (sicut scientia Dei testis est) suspectam (quod fatendum est) mihi fecerant consecrationis eius authores, nec dissimilem ab eligentibus arbitrabar electum, sequutumque est, vt dum communione Apostolicæ Sedis existeret alienus, diu dandis ad eum epistolis pacis me abstinere. Sed cum illi pietatis vestræ testimonium suffragaretur, cum de fide atque unanimitate eius optanda quæque & placitura promitteret, professionem eius ita credidi esse synceram, vt tamen, qua obseruantia se agere deberet, non desinerem commonere, sedulo ipsiæ diligenter inculcans, vt de persecutoribus beatæ memoriæ Flauiani neminem auderet in suo habere consortio, & Eutychnianæ hæreseos defensorem à se indicaret esse deiectionem. Sequutumque est, vt de his, quæ pro Catholica fide in Synodali Concilio fuerant definita, talia ad me scripserit, qualia Catholicum Sacerdotem scribere congruebat. Cum ergo ad commendanda ipsius primordia ista præcesserint, quid causæ aut occasionis emergerit, vt virum Catholicæ fidei, & Nestorianis atque Eutychnianis hæreticis constanter etiam aduersum Archidiaconem sub honoris specie degradaret, & dispensationum totius causæ & curæ Ecclesiasticæ in Andream Eutychnianistam repente transferret; ad eò nimia commotione turbatus, vt consecrationem, quam pro iniuria dabat, sexta sabbati traditionis Apostolicæ aut nefcius aut oblitus inferret: quasi non ad Episco-

**A**pum magis, quam ad Presbyterum ordinationis illius vitium pertineret, qui non inueniens, quod argueret in fide, quod improbaret in moribus, deiectionem innocentis per speciem prouectionis impleuit, addens sententiæ illud iniuriæ, vt eum, cœmisterio deputando, condemnaret exilio. Quem tamen pietati vestræ commendare præsumo, ne vllis vltèrius noxiis ingrauati possit infidiis, quem Dominus (vt comperi) sub vestra defensione constituit. Ad iucio autem etiam hanc obsecrationem, vt prædictum Episcopum à professione sua dissonum, & nimium testimonij vestri æ fauoris oblitum, necessariè increpare dignemini. Cesset Catholicos infectari, cesset eos, qui sanctæ memoriæ Flauiano placuere, conterere, & eorum societatem, quos improbauit, eligere. Fraternali enim illi charitatem non aliter poterimus impendere, quam vt se ab inimicis Catholicæ fidei approbet execrari, eorumque à se cõsortium atque commercium abscindat: Qui etiam si magna fuisset satisfactio purgatus, post dubium tamen reuersus errorem, Catholicis Diaconibus postponi debuit, non præponi. Illud quoque clementiæ vestræ benevolentiam peto, vt veneratorem vestrum fratrem meum Iulianum Episcopum, in vestro, sicut facere dignamini, habeatis affectu: cuius obsequijs præsentia meæ vobis imago reddatur. Nam & de fidei eius sinceritate cõfidens, vicem ipsi meam, contra temporis nostri hæreticos, delegaui: atque propter Ecclesiarum pacisque custodiam, vt à comitatu vestro non abesset, exegi: cuius suggestiones, pro concordia Catholicæ vnitatis, tanquam meas audire dignemini, placentes Deo, qui vobis præter regiam coronam, etiam sacerdotalem conferat palmam. Data \* sexto Idus <sup>quinto</sup> Martij, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LVIII. ad Pulcheriam  
Augustam de Etio  
& Andrea.

*Leo Episcopus Pulcheriæ Augustæ.*



**M**VLTIS extantibus documentis, quibus in dilectionem Ecclesiæ Dei pietatis vestræ manifestatur affectio, merito quoties aliquid nascitur scandalorum, vestrum desideratur auxilium: vt fides, quæ annitètibz vobis, contra hæreti-

corum commenta defensa est, securæ pa-  
 cis perpetem obtineat firmitatē. Nam quid  
 prodest, foris aduersarios veritatis oppres-  
 sos, si eosdem habeamus intra Dominica  
 septa rediuuios? Quod itaque circa perso-  
 nam filij mei Erij gestum esse cognoui, ni-  
 mium me anxium facit, & metuere certa ra-  
 tione cōpellit, ne pœnitendū mihi sit, quod  
 de Episcopo Constantinopolitano, qui ab  
 impugnatoribus fuerat ordinatus fidei, vo-  
 bis adhortantibus, acquieui meliora senti-  
 re, cum tanto pietatis vestræ testimonio iu-  
 uaretur, ne illum grauaret suæ ordinationis  
 infirmitas, vbi vestra interuentio præstare-  
 tur. Vnde gratulari cœperam, quod beati  
 Flauiani honoraret memoriam, & hereti-  
 corum conatibus obistere diceretur. Sed  
 doleo, illum (sicut prædicti lachrymabilis  
 querela demonstrat) in deteriora mutatum,  
 & eum nunc constituisse Archidiaconem,  
 quem ipse professus est à se esse reiectum,  
 qui Eurychianæ hereseos se apud nos pro-  
 diderat defensore. Quem quia nunc Ec-  
 clesiasticis negotiis præposuit, propter hæ-  
 reticam peruersitatē, eidem fauorem suum  
 præstare conuincitur. Qui etiam si magna  
 satisfactio potuisset in indulgentiam pro-  
 mereri: nequaquam debuit his, qui in fide  
 permanserant, anteferri. Vnde quia non la-  
 tet clementiam vestram, quantum pericu-  
 li, aut per pudendam fœcordiam, aut per  
 dolosam nequitiam nutriatur, dignamini  
 Episcopum ad professionem suæ fidei, au-  
 thoritate vestræ clementiæ reuocare. Et ne  
 sibi has maculas superducat, ne estimatiōē  
 suam, quam vestro acquisiuit fauore, con-  
 temnat, societatem heretici, quem dudum  
 à se remouit, abscindat. Cuius innocentia  
 vos ita adfuisse gaudeo, vt merori eius di-  
 gna consolatione vestra pteras subueniret.  
 Circa fratrem meum, veneratorem vestrum  
 Iulianum Episcopum, quantum debeat cre-  
 scere vestra dignatio, Apostolicæ Sedis exi-  
 stimare iudicio: cum in causa fidei, cui glo-  
 ria vestra famulatur, vicem ipsi meam ea-  
 tenus delegaram, vt ab ea, quæ vobis debe-  
 tur obseruantia, non recedens, pietati me  
 vestræ præsentare non desinat, exequens  
 in custodia fidei, & in Ecclesiasticis discipli-  
 nis per omnia sollicitudinem, & opportu-  
 nis suggestionibus, quod vniuersali Eccle-  
 siæ profuit, insinuans, vt in ipso, nec Catho-  
 licis vestrum præsidium, quibus volumus  
 subuenire, nec vobis meum desit obse-  
 quium. Data sexto Idus Martij, Opilione  
 viro clarissimo Consule.

Epistola LIX. ad Martianum Au-  
 gustum, vbi gratias agit, quod  
 per Chalcedonense Concilium  
 pax Ecclesiæ Catholicæ sit reddita.

*Leo Episcopus, Mariano Augusto.*



**M** VLT A mihi in omnibus cle-  
 mentia vestra literis causa  
 gaudij est, dum ex magna di-  
 uina prouidentia misericor-  
 dia præstitutum humanis re-  
 bus experior, quod Ecclesiasticâ pacē (quæ  
 non nisi vnitae prædicationis Euangelicæ  
 custoditur) piissimo studio iuuare digna-  
 mini: vt fidei vestræ gloria non solum vti-  
 litate Reipublica, sed etiam religionis pro-  
 fectibus augeatur, gloriosissime Imperator.  
 Vnde ineffabiliter Deo gratias ago, qui eo  
 tempore, quo oboritura hæreticorum scan-  
 dala præsciebat, vos in Imperij fastigio col-  
 locauit: in quibus ad totius mundi salu-  
 tem, & regia potentia, & sacerdotalis vi-  
 geret industria. Nam cum vestro præcipuè  
 opere sit effectum, vt per Synodale Conci-  
 lium damnatis impij dogmatis defensori-  
 bus, omnes vires sacrilegus error amitteret:  
 ad eiusdem deuotionis pertinet palmam, si  
 malum, quod in suis ducibus est oppres-  
 sum, etiam in quibuscunque reliquis de-  
 leatur. Quod facilius clementia vestra ar-  
 bitretur implendum, si per vniuersas Ec-  
 clesias definitiones sanctæ Synodi Chalce-  
 donensis, Apostolicæ Sedi placuisse do-  
 ceantur. De quo quidem ratio non fuit am-  
 bigendi, cum ei fidei omnium subscriben-  
 do consensus accesserit, quæ ad me secun-  
 dum formam Apostolicæ doctrinæ, ac pa-  
 ternæ traditionis emissa est, & per fratrem  
 meum Lucianum Episcopum talia & ad  
 gloriam vestram, & ad Constantinopolita-  
 num antistitem scripta direxerim, quæ eu-  
 denter ostenderent, me ea quæ de fide Ca-  
 tholica in prædicta Synodo definita fuerat,  
 approbare. Sed quia in eisdem literis ea, quæ  
 per occasionem Synodi malè sunt attenda-  
 ta, reprehenderam, maluit prædictus anti-  
 stes meam gratulationem tacere, quam suum  
 ambitum publicare. Mihi autem multum  
 fiducia, Deo per vos operante, collatum  
 est, quod probasse vos obseruantiam meam  
 de custodia canonum paternorum, pietatis  
 vestræ assatibus indicatis. Et merito ge-  
 minatur gaudium meum, cum vobis re-  
 ligiosissime placere cognosco, vt & fides  
 Nicæna suam teneat firmitatem, & pri-

uilegia Ecclesiarum illibata permaneant. Quamuis autem de præclaro fidei vestre opere nihil vestra pietas indicarit, mirramen per veneratorem vna' mecum specialiter vestrum, fratrem meum Iulianum Episcopum innotuisse significo, quam pio dignati fueritis responso, imperitorum monachorum animos cohibere pariter & docere, vt fillos non penitus deseruit diuina misericordia, sentiant se & didicisse quod credant, & agnouisse quod timeant. Quia verò omnibus modis obediendum est pietati vestre, religiosissimæque voluntati constitutionibus Synodalibus, quæ mihi de confirmatione fidei Catholicæ, & hæreticorum damnatione placuerunt, libens adieci sententiam meam. Quæ vt in notitiam omnium sacerdotum, Ecclesiarumque pertueniat vestre clemenciæ perceptio ordinare dignabitur, ad futuram credo & spero gratiam Dei, quæ tam sanctam tanti Principis curam, plenissimum desiderij sui fructum faciat obtinere: vt omnibus dissentienti occasionibus amputatis, Apostolicæ vbi-que doctrinæ & pax regnet & veritas. Fratri autem meo Iuliano Episcopo, nouerit vestra clementia, hoc me proprie delegasse, vt quicquid illic ad custodiam fidei pertinere probauerit, meo nomine vestre fiducialiter suggerat pietati: quoniam certus sum, vos ad hæc omnia emendanda vel defendenda, Deo auxiliante, sufficere. Data duodecimo Calendas Aprilis, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LX. ad Pulcheriam Augustam.

*Leo Episcopus, Pulcheriæ Augustæ.*

**Q**UAMVIS nullas nunc literas tuæ pietatis acceperim, scribente tamè gloriosissimo Principe, non aliter dignatione ipsius sum gauisus, quam si mihi etiam tuæ serenitatis redderentur alloquia. Vnde consuetudinem debitam mei officij oportuit me custodire, per quam significarem clementiæ vestre, absolute me gaudere, & incessabilibus à Deo precibus postulare: vt vos, & Romanæ Reipublicæ, & Catholicæ Ecclesiæ in omni prosperitate conseruet. De vigore autem fidei vestre, quo indefinenter Domino sacrificium laudis offertis, quantas Deo gratias agam, enarrare non valeo: quoniam Principibus temporis nostri non solum po-

tentiam regiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicantem enim fratre meo Iuliano Episcopo, perueniunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, & docendo punire: vt si eos ad poenitentiam miseratio diuina conuerterit, multis lachrymis, & à nefandis cædibus, & ab hæreticorum blasphemis diluantur. Quod verò piissimus Imperator ad omnes Episcopos, qui Chalcedonensi Synodo interfuerunt, voluit me scripta dirigere, quibus, quæ illic de fidei sunt regula definita, firmarem, libenter impleui: ne fallax cuiusquam simulatio sententiam meam veller haberi incertam, cum per Constantinopolitanum Episcopum, cui læticiam meam largiter indicavi, in omnium potuerit notitiam peruenire, quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, quam repulsam sui ambitus publicare. Fratri & Coepiscopo meo Iuliano, cui sollicitudinem meam in causa fidei delegavi, rogo vt eam fiduciam præbere dignemini, qua pietati vestre possit, quæ vniuersali Ecclesiæ sint profutura, suggerere. Data duodecimo Calendas Aprilis, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LXI. ad Iunenalem Hierosolymitanum, & cæteros Episcopos, qui in sancta Synodo Chalcedonensi congregati fuerunt directa.

*Leo Episcopus, sanctæ Synodo apud Chalcedonem habitæ.*

**M**NEM quidem fraternitatem vestram nosse non ambigo, definitionem sanctæ Synodi, quæ ob confirmationem fidei in Chalcedonensi ciuitate celebrata est, toto corde me fuisse complexum: quia nulla sinebatratio, vt qui vnitatem Catholicæ fidei dolebam ab hæreticis fuisse turbatam, non exultanter in integrum rediisse gauderem. Hoc autem non solum ab ipso beatissimæ consensionis effectu, sed etiam ex epistolis meis, quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ vrbis antistitem dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsionem Sedis Apostolicæ manifestare voluisset.

Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, vtrum quæ in Synodo Chalcedonensi per vnanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem, hæc ad omnes fratres & Coepiscopos nostros, qui prædicto Concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus & clementissimus Princeps (sicut poposcit) in notitiam vestram mittere pro Catholica fidei amore dignabitur, vt & fraternæ vniuersitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres; qui vicem meam executi sunt, sed etiam per approbationem gestorum Synodaliū, propriam vobiscum iniūsse sententiam, in sola videlicet fidei causa (quod sæpe dicendum est:) propter quam generale Concilium, & ex præcepto Christianorum Principum, & ex consensu Apostolicæ Sedis placuit congregari: damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera Domini nostri Iesu Christi Incarnatione dubitatio. Vnde si quis vnquam ausus fuerit, vel Nestorij perfidiam tueri, vel Eutychetis ac Dioscori impium dogma defendere, à Catholicorum communiōne reseccetur: nec habeat eius Corporis participationem, cuius abnegat veritatem. De custodiendis quoque sanctorum patrum statutis, quæ in Synodo Nicena inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestræ sanctitatis admoneo, vt iura Ecclesiarum, sicut ab illis CCC. XVIII. Patribus diuinitus inspirata sunt, ordinata permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imminutionem suum aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim \* exortis assentationibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum atque irritum erit, quicquid à prædictorum Patrum canonibus discrepat. Quorum regulis Apostolica Sedes quàm reuerenter vtatur, scriptorum meorum, quibus Constantinopolitani antistitis conatus repulsi, poterit sanctitas vestra electione cognoscere, me auxiliante Domino, & Catholica fidei, & paternarum traditionum esse custodem. Data duodecimo Calendas Aprilis, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LXII. ad Maximum  
Antiochenum Episcopum.

Leo Catholica Ecclesia Episcopus, Maximo  
charissimo fratri Episcopo  
Antiocheno.

**V**ANTVM dilectioni tuæ placeat communis fidei sacratissima vnitas, & pacis Ecclesiasticæ tranquilla concordia, litterarum tuarum textus ostendit, quas ad nos filij nostri Marianus Presbyter & Olympius Diaconus detulere: eò nobis gratiores, quòd per ipsas alloquia alterna miscemus, & magis magisque innotesceret gratia Dei, qua fit, vt per totum mundum de manifesto Catholica veritatis lumine gaudeatur. Quamuis (quod multum dolemus) quidam adhuc (sicut sermo indicat nunciorum) tenebras suas diligant, & cum vbique dici splendor exortus sit, etiam nunc cæcitatibus suæ delectentur obscuro, & perditâ fide, solo & vacuo remanserint nomine Christiani: non habentes intelligētiam, qua errorem ab errore discernant, & blasphemiâ Nestorij ab Eutycheis impietate distinguant. Nec enim ideo excusabilis videri aliqua eorum salūtas potest, quia ipsi sunt in sua peruersitate contrarij. Nam cum Nestorium Eutycheis discipuli decessentur, & Eutychem anathematizent Nestorij sectatores, Catholicorum iudicio pars vtraque damnatur, & ambæ simul hæreses à corpore Ecclesiæ reseccantur: quia neutra salūtas nobiscum potest habere concordiam. Nec interest, quo sacrilegio ab Incarnationis Dominicæ veritate discordent, dum id quod prauissimè sentiunt, nec autoritas Euangelij, nec ratio recipiat sacramenti.

Et ideo, frater charissime, oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cuius Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere, & eius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Petrus, per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena & Romana vrbe fundauit: vt illum in suæ glorificationis domicilio præminentem ea intelligas resposcere instituta, quæ tradidit, quæ sicut ab ipsa, quam confessus est veritate suscepit. Neque vilo modo sinas in Orientalibus Ecclesiis, maximè que in his, quas Antiochena sedi sacratissimorum Patrum Niceni canones deputauerunt, ab improbis hæ-

reticis Euangelio insultari, & vel Nestorij, vel Eutycheris à quoquam dogma defendi. Quoniam sicut dixi, Catholicæ fidei petra (cuius cognomen beatus Apostolus Petrus sumpsit à Domino) nullum recipit ab utraque impietate vestigium: sed euidenter atque perspicue & Nestorium anathematizat, qui Verbi carnisque naturam in beatæ Virginis coniunctione seiungens, vnumque Christum in duos diuidens, aliam Deitatis, & aliam humanitatis voluit esse personam: Cum omnino vnus idemque sit, qui & secundum sempiternam deitatem de patre est natus sine tempore, & de matre natus in tempore. Et Eutychem similiter execratur, qui in domino Iesu Christo veritatem humanæ carnis euacuans, ipsum Verbum in carnem asserit transformatum, vt nasci, nutriri, proficere, pati, mori, atque sepeliri, & die tertio suscitari, solius fuerit deitatis, quæ seruilis formæ non veritatem susceperit, sed figuram. Summa itaque vigilantia cautum te esse cõuenit, ne quid sibi hæretica prauitas audeat vindicare: Cum te deceat his sacerdotali autoritate resistere, nosque sæpius de profectu Ecclesiarum tuis relationibus, quid agatur, instruere. Dignum est enim, te Apostolicæ Sedis in hac sollicitudine confortem, & ad augendam fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquæ ambitione minuantur: quia tanta apud me est Nicenorum canonum reuerentia, vt ea, quæ sunt à sanctis Patribus constituta, nec permiserim nec patiar aliqua nouitate violari. Etsi enim diuersa nonnunquam sunt merita Præsulum, tamen iura permanent sedium: quibus etsi possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatem. Vnde cum aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ priuilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis literis studeat explicare: vt & nos consultationi tuæ absolute & congruè respondere possimus. Nunc autem ad omnia generaliter pronuntiare sufficiat, quod quid à quoquam contra Nicenorum canonum statuta in quacunque Synodo, vel tentatum est, vel ad tempus videtur exortum: nihil præiudicij potest inuolabilibus inferre decretis. Et facilius erit quarumlibet consensionum pactum dissolui, quam prædictorum canonum regulas ex vlla parte corrumpi. Subrependi enim occasiones non prætermittit ambitio, & quoties ob intercurrentes causas generalis congregatio facta fuerit sacerdotum: difficile est, vt cupiditas improborum non aliquid supra mentis suam molietur appetere. Sicut etiam

A in Ephesina Synodo, quæ impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Iuuenalis Episcopus ad obtinendum Palæstinæ prouinciæ principatum credidit se posse sufficere, & insolentes ausus per commentitia scripta firmare. Quod sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinus Episcopus merito perhorrescens, scriptis suis mihi, quid prædicta cupiditas ausa sit, indicauit: & sollicita prece multum poposcit, vt nulla illicitis conatibus præberetur assensio. Nā cuius Epistolæ ad nos exëplaria direxisti sanctæ memoriæ Cyrilli, eam in nostro scrinio requisitā, nos authenticam noueris reperisse. Hoc tamen propriū diffinitionis meæ est, vt quantumlibet numerus sacerdotum amplior aliquid per quorundam surreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo Patrum cõstitutionibus inueniatur aduersum, id iustitiæ cõsideratione cassetur: quoniam vniuersæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia inremerata seruetur. Si quid sanè ab his fratribus, quos ad Sanctam Synodum vice mea misi, præter id, quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantum ab Apostolica Sede sunt directi, vt excussis hæresibus, Catholicæ essent fidei defensores. Quicquid enim præter speciales causas Synodaliū Conciliorum ad examen episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem: si nihil de eo est à sanctis Patribus apud Niceam definitum. Nam quod ab illorum regulis, constitutioneque discordat, Apostolicæ Sedis nõquam obtinebit consensum. Quanta verò hoc diligentia custodiatur à nobis, exemplaribus eius epistolæ, quam ad Constantinopolitanum Episcopum, refrenantes ipsius cupiditatem, direximus, instrueris: quam in omnium fratrum & sacerdotum nostrorum facias notitiam peruenire, vt nouerint pacem Ecclesiasticam, per concordiam Deo placitam, debere seruari. Illud quoque dilectionem tuam conuenit præcauere, vt præter eos, qui sunt Domini sacerdotes, nullus sibi ius docendi & prædicandi audeat vindicare: siue sit ille monachus, siue sit laicus, qui alicuius scientiæ nomine gloriatur. Quia etsi optandum est, vt omnes Ecclesiæ filij, quæ recta & sana sunt, sapiant: non tamen permittendum est, vt quisquam extra sacerdotalem ordinem constitutus, gradum sibi prædicatoris assumat, cum in Ecclesia Dei omnia ordinata esse conueniat, vt in vno Christi corpore & excellentiora membra suum officium impleant, &

D. Cyrillus & Leo cõtemporanei.

CAP. III.

CAP. V.

CAP. VI.

CAP. VI. Concilium diuini solis sacerdotibus permittendum.

inferiora superioribus non resulent. Data tertio Idus Iunij, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LXIII. ad Theodoricum Episcopum Cyri, post Chalcedonenſe Concilium, de fidei perſeuerantia.

*Dilectiſſimo fratri Theodorico Episcopo,  
Leo Episcopus.*

CAP. I.

**R**EMEANTIBVS ad nos fratribus, & confacerdotibus nostris, quos ad sanctum Concilium Sedes beati Petri direxit, agnouimus dilectionem tuam, superno adiutorio, nobiscū tam Nestorianæ impietatis, quàm Eutychnianæ vesaniz, extitisse victricem. Vnde gloriamur in Domino, cum Propheta canentes: *Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit celum & terram*, qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit: sed quæ nostro prius ministerio deficiat, vniuersæ fraternitatis irretractabili firmavit assensu, vt verè à se prodisse ostenderet, quod prius à prima omnium Sede formatum, totius Christiani orbis iudicium recepiſſet: vt in hoc quoque capiti membra concordent, in quo amplius nobis accrescit gaudendi materia, dum & tantò magis se perculit inimicus, quantò contra Christi ministros sæuius insurrexit. Nam ne aliarum sedium ad eam, quam cæteris omnium Dominus statuit præſidere, consensus assentationis videretur, aut alia quælibet subreperere posset aduersa suspicio, inuenti prius sunt, qui de iudiciis nostris ambigerent. Et dum nonnulli, dissensionum incitati auctore, ad contradictionis bella profiliunt, ad maius bonum, malum eius, auctore totius bonitatis dispensante, peruentum est. Dulcius siquidem munera gratiæ diuinæ proueniunt, quoties non sine magnis sudoribus adquiruntur. Et minus bonum videri solet, pax continuata per ocium, quàm reddita post laborem. Ipsa quoque veritas & clarius renitescit, & fortius retinetur, dum quæ fides prius docuerat, hæc postea examinatio confirmaret. Multum denique sacerdotalis officij meritum splendet, vbi sic summorum seruetur autoritas, vt in nullo inferiorum puteatur imminuta libertas. Et ad maiorem Dei gloriam proficit finis examinis, quanto ad

Psal. 123.

hoc se accipit exetendi fiducia, vt vincatur aduersitas, ne quod per se probatur reprobum, silentij præiudicio videatur oppressum. Exulta igitur, charissime frater, & in vnico Dei filio victor exulta. Vicit per nos ille, cuius carnis veritas negabatur: vicit per nos & pro nobis ille, cui viuimus: per quem secunda est post aduentum Domini hæc orbi festiuitas. Redditum seculo est, prædone prostrato, Incarnationis diuinæ mysterium: quod humani generis inimicus quia rebus ipsis auferre non poterat, calumniis obscurabat. Quinimo ab incredulorum corde perierat immortale mysteriū, quia nihil prodest tanta salus incredulis, ipsa veritate suis dicente discipulis: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur.* Solis iustitiæ iubar, densis per Orientem Nestorij & Eutychnis nebulis impeditum, purè ab Occidente resplenduit, vbi commerciū in Apostolis & Doctoribus principaliter collocavit: quamuis nec illinc vnquam defuisse credendus sit, quo Confessores sibi egregios referuauit, ita vt dum denuo conaretur hostis antiquus per secundi Pharaonis impænitens cor, fidei Abrahæ semen & filios re promissionis extingueret, Deo miserante languescens, nisi sibi nocere, nihil posset. De quo & illud omnipotens mirabilius egit, quia & quos sibi socios ad Israëlitici populi cædes ascieuerat, non cum tyrannidis auctore submersit, sed cum suo populo congregauit. Et sicut reuera se dignum, & soli sibi possibile fons misericordiæ nouerat, victos à nobis, nobiscum fecit esse victuros. Nam dum solus verè sit humani generis hostis spiritus salutaris, omnes de illo iam triumphare non dubium est, quos sibi veritas vindicauit. Nunc profus illa redemptoris nostri dicta, quàm sint diuinæ autoritatis, apparet: dum contra hostes fidei sic aprantur, vt de ipsis dubitare dictum non liceat: *Vos, inquit, ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis implere. Ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Quando loquitur mendacium, ex suis propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius.* Nihil ergo mirandum est, quod hi, qui in veritate Dei nostræ naturæ mendacium crediderunt, patri suo & circa ista concordant, quicquid visum, quicquid auditum, quicquid denique (teste Euangelio) tactum est atque palpatum, in vnico Dei filio, non eius comprobatum esse, adserentes, sed coæternæ & coessentialis patri fuisse substantiæ, quasi aut diuinitatis natura, crucis ligno

CAP. II.

Marc. 16.

Ioan. 8.

CAP. III.

transfixa sit, aut inconuertibilis crescere per ætates, & in sapientia proficere sapientia sempiterna, vel Spiritu Dei, qui Spiritus est, subinde repleti potuerit. In hoc quoque se acerba vesania, ex quo authore processerit, prodit, quod quantum in se est, vniuersis nocere molita est. Nam qui nos persequendo afflixit, cæteros ad consentum sceleris impellendo deprauauit. Sed nec nos, licet in singulis fratribus (quia membra nostra sunt) vulnerasset, à speciali dolore fecit exceptos: quibus noua & inaudita atque incredibili audacia inferre contra suum caput est molitus iniuriam. Sed vtinam vel post tot pessima resipiscens, non nos etiam de suo æternæ damnationis interitu contristaret. Quam mensuram sceleris prætermisit, cui nec hoc sufficere potuit, quod nec vnus parcendo, nec mortuis etiam in sanguine innocentis & Catholici sacerdotis, pollutas iam pridem, abdicata veritate, atque approbata falsitate, manus intinxit? Et cum scriptum sit: *Qui odit fratrem suum, homicida est*, ille quod odio iam fecisse dictus est impleuit operibus, quasi nec audisset illud, quod Dominus ait: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suauis est, & onus meum leue est.* Dignus diabolici prædicator erroris, Ægyptius vastator inuentus est: quia tanquam sæuissimus tyrannus, Ecclesiæ nefandas blasphemias per violentam seditiosorum turbam, & per cruentas manus solorum venerandis fratribus imponebat. Et cum voce redemptoris nostri firmatum sit, vnum eundemque homicidij esse & falsitatis authorem, ille pariter vtrumque compleuit: quasi non vt caueantur, sed vt perpetrentur, scripta sint, ad perditionis suæ cumulum trahens, quæ Dei filius monuit ad salutem. Illud quoque surda nimis aure præteriens, quod ab eodem Domino dictum est, *Ego quod vidi apud patrem meum, loquor, & vos quod vidistis apud patrem vestrum, facitis.* Igitur dum sanctæ memoriæ Flauiano vitam præsentis seculi moliretur auferre, se veræ vitæ luce priuauit. Dum vos ab Ecclesiis vestris conaretur expellere, se à Christianorum collegio segregauit. Dum trahit plurimos, & impellit ad erroris assensum, multiplici animam suam vulnere fauciauit: solus vltra omnes & per omnes, ac pro omnibus reus, qui causa reatus omnibus fuit. Sed licet his tua fraternitas, solido cibo firmata, indigere minimè videatur: tamen vt quod nostri loci est, impleamus circa vocem dicentis Apostoli: *Præter ea, quæ ex*

*trinfecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* hoc præcipue præsentis occasione credimus admonendum, frater charissime, vt quotiescunque diuina gratia ministrante, illos, qui foris sunt, fonte doctrinæ aut submergimus, aut purgamus, in nullo ab illis, quas Spiritus sancti diuinitas in Chalcedonensi Concilio protulit, fidei regulis recedentes, inter vtrumque hostem, nouellæ perfidiæ sermonem nostrum cum omni cautela libremus: non iam (quod absit) tanquam de dubiis disceptantes, sed autoritate sua, quæ bene definita sunt, adstruentes: cum & in Apostolicæ Sedis epistola, vniuersalis sanctæ Synodi assensu firmata, tanta diuinæ autoritatis testimonia nouerimus esse congesta: vt nullus queat ulterius dubitare, nisi qui sibi metipsum errorum tenebras inferre maluerit: cum Synodalia gesta, vel quibus primùm definitio fidei legitur esse formata, vel quibus præfatæ literæ Apostolicæ sedis, etiam tuæ fraternitatis studio defensæ sunt, & maximè ad pissimos Principes totius Concilij alloquutio, tot sit præcedentium patrum testimoniis roborata: vt quamuis imprudenti ac pertinaci animo, si tamen non iam cum diabolo pro sua impietate damnatus est, valeant suadere.

Vnde hoc quoque nos contra hostes Ecclesiæ providere condignum est, vt eis nullam calumniandi occasionem (quod ad nos attinet) penitus relinquamus, nec vnquam contra Nestorianos aut Eutychianos agentes, alteri eorum videamur terga vertisse, sed vtrosque Christi hostes æqua lance vitemus atque damnemus: ita vt eos, quoties audientium, quæ taliter pascit vititas, cum dogmatibus eorum digno anathemate promptissimè atque euidentissimè feriamus, ne si hoc à nobis aut obscurius fieri videatur, aut tardius, puretur inuitum. Quod quamuis prudentiam tuam res ipsa admonere sufficiat, nunc tamen & experimenta docuerunt. Sed benedictus Deus noster, cuius inuincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te, secundum Sedis Apostolicæ iudicia, demonstrauit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probauimus ac probamus, pro vniuersalis Ecclesiæ defensione seruaeris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias soluit, maximam beatissimi Petri curam pro nobis cunctis agnoscimus, qui postquam suæ Sedis iudicium in fidei definitione firmavit, nec circa cuiusquam vestrum, qui nobiscum pro Catholica

1. Ioan. 3.

Math. 11.

Ioan. 8.

Ibidem.

CAP. IV.

1. Cor. 11.

fide laboratis, personam, quicquam reprobum videri permisit: quia nec poterat, Spiritu sancto iudicante, quisquam ex eis non victor existere, quorum iam vicerat fides.

CAP. VI. Quod superest, exhortamur, ut quia illic nonnullas Eutychniani ac Nestoriani erroris reliquias cognouimus remansisse, nunc etiam Sedi Apostolicæ collabores. Victoria enim quam Christus Dominus Deus noster suæ donauit Ecclesiæ, quam diu in hoc mundo versamur, licet fiduciam maiorem tribuat, non tamen in totum sollicitudinem perimit: nec ut dormiamus donata est, sed ut suauius laboremus. Vnde in hoc quoque tuæ vigilantia sollicitudine volumus adiuuari, ut tua relatione currende, quid apud illos religionis doctrina Dominica proficiat, Apostolicam Sedem festines instruere: quantum illius religionis sacerdotes, in quocumque vsu exegerit, adiuuemus. De his verò, quæ in supradicto Concilio illicita, contra venerabiles Nicenos canones, præsumptione tentata sunt, ad fratrem & Coepiscopum nostrum Antiochenæ sedis Præsolem scripsimus: adiicientes & illud, quod nobis propter improbitatem monachorum quorundam religionis vestra verbo mandatis per vicarios nostros, & hoc specialiter statuentes, ut præter Domini sacerdotes nullus audeat prædicare, seu monachus, siue ille sit laicus, qui cuiuslibet scientiæ nomine gloriatur. Quas tamen literas, pro utilitate vniuersalis Ecclesiæ, per prædictum fratrem & Coepiscopum nostrum Maximum, ad omnium volumus peruenire notitiam: & ob hoc hic nolumus earum exemplar adicere, quia quæ prædicto fratre iniuriamus, non dubitamus implenda. *Et aliam manu.* Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Data quarto Idus Iunij, Opilio-  
re viro clarissimo Consule.

Paschasini Episcopi Lilybetani Epistola ad Leonem Papam, qui iussit illi, ut rescriberet de supputatione Paschalis festi.

*Domino verè beatissimo ac Apostolico, mihi-  
que post Dominum plurimum colendo  
Papæ Leoni, Paschasinus Episcopus.*



POSTOLATVS vestri scripta Diacono Panormitanæ Ecclesiæ Silano deferente percepi, quæ nuditati meæ atque aru-  
nis, quas amarissima captiuitate faciente incurri, solatium in omnibus at-

que remedium attulerunt: celesti rore animum recreantes, atque omne quod triste fuerat, abstergentes, Domine venerabilis Papa. Iubere dignata est corona vestra, ut quod paschalis supputationis veritas anni post hunc futuri haberet, sacrosanctis auribus vestris exiguitas mea intimaret. Cui præcepto pro inobediens existere non potui omnino, nec debui. Diutino itaque tractatu, vel ratiocinatione id verum inuenimus, quod ab Alexandrinæ Ecclesiæ Antistite beatitudini vestræ rescriptum est. Nam cum Romana supputatio, quæ cyclo concluditur, cuius ipse, de quo agitur, erit sexagesimus quartus annus, qui cyclos cœpit à consulatione Antonini & Siagrii, nobis dubietatem adferret, eo quod septimo Calendarum Aprilium die, dies Dominica, & luna vigesima prima incurreret, & iterum nono Calendarum Maiarum die (ut rei veritas habet) Dominica dies, & luna decimanona obueniret: in hoc ambiguo fluctuantes, ad Hebræorum, hoc est, legalem supputationem nos conuertimus, quæ cum à Romanis ignoratur, facile errorem incurrunt. Cœpit ergo Ogdoas à consulatione virorum clarissimorum Etij iterum & Sigismildi, quæ clauditur anno, de quo quæstio videtur exorta. Talis ratio hæc est. Priores verò anni communes, tertius embolismalis, quartus & quintus cōmunes, sextus embolismalis, septimus cōmunis, octauus embolismalis. Peruider ergo Apostolatus vestri prudentia, octauum annū Ogdoadis fieri aliter non posse, nisi embolismū teneamus. Quod si voluerimus illud, quod superius diximus, id est, quod primum incurrat, Pascha septimo Calendarum Aprilium die celebrare, communem annum faciemus, & incipiet omnis deinceps subsequentiū annorum supputatio vacillare. Et ne hoc, quod exposui, beatitudini vestræ obscuritatem aliquā adferat, suggestimus communes annos, apud Hebræos duodecim tantum menses, hoc est, dies cccliij. habere. Necessitate ergo embolismi cogimur id tenere, quod longius est, ne à vero deuiare videamur. Neque nobis aut nouum, aut erraticum videatur, cum dies passionis vndecimo Calendas Maij occurrat, à qua (sicut videtur) Pascha nomē accepit: licet Hebrææ linguæ interpretes tradant Pascha transitum dici, quod tamen idem & Ioannis Euangelistæ dicto firmatur, quo ait, cum de passione loqueretur, *Cum venisset hora, ut transiret Iesus de hoc mundo ad patrem.* Non ergo nos dies vna longius posita terreat, ne cum hoc vitamus, incurramus errorem, sicut tempore beatæ

recordationis Domini mei, prædecessoris vestri Zozimi, anno consulatus Honorij Augusti vndecimo, & Constantij secundo. Tunc enim, cum declinaretur, ne decimo Calendas Maij dies Paschæ teneretur, celebratum octavo die Calendas Aprilis, id est, pro embolismo, communis est annus tenus, & error grauissimus est ortus, in tantum, vt ministerio certo, quod dono sancti Spiritus ministratur, hæc veritas probaretur. Quod propterea credidi exponendum, quia locus ipse etiam sanctos, atque à me venerando fratre meo Libanio Diacono notissimus est. Cuius mysterij miraculum tale est: Quædam vilissima possessio, Meltinas appellatur, in montibus arduis, ac syluis densissimis constituta, illicque per parua, atque vili opere constructa est Ecclesia. In cuius baptisterio nocte sacrosancta Paschali baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisque qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum habeat, vt aqua venerat, ex se descendit. Tunc ergo (sicut supra diximus) cum sanctæ memoriz Domino quondam meo, ac beatissimo Papa Zozimo, cum apud Occidentales error ortus fuisset, consuetis lectionibus nocte sacra discussis, cum Presbyter secundum morem baptizandi, horam requireret, vsque ad lucem aqua non veniente, non consecrati, qui baptizandi fuerant, recesserunt. Vt ergo breuiter narrem, illa nocte, quæ lucebat in diem Dominicam, decimo die Calendas Maij fons sacer hora competenti repletus est. Evidenti ergo miraculo claudit, Occidentalium partium fuisse errorem. Hæc prout potui, vel epistolaris breuitas passa est, iubente Apostolatu vestro rescripti.

Epistola L XIII. ad Martianum Augustum de Pascha.

*Leo Episcopus, Mariano Augusto.*

cap. 1.



AM multis documentis per omnes Christi Ecclesias fides vestræ pietatis innotuit: vt si quid sollicitudinum pro communi religione generatur, merito vestrum quaeratur auxilium. Et quia memor dispensationis mihi creditæ, necesse habeo curas meas etiam in ea, quæ sunt futura, præmittere: non improbe cupio clementiæ vestræ studiis adiuuari, vt in ea obseruantia, quæ certa semper ratione va-

riatur, nihil possit erroris incurri. Paschale etenim festum, quo sacramentum salutis humanæ maximè continetur, quamuis in primo semper mense celebrandum sit, ita tamen est lunaris cursus conditione mutabile, vt plerunque sacratissimæ diei ambigua curat electio, & ex hoc fiat plerunque quod non licet, vt non simul omnis Ecclesia, quod non nisi vnum esse oportet, obseruet. Studuerunt itaque sancti Patres, occasionem huius erroris auferre, omnem hanc curam Alexandrino Episcopo delegantes: quoniam apud Aegyptios huius supputationis antiquitus tradita esse videbatur peritia, per quam, quamuis singulis dies prædictæ solemnitatis eueniret, Sedi Apostolicæ indicaretur, vt huius scripti ad longinquiores Ecclesias iudicium generaliter percurreret. Sed sanctæ memoriz Theophilus Alexandrinæ Ecclesie Episcopus, cum huius obseruationis annos centum numero collegisset, septuagesimo sexto Paschale festum longè aliter, quàm alij decreuerant, tenendum esse constituit, à primo Augustæ memoriz Theodosij senioris consulatu succedentes sibi sacræ obseruantiz ordines ponens: vt longioris temporis ratio eius literis teneretur adscripta, cuius complexionis septuagesimus & quartus est annus, in qua pridie Idus Aprilis sanctum Pascha celebrauimus: sequenti verò anno pridie nonas Aprilis eadem, propicio Deo, erit habenda festiuitas, sicut regulariter ceterarum annorum rationis ordo declarat. Sed in anno, qui erit septuagesimus sextus, Paschæ dies inuenietur adscriptus, quem à passione Domini nullius exempli, nullius constitutionis admittit auctoritas. Nam diem octauum Calendarum Maiarum ab eo cognoscimus præfinitum, qui anni limitem, antiquitus constitutum, excedit: cum alij quinto decimo Calendarum Maiarum huic festiuitati deputauerint diem. Siquidem ab vndecimo Calendarum Aprilium, vsque in \* decimum Calendarum Maiarum, legitimum spacium sit præfinitum. Intra quod omnium varietatum necessitas concludatur: vt Pascha Dominicum, nec prius possimus habere, nec tardius. Quod enim in decimum, & in nonum Calendarum Maiarum videtur nonnunquam peruenisse festiuitas, quadam ratione defenditur. Quia etsi dies resurrectionis ultra terminum videtur exisse, dies tamen passionis limitem positum non inuenietur egressus. Ad octauum autem Calendarum Maiarum Paschalem obseruantiam perducere, nimis insolens & aperta transgressio est. Quia ergo

cap. 111

vndecimo

cap. 111

in illa, vt dixi, centenaria supputatione Theophili, septuagesimus sextus annus diem Paschæ contra morem Ecclesiasticum statuisse monstratur, & non leuiter delinquitur, si in principio sacramenti veritas & vnitas ab vniuersali Ecclesia non tenetur: obsecro clementiam vestram, vt studium vestrum præstare dignemini: quatenus Ægyptij, vel si qui sunt alij, qui certam huius supputationis videntur habere notitiam, scrupulum huius sollicitudinis absoluant, vt cum diem generalis obseruantia dirigat, qui nec paternarum constitutionum normam relinquat, nec vltra præfixos terminos euagetur. Quicquid autem pietas vestra de hac consultatione cognouerit, ad meam iubeat mox notitiam peruenire: vt in diuinis mysteriis nulla dissonantiæ culpa nascatur. Data decimosexto Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LXV. ad Eudochiam Augustam, de Pascha.

*Leo Romana & vniuersalis Ecclesie  
Episcopus, Eudochie Auguste  
salutem.*



ANCTÆ memoriæ Theophilus ad Augustum Theodosium seniore[m] scribens, per centum annos, à primo prædicti Principis consulatu, digessit ordinem diei festi, cuius instructionis septuagesimus quartus nunc annus euoluitur Opilione Consule. Prædie Idus Aprilis celebrata est sacra solennitas, vnde sequenti anno, prædie nonas Aprilis, eadem festiuitas rationabiliter consequitur. Sed annus, qui erit septuagesimus sextus, memorati Episcopi annotationem habere cognoscitur, quæ à totius antiquitatis exemplo, & ab omni autoritate Patrum discordat. Siquidem in octauum Calendarum Maiarum dominicum Pascha transtulerit, præfinitos antiquitatis limites nimis audenter excedens, cum die quindecimo Calendarum Maiarum Paschalem sollemnitatem (sicut constituere alij potuerit annotare. Vnde quia nõ mediocris mihi sollicitudo generatur, ne apud Ægyptios hæc persuasio probaretur, ad Christianissimum & clementissimum Principem scripta direximus, quibus causam scrupuli diligenter exposui, & suppliciter postulavi, vt operam suam, quemadmodum consuevit, religionis cultui dignanter

impendat, vt eos, qui huius supputationis perfectam videntur habere notitiam, in vnum iubeat conuenire, & diligenter inquirere, ne forte hæc definitio teneatur, & hic excessus, qui prioribus videtur repugnare temporibus, nostræ conuiuentiæ, vel negligentiz deputetur, & fiat in nostris diebus, quod nunquam ante præsumptum est. Quia verò oportet serenitatem tuam curæ istius mecum esse participem, & ne quid tale accidat, præcauere, crebrius religiosissimo & fidelissimo Principi dignare suggerere, vt indissimulanter iubeat Ægyptios admonere, ne in summæ festiuitatis die, aut dissensione aliqua aut transgressione peccetur. Quicquid autem de hac re diligentius inuestigare sollicitudo vestra potuerit, citò ad notitiam meam gloriosissimus Imperator iubeat peruenire: quia & ad ipsius, & ad omnium salutem pertinet, vt Dei cultus nullo errore lædatur. Data sextodecimo Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LXVI. ad Liciniam Eudochiam Augustam, de monachis Palæstinis.

*C Leo Episcopus, Eudochie Augustæ.*



VANTA mihi Catholicæ curæ sit fidei, & qua sollicitudine, in quantum Dominus adiuuat, debeat præcaueri, ne vnquam ab imperitis & impijs veritati Evangelio resistatur, pietatem vestram scire non dubito. Et ideo cum salutationis officio, quo semper mihi est vestra oranda clementia, obsecro Dominum, vt me tuam incolumitatem in causa fidei, in qua quorundam intra prouinciam Palæstinam monachorum fuerant corda turbata, magis magisque faciat adiuuare, vt tantum, quod pietatis tuæ studio fieri potest, hæreticæ peruersitatis omnis fiducia subtrahatur. Quos enim nec ratio sacramentorum, nec auctoritas scriptorum, nec ipsa sacrorum locorum testimonia commouebant, quid eis nisi abruptum periculum timeretur? Profit ergo Ecclesiis, sicut (faucante Deo) & prodest, & prodest generi humano, in verbis Dei vestram ibi esse voluntatem, vbi Dominum nostrum Iesum Christum vobis sicut verum Deum, & verum quoque hominem, in vnitate personæ, & mirabilium indicia, & passionum documenta

menta loquuntur. Si ergo prædicti nomen Catholicum venerantur & diligunt, & inter Domini corpus se volunt membra nominari, prauos errores, quos temerè admitterant, detestentur, & agant penitentiam impiarum blasphemiarum, cruciatorumque factorum. Succumbant pro salute animarum suarum Synodalibus, quæ in ciuitate Chalcedonenſi sunt confirmata, decretis. Et quia ad intelligendum sacramentum salutis humanæ, nisi fides vera, & humilitas quieta non peruenit, credant in Euangelio, quod continentur in Symbolo, nec impiis dogmatibus miscantur. Fides enim Catholica sicut damnat Nestorium, qui in vno Domino nostro Iesu Christo duas ausus est prædicare personas, ita damnat etiam Eutychen cum Dioscoro, quod ab vnigenito Dei Verbo negant in vtero Virginis matris veritatem carnis humanæ susceptam. Si quid autem erga prædictorum conuersionem exhortatio vestra profecerit, quod gloriam vobis præstabit æternam, pero hoc mihi clementiæ vestræ literis indicetis, vt & in vobis boni operis fructum, \* & illis gaudeam misericordiam Domini non peruisse. Data septimo Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo Consule.

et in illis.

Epistola LXVII. ad Iulianum  
Coensem Episcopum.

Leo Episcopus, Iuliano Coensi  
Episcopo.

sepiissime.

**R**EQVENTISSIME \* dilectionem tuam ad hanc curam & diligentiam meis sum literis exhortatus: vt de his, quæ circa fidem aguntur sollicitudinem meam indefinenter instrueres. Et cum omnibus occasionibus scribere non quiescam, quibusdam tamen scriptis meis, id est, per filium nostrum Rodanum, domesticum filij nostri, viri illustrissimi Asparatij datis, nullum responsum tuæ fraternitatis accepi: tanquam ratio temporis non habuerit, vt quid post mea scripta sit gestum, potueris indicare. Et ideo per filium meum Rodanum his literis te saluto: & vt opportunitatem scribendi non negligas, in quo quæstus sollicitudinis meæ releuatur, admoneo. Cum enim in te quandam mei Constantinopolitani habeant portionem, dignum pro communi amicitia est, & pro totius Ecclesiæ

A dilectione, incessabili te vigore prospicere: ne quid possit de statu fidei me latere. Quæ ergo per prædictos, vel ad gloriosissimum Principem, vel ad tuam dilectionem scripsi: vt celestimè tradantur effectui, opportunis suggestionibus elabora. Et quicquid fuerit (Deo auxiliante) dispositum, scire me facito: vt perductus in effectum his, quæ rationabiliter ordinata sunt, pax fidei, canonumque custodia & securior vbique habeatur & fortior. Data septimo Calendas Iulij, Opilione viro clarissimo Consule.

Epistola LXVIII. ad Iulianum  
Episcopum.

Leo vrbis Romæ Episcopus Iuliano  
Episcopo.



**C**HRISTIANISSIMI Principis fidem sæpè euidentissimis probauimus documentis; ac de nostro gratias ago, qui talem dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate rectorem: qui fidei causas & Reipublicæ, summæ vigilantia studio tueretur, hæreticorum ausibus semper obstitens, & nihil eorum insanix aduersum Catholicam fidem licere permittens: cuius post Deum beneficiis hoc debetur: quod Hierosolymitanus Episcopus est receptus, & monachos, quos perfidia hæreticæ falsitatis inuaserat, ad sanitatem Augusta autoritas reuocauit. Mox itaque vt accepi epistolas tuas, talia continentes, non solum eadem die, sed prope eadem hora responsum reddere maturavi: vt certior de omnibus, quæ scripseras, redderis. Fratrem Proterium Alexandriæ vrbis Episcopum gratulor satisfactionis plenas de fide sua ad nos literas direxisse, & manifestè, quidnam teneat, indicasse, cui me dignam gratiam, pro fidei ipsius sinceritate, necesse est præstare, vt honorem in nullo suæ perdat Ecclesiæ, sed sedis suæ privilegia, paternæ antiquitatis exemplo, iuxta canonum illibata iura possideat. De præsentis anni Pascha nulla dubitatio esse nobis poruit, sed de futuro, quod Theophilus Alexandriæ vrbis Episcopus, nono Calendarum Maiarum die, quod nunquam ita à tempore Dominicæ resurrectionis celebratum est, creditur adscribendum. Vnde sollicitius congruit hoc requiri, vt omnis occasio

An. Christi 456. quifuit annus Pontificatus S. Leonis 15. est scripta hæc epistola, & 4. sequentes.

De hoc S. Proterio vide Nicephorum lib. 17. cap. 16.

tollatur erroris. Nam in nostris annalibus Calendarum Maiarum die aptissime à patribus nostris & constitutus legitur & celebratus. Ac ne vel apud nos, vel apud Orientales nascatur ex hac parte diuersitas, hoc instantius nostro nomine cum Christianissimo Principe agere tua dignetur dilectio, quamuis & ipse clementissimus Princeps se inquisitione sollicitissima, curâ hanc Ægyptiis delegasse, suis epistolis dignatus sit indicare. Epistolam sanè meam ad Chalcedonensem Synodum datam presentibus Episcopis & Clericis lectam fuisse, tuis epistolis retulisti: sed vsque ad illud capitulum quo ea, quæ de fide acta sunt, meus videtur firmasse cõsensus. Vnde miratus sum, quod reliqua, quæ secuta fuerunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint: cum maximè omnibus innotescere debuisset, improbum à vobis ambitum notatum fuisse, ne nouis vsurpationibus constituta, inuoluta (vt semper scripsimus) seruantur. Etiam Presbyterum, quem asseris fuisse discussum, gratulamur, cognitione habita, in omnibus fuisse purgatum. Epistolam quoque ad Christianissimum Principem noueris me misisse: in qua illi gratias egi, quia curam mihi suam, tam pro fidei causa, quam pro securitate Reipublicæ dignatus est indicare. Aliam quoque ad nos epistolam dedit, interueniens pro Anatolio Episcopo, vt nostri illi animi gratia præbeatur, quoniam correctionem eius promittit, & in omnibus se satisfacturum esse, quæ ad fidei obseruantiam pertinent, pollicetur. Data quinto Idus Ianuarij, Ætio & Studio viris clarissimis Consulibus.

Epistola LXIX. ad Martianum  
Augustum.

*Leo Episcopus Mariano Augusto.*

**V**ERITATEM fidei Christiane qua clementia vestra præfulget, etiam his litteris, quas frater & Coepiscopus meus Nestorianus detulit, demonstratis iustissime fratri meo Proterio Alexandrinæ urbis antistiti impendentes fauorem, quo mihi per omnia esset acceptior. Nam cui vestra pietas testimonium perhibere dignatur, indubitanter esset probandus, etiam si taceret. Sed accedit ad gratiam, quod proprio quoque sermone cognoscatur, & quam sincerus sit Catholici dogmatis prædicator, ipsius pro-

fectione clarescat. Vnde plenissimo affectu dilectionem orthodoxi fratris amplector, & Deo gratias ago, quod amoto eo, qui Euangelio Christi voluit contraire, & à sanctorum Patrum intelligentia dissentire, talem prospexit Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotem: qui præcedentibus rectoribus & fide concordaret & vita. Nam cum amplecti se Epistolam meam, quam ad beatæ memoriz Flavianum contra Eutychem impium misi, toto corde profiteretur, quid aliud, quam Apostolorum se discipulum ostendit? quoniam doctrina veritatis in lumine suo permanet, & non potest esse diuersum, quod vnum est atque diuinum. Rescripsi itaque prædicto fratri, quod debui: atque in sancto studio vt perseveraret, admonui. Qui sine dubio constantior erit, si etiam clementiæ vestræ cohortationibus adiuuetur. Nec in aliquo eum terreat quorundam imperita dissensio, quos paucorum hæreticorum instigationibus ignorantia facit obnoxios. Quod sua ergo negligentia assequi nequeunt, opportunè eorum insinuetur auditui. Et ne ratis noua inferre, & propria videatur adstruere, venerabilium Patrum, qui eidem Ecclesiæ præfuerunt, scripta relegantur: & quid B. Athanasius, quid Theophilus, quid Cyrillus, quid etiam Orientales magistri de Incarnatione Domini senserint, recognoscant. Nec repullatibus decipiantur erroribus, qui olim Euangelici sermonis sunt virtute prostrati. Quoniam omnes fere hæreses, quæ diuersis temporibus extiterunt, dum sacramentum corporeæ natiuitatis, & passionis, ac resurrectionis Christi non intelligunt, ab Euangelio deuiarunt. Et possemus minus laborare in hæreticis repellendis, si rudes animos ipsa non turbaret mendacia, quæ peremit antiquitas. Sed nunc (vt dixi) hic docendi optimus modus est, vt paternorum sensuum linea Alexandrinæ plebis & cleri auribus innotescat, & acii qui sunt, qui nostra scripta despiciant, illis saltem, qui nobiscum Apostolicis sensibus congruunt, acquiescant. In quo opere multum confacerdotis nostri deuotione gaudebo, & semper ipsius vnanimitate laborabo: quia fraterna pax non nisi vna fidei confessione seruatur. Quia verò quorundam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatæ memoriæ Flavianum dedi, falsasse perhibetur, vt commutatis quibusdam literis vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris assereret: obsecro venerabilem clementiam

vestram, vt eandem epistolam per fratrem meum Iulianum Episcopum, vel eos, quos idoneos ad hoc opus pietas vestra delegerit, in Græcum sermonem iubeatis integrè, diligentèrque translata, per idoneum iatorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam iudicibus Alexandrinis, quicam Clero & plebi ipsius ciuitatis, cum prædictorum Episcoporum prædicationibus, qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari: vt agnoscant se fallacium hominum fraude vltèrius decipi non debere, & probentur Apostolicæ Sedis syncreti esse discipuli, apud quam nec Eutyches, nec Nestorius vllum obtinent locum: quia sicut alios hæreticos, ita & istos Ecclesia vniuersalis damnauit. Data quinto Idus Martij, Aetio & Studio viris clarissimis Consulibus.

Epistola LXX. ad Martianum Augustum, in qua scribit de exilio Eutychetis, vt ad secretiora loca eum transferret, quia vbi positus erat, adhuc praua docebat.

*Leo Episcopus Martiano  
Augusto.*

CAP. I.



Vo spissimè multa iam experimento docuerunt, sanctum pietatis vestræ studium circa religionem Christianam gloriosis perseverat & crescit augmentis, & hæc fides clementiæ vestræ non solum me, sed & omnes Domini sacerdotes consolatur & roborat: dum in Christianissimo Principe sacerdotalem experimur affectum. Quem si Orientalium partium Sacerdotes studeant imitari, nihil scandalorum, neque pax, neque fides Christiana patietur. Vnde cum Constantinopolitanus Episcopus ad omnem pietatis profectum præsentis clementiæ vestræ doceatur exemplo, si fideliter vestris acquiescat hortatibus, habebit in me syncretæ gratiæ animum: tantum vt quod verbis spondet, corde perficiat. Si verò, quæ Deo & pietati vestræ displicent, pertinaci in-

attentione delegerit, salua mansuetudinis vestræ reuerentia, vtat cum omnibus, & pro omnibus, vobis quoque annitentibus, aduersum superbientem liberiore constantia: quem (quod sæpe dicendum est) mallem pro sanctis actibus fraterna charitate complecti, gloriosissime Imperator. Quia verò suggestiones meas pro tranquillitate Catholicæ fidei libenter accepistis significatum mihi fratris & Coepiscopi mei Iuliani (quem exceptis piissimè) sermone cognoscite, Eutychem impium pro suis quidem meritis exulare, sed in ipso suæ damnationis loco multa, aduersus integritatem Catholicam, blasphemiarum desperatiùs venena profundere: & quod in illo totus mundus horruit atque damnauit, impudentia maiore, vt innocentes decipere possit euomere. Plenum itaque rationis æstimo, vt vestra clementia ad longinquiora loca eum iubeat & secretiora transferri. Monasterio verò eius Constantinopoli constituto, in quo habitatores ipsius monachi Euangelica Apostolicæque doctrina crebrius sunt & plenius roborandi, salubriter (vt arbitror) fiet, si is, qui ipsi monasterio Præpositus esse dicitur, à societate veneratoris vestri Iuliani Episcopi, quem in speculis propter fidem illic esse constitui, non recedat: cuius assidua visitatione profectus seruorum Dei illic habitantium possit augeri. Petitionem autem de festiuitate Paschali gaudeo ita à vestra pietate susceptam, vt confestim Nectarium agentem in rebus Alexandriam mitteret de errore remouendo, quem sanctæ memoriæ Theophili constitutio videtur inferre. De qua re (sicut scribere dignamini) quicquid ad pietatis vestræ notitiam perlatum fuerit, iubete me nosse: vt de obseruantia, quam non licet esse diuersam, quid potissimum sit tenendum, Ecclesia vniuersalis agnoscat. Precor autem, quod vestræ noui clementiæ conuenire, vt eos maximè tuca-  
mini contra omnes insidias, quos mihi & vestræ mansuetudini propter amorem fidei placere cognoscitis, vt eos Constantinopolitanus Episcopus lædendi non habeat facultatem. Data decimosextimo Calendas \* Maij, Aetio & Studio viris clarissimis Consulibus.

CAP. III.

CAP. II.

Marij.

Epistola LXXI. ad Anatolium  
Episcopum ; per Nectarium  
agentem in rebus directa.

*Leo Episcopus Anatolio Episcopo.*

CAP. I.



I firmo incommutabilique proposito, dilectio tua curam gratiæ communis habuisset : nihil profecto, quod ullam anxietatem tibi ingereret, extitisset. Non enim sinebat ratio, ut eius charitatem spernerem quem amore pacis, & studio reparandæ Catholicæ fidei inter ipsa Episcopatus rudimenta iuuissemus, optans in Ecclesiasticis curis talem habere consortem : ut mihi de sanctis prædecessoribus tuis, nec Ioannis spirituales copiosamque doctrinam, nec autoritatem Attici, nec industriam Procli, nec fidem beati Flauiani deesse sentirem : & ita studiis tuis vterer, ut nullus auderet, vel fidei Catholicæ refutare, vel Nicænis venerabilium Patrum regulis cõtrahere. Sed cum in iniuriam canonum (ut agnoscis) illa tentata sunt, quæ omnibus Ecclesiis scandalum maximum generarent, quid aptius ac modestius facerem, quàm ut te primum, ut ab hac intentione discederes, fraterno animo, missis literis, admonerem? Ad quas cum non rescriberes, ipse te à colloqui mei consortio separasti. Denique inde iam tacui, sed clementissimo Principi, custodi fidei, frequenti literarum petitione, suggesti, ut pro pace Ecclesiarum, quam tibi maximè prodesse cognoscis, hæc quæ nunc à tua dilectione facta sunt, implerentur. Cui ineffabiles gratias ago, quod secundum eruditionem Spiritus sancti, cuius est virtute plenissimus, sacerdotali dignatur studere concordia, sciens sibi orationes supplicantium copiosius profuturas, si famuli vnius Domini in nullo sint à veræ pacis unitate diuisi. Quod ergo in Constantinopolitana Ecclesia quædam in officiis Clericorum correctæ significas, ut & Etium Presbyterum in gratiam tuam, affectionemque reuocaueris, & Andream Archidiaconi actione subinoueris, nobis lacuisse rescribo : quia æstimationem tuam (ut optabam) plurimum erigit atque commendat. Et merito post correctionem in oblivionem deducitur, quod reprehensionem in obnoxium videbatur, cum hæreticorum prouectione, & sanctæ memoriæ Flauiani iniuria grauaretis, quæ nunc

CAP. II.

A simul ab omni offensione, cum tui (ut volui) laude cessarunt : quia in ordinem suum, quæ fuerant turbata, redierunt. Andream sane, qui rationabiliter Archidiaconi est priuatus officio, & Eufratam, qui sanctæ memoriæ Flauiani (ut comperi) improbus extitit accusator, si professionibus plenissimè scriptis non minus Eutychanam heresim, quàm Nestorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia est præstanda correctis, Presbyteros consecrabis, ut sibi remedium Catholicæ fidei sentiant profuisse, electo primitus & probato, qui Archidiaconi officium possit implere, id est, quem nulla vnquam prædictarum impietatum fama resperferit. Cæteri verò, quos par reatus inuoluerat, si veniam simili professione cum satisfactione deprecant, suis ordinibus reformatur : his tantum ad officiorum primatum admittis, quos ab omni errore liberos fuisse constitit. Illam autem culpam, quam de augenda potestate, aliena (ut asseris) adhortatione contraxeris, efficacius atque syncerius tua charitas diluisset, si quod tentari sine tua voluntate non potuit, non ad sola Clericorum consilia transtulisses. Quia sicut in mala suasionem delinquitur, ita & in mala consensione peccatur. Sed gratum mihi (frater charissime) est, quod dilectio tua id profiteretur sibi displicere, quod tunc etiam placere non debuit. Sufficit in gratiæ communis regressum professio dilectionis tuæ, & attestatio principis Christiani. Nec videtur tarda correctio, cui tam venerabilis assertor accessit. Abiiciatur penitus inconcessi iuris, qui dissensionem fecerat appetitus. Sufficiant limites, quos sanctorum Patrum prouidentissima decreta posuerunt : ut quæta sit suis meritis, & antiquis privilegiis, dignitas omnium sacerdotum renouetur, & maneat in te Dominiæ charitatis affectio, ad quam dilectionem tuam sapius cohortatus sum cum fratre & Coepiscopo nostro Iuliano, qui communem gratiam semper optauit : cuius industria & sollicitudines tuæ releuabuntur, & fides Catholica munietur. Super omnia autem fraterna charitate hortor & monco, ut ea quæ ad gloriam, vel ad munimen pertinent Sacerdotalis officij, nicenorum canonum vniuersalis Ecclesiæ pacem seruantia, decreta custodias. Sic enim inter Domini Sacerdotes inuiolata charitas permanebit : si paribus studiis, quæ sunt à sanctis Patribus constituta, seruentur. Data 4. Calendas Iunij, Actio & Studio. viris clarissimis Consulibus.

CAP. III.

Epistola LXXII. Beati Leonis Papæ  
ad Iuuenalem Hierosolymitanum Episcopum.

Leo vrbis Rome Episcopus, Iuuenali Episcopo Hierosolymitano.

CAP. I.



CEPTIS dilectionis tuæ litteris, quas ad nos filij nostri Andreas Presbyter & Petrus Diaconus detulerunt, gauisus equidem sum, quod tibi ad Episcopatus tui sedem redire licuisset: sed con-

fluentibus in recordationem omnibus causis quæ te per quosdam excessus laborare fecerunt, dolui aduersitatum tuarum temetipsum tibi fuisse materiam, & resistendi hæreticis perdidisse constantiam, qui estimant, non esse tibi liberum, vt eos audeas redarguere, quos tibi professus sis in suo errore placuisse. Beatæ enim memoriæ Flauiani condemnatio, & impiissimi Eutycheus receptio, quid nisi Domini nostri Iesu Christi secundum carnem negatio fuit? quam ipse grandi misericordia sua fecit resolui: cum detestandum illud Ephesinæ Synodi iudicium, ita sancta Chalcedonensis Concilij autoritate destruxit: vt nullum deprauatorum à remedio correctionis arceret. Vndè quia in tempore indulgentiæ respicientiam magis quam pertinaciam delegisti, ita gaudeo te cœlestem expetisse medicinam: vt fidei ab hæreticis impugnatæ, tandem possis esse defensor. Quamuis enim nulli sacerdotum liceat nescire, quod prædicat, quoniam qui ignorat, ignorabitur, inexcusabilior tamen est omnibus imperitis quilibet Hierosolymis habitans Christianus, qui ad cognoscendam virtutem Euangelij, non solum paginarum eloquiis, sed ipsorum locorum testimoniis eruditur. Et quod alibi non licet non credi, ibi non potest non videri. Quid laborat intellectus, vbi est magister aspectus: Et cur lecta: vel audita sunt dubia, vbi se & visui, & tactui tot humanæ salutis ingerunt sacramenta? Quasi ad singulos quosque fluctantes Dominus adhuc voce corporea vtatur, & dicat: *Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corda vestra: Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus ossa & carnem non habet, sicut me videtis habere.* Vtere igitur, frater charissime, inuicissimis Ca-

I. Cor. 14.

Luc. 24.

CAP. II.

Atholica fidei documentis, & Euangelistarum prædicationem sanctorum locorum, in quibus degis, testificatione defende. Apud te est Bethleem, in qua salutaris Dauidicæ virginis partus illuxit, quem obuolutum pannis inter angustias diuersorij, præsepe suscepit. Apud te est declarata ab angelis, adorata à Magis, & per multorum infantium mortes ab Herode quaesita Saluatoris infantia. Apud te est, vbi pueritia eius adoleuit, vbi adolescentia maturuit, & per omnia incrementa corporea, in virum perfectum veri hominis natura profecit, non sine cibo esuritionis, non sine somno quietis, non sine fletu miserationis, nec sine pauore formidinis. Vnus enim atque idem est, qui & in Dei forma operatus est miracula magna virtutis, & in forma serui subiit sauitiam passionis. Hoc tibi ipsa crux indefinenter loquitur, hoc lapis clamat sepulchri, in quo Dominus humana conditione iacuit, & de quo diuina potentia resurrexit. Et cum ad montem Oliueti, locum ascensionis veneraturus, accedis, nonne illa vox angelica in tuo resulat auditu, qua eleuationem Domini stupentibus dicitur: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in caelum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in caelum.*

Luc. 1.

Matth. 21.

Luc. 4.

Luc. 3.

Matth. 4.

Marc. 4.

Ioan. 11.

Matth. 26.

Ioan. 19.

Matth. 28.

Act. 1.

Veram igitur Christi generationem crux vera confirmat, quoniam ipse in nostra carne nascitur, qui in nostra crucifigitur, quæ, nullo interueniente peccato, nisi fuisset nostri generis, non potuisset esse mortalis. Vt autem repararet omnium vitam, recepit omnium causam & vim veteris chirographi, quod solus inter omnes non debuit, pro omnibus soluendo vacauit: vt sicut per vnus reatum omnes facti fuerant peccatores, ita per vnus innocentiam omnes fierent innocentes: inde in homines manante iustitia, vbi est humana suscepta natura. Nulla enim ratione extra nostri est corporis veritatem, de quo Euangelista prædicationem inchoans dicit: *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.* Et qui Samaritanæ mulieri protestatur, quoniam salus ex Iudæis est, beati Pauli Apostoli consonante doctrina, cum dicit: *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula.* Itemque ad Timotheum: *Memento, inquit, Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid secundum carnem.*

CAP. III.

Coloss. 2.

Rom. 5.

Matth. 21.

Ioan. 4.

Rom. 9.

2. Tim. 2.

Hæc autem veritas quantis & noui & veteris testamenti autoritatibus declaretur,

CAP. III.

pro antiquitate sacerdotij tui euidenter agnoscis, cum fides patrum & scripta mea ad sanctæ memoriæ Flavianum data, quorum mentionem ipse fecisti, adiecta vniuersalis Synodi confirmatione sufficient. Unde prospicere oportet dilectionē tuam, ne contra redemptionis, ac spei nostrę inefabile sacramentum, vllus obmurmuret. Sed si qui sunt, qui adhuc aut ignorantia caligant, aut peruersitate discordant, eorum quorum in Ecclesia Dei Apostolica fuit & est clara doctrina, auctoritatibus instruantur, & de Incarnatione verbi Dei hoc nos credere, quod illi credidere, cognoscant, neque se extra corpus Christi, in quo commortui, & conresuscitati sumus, sua obduratione constituent: quia nec pietas fidei, nec ratio suscipit sacramenti, vt aut in sua essentia passibilis fuerit deitas, aut in nostrę naturę susceptione mentita sit veritas. Particulam Dominicę crucis cum eulogijs dilectionis vestrę veneranter accepi. Data pridie Nonas Septembris, Aetio & Studio viris clarissimis Consulibus.

Epistola LXXIII. ad Leonem  
Augustum.

*Leo Roma Episcopus, Leoni semper Augusto.*

An. Christi  
459. quifuit  
annus Pon-  
tificatus S.  
Leonis 18.  
scripta est  
hæc episto-  
la & 3. se-  
quentes.



FFICIIS, quæ ad gratulationem Imperij vestri pertinent, persolutis, etiã hanc paginam necessarię supplicationis adieci: qua Catholicę fidei diuinitus preparatũ fauoris vestri posco præsidium. Nã talia in Alexandrina Ecclesia perpetrata, fratris & Coepiscopi mei Anatolij relatione cognoui, vt omnis Christiana religio sentiat se impeti atque violari, nisi vniuersali fidei vestra deuotione prospiciatur, & memoratę Ecclesię, quæ antea Catholicis fuit clara doctoribus, reddatur Christiana libertas, vt cessantibus hæreticorum impugnationibus, Euangelica doctrina, quæ illic ante Dioscorum viguit, unita cum totius Ecclesię pace reparetur. Quod opus virtutibus vestris, glorięque conueniens, celerem & Deo placitum habebit effectum, si apud sanctam Chalcedonensem Synodum de Domini Christi Incarnatione firmata, nulla permiseritis retractatione pulsati: quia in illo Concilio per Spiritum sanctum congregato, tam plenis atque perfectis diffinitionibus cuncta firmata sunt, vt nihil ei regulę, quæ ex diuina

inspiratione prolata est, aut addi possit aut minui. Hoc autem etiam apud clementiæ vestrę scientiam, non ambigimus esse perspicuum, siquidem (vt multorum antę relatione comperimus) molitiones hæreticorum, quæ contra prædictę Synodi auctoritatem conabantur asurgere, nihil ex hoc permiseritis audere. Vnde quod negandum illis sponte vidistis, gloriosum vobis est vniuersali Ecclesię me supplicante concedere, & incommutabiliter perpetuęque præstare, vt quæ secũdum Euangelium Christi & prædicationis Euangelicę veritatem omnibus retro seculis, vna fide, vnãque intelligentia roborata sunt, nulla vltius possint actione conuelli. Prout ergo misericordia Dei, consilio spiritus sui, mentē vestrę pietatis instruxerit, sanctę primitus Alexandrinę Ecclesię pacis reparationi consulite, & per Catholicos sacerdotes talem prouideri iubete pontificem, in quo & in actuum probitate, & in fidei profectioe nihil possit reprehensibile reperiri: vt omnibus ritę compositis, eadem vbique seruetur prædicatio veritatis. Data quinto Idus Iunij, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus.

Epistola LXXIV. ad Leonem  
Augustum.

*Leo Episcopus Roma, Leoni semper Augusto.*



ICET proximē ad clementiam vestram gemina scripta direxerim, quorum vnum debitum salutationis impleret, aliud pro statu Ecclesię supplicaret, tamen occasione, quæ Deo prouidente se præbuit, iterari vtrunque conuenit. Secundum ergo fiduciam illam, quam ex Dei inspiratione vniuersali Ecclesię præstitistis, ante cuiusquam preces constituendo, quod maximē ab omnibus fuerat expetendum, non desinimus gratias agere, & prouidentiam Dei in fidei vestrę feruore benedicere, qui sancto & Catholico spiritu, sicut fratris & Coepiscopi mei Anatolij sermone cognoui, ita hæreticorum impudentiæ restitistis, vt profiteremini, ad totius mudi pacem Chalcedonensis Synodi vos esse custodem. Quod cum ex vestrę fidei sententiã saluberrimē diffinitum sit, quanto studiosius vniuersali Ecclesię est conferendum, vt tranquillitas fidei Christianę etiam vestro proficit imperio, nec improbitas hæretica in

aliquo suo molimine gloriatur? Cuius per-  
tinax insidiosa contentio ilico cōquiescēt,  
si imperiali potestate frenetur. Data Calen-  
das Septembris, Constantino & Rufo viris  
clarissimis Consulibus.

Epistola LXXV. ad eundem Leo-  
nem Augustum.

Leo Episcopus Leoni Augusto.

CAP. I.



**L**ITERS clementiæ tuæ  
plenas virtute fidei & lu-  
mine veritatis veneran-  
ter accipi: quibus cupe-  
rem, etiam in co, quod  
præsentiam meam pietas  
vestra necessariam existi-  
mat, obedire, vt maiori fructu conspectum  
vestri splendoris assequeretur: sed magis id vo-  
bis arbitror placiturum, quod eligendum ra-  
tio demonstrauit. Nam cum sancto spiritua-  
liq; studio vniuersam pacem Ecclesiæ mu-  
niatis, nihilque sit conuenientius fidei defen-  
dendæ, quàm his, quæ per omnia, instruente  
Spiritu sancto, irreprensibiliter defini-  
ta sunt, inhærere: ipsi quomodo videbimur  
statuta velle conuellere, & auctoritates,  
quas Ecclesia vniuersalis amplexa est, ad ar-  
bitrium hæreticæ petitionis infringere, at-  
que ita nullum corrigendis Ecclesiis mo-  
dum ponere, sed data licentia debellandi,  
dilatate magis, quàm sopire certamina: Vn-  
dè, quia post illas Ephesinæ Synodi impie-  
rates, quibus Dioscori scelere fides Catho-  
lica refutata, peruersitas Eutychna susce-  
pta est, nihil ad confirmationem fidei Chri-  
stianæ vtilius potuit ordinari, quàm vt præ-  
dicti facinus sancta Synodus Chalcedonen-  
sis aboleret, & tanta illic haberetur cœlestis  
cura doctrinæ, vt nihil cuiusquam opinio-  
ne resideret, quod à prædicationibus vel  
Propheticis, vel Apostolicis dissonaret: ea  
scilicet moderatione seruata, vt rebellibus  
tantum ac pertinacibus ab Ecclesiæ vnitatem  
reiectis, nulli correcto venia negaretur.  
Quid probabilius, quid religiosius po-  
tuit pietas vestra decernere: quàm vt quæ  
non tam humanis, quàm diuinis sunt statu-  
ta decretis, nullus vltra sinatur impetere,  
ne verè digni sint Dei munus amittere, qui  
de veritate ipsius ausi fuerint dubitare?

CAP. II.

Cum ergo vniuersalis Ecclesia per illius  
principalis petreæ ædificationem facta sit  
petra, & primus Apostolorum beatissimus  
Petrus voce Domini audierit: *Tu es Petrus,  
& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,*

A quis est, nisi aut Antichristus aut diabo-  
lus, qui pulsare audeat inexpugnabilem  
veritatem, qui in malitia sua inconuer-  
tibilis perseverans, per vasa iræ, & suæ a-  
pta fallaciæ, falso diligentia nomine, dum  
veritatem se mentitur inquirere, mendaciâ  
desiderat seminare: atque contemnenda &  
vitanda meritò sibi incontinens furor, &  
impietas cæca præscripsit, vt diabolico in-  
stinctu, dum in sanctam Alexandrinam sæ-  
uit Ecclesiam, quales essent qui Chalcedo-  
nensem synodum retractari cupiunt, disce-  
retur, in qua nullo modo accidere potuit,  
vt à vobis contra sanctam Nicenam syno-  
dum sentiretur, quod hæretici mentiun-  
tur, qui se fidem Niceni Concilij tenere  
constringunt: in quo sancti & venerabiles  
Patres nostri contra Arrium congregati,  
non carnem Domini, sed deitatem filij ho-  
mouision patri esse firmauerè, in Chalce-  
donensi autem Concilio aduersum Euty-  
chianam impietatem definitum est, de sub-  
stantia virginis matris Dominum Iesum  
Christum sumpsisse nostri corporis verita-  
tem. Apud Christianissimum Principem  
igitur, & inter Christi prædicatores digno  
honore numerandum, vtor Catholicæ fi-  
dei libertate, & ad confortium te Aposto-  
lorum ac Prophetarum securus exhortor:  
vt constanter despicias ac repellas eos, qui  
se Christiano nomine priuauerè: nec patia-  
ris impies patricidas sacrilega simulatione  
de fide agere, quos constat à fide deuiare.  
Cum enim clementiam tuam Dominus  
tanta sacramenti sui illuminatione ditauerit,  
debes incunctanter aduertere, regiam  
potestatem tibi non solum ad mundi regi-  
men, sed maximè ad Ecclesiæ præfidiunt  
esse collatam: vt ausus nefarios comprimendo,  
& quæ benè sunt statuta, defendas,  
& veram pacem his, quæ sunt turbata, resti-  
tuas, depellendo scilicet peruafores iuris a-  
lieni, & antiquæ fidei sedem Alexandrinæ  
Ecclesiæ reformando, vt correctionibus  
tuus Dei iracundia mitigata, regie ciuitati  
non retribuatur, quæ antea admitta sunt, sed  
remittat. Constitue ante oculos cordis tui  
venerabilis Imperator, omnes, qui per to-  
tum orbem sunt, Domini sacerdotes, pro ea  
tibi fide, in qua totius mundi est redem-  
ptio, supplicare: in qua re specialius am-  
biunt, qui Apostolicæ fidei sectatores Ale-  
xandrinæ Ecclesiæ præsedere, agères apud  
pietatem tuam, ne hæreticos homines, &  
meritò pro sua peruersitate damnatos, vt  
sua persuasione patiamini: cum siue impie-  
tatem errorum aspicias, siue opus perpe-  
trati furoris attendas, non solum ad sacer-

CAP. III.

dotij honorem admitti nequeat, sed ab ipso Christiano nomine mereantur abscindi. Nam (quod exorata pietatis vestrae venia dixerim) quodam contagio splendorem vestrae serenitatis obfuscant, cum sacrilegi patricidæ id audeant perere, quod nec innocentes liceat obtinere. Oblatae sunt pietati vestrae preces, quarum exempla vestris literis subdidistis, sed in his quæ Catholicorum sunt deplorantium, subscriptio continetur, & quia causa probabilis est, fiducialiter nomina singulorum, vel dignitas sui honoris aperitur. In illis autem, quas orthodoxo Principi hæretica porrigere non formidavit obreptio, sub incerto confusæ unitatis vocabulo, ideo certum nomen retrahitur, ne non solum paucitas personarum, sed etiam meritum detegatur. Latere enim sibi utile æstimat eorum quantitas, quorum est & qualitas iudicata: nec incongruè cuius loci homines sunt, profiteri metuunt, qui meruere damnari. In vna ergo Catholicorum supplicatio continetur, in alia hæreticorum commenta panduntur. Hic sacerdotum Domini, & totius Christiani populi, ac monasteriorum defletur eversio: ibi immanium scelerum continuatio demonstratur, ut quod non licuit audiri, liceat dilatari. Nonne perspicuum est, quibus pietas vestra succurrere, & quibus debeat obuiare, ne Alexandrina Ecclesia, quæ semper fuit domus orationis, spelunca nunc sit latronum? Manifestum quippe est, per crudelissimam, insanissimamque sæuitiam, omne illic cœlestium Sacramentorum lumen extinctum. Intercepta est Sacrificij Oblatio, defecit Chriftimatis sãctificatio, & patricidalibus manibus impiorum omnia se subtraxere mysterio. Nec villo modo ambigi potest, quid de his decernendum sit, qui post nefanda sacrilegia, post sanguinem probatissimi Sacerdotis effusum, & concremati corporis cinerem, in contumeliam aëris cœlique dispersum, audent sibi ius persuasæ dignitatis expetere, & Apostolicæ doctrinæ inuiolabilem fidem ad Concilia provocare. Magnum ergo vobis est, ut diademati vestro de manu Domini etiam fidei addatur corona, & de hostibus Ecclesiæ triumphetis: quia si laudabile vobis est aduersarum gentium arma contere, quanta erit gloria, ab insanissimo tyranno Alexandrinam Ecclesiam, in cuius contritione omnium Christianorum est iniuria, liberare? Ut autem literæ meæ pietati tuæ colloquij quasi præsentis exhibeant, quicquid de communi fide fueram suggesturus, scriptis prosequentibus insinuandum esse perse-

xi. Ac ne huius Epistolæ pagina in nimiam longitudinem tenderetur, aliis literis, quæ assertioni Catholicæ fidei congruunt, comprehendendi, ut licet ea, quæ à Sede Apostolica sunt prædicata sufficerent, insidias tamen hæreticorum etiam hæc, quæ sunt adiecta, referarent. Sacerdotalem namque & Apostolicum tuæ pietatis animum, etiam hoc malum ad iustitiam ultionis debet accendere: quod Constantinopolitanæ Ecclesiæ puritatem pestilenter obscurat, in qua inveniuntur Clerici quidam, hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa Catholicorum viscera assertionibus suis hæreticorum partem adiuuantes. In quibus deturbandis, frater meus Anatolius cum nimis benignè parcat, segnior inuenitur: dignamini pro fide vestra, etiam Ecclesiæ istam præstare medicinam, ut tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab urbis habitatione pellantur, ne ulterius sanctus Dei populus peruersorum hominum contagio polluantur. Cultores autem pietatis tuæ Iulianum Episcopum, & Eutychem Presbyterum mea petitione commendo, ut suggestiones eorum pro Catholicæ defensione fidei placidè digneris audire: quia verè sunt eiusmodi, ut fidei vestra possint per omnia vitales inueniri. Data Calendis Nouembris, Constantino & Rufo viris clarissimis Consulibus.

Epistola LXXVI. ad Anatolium  
Episcopum Constantinopolitanum.

Leo Episcopus Anatolio Episcopo.

**D**ILIGENTIAM necessarîæ sollicitudinis, quam fraternitas tua in dirigendis ad nos literis exequitur, approbamus, & acceptis per filium nostrum Olympium Pagineis tuis, sacerdotalem in te curam vigere sentimus: cui nos quoque (quantum Dominus dat posse) non desumus, exorantes dilectionem tuam, ut quia tempus laboris incidimus, in sancta vigilantia perseveres, donec dextera Domini faciat virtutem, & sub pedibus Ecclesiæ suæ conterat tentatorem. Consolatur etenim nos per omnia præparata diuinitus clementissimi Principis fides, quem meo rursus, sicut oportuit, sum cohortatus alloquio: ut impiissimorum latronum ausibus, distriore constantia faciat obuiari: quos nefas est, tantum de suo favore præsumere, vte-

CAP. IV.

CAP. V.  
Matth. 21.  
Marc. 11.  
Luc. 19.  
1 quæst. 1.  
Manifestum  
est per eru-  
deli.

Vide Euan-  
griam lib. 1  
cap. 8. &  
Niceph.  
li. 15. c. 16.

psal. 117.

tiam apud Constantinopolim audeant in-  
sanire. Sed hoc eis ideo diuinæ prouiden-  
tiæ ratione permittitur, vt magis ac magis  
quò spiritu agitentur, appareat: ne dubitari  
possit, in quantam essent auidaciam proru-  
pruri, si post damnationem impiissimæ hæ-  
resis, disceptandi contra fidem acciperent  
potestatem, vt quantum in ipsis est, latius  
hoc furore scirent, quem fratres & Coe-  
piscopi nostri, qui ad nos nuper ex Ægypti  
partibus confugere, se perulisse deplorant:  
quibus & à Christianissimo Principe, & à  
tuæ fraternitatis Deo placita charitate sola-  
ria pietatis impendi non ambigerem, etiam  
si ipse non scriberes. Opportunum autem  
credidi, vt ad ipsos quoque scripta dirige-  
rem, quæ illos possint in communis fidei  
proposito roborare, & quid pro patientia  
sua superna remuneratione mereantur, ag-  
noscerent. Sicut beatus Apostolus docet,  
dicens: *Excipite itaque illos cum gaudio in Do-  
mino, & huiusmodi cum honore habete, quo-  
niam propter fidem Christi vsque ad mortem ac-  
cesserunt.* Illud sanè plurimum mihi displicere  
significo, quod inter dilectionis tuæ  
Clericos quidam esse dicuntur, qui ad-  
uersariorum conniueant prauitati, & va-  
fa iræ vasis misericordix misceantur. Qui-  
bus inuestigandis, & seueritate congrua  
coercendis debet diligentia tua vigilanter  
insistere: ita vt his, quibus prodesse non  
potuerit correctio, non parcat abscisio. O-  
porter etenim nos Euangelici meminisse  
mandati, quod ab ipsa veritate præcipitur,  
vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scan-  
dalizauerit manus, à compage corporis au-  
feratur: quia melius sit, his in Ecclesia care-  
re membris, quàm cum ipsis in æterna ire  
supplicia. Nam superfluo extra Ecclesiam  
positis resistimus, si ab his, qui intus sunt, in  
eis, quos decipiunt, vulneramur. Abiicien-  
da prorsus pestifera hæc à sacerdotali vigô-  
re patientia est, quæ sibi met peccatis alio-  
rum parcendo non parcat. Sicut Heli quon-  
dam sacerdos filiorum suorum delicta tole-  
rando, cum ipsis diuinæ iustitiæ senten-  
tiam meruit experiri: quia segni indulgen-  
tia dissimulauit plectere peccatores. Quan-  
tum itaque opportunitas inuitat officij, re-  
ligiosissimum Principem dilectio tua stu-  
deat frequentare, & non solum regiam, sed  
& sacerdotalem ipsius mentem, precibus  
meis obsecrare perliste: vt memor commu-  
nis fidei quam Spiritu sancto docete susce-  
pimus, omnia hæreticorum machinamen-  
ta confringat, neque quicquam illis in Ec-  
clesiis Christianicere patiat, ne in eorum  
potestate sint diuina mysteria, quibus in

A domo Dei, pro scelerum suorum magnitu-  
dine, nec habitandi ius residet, nec orandi.

Data \* pridie Idus Octobris, Constantino <sup>quinto.</sup>  
& Rufo viris clarissimis Consulibus.

Epistola LXXVII. ad Anatolium  
Episcopum, per Patritium  
Diaconem missa.

Leo Episcopus Anatolio Episcopo.



LECTIS dilectionis tuæ  
literis, quas per filium no-  
strum Patritium Diaco-  
nem direxisti, intellexi ti-  
bi studium meæ sollicitu-  
dinis displicere, quæ secū-  
dum Dominicam charita-

An. Christi  
460. qui  
fuit annus  
Pontifica-  
tus S. Leo-  
nis 20. scri-  
pta est hæc  
epistola &  
2. sequentes.

tem, quam tibi à nobis impendi, vt experi-  
mentis plurimis approbasti, de cauēdis his,  
qui communis fidei aduersarij dicerentur  
admonui, ne ad negligentiam rectoris re-  
ferretur, si quisquam in Ecclesia Catholica  
ea prædicare præsumeret, quæ hæreticorū  
sensibus conuenirent. Quod vtrūm veraci-  
ter fama iactaret, dilectionis tuæ inquirēdū  
iudicio delegaui. Neque in aliquo honore  
tuum læsi, cui discutiēda ea, quæ ad me erāt  
perlata, cōmisi: vt scilicet Atticus Presby-  
ter, quem talia audere cognouerā, nisi per-  
fecta se satisfactione purgasset, & nō solum  
voce hæreticos, sed etiam propriæ manus  
subscriptione damnasset, à communionis  
gratia esset alienus. Qui scripta mittendo  
dubiæ fidei & professionis incertæ, confir-  
mauit magis, quàm diluit, quicquid ad nos  
de eo fama pertulerat: cū si conscientiam  
suam voluisset probare synceram, non Eu-  
tychē sibi odiosum fuisse, sed quoddam perfidiā  
ipsum reprobaret atq; damnaret, debuit cō-  
fiteri: quia aliud sunt humanæ, etiam inter  
Catholicos, simultates, aliud diabolici, quos  
fides Catholica damnat, errores. Et ideo,  
frater charissime, in nullo debes de nostra  
dilectione dubitare, si Prophetæ exemplum  
sequaris, & dicas: *Nōne, qui te oderant Do-*  
*mine, oderam illos, & super inimicos tuos tabes-*  
*cam?* Per omnia enim volo te esse certissi-  
mum, quod sicut meam exultationem  
illæsam cupio permanere, ita opto te quo-  
que in omnibus irreprehensibilem reperi-  
ri. Prædictus autem Atticus, vt ab omni  
suspicionē contraria liber appareat, quid  
in Eutyche anathematizet, ac dāner, eui-  
denter ostendat, & in damnationem erro-  
ris expressi, remota omni dubitatione, sub-  
scribat: ita vt Chalcedonensis Symboli

Philip. 2.

24 q. 3.  
Illud autē  
sanē.

Matth. 18.  
Marci 9.

1. Reg. 2.

Psal. 135.

definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensus, & quam Apostolicæ Sedis firmavit autoritas, profiteatur se per omnia seruaturum, adiecta subscriptione propriæ manus, quæ in Ecclesia Christiano populo præsentate recitetur: ut pro Catholica fide, neque nos negligentes, neque ipse ultra suspectus habeatur. Qui si in eadem prauitate perdurans, præceptis salubribus parere noluerit: sententiam Synodi Chalcedonenfis, cuius definitionibus reseruat. Data quintodecimo Calendæ Aprilis, Leone & Maiorano Augustis Consulibus.

Epistola LXXVIII. ad Leonem Augustum per Philonem in rebus agentem directa.

Leo Episcopus Leoni Augusto.

CAR. I.



VLTO gaudio mens mea exultat in Domino, & magna mihi est ratio gloriandi, cum clementiæ vestræ excellentissimam fidem augeri per omnia donis gratiæ cælestis agnosco: & per incrementa diligentis deuotionem in vobis animi sacerdotalis experior. Nam in vestræ pietatis alloquiis non dubiè patet, quid per vos in totius Ecclesiæ salutem Spiritus sanctus operetur, & quantum vniuersorum fidelium precibus sit optandum, ut in omnem gloriam vestrum extendatur imperium, qui supra curam rerum temporalium, religiosa prouidentia famulatur diuinis & æternis dispositionibus perseveranter impenditis: ut scilicet Catholica fides, quæ humanum genus sola viuificat, sola sanctificat, in vna confessione permaneat, & dissensiones, quæ de terrenarum opinionum varietate nascuntur, à soliditate illius petra, supra quam ciuitas Dei ædificatur, abigantur. Hæc autem Dei munera ita demum nobis diuinitus conferentur, si de his, quæ sunt præstata, non inueniamur ingrati: & tanquam nulla sint, quæ adepti sumus, contraria potius expetamus. Nam quæ patefacta sunt querere, quæ perfecta sunt, retractare, & quæ sunt diffinita, conuellerè: quid aliud est, quàm de adeptis gratiam non referre, & ad interdictæ arboris cibum, improbos appetitus mortiferæ cupiditatis extendere? Vnde, quia ad pacem vniuersalis Ecclesiæ, & ad custodiam Catholicæ fidei, cura dignamini sollicitio respicere euidenter agnoscitis, quòd ma-

Hoc hæretici nunquam non faciunt.

agnis hæreticorum audetur insidiis, ut inter Eutychem Dioscorique discipulos, & eum, quem Apostolica Sedes direxerit, diligentior, tanquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, & quod totius mundi Catholici sacerdotes in sancta Chalcedonenfi Synodo probant, gaudentque firmatum, in iniuriam etiam sacratissimi Concilij Niceni, efficiatur infirmum. Quod enim nostris temporibus apud Chalcedonam de Domini nostri Iesu Christi Incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicæam mysticus ille patrum numerus definiuit, ne Catholicorum confessio, aut vniuentum Dei filium in aliquo crederet patri imparem, aut eundem, cum factus est filius hominis, non veram carnis nostræ atque animæ habuisse naturam. Detestandum ergo nobis est, perseuerantèrque vitandum, quod frâus heretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem piè & plenè diffinita, reuocanda sunt, ne ad arbitrium damnatorum, ipsi de his videamur ambigere, quæ manifestum est, per omnia prophetis, & Euangelicis, & Apostolicis autoritatibus consonare. Vnde si qui sunt, qui ab his, quæ cælitus sunt constituta, dissentiant, suis opinionibus relinquuntur: & ab vnitate Ecclesiæ, cum ea, quam elegere, perueritate discedant. Nam nullo modo fieri potest, ut qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communionem socientur. Iactent se in sui eloquij vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, glorientur: nobis placet Apostolicis obedièrè præceptis, dicentibus: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem seductionem hominum.* Nam secundum eundem Apostolum, si quæ destruxi, hæc ædifico, prauaricatorem me constituo, & eis me vitiorum conditionibus subdo, quas non solum authoritas beatæ memoriæ principis Martiani, sed etiam ego mea consensione firmavi. Quia sicut sanctè, veracitèrque dixistis, perfectio incrementum, & adiectionem plenitudo non recipit. Vnde cum sciam te, venerabilis Princeps, sincerissimo veritatis lumine imbutum, in nulla fidei parte nutare, sed sancto, perfectoque iudicio à prauis recta discernere, & à te refutandis amplectenda diuidere: obsecro, ne humilitatem meam de diffidentia putes esse culpandam, cum hæc mea cautio non solum vniuersali Ecclesiæ consular, sed etiam tuæ gloriæ famuletur: ne sub Imperij tui tempore, & hæreticorum aucta videatur improbitas, & Catholicorum perturbata se-

CAR. II.

Coloss. 2.

Galat. 2.

CAP. III. curitas. Quamuis ergo multum per omnia de pietatis vestræ corde confidam, & per inhabitantem in vobis Spiritum Dei, fatis vos instructum esse perspiciam: ne fidei vestræ ullus possit error illudere, præceptioni tamen vestræ in eo admittat obedire, ut aliquos de fratribus meis dirigam, qui apud vos præsentia meæ instar exhibeant, & quæ sit Apostolica fidei regula, licet (ut dixi) vobis benè sit nota, demonstrant: patefacientes in omnibus & probantes, non esse omnino inter Catholicos computandos, qui definitiones venerabilis Synodi Nicenæ, vel sancti Chalcedonenſis Concilij regulas non sequuntur: cum utrorumque sancta decreta ex Euangelico & Apostolico sit manifestum fonte prodire, & quicquid non est de irrigatione poculi Christi, poculi esse viperi. Prænoscat igitur pietas vestra venerabilis Imperator hos, quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos, à Sede Apostolica profecturos: quia de rebus, & apud Niceam, & apud Chalcedonam (sicut Deo placuit) definitis, nullum audemus inire tractatum: tanquam dubia vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit authoritas. Instructioni autem paruulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant solidiore satiari, ministerij nostri præsidium non negamus. Et sicut simpliciores non spernimus, ita à rebellibus hæreticis abstinemus: memores præcepti

CAP. IV.

Matth. 7.

Psal. 17.

Tit. 1. Genes. 4.

Dominici, dicentis: *Nolite dare sanctum canibus, neque miseris margaritas vestras ante porcos.* Nimis quippe indignum, nimisque iniustum est, eos ad libertatem disceptationis admitti, quos significat Spiritus sanctus per Prophetam, dicens, *Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati.* Qui etiam si Euangelio non resisterent, de illis tamen se esse monstrarent, de quibus scriptum est: *Deum se profitentur scire, factis autem negant.* Clamante adhuc iusti Abel sanguine aduersum impium Cain, qui increpatus à Domino, non requieuit ad penitentiam, sed exarsit ad eædem. Cuius vindictam sic Domini iudicio volumus referuari, ut improbus prædo & parricida crudelis in seipsam recidat, & nostra non teneat. Neque sanctæ Ecclesiæ Alexandrinæ lamentabilem captiuitatem patiamini vltius prolongari, cui oportet fidei vestræ iustitiæque præsidio, suam restitui libertatem, ut per omnes Ægypti vrbes dignitas patrum & ius sacerdotale reparetur.

A Data vndecimo Calendas Aprilis, Leone & Maiorano Augusto Consulibus:

### Epistola LXXIX. ad Niceram Episcopum Aquileiensem.

#### Capita epistola sequentis.

*Quod debeant femine, quæ captis viris, nupserant aliis, regressis de captiuitate viris prioribus copulari, ut quod suum est, unusquisque recipiat.* I.

*Quod non probetur esse culpabilis, qui uxorem captiuit in matrimonium videtur esse sortitus.* II.

*Ut si viri de captiuitate regressi, intemperantia uxoris offensi non fuerint, & voluerint eas in coniugium recipere, liberam habeant facultatem.* III.

*Ut si mulieres ad priores maritos redire noluerint, velut impie, Ecclesiæ communionem priuanda sint.* IV.

*Captiuis, aut errore, aut fame, non veneratione, cibos immolatiuos edere compulsis, penitentia concedenda est.* V.

*Quod hi, qui ad iterationem baptismi, vel vi vel errore coacti, animos inclinarunt, sint subleuandi remedio, ita ut senilis ætatis, periculorum quoque & agritudinum ceterarumque necessitatum habeant sollicita consideratione respectum.* VI.

*Ut hi qui ab hæreticis baptizati sunt, sola sancti Spiritus inuocatione firmantur.* VII.

Leo Episcopus, Nicera Aquileiensi Episcopo salutem.



REGRESSVS ad nos filius meus Adeodatus, Diaconus Sedis nostræ, dilectionem tuam poposcisse memorauit, ut de his à nobis auctoritatem Apostolicæ Sedis acciperes, quæ quidem magnam difficultatem diiudicationis videntur adferre. Sed pro inspectione temporalium necessitatum adhibenda curatio est, ut vulnera, quæ hostilitatis aduersitate illata sunt, religionis maxime ratione sanentur.

#### CAPVT I.

CVM ergo per bellicam cladem, & per grauissimos hostilitatis incurſus, ita quædam dicatis diuisa esse coniugia, ut abductis in captiuitatem viris feminae eorum remanserint destitutæ, quæ viros proprios,

*solicitudi-  
ne.*

*Prover. 19.  
Matth. 19.*

aut interemptos putarint, aut nunquam à A  
dominatione crediderint liberandos, & ad  
aliorum coniugium, \* solitudine cogente,  
transierint: cumque nunc statu rerum, au-  
xilante Domino, in meliora conuerso, non-  
nulli eorum qui putabantur periisse, remea-  
uerint, meritò charitas tua videretur ambige-  
re, quid de mulieribus, quæ aliis iunctæ sunt  
viris, à nobis debeat ordinari. Sed quia no-  
uimus scriptum, quod à Deo iungitur mu-  
lier viro, & iterum præceptum agnouimus,  
vt quod Deus iunxit, homo non separet:  
neceffe est, vt legitimarum fœdera nuptia-  
rum redintegranda credamus, & remotis  
malis, quæ hostilitas intulit vnicuique hoc  
quod legitimè habuit, reformetur: omni-  
que studio procurandum est, vt recipiat v-  
nusquisque quod proprium est.

#### CAPVT II.

**N**EC tamen culpabilis iudicetur, & tan-  
quam alieni iuris peruasor, qui perso-  
nam eius mariti, qui iam non esse æstimaba-  
tur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos,  
qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant,  
in ius alienum transire potuerunt: & ta-  
men plenum iustitiæ est, vt eisdem reuerfis  
propria reformentur. Quod si mancipiis,  
vel in agris, aut etiam in domibus, ac pos-  
sessionibus ritè seruatur: quantò magis in  
coniugiorum redintegratione faciendum  
est, vt quod bellica necessitate turbatum  
est, pacis remedio reformetur?

#### CAPVT III.

**E**T ideo, si viri post longam captiuita-  
tem reuerfi, ita in dilectionem sua-  
rum conjugum perseuerant, vt eas cupiant  
in suum redire consortium, omittendum  
est, & inculpabile iudicandum, quòd ne-  
cessitas intulit, & restituendum, quòd fides  
poscit.

#### CAPVT IV.

**S**I autem aliquæ mulieres ita posteriorum  
vitorum amore sunt captæ, vt malint  
his coherere, quàm in legitimum redire  
consortium, meritò sunt notandæ: ita vt  
etiam Ecclesiastica communione priuentur,  
\* quia inexcusabiliter contaminatio-  
nem criminis elegerunt, ostendentes sibi  
met pro sua incontinentia placuisse, quòd  
iusta remissio potuit expiare. Redeant er-  
go in suum statum voluntaria redintegra-

atione coniugia, neque vilo modo ad op-  
probrium malæ voluntatis trahatur, quòd  
conditio necessitatis extorsit, quia sicut  
hæ mulieres, quæ reuerti ad viros suos no-  
lunt, impiæ habendæ sunt, ita illæ, quæ in  
affectum initum ex Deo redeunt, meritò  
sunt laudandæ.

#### CAPVT V.

**D**E his autem Christianis, qui inter eos,  
à quibus fuerant captiuati, immola-  
titiis cibis asseruntur esse polluti, consulta-  
tioni charitatis tuæ hoc etiam responden-  
dum esse credidimus: vt pœnitentiæ satis-  
factione purgentur, quæ non tam temporis  
longitudine, quàm cordis compunctione  
pensanda est. Et siue hoc terror extorserit,  
siue fames suaserit, non dubitetur abolen-  
dum, cum huiusmodi cibus, pro metu aut  
indigentia, non pro religionis veneratione  
sit sumptus.

#### CAPVT VI.

**H**IS verò, de quibus dilectio tua similiter  
nos credidit consulendos, qui ad ite-  
randum baptismum vel metu coacti sunt,  
vel errore traducti, & nunc se contra Ca-  
tholicæ fidei sacramentum egisse cogno-  
scunt, ea custodienda est moderatio, qua  
in societatem nostram non nisi per pœni-  
tentiæ remedium, & per impositionem E-  
piscopalis manus, communionis recipiant  
vnitatem, temporis pœnitudinis habita  
moderatione, tuo constituenda iudicio,  
prout conuersorum animos perspexeris es-  
se deuotos, pariter etiam habens senilis æ-  
tatis intuitum, & periculorum quorùmque  
aut ægritudinis respiciens necessitates, in  
quibus si quis ita grauiter vrgeatur, vt dum  
adhuc pœnitet, de salute ipsius despere-  
tur, oportet ei per sacerdotalem solli-  
citudinem communionis gratia subue-  
niri.

*26. q. 7.  
Tempora  
pœnitudi-  
nis.*

#### CAPVT VII.

**N**AM hi, qui baptismum ab hæreticis  
accepserunt, cum baptizati antea non  
fuisent, sola inuocatione Spiritus sancti  
per impositionem manuum confirmandi  
sunt, quia formam tantum baptismi sine  
sanctificationis virtute sumperunt. Et hæc  
regulam ( vt scitis ) seruandam omnibus  
Ecclesiis prædicamus, vt lauacrum semel  
initum,

*l. q. 1. Hi  
qui bap-  
tizati  
sunt.*

*l. q. 1. Hanc  
regulam.*

Ephel. 4.

initum, nulla iteratione violetur, dicente Apostolo: *Vnus Dominus, una fides, unum baptisma.* Cuius ablutio nulla iteratione temeranda est, sed (vt diximus) sola sanctificatio Spiritus sancti inuocanda est: vt quod ab hæreticis nemo accipit, à Catholicis sacerdotibus consequatur. Hanc autem epistolam nostram quam ad consultationem tuæ fraternitatis emisimus, ad omnes fratres & comprouinciales tuos Episcopos facies peruenire, vt in omnium obseruantia data proferat authoritas. Data 12. Calendarum Aprilium, Maiorano Augusto primùm Consule.

Epistola LXXX. ad vniuersos Episcopos per Campaniam, Samnium, & Picenum constitutos.

Leo vniuersis Episcopis per Campaniam, Samnium & Picenum constitutis.

An. Christi 461. qui fuit annus Pontificatus S. Leonis 21. scripta est epistola.



**M**AGNA indignatione commoueor, & multo dolore contristor, quod quosdam ex vobis comperi ita esse Apostolicæ traditionis oblitos, & studio sui erroris intentos: vt præter Paschæ festum, cui sola Pentecostes solennitas comparatur, audeant sibimet, non aliqua humanæ infirmitatis necessitate cogente, sed sola indisciplinati arbitrij libertate, ius Baptismatis vindicare, & in Natalibus Martyrum, quorum finis aliter honorandus est quam dies Dominicæ Passionis, regenerationis celebrare mysteria, ac sine vllis spiritalium eruditionibus præparationum, ita rudibus & imperitis tradere sacramentum, vt circa renouandos nihil doctrinæ Ecclesiasticæ, nihil in exorcismis impositio manuum, nihil ipsa ieiunia, quibus vetus homo destruitur, operentur, neque in tanto mysterio salutis humanæ vlla eius diei habeatur exceptio, quo ipsum donum est cõditum renascentibus. Admonemus igitur, & non sine periculo status eorum, qui hoc faciunt, protestamur: vt ab hac præsumptione cessent, & summam hanc potentissimamque Dei gratiam, non nisi in Paschali & Pentecostes die desiderantibus & credentibus conferatis: manente quolibet tempore grauium necessitatum, ac periculorum consideratione, secundum quam oporteat subuenire, ne conditione mortali coarctata infirmitas necessaria liberatione fraudetur, cum seruata (sicut prælocuti sumus) diuinitantummodo festiuitatum reuerentia, pro-

pter multa pericula sit cauendum, ne cuiquam aut in desperata ægitudine, aut in hostilitatis incursum, aut in timore naufragij, per sacerdotem Domini regeneratio denegetur. Si quis verò post hoc interdictum, in eadem fuerit usurpatione detectus, dignam pertinaciæ suæ incidet ultionem: quoniam ostendit se turpe potius licrum, quam religionis cultum esse sectatum. Illam etiam, contra Apostolicam regulam, præsumptionem, quam nuper agnouit à quibusdam illicita usurpatione committi, modis omnibus constituo, submoueri (de penitentia vide licet, quæ ita à fidelibus postulatur) ne de singulorum peccatorum genere, libellis scripta professio publicè recitetur: cum reatus conscientiarum sufficiat solis sacerdotibus indicari confessione secreta. Quæuis enim plenitudo fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen quia non omnium huiusmodi sunt peccata, vt ea, quæ penitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis consuetudo, ne multi à penitentia remediis arceantur: dum aut erubescunt, aut metuunt inimicis suis sua facta referari, quibus possint legum constitutione percelli. Sufficit enim illa confessio, quæ primùm Deo offertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis penitentiam precator accedit. Tunc enim demum plures ad penitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia confitentis. Datum pridie Nonas Martij. Recimero Consule.

Confessio auricularis & secreta. De penitent. dist. 22. Quamuis plenitudo.

*Reliquarum epistolarum, quæ carent vel data, vel consiliis, situatio & ordo, quia later ob dictam causam, relinquuntur alij cuiusque in posterum diligentius scrutanti vel collectorum melius sentienti. Nihilominus continuatur numerus epistolarum, etiam circa sequentes: quatenus lectori facilius commodiusque occurrant, cum aliquam earum ipsum querere contigerit.*

EPISTOLA LXXXI. AD DIOSCORVM ALEXANDRINUM Episcopum.

Capita epistola sequentis.

De ordinatione Presbyteri aut Diaconi, vt Sabbato Sancto celebretur, id est die dominico. I. De festiuitatibus; vt si vna agenda id est Missa celebratio, populis non suffecerit, nulla sit dubitatio iterari Sacrificium.

II.

T

Leo Episcopus Dioscuro Episcopo Alexandrino salutem.



**V**ANTUM dilectioni tuae Dominicæ charitatis impendamus affectum, ex hoc poteris approbare, quod tua firmiter

*festinamus.* \* desideramus fundare initia, ne quid charitati tuæ ad perfectionem deesse videatur, cum tibi \* specialis gratiæ merita (ut probauimus) suffragentur. Paterna igitur & fraterna collatio debet sanctitati tuæ esse gratissima, & à te taliter suscipi, quemadmodum à nobis eam intelligis proficisci. Vnum enim nos sentire oportet & agere, ut (sicut legimus) in nobis quoque vnus esse cor & anima comprobetur. Cum enim beatissimus Petrus Apostolicum à Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum suarum decreta formauerit, cum sine dubio de eodem fonte gratiæ vnus spiritus fuerit & discipuli & magistri, nec aliud ordinatus tradere potuerit, quam quod ab ordinatore suscepit. Non ergo patimur, ut cum vnus nos esse corporis & fidei fateamur, in aliquo discrepemus, & alia doctoris, alia discipuli instituta videantur.

A. Cor. 4.  
24. q. 1.  
Cum bea-  
tissimus.

atione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletum. Et ideo pie & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis, si hanc ordinandorum Sacerdotum formam per Ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse seraueris: ut his qui consecrandi sunt, nunquam benedictiones nisi in die Resurrectionis Dominicæ tribuantur, cui à vespera sabbati initium constat adscribi, & que tantis diuinarum dispensationum mysteriis est consecrata, ut quicquid est à Domino insigniùs constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium, in hac per resurrectionem Christi, & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apostoli à Domino prædicandi omnibus gentibus Euangelij tubam sumunt, & inferendum vniuerso mudo sacramentum regenerationis accipiunt. In hac (sicut beatus Ioannes Euangelista testatur) congregatis in vnum discipulis, ianuis clausis, cum ad eos Dominus introisset, insufflauit, & dixit, Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum detinueritis, detenta erunt. In hac denique promissus à Domino Apostolis Spiritus sanctus aduenit: ut celesti quadam re-  
*Ioan. 20.*  
*Ioan. 14. & 16.*  
gula insinuatum & traditum nouerimus, in illa die celebranda nobis esse mysteria Sacerdotalium benedictionum, in quo collata sunt omnia dona gratiarum.

### CAPVT I.

**Q**uod ergo à patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, à vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus Sacerdotalis vel Leuitica ordinatio celebreretur, sed post diem sabbati eius noctis, quæ in prima sabbati luce exordia deligantur, *hoc est, sub lege diuini officij substituuntur*, in quibus his, qui cōsecrandi sunt, ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem obseruantia erit, si mane ipso Dominico die cōtinuato sabbati ieiunio celebreretur, à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt, quam ad diem resurrectionis, sicut etiam in Pascha Domini declaratur, pertinere non dubium est. Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum & Barnabam ex præcepto Spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes & orantes impoferunt eis manus, ut intelligamus, quanta & dantium & accipientium deu-

In decret.  
Iuonis  
lib. 3.  
A. Q. 13.

### CAPVT II.

**V**T autem in omnibus obseruantia nostra concordet, illud quoque volumus custodiri: ut cum solennior festiuitas conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta fidelium multitudo conuenierit, quam recipere Basilica simul vna non possit, Sacrificij oblatio indubitanter iteretur: ne his tantum admissis ad hanc deuotionem, qui primi aduenerint, videantur hi, qui postmodum confluerint, non recepti, cum plenum pietatis atque rationis sit, ut quoties Basilicam, in qua agitur, præsentia nouæ plebis impleuerit, toties Sacrificiū subsequens offeratur. Neesse est autem, ut quædam pars populi sua deuotione priuetur, si vnus tantum Missæ more seruato, Sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte conuenierint. Studiosè ergo dilectionem tuam & familiariter admoneamus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, \* ut per omnia nobis & fide & actibus congruamus. Propter quod

De consec.  
dist. 1. Ne-  
cesse est.

ut omnia  
nobis ex fide  
& actibus  
congruant.

remeani filio nostro Possidonio Presbytero, hanc ad fraternitatem tuam epistolam dedimus perferendam, qui nostris processibus atque ordinationibus frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnibus Apostolicæ Sedis autoritatis teneremus, agnouit. Data Calendis Iulii.

Epistola LXXXII. ad Iulianum  
Coensem Episcopum.

Leo Episcopus, Iuliano Coënsi episcopo.



**I**TERAS dilectionis tuæ, quas per filium meum virum illustrem Isichium direxisti, cōtempore accepi, quo recentioribus epistolis tuis iterata iam occasione responderam. Vnde quia etiam in his alloquiis tuis eadem de impiissimis hæreticis iusto dolore conquestus es, congruum fuit, quo ad scribendum oportunitas exstitit, non tacere. In causa itaque fidei, quicquid pro nostro officio oportuit, ac potest iuuant domino, & sollicitè & libenter exequimur: vt euangelio Christi irreprensibiliter seruiamus, ne per desidiam nostram vlla pars Ecclesiæ Catholicæ neglecta videatur. Propter quod, sicut omnibus notum est, non destiti laborare, vt manifestata atque defensa Incarnationis Domini-  
cæ veritate, omnis fraternitas, quid vbiq; secundum doctrinam Apostolicam, & tenendum & docendum esset, agnosceret, accedente gloriosissimorum Principum studio diuinitus inspirato, vt in ciuitate Chalcedonensi Synodo congregata, hæretica damnaretur impietas, ne vel quisquam sectator Nestorij, vel vllus discipulus Euty-  
chis liberum possit cum Catholicis habere consortium: cum (quod ad sancti Concilij autoritatem pertinet) nulla vsquam remanserit discordia. Si qui autem sua ob-  
durate cæcati, ita in reprobi sensus amē-  
tiam transferunt, vt mallent furere, quàm sanari: ad Imperialem pertinet potestatem, vt perturbatores Ecclesiæ, pacis & Reipublicæ, quæ Christianis Principibus meritò gloriatur, inimici sollicitus comprimātrū. Vt autem Imperialis est, (vt diximus) potestatis, tumultus publicos ac seditiones sacrilegas seuerius coercere: ita autoritatis est sacerdotalis, monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere, & omni virtute resistere, ne ea, quæ ad sacerdotes pertinent, sibi audeant vindicare. Vnde miramur, fratrem Thalassium Episcopum, quod Georgio nescio cui qui

A præsumendo illicita, & propositum monachi & nomæn amisit, scribendi vel prædicandi aliquam permiserit facultatem. Ad quem Episcopum (si dilectioni tuæ visum fuerit) ex hac parte competentia scripta mittamus. Agat itaque fraternitas tua opportunis suggestionibus, vt clementissimus Princeps, quæ Domino sunt placitura, præcipiat, & incentores cruentarum seditionum iubeat competentius coëreeri: vt nec illi impuniti sint, quorum manus scele-  
ra perpetrarunt, nec illi qui talium vtuntur insania. Si autem inquisitio iudiciaria & confessio reorum ad eas personas peruenit, quarum vel consilio vel impulsu mala tanta commissa sunt, nullius favoris eis sunt præstanda solatia. Quantum enim meliora de ipsis sunt credita, tantum sunt amplius de-  
testandi, quorum nunc impietas, quæ per hypocrisim fuerat velata, detegitur. Et ideo agat Christianissimus & piissimus Imperator, quod paci Ecclesiasticæ intelligit profuturum. Quem superna inspiratione ita instruendum esse confido: vt & disciplina inquietos reuocare, & à sanguine eorum iubeat abstinere: quamuis nil vltimum non mereantur subire, qui ausi sunt & diuinis & humanis constitutionibus repugnare.

Epistola LXXXIII. ad Palæstinios  
Episcopos.

Leo Episcopus, vniuersis Episcopis per  
Palestinam constitutis.



**S**OLLICITUDINI meæ, quam vniversali Ecclesiæ, omnibusque eius filiis debeo, multorum relatione patefactum est dilectionis vestræ animis quiddam offensionis illatum, dum aut imperiti (vt apparet) interpretes, aut maligni, quædam vos aliter intelligere, quàm à me sunt prædicta, fecerunt, non valentes in Græcum eloquium aptè & propriè Latina transferre, cum in rebus subtilibus, & difficilibus explicandis, vix sibi etiam in sua lingua disputator quisque sufficiat. Quod tamen apud me eo profecit, vt dum ea, quæ Catholica fides respuit, improbatis, intelligamus vos veris amicitiores esse, quàm falsis, & id merito refutare; quod ex antiquæ institutione doctrinæ etiam ipse detestor. Quamuis enim epistola mea, ad sanctæ memoriæ Flavianum Episcopum data, satis sibi ad manifestationem sui ipsa sufficiat: neque in aliquo, aut purgationis, aut expositionis indigeat, & alia tamen cum eadem

CAP. II

Cum hac epistola conueniūt pleraque in Epist. 97.

ipse Euty-  
chis dicitur  
sunt.

mea scripta concordant, in quibus similiter prædicationis meæ sensus in aperto est. Necessitatem enim habens contra hæreticos, qui multos Christi populos conturbauerant, differendi, & clementissimis Principibus, & sancto Concilio Synodali, & Constantinopolitanz Ecclesiz, quid de Incarnatione Verbi, secundum Evangelicam Apostolicamque doctrinam, deberemus sapere ac sentire, patefeci, & in nullo à sanctorum Patrum confessione discessi: quia vna est, vera, singularis, perfecta, inuiolabilis Catholica fides, cui nihil addi, nec minui potest. Quam Nestorius prius, & nunc Eutyches diuersa quidem assertione, sed simili impietate impugnare conati sunt, & Ecclesiz Dei duas hæreses subimer contrarias inferre tentarunt, vt vterque à discipulis veritatis merito damnaretur: quia insanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam hominis tantummodo credidit genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, nec vnum Christum in Verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atque sciunctim, alium filium Dei, alium hominis prædicaret: cum tamen manente illa incommutabilis Verbi essentia, quæ cum Patre & Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, vt vno conceptu, vnoque partu eadem virgo, secundum vnionem vtriusque substantiæ & ancilla Domini esset & mater. Quod etiam Elizabeth (sicut Lucas Euangelista declarat) intellexit & dixit: *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit: vt negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum nostrum Iesum Christum vnus adferat esse naturæ, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem, animamque conuerterit, & concipi & nasci, nutriri, & crescere, crucifigi ac mori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, & in Patris dextera, vnde ad iudicandos viuos & mortuos veniet, confidere, diuinæ eius tantum essentiz fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis veritate recepit: quoniam natura vnigeniti, natura est Patris, natura est Spiritus sancti, simulque impassibilis, simul est incommutabilis, sempiternæ Trinitatis indiuisa vnitas & consubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris peruersitate hæreticus iste desciscit, ne conuin-

atur deitatem passibilem sentire atque mortalem, & tamen Verbi incarnati, id est, Verbi & carnis vniam audeat pronunciare naturam: non dubiè in Manichæi & Marcionis transit insaniam, & mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum simulatoriè omnia credit egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides Catholica detestatur, & talium sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum Patrum sunt damnata sententiis: quicumque illi sunt ita obsecrati & à lumine veritatis alieni, vt Verbo Dei à tempore incarnationis humanam, id est, nostram negent inesse naturam, ostendant, in quo sibi Christianum nomen usurpent, & cum Evangelio veritatis, qua ratione concordent, si per beatæ virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, quod Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ita negari non potest, quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quæ autem reconciliatio esse potest, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei hominumque susciperet: Quæ verò ratione veritatem mediatoris impleret, nisi qui in forma Dei æqualis erat Patri, in forma serui particeps esset & nostri: vt per vnum nouum hominem fieret renouatio vetustatis, & mortis vinculum vnus præuacatione contractum, vnus morte, qui solus morti nihil debuit, solueretur? Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti tam potens fuit ad priuilegium, tam diuus ad precium: vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retinerent, quoniam (sicut Apostolus ait) *vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.* Et cum sub peccati præiudicio nati potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum seruitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Saluatoris nostri corpore negant humanæ substantiæ veritatem? Dicant quo sacrificio reconciliati, dicant quo sanguine sint redempti? quis est qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suauitatis? Aut quod vnquam sacrificium sacratius fuit, quam quod verus pontifex Altari Crucis per immolationem suæ carnis imposuit? Quamuis enim multorum sanctorum in conspectu Domini præciosa mors fuerit,

Nestorius,  
Eutyches  
hæretici.

Cap. II.

Luc. I.

Cap. III.

Ioan. I.

2. Cor. I.

Rom. I.

Cap. IV.

Ephes. I.

Psal. III.

nullius tamen infantis occisio, propitiatio A  
fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt  
coronas, & de fortitudine fidelium exem-  
pla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ.  
Singulares quippe in singulismortes fue-  
runt, nec alterius quisquam debitum suo si-  
ne perfoluit, cum inter filios hominũ vnus  
solus Dominus noster Iesus Christus ex-  
titerit, in quo omnes crucifixi, omnes mor-  
tui, omnes sepulti, omnes sunt etiam susci-  
tati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus  
fuero à terra, omnia traham ad me.* Fides ete-  
nim vera iustificans impios, & creans ius-  
tos, ad humanitatis suæ tracta partici-  
pem, in illo acquirit salutem, in quo solo  
homo se inuenit innocentem, liberum ha-  
bens per gratiam Dei de eius potentia glo-  
riari, qui contra hostem superbum in carnis  
nostræ humilitate congressus, his victoriam  
suam tribuit, in quorum corpore trium-  
phauit. Quamuis ergo in vno Domino no-  
stro Iesu Christo, vero Dei atque hominis  
filio, Verbi & carnis vna persona sit, & vtra-  
que essentia communes habeat actiones:  
intelligendæ tamen sunt ipsorum operum  
qualitates, & sinceræ fidei contemplatione  
cernendum est, ad quæ prouehatur humili-  
tas infirmitatis, & ad quæ inclinetur altitu-  
do virtutis: quid sit, quod caro sine Verbo  
non agit, & quid sit quod Verbum sine car-  
ne non efficit. Sine Verbi enim potentia,  
nec conciperet virgo, nec pareret: & sine  
veritate carnis obuoluta pannis infantia  
non iaceret. Sine Verbi potentia non ado-  
rarent Magi puerum nouo sydere declaratum:  
& sine veritate carnis non iuberetur  
transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis  
persecutione subduci. Sine Verbi potentia  
non diceret vox Patris, missa de cælo, *Hic  
est filius meus dilectus, in quo mihi complacui:*  
& sine veritate carnis non protestaretur  
Ioannes, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata  
mundi.* Sine Verbi potentia non fieret re-  
dintegratio debilium, & viuificatio mor-  
tuoꝝ: & sine veritate carnis, nec cibus D  
ieiuno, nec somnus esset necessarius fati-  
gato. Postremo, sine Verbi potentia, non  
se Dominus patri profiteretur æqualem, &  
sine veritate carnis non idem diceret pa-  
trem se esse maiorem: cum Catholica fides  
vtrumque suscipiat, vtrumque defendat,  
quæ secundum proprietatem diuinæ hu-  
manæque substantiæ vnum Dei filium, &  
hominem credit, & Verbum. Quamuis  
ergo ab illo initio, quo in vtero virginis  
Verbum caro factum est, nihil vnquam in-  
ter diuinam humanamque substantiam  
diuisionis extiterit, & per omnia incre-

menta corporea, vnus personæ fuerint to-  
tius temporis actiones: ea ipsa tamen, quæ  
inseparabiliter facta sunt, nulla permixtio-  
ne confundimus, sed quid cuius formæ sit,  
ex operum qualitate sentimus. Nec diuina  
enim humanis præiudicant, nec humana  
diuinis, cum ita in idipsum vtraque concu-  
rant, vt in eis nec proprietas absumatur, nec  
persona geminetur. Dicant igitur isti phan-  
tasmatici Christiani, quæ substantia Salua-  
toris adfixa sit ligno, quæ iacuerit in sepul-  
chro, & reuoluto monumenti lapide, quæ  
tertio die caro surrexerit, vel quale corpus  
Iesus discipulorum visui, clausis ad eos o-  
stis ingressus, intulerit: cum ad abigen-  
dam cernentium dissidentiam, inspicere ocu-  
lis, digitisque tractari, patentes adhuc fixu-  
ras clauorum & recens compuncti lateris  
vulnus exigeret. At si in tanta luce verita-  
tis tenebras suas hæretica obduratio non  
relinquit: ostendant, vnde sibi spem vitæ  
polliceantur æternæ, ad quam nisi per  
mediatorem Dei & hominum, homi-  
nem Iesum Christum non potest perueniri.  
Non enim est aliud nomen datum homi-  
nibus sub cælo, in quo oporteat saluos  
fieri: nec est redemptio captiuitatis hu-  
manæ, nisi in sanguine eius, qui dedit  
semetipsum redemptionem pro omnibus.  
Qui (sicut prædicat beatus Apostolus)  
*Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus  
est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinan-  
uit, formam serui accipiens, in similitudinem ho-  
minum factus, & habitu inuentus vt homo.  
Humiliavit semetipsum, factus obediens usque  
ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod  
& Deus illum exaltauit, & donauit illi no-  
men, quod est super omne nomen, vt in no-  
mine Iesu omne genu flectatur, cælestium, ter-  
restrium, & infernorum, & omnis lingua  
confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in  
gloria est Dei patris.* Quamuis ergo vnus  
sit Dominus Iesus Christus, & veræ dei-  
tatis, veræque humanitatis in ipso vna  
prorsus eadẽque persona sit, neque hu-  
ius vnitionis soliditas vlla possit diuisione  
seiuungi: exaltationem tamen, qua il-  
lum exaltauit Deus, & donauit illi no-  
men, quod super omne nomen excel-  
lit, ad eam intelligimus pertinere for-  
mam, quæ ditanda erat tantæ glorificatio-  
nis augmẽto. In forma quippe Dei, equalis  
erat filius patri, & inter genitorem atque  
vnigenitum nulla erat in essentia discretio,  
nulla in maiestate diuersitas, nec per Incar-  
nationis mysterium, aliquid decesserat  
Verbo, quod ei patris munere reddere-  
tur. Forma autem serui, per quam impaf-

Ioan. 12.

CAP. V.

Luc. 7.  
Luc. 2.  
Matth. 2.Matth. 3.  
Marc. 1.  
Ioan. 17.  
Matth. 4.Ioan. 7.  
Matth. 4.  
Ioan. 16.  
Ioan. 14.

CAP. VI.

Ioan. 19.  
Ibidem.  
Matth. 28.  
Luc. 23.  
Ioan. 20.  
Ibidem.

Actor. 4.

1. Tim. 2.  
Philipp. 2.

CAP. VII.

sibilis deitas sacramentum magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est, quæ in gloriam diuinæ potestatis euecta est, in tantam vnitatem ab ipso conceptu virginis deitate & humanitate connexa, vt nec sine homine diuina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod sicut Dominus maiestatis dicitur crucifixus, itaque ex sempiternitate æqualis est Deo, dicitur exaltatus. Nec interest, ex qua Christus substantia nominetur: cum inseparabiliter manente vnitatem personæ, idem sit & totus hominis filius, propter vnã cum patre deitatem. Quicquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quæ non habuit, conferuntur. Nam secundum potentiam Verbi, indifferenter omnia, quæ habet pater, etiam filius habet, & quæ in forma serui à patre accepit, eadem in forma patris etiam ipse donauit, & idem ipse & diues & pauper. Diues, quia in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, Hoc erat in principio apud Deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Pauper verò, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quæ autè est eius exinanitio, quæve paupertas, nisi formæ seruilis acceptio? per quam, Verbi maiestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est? Nam quia captiuitatis nostræ resoluui originalia vincula non poterant, & ab hostis imperio relaxari, nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ, quæ veteris debiti præiudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirographum lethale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præorditatum, & prophetarum oraculis prænuntiatum: ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, vt multis modis significata promissio, in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod cõtinuis significationibus semper fuerat nuntiatum. Destructis itaque tot hæresibus, quæ per sanctam deuotionem præsidentium patrum, à corpore sunt Catholicæ vnitatis abscisæ, quæque ideo extorres à Christo esse meruerunt, quia Verbi Incarnationem, quæ singularis est rectè credentium salus, fecerunt sibi lapidem offensionis & petram scandalum: miror dilectionem vestram in discernendo veritatis lumine laborare. Et cum multis manifestationibus declaratum sit, quàm rectè & Nestorium & Eutychem cum Dioscoro fides Christiana dānauerit, nec Christianus possit vocari, qui vel illius, vel horum impietati præbet assensum: doleo vos

2. Cor. 8.  
Ioan. 1.

Ibidem.

Colof. 1.

C A P. VII.

1. Petr. 1.

A Euangelicæ & Apostolicæ doctrinæ (vt audio) resultare, exagitando seditionibus ciuitates, conturbando Ecclesias, nec solum iniurias, sed etiam cædes Presbyteris atque Episcopis inferendo: vt præ furore & scuitia, propositi vestri & professionis sitis immemores. Vbi est regula mansuetudinis & quietis? Vbi longanimitas patientiæ, vbi tranquillitas pacis, vbi firmamentum dilectionis, & tolerantia fortitudo? Quæ vos ab Euangelio Christi aut persuasio abduxit, aut persequitio separauit? Vel quæ tanta extitit decipientis astutia, vt obliui Prophtarum & Apostolorum, obliui Symboli salutaris & confessionis, quam pronunciantes coram multis testibus, sacramentum baptismi suscepistis, diabolicis vos illusionibus subderetis? Quid apud vos acturæ fuerant vngulæ, quid seua tormenta, si ad expugnandam fidei vestræ integritatem tantum vana hæreticorum commena valuerunt? Pro fide vos agere creditis, & fidei contraitis. Ecclesiæ nomine armamini, & contra Ecclesiam dimicatis. Hoc à Prophetis, hoc ab Euangelistis, hoc ab Apostolis didicistis, vt negantes veram Christi carnem, & ipsam Verbi essentiam passioni mortique subdentes, alienam faciatis nostram à suo reparatore naturam, totumque quod crux intulit, quod lancea vulnerauit, quod sepulchri lapis suscepit & reddidit, solum fuisse opus diuinæ potentia, non etiam humilitatis humanæ? Propter quam Apostolus dicit, Non enim erubescio Euangelium: quoniam nouerat, quale Christianis obiceretur opprobrium ab inimicis. Et ideo etiam Dominus protestabatur, dicens: Qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram patre meo. Hi enim non erunt digni confessione filij & patris, quibus nunc caro Christi verendum facit: probabuntque se nullam de signo crucis sumpsisse virtutem, qui quod præferendum frontibus acceperunt, promere labijs erubescunt. Declinate filij ab his diabolicis persuasionibus declinate. Veritatem Dei nulla res violat, sed veritas nos nisi in nostra carne non saluat. Veritas quippe (sicut Propheta ait) de terra orta est, & sic Verbum Maria virgo concepit, vt vniendam \* sibi carnem de sua substantia ministraret: nec cum adiectione personæ, nec cum euacuatione nature, quoniam qui erat in forma Dei, ita accepit formam serui, vt vnus atque idem in forma vtrâque est Christus, inclinâte se Deo vsque ad infirma hominis, & proficiente homine vsque ad summa deitatis: dicente Apostolo, Quorū Rom. 9.

Rom. 1.

Matr. 2.  
Luc. 12.

C A P. IX.

Psal. 54.

patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in secula, Amen.

atione perspiceres, & iusto examine ponderares: multum possemus de iniunctæ tibi sollicitudinis deuotione gaudere.

## CAPVT I.

EPISTOLA LXXXIV. AD  
Anastasium Theſſalonicenſem  
Episcopum.

Capita epistolæ ſequentis.

- Quod ſemper Theſſalonicenſes antiſtitites vicem Apoſtolice Sedis impleuerint.* I.
- Vt Metropolitanus ſua iura ſeruentur.* II.
- Vt à Metropolitanis, non laici, non digami, non viduarum mariti, ſed irreprehenſibiles ordinentur Episcopi.* III.
- Quod Subdiaconi carnale cõingũ denegetur.* IV.
- Vt nullus inuitus ordinetur Episcopus.* V.
- Vt Metropolitanus Episcopus de electo, quem eſt ordinaturus Episcopum, ad Theſſalonicenſem Pontificem referat, & de Metropolitanano electo ſimiliter Prouinciales Episcopi faciant.* VI.
- Vt bina per annum prouincialia Episcoporum Concilia celebrentur. Et ſi res difficiliſ emerſerit, nec fuerit Theſſalonicenſis Episcopi iudicio terminata, ad Romanum referatur antiſtitẽ.* VII.
- Vt ſi quis Episcopus ſuam deſerens ciuitatem, maiorem ſedem ambitus cauſa petierit, nec illam obtinere poterit, & ſua carere debebit.* VIII.
- Vt nullus alienum clericum ſollicitare vel tenere preſumat, ſuo Episcopo non præbente conſenſum.* IX.
- Vt in euocandis prouincialibus Episcopis, à Theſſalonicenſi pontifice moderatio conſeruetur, ne ſub hoc colore ſacerdotalis honor contumeliuſ addicatur. Nec amplius quam bini de prouincijs Episcopi, quos Metropolitanus probauerint, dirigantur. Et non amplius à ſtatuto Concilij tempore, quam dies quindecim remorentur Episcopi.* X.
- Vt ſi inter eos de negotio fuerit oborta contentio, cuncta Romano pontifici ſub geſtorum inſinuatione pandantur, ut ab eo, quod Deo placuerit, ordinetur.* XI.

Leo Episcopus vr̄bis Romæ, Anastasio Episcopo Theſſalonicenſi.



Scde.

V AN TA fraternitati tuæ à beatissimi Petri Apostoli \* auctoritate sint commissa, & qualia etiam nostro tibi favore sint credita, si vera ra-

tionem perspiceres, & iusto examine ponderares: multum possemus de iniunctæ tibi sollicitudinis deuotione gaudere.

Quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis; ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui: ut curam, quam vniuersis Ecclesijs principaliter ex diuina institutione debemus, imitator nostræ mansuetudinis effectus adiuuares, & longinquis ab Apostolica Sede prouincijs præsentiam quodammodo nostræ visitationis impenderes: \* quia de contigendi opportunoque prospectu promptum tibi esset agnoscere, quid in quibusque rebus, vel tuo studio componeres; vel nostro iudicio reseruares. Nam cum maiora negocia & difficilioreſ cauſarum exitus liberum tibi esset, sub nostræ sententiæ expectatione suspendere, nec ratio tibi, nec necessitas fuit, in id, quod mensuram tuam excederet deuiandi. Abundant enim apud te \* monitorum scripta nostrorum, quibus te de omnium actionum temperantia frequenter instruximus: ut commendatas tibi Christi Ecclesias, per exhortationem charitatis, ad salubritatem obedientiæ prouocares.

Quia etsi plerunque existant inter negligentes vel desides fratres, quæ oporteat maiore \* auctoritate curari: sic tamen est adhibenda correctio, ut semper sit salua dilectio. Vnde & beatus Apostolus Paulus, ad ecclesiasticum regimen Timotheum imbuens, dicit, *Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem: iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenulus ut sorores in omni castitate.* Quæ moderatio si quibuscunque inferioribus membris ex Apostolica institutione debetur, quanto magis fratribus & Coepiscopis nostris sine offensione reddenda est: Et licet nonnunquam accidant, quæ in sacerdotalibus sint reprehendenda personis, plus tamen erga corrigenda agat beneuolentia, quam seueritas: plus cohortatio, quam commotio, plus charitas, quam potestas. Sed, qui quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi, faciliè ab hac lege discernuntur, & dum dominari magis quam consulere subditis querunt, placet honor, inflat superbia, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. Quod ut necesse habeamus ira dicere, non de paruo animi dolore procedit. Me ipsum enim quodammodo in culpa sentio, cum te à traditis tibi regulis immodicè deuiasse cognosco. Qui

si tuæ existimationis parum diligens eras, A meæ saltem famæ parcere debueras, ne quæ tuo tantum facta sunt animo, nostro viderentur gesta iudicio. Relegat fraternitas tua paginas nostras, omniæque ad tuos missa maiores Apostolicæ Sedis præfulum scripta percurrat, & vel à me, vel à præcessoribus meis inueniet ordinatum, quod à te cognouimus esse præsumptum. Venit namque ad nos cum Episcopis prouinciæ suæ frater noster Atticus, veteris Epiri Metropolitanus Antistes, & de indignissima afflictione, quam pertulit, lachrymabili actione conquestus est coram adstantibus Diaconibus tuis, qui querelis fidelibus nihil contra referendo, ea quæ nobis ingerebantur, fide B non carere monstrabant. Legebatur quoque in literis tuis, quas iidem Diaconi detulerunt, quod frater Atticus Theſſalonicam venisset, quodque consensum suum etiam scripturæ professione signasset, vt de illo non aliud à nobis intelligi posset, quàm proprii arbitrij & spontaneæ deuotionis fuisse, quod venerat, quodque chartulam de obedientiæ sponſione conscripserat, in cuius tamen chartulæ mentione signum prodebat in iuriæ. Non enim necessarium fuerat vt obligaretur scripto, qui obedientiam suam ipso iam voluntarij aduentus probabat officio. Vnde de plorationibus su-

**C**onstat. **3. quest. 6. Multum stupeo.**

**consulti.**

prædictis hæc verba epistolæ tuæ testimonium præbuere, & per hoc, quod non est tacitum, nudatum est illud, quod silentio fuerat adopertum, adhibitam scilicet Illyrici præfecturam & sublimissimam inter mundanos apices potestatem in exhibitionem infontis Antistitis incitatam: vt missa executione terribili, quæ omnia sibi officia publica ad effectum præceptionis adiungeret, à sacris Ecclesiæ adytis, nullo vel falso insimulatus crimine, extraheretur. Sacerdos, cui non ob molestiam ægritudinis, non ob sæuitiam hysmis darentur indiciz, sed iter asperum & periculis plenum per inuias \* niues agere cogeretur. Quod tanti laboris, tantique discriminis fuit, vt ex his, qui Episcopum comitati sunt, quidam defecisse dicantur. Multum stupeo, frater charissime, sed & plurimum doleo, quod in eum, de quo nihil amplius indicaueras, quàm quod euocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis obtenderet, tam atrociter, & tam vehementer potueris commoueri: præsertim cum etſi tale aliquid meretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua \* consulta referberemus. Sed vt video, bene de moribus meis existimasti, & quæ ciuilia pro conseruanda sacerdotali cõcordia

A responsurus essem, verissime præuidisti: & ideo morus tuos exequi sine dilatione properasti, ne cum moderationis nostræ aliud disponentia scripta sumplisses, faciendi id, quod factum est, licentiã non haberes. An forte aliquod tibi facinus fratris innotuerat, & Metropolitanum Episcopum noui apud te criminis pondus vrgebat? At hoc quidem alienum ab illo esse, etiam tu nihil ei obiiciendo confirmas. Sed etiam, si quid graue intolerandumque gessisset, nostra erat expectanda censura: vt nihil prius ipse decerneres, quàm quid nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati: vt in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde sicut multum nos ea, quæ à te piè sunt gesta, contristant. Et necesse est, post multarum experimenta causarum sollicitius prospici, & diligentius præcaueri: quatenus per spiritum charitatis & pacis omnis materia scandalorum de Ecclesiis Domini (quas tibi commendauimus) auferatur, præeminente quidem in illis prouinciis Episcopatus tui fastigio, sed amputato totius vsurpationis excessu.

## CAPVT II.

**I**gitur secundum sanctorum patrum canones Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, Metropolitanos singularum prouinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus: ita vt à regulis præstitutis, nulla aut negligentia, aut præsumptione discedant.

## CAPVT III.

**I**n ciuitatibus, quarum rectores obierint, de substituendis Episcopis hæc forma seruetur: vt is, qui ordinandus est (etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur) non laicus, non neophytus, nec secundæ coniugis sit maritus, aut qui vel vnam quidem habeat, vel habuerit, sed nec qui sibi viduam copularit. Sacerdotum enim tam excellens est electio: vt hæc, quæ in aliis Ecclesiæ membris non vocantur ad culpam, in illis tamen habeantur illicita.

## CAPVT IV.

**N**am cum extra Clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, &

3. quest. 6. Multum.

25. quest. 2. Igitur.

Dist. 12. Omnium sacerdotum.

procreationi filiorum studere sit liberum: A  
ad exhibendam tamen perfectæ continen-  
tiæ puritatem, nec Subdiaconibus quidem  
connubium carnale conceditur: vt & qui  
habent, sint tanquam non habentes, & qui  
non habent, permancant singulares. Quod  
si in ordine, qui quartus à capite est, dignū  
est custodiri: quantò magis in primo, aut  
secundo, vel tertio seruandum est, ne aut  
Leuitico ministerio, aut Presbyterali hono-  
re, aut Episcopali excellentia quisquam ido-  
neus existimetur, qui se à volupate vxoria  
necdum frenasse detegitur?

## CAPVT V.

**C**Vm ergo de summi Sacerdotis electio- B  
ne tractabitur, ille omnibus præpona-  
tur, quem Cleri plebisque consensus con-  
corditer postularit: ita vt si in aliam forte  
personam partium vota dimiserint, Me-  
tropolitani iudicio is alteri præferatur, qui  
maioribus & studiis iuuatur & meritis: tan-  
tum vt nullus inuitis & non petentibus ordi-  
netur, ne plebs inuita Episcopum non  
optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat  
minus religiosa, quàm conuenit, cui non  
licuerit habere, quem voluit.

## CAPVT VI.

**D**E persona autem consecrandi Episco- C  
pi, & de Cleri plebisque consensu, Me-  
tropolitani Episcopus ad fraternitatem  
tuam referat, quodque in prouincia bene  
placuit, scire te faciat: vt ordinationem ritè  
celebrandam tua quoque firmet authori-  
tas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ  
aut difficultatis debet adferre, ne gregibus  
Domini diu desit cura pastorum. Metropo-  
litano verò defuncto, cum in locum eius a-  
lius fuerit subrogandus, prouinciales Epi-  
scopi ad ciuitatem Metropolitanam con-  
uenire debent: vt omnium Clericorum  
atque omnium ciuium voluntate discussa,  
ex Presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel ex Dia- D  
conibus optimus eligatur, de cuius nomine  
ad tuam notitiam prouinciales referant E-  
piscopi, impleturi vota postcentium, si quod  
ipsis placuit, tibi quoque placuisse cogno-  
uerint. Sicut enim iustas electiones nullis  
dilationibus volumus fatigari: ita nihil per-  
mittimus te ignorante præsumi.

## CAPVT VII.

**D**E Conciliis autem Episcopalibus non  
aliud indicimus, quàm sancti Patres sa-  
lubriter ordinarunt: vt scilicet bini conuen-  
tus per annos singulos habeantur, in quibus  
de omnibus querelis, quæ inter diuersos  
Ecclesiæ ordines nasci adsolent, iudicetur.  
At si fortè inter ipsos, qui præfunt, de maio-  
ribus (quod absit) peccatis causa nascatur,  
quæ prouinciali nequeat examine definiti:  
fraternitatem tuam de totius negotij quali-  
tate Metropolitanus curabit instruere, & si  
coram positis partibus, nec tuo fuerit res  
sopita iudicio, ad nostram cognitionem,  
quicquid illud est, transferatur.

## CAPVT VIII.

**S**i quis Episcopus, mediocritate ciuitatis  
suz despecta, administrationem loci ce-  
lebrioris ambiat, & ad maiorem se plebem  
quacunque occasione transtulerit: non so-  
lùm à cathedra quidem pellatur aliena,  
sed carebit & propria: vt nec illis præsideat,  
quos per auaritiã concupiuit, nec illis,  
quos per superbiam spreuit. Suis igitur ter-  
minis contentus sit quisque, nec supra  
mensuram iuris sui affectet augeri.

## CAPVT IX.

**A**lienum Clericum, inuito Episcopo ip-  
sius, nemo suscipiat, nemo sollicitè: nisi  
fortè ex placito charitatis id inter dantem  
accipientemque conueniat. Nam grauis  
iniuriæ reus est, qui de fratris Ecclesiæ id  
quod est utilius aut preciosius, audet vel  
allicere, vel tenere. Itaque si intra prouin-  
ciam res agatur, transfugam clericum ad  
suam Ecclesiã Metropolitanus redire cõ-  
pellet. Si autem longius processit, tui præ-  
cepti authoritate reuocabitur, vt nec cupi-  
ditati, nec ambitioni occasio relinquatur.

## CAPVT X.

**I**Neuocandis autem ad te Episcopis mo-  
deratissimum te esse volumus: ne per ma-  
ioris diligentiz speciem, fraternis vicariis  
gloriarum iniuriis. Vnde si causa aliqua maior  
extiterit, ob quam necessarium sit, frater-  
num aduocare conuentum: binos de singu-  
lis prouinciis Episcopos, quos Metropoli-  
tani crediderint esse mittendos, ad frater-  
nitatem tuam venire sufficiat: ita vt præsti-  
tuto tempore non ultra quindecim dies \*  
quo conuenerint, retardentur.

1. Cor. 7.

In decret.  
Iuo. lib. 3.  
dist. 63. Si  
forte.Dist. 64. De  
persona  
autem.Dist. 76.  
Metropo-  
litano. Et  
dist. 77. in  
princip.  
dist.Dist. 18. De  
Conciliis.  
Et in decret.  
Iuo. lib. 4.7. quest. 2.  
Si quis E-  
piscopus.19. quest. 2.  
Alienum  
clericum.

901

## CAPVT XI.

SI autem in eo, quod cum fratribus tractandum definiendumve credideris, diuersa eorum fuerit à tua voluntate sententia: ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur, vt remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. Ad huc enim finem, omne affectum nostrum, curamque dirigimus, vt quod ad vnitatem concordiz, & quod ad custodiam pertinet disciplinz, nulla dissentione violetur, nulla desidia negligatur. Et te igitur, frater charissime, & eos fratres nostros, qui de tuis offenduntur excessibus, cum tamen non similis sit omnium materia querelarum, hortor & moneo, vt quæ pie sunt ordinata, salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est, quærat, sed quod alterius, sicut Apostolus ait, *Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bono ad edificationem.* Nec enim poterit vnitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum charitatis adstrinxerit: quia sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis vnam sanitatem, vnam pulchritudinem facit. Et hæc quidem connexio totius quidem corporis vnanimitatem requirit, sed præcipue exigat concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas non sit communis, est tamen ordo generalis: quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quedam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præmereret. De qua forma, Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne omnes sibi omnia vindicarent: sed essent in singulis prouinciis singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia: & rursus quidam, in maioribus vrbibus constituti, sollicitudinè susciperēt ampliorem, per quos ad vnam Petri Sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vsquam à suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibusdam esse præpositum, non molestè ferat, aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat. Et sicut non vult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis & mitis magistri, dicentes: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis re-*

*A quiem animabus vestris. Inquam enim meum suauitate est, & onus meum leue. Quod quomodo experimur, nisi & illud in obseruantium veniat, quod idem Dominus ait, Qui maior est vestrum, erit minister vester? Qui autem se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.*

Math. 10.  
Marc. 10.  
Luc. 22.  
Luc. 14.

Epistola LXXXV. ad Septimum  
Alinum Episcopum.

Leo Episcopus Septimio Episcopo salutem.



**L**ECTIS fraternitatis tuæ literis, vigorem fidei tuæ, quam olim noueramus, agnouimus: congratulantes tibi, quod ad custodiam gregum Christi pastoralis curam vigilantiter exequeris, ne lupi, qui sub specie ouium subintrarūt, bestiali scuitia simplices quosque dilacerent, & non solum ipsi nulla correctione proficiant, sed etiam ea, quæ sunt sana, corrumpant. Quod ne viperea possit obtinere fallacia, ad Metropolitanum Episcopum prouinciæ Venetiæ scripta direximus: quibus ad status sui periculum cognosceret pertinere, si quisquam de Pelagianorum & Cælestianorum consortio veniens, in communiōe Catholica sine professione legitimæ satisfactionis habeatur. Saluberrimum enim est, & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum, vt siue Presbyteri, siue Diaconi, siue alij cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, errorem suum, & ipsos erroris authores damnari à se sine ambiguitate fateantur: vt sensibus prauis & dudum peremptis, nulla sperandi superfit occasio, ne vllum membrum Ecclesiæ talium possit societate violari, cum per omnia illis professio propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, ne ab his Ecclesiis, ad quas propriè pertinent, sinantur abscedere, & pro suo arbitrio ad loca sibi non deputata transire. Quod cum rectè non permittitur inculpatis, multò minus debeat licere suspectis. Proinde dilectio tua cuius deuotione gaudemus, iungat curam suam dispositionibus nostris, & cum supra dicto Metropolitanano det operam: vt circumspectè ac velociter impleantur ea, quæ ad totius Ecclesiæ incolumitatem, & laudabiliter sunt gesta, & salubriter ordinata.

Math. 7.

1. quest. 7.  
Saluberrimum enim.  
Et 1. q. 1.  
Omnis cuiuslibet. Et  
Si quis hæretica. Et  
in dec. luo.  
lib. 3. cum  
literæ variatione.

Philipp. 2.

Rom. 13.

Rom. 12.  
1. Cor. 12.

1. quest. 6.  
Qui scit se.  
March. 23.

Math. 23.

Epistola LXXXVI. ad Nicetam  
Aquileiensem Episcopum.Item ad  
Metropo-  
litanum  
Venezie.  
CAP. I.\* *Leo Episcopus Roma Nicetæ Aquileiensi  
Episcopo salutem.*

RELATIONE sancti fratris & Coëpiscopi nostri Septimij, quæ in subditis habetur, agnouimus quosdam Presbyteros, Diacones, ac diuersi ordinis Clericos, quos Pelagiana siue Cælestiana hæresis habuerit implicatos, ita in vestra prouincia ad communionem Catholicam peruenisse: vt nulla ab eis damnatio proprij exigeretur erroris, & pastoralibus excubiis nimium dormitantibus, lupus, ouium pelibus tectus in ouile Dominicum, non depositus bestialibus animis introiret: & quod per authoritatem canonum decretorumque nostrorum ne in fontibus quidem conceditur, vsurpare, vt relictis Ecclesijs, in quibus Clericatum aut acceperant, aut receperant, instabilitate sua per diuersa circunferantur, amantes semper errare, & nunquam in fundamento Apostolico permanere. Quoniam qui nullo discussi examine, nullo sūt præiudicio suæ professionis obstricti, hunc maximè expetunt fructum, vt sub velamento communionis plures domos adeant, & per falsi nominis scientiam multorum corda corrumpant. Quod utique efficere non possent, si Ecclesiarum Præsules necessariam diligentiam in talium receptione seruarent: ne cuiquam eorum euagari in diuersa licuisset. Ne ergo hoc ulterius audeatur, neve per quorundam negligentiam introducta perniciēs, ad euerisionem multarum tendat animarum, hac nostri authoritate præcepti, industriz tuæ fraternitatis indicimus: vt congregata apud vos Synodo prouincialium Sacerdotum, omnes siue Presbyteri, siue Diaconi, siue cuiusque ordinis Clerici, qui de Pelagianorum, Cælestianorumque consortio in communione Catholicam ea imprudentia sunt recepti, vt non prius ad damnationem sui coarctarentur erroris, nunc, saltem postquam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse, & nullis possit nocere, cogantur. Damnant apertis professionibus sui superbi erroris authores, & quicquid in doctrina eorum vniuersalis Ecclesia exhorruit, detestentur: omniaque decreta Synodalia, quæ ad excisionem huius hæreseos Apostolicæ Sedis confirmauit authoritas,

A amplecti se, & in omnibus approbata, plenius & apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum obscurum, nihil inueniuntur ambiguum. Quoniam nouimus hanc istorum esse veritatem, vt in quacunque particula dogmatis execrandi, quæ se à damnatorum societate discreuerint, nihil sibi sensuum suorum existiment esse non saluum. Cùmque omnes diffinitiones suas ad tantam facilitatem improbare se simulent atque deponere, hoc tibi tota arte fallendi, nisi intelligantur, excipiant, vt gratia Dei secundum meritum dari accipientium sentiat. Quæ nisi gratis detur, non est gratia, sed merces, retributioque meritum, dicente beato Apostolo: *Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est. Non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus signentum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ preparauit Deus, ut in illis ambulemus.* Omnis itaque bonorum operum \* donatio, diuina præparatio est: deuotio nec propria quisquam iustificatur virtute, quoniam gratia vnicuique principium iustitiæ, & bonorum fons, atque origo meritum est. Sed ab istis ideo per naturalem industriam dicitur præueniri, vt quæ ante gratiam proprio data sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata: fallūmque sit quod Veritas ait, Quoniā filius hominis venit querere & saluare quod perierat. Ideo etiā paruulos dicunt, si sine baptismo hinc de seculo exierint, non posse dānari, neque reos in peccato Adæ teneri, sed ad regnū Dei, vel ad vitā æternā, sine vlla cunctatione venire, cūm Apostolus dicat: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, propter quod & ipsi paruuli baptizantur.* Quamuis in illo vno possint intelligi plura peccata, si vnū ipsum in sua quasi membra singula diuidatur. Nam & superbia est illic, quia in sua homo potius esse, quàm in Dei potestate dilexit: & sacrilegium, quia se præcipitavit in mortem: & fornicatio spiritalis, quia integritas mētis humanæ serpentina suasionem corrupta est: & furtum, quia prohibitus vsurpatus est cibus: & auaritia, quia plus quā sufficere illi debuit, appetiuit: & si quid aliud in hoc vno admisso diligenti consideratione poterit inueniri. Parentum quoque peccatis paruulos obligari, non solum primorum hominum, sed etiam fororum, de quibus ipsi nati sunt, non improbabiler dicitur. Illa quippe sententia, *Reddā peccata patrum in filios*, tenet eos utique, antequam per regenerationem ad testamen-

CAP. III.

Ephel. 2.

Rom. 7.

CAP. IV.

Exod. 20.

Pag. 7.

CAP. II.

tum notium incipiant pertinere : quod testamentum prophetabatur, cum diceretur per Ezechielem, non accepturos filios peccata Patrum suorum, nec ulterius futuram in Israël parabolam illam, Patres manducauerunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Ideo enim quisque renascitur, ut soluarur in eo, quicquid peccati est, cum quo nascitur. Nam peccata, quæ malè agendo postea committuntur, possunt & pœnitendo sanari, sicut etiam post baptismum fieri videmus. Ac per hoc non est instituta regeneratio, nisi quia vitiosa est generatio, vsque adeo ut etiam de legitimo matrimonio procreatus dicat : *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in utero me aluit.* Neque hic dixit, in iniquitate, vel in peccato, cum hoc rectè dici posset, sed iniquitates & peccata dicere maluit : quia & in illo vno, quod in omnes homines pertransiuit, quodque tam magnum est, ut eo mutaretur & conuerteretur in necessitatem mortis humana natura (sicut supra, disserui) reperiuntur plura peccata, & alia parentum, quæ licet non possunt mutare naturam, reatu tamen obligant filios, nisi gratuita gratia & misericordia diuina subueniat. A paruulo enim recens nato, vsque ad decrepitu senem, quamlibet corporis ætate gerant, sicut nullus prohibendus est à baptismo, ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli tantum originali, maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcunque malè viuendo addiderunt ad illud quod nascendo traxerunt. Cauendum ergo dilectioni tuæ est, magnæque diligentia providendum, ne per huiusmodi homines extincta dudum scandala fuscitentur : & de exciso olim dogmate aliquod in prouincia tua eiusdem mali germè oriatur : quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctæ Ecclesiæ sobole veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspitione se purgent : & obediendo nobis, probent se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus præceptis satisfacere detrectarit, siue ille clericus, siue sit laicus, ab Ecclesiæ societate pellatur, ne perditio animæ suæ, saluti insidietur alienæ. Illam quoque partem Ecclesiasticæ disciplinæ, qua olim à sanctis patribus, & à nobis sæpe decretum est, nec in Presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, ut nec in subsequenti officio clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiā cuiquā transire sit liberum, ut in integrum reuocet, admonemus. Et vnusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus,

Ezech. 18.

Hierem. 31.

Psal. 50.

Rom. 7.

De consec. dist. 4.

A paruulo.

CAP. V.

CAP. VI.

In Concil. Hispalen.

2. cap. 1.

A non persuasione hominum deprauatus, ubi ordinatus est, perseueret : ita ut si quis suam querens, non quæ Iesu Christi, ad plebem & Ecclesiam suam redire neglexerit : & ab honoris priuilegio, & à communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubitet dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commouendos : quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desideres negligentisque Rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Dist. 86. Inferiorum culpa.

## EPISTOLA LXXXVII. AD Episcopos Aphricanos per Mauritaniam Cæsariensem constitutos.

### Capita epistolæ sequentis.

*Ne illicita persona ad Episcopatum pronebatur. I.*  
*De statutis canonum conseruandis. II.*

*De Donato Nouatianorum Episcopo, & de Maximo ex Donatistis. III.*

*De Aggato & Tyberiano, qui ex laicis fuerunt ordinati. IV.*

*De virginibus sacris, quæ vim barbaricam pertulerunt. V.*

Leo Episcopus, vniuersis Episcopis per Cæsariensem Mauritaniam in Aphrica constitutis, in Domino salutem.

### CAPVT I.

**D**VM de ordinationibus Sacerdotum quædam apud vos illicitè usurpata crebrior ad nos cõmencantium sermo perferret, ratio pietatis exegit : ut pro sollicitudine, quam vniuersæ Ecclesiæ ex diuina institutione dependimus, rerum fidem studeremus agnoscere, vicem curæ nostræ proficiscenti à nobis fratri, & confacerdoti nostro Potentio, \* iniungentes, qui secundum scripta, quæ per ipsum ad vos direximus, de Episcopis, quorum culpabilis ferebatur electio, quid veritas haberet, inquireret, nobisque omnia fideliter indicaret. Vnde quia idem plenissimè notitiæ nostræ cuncta referauit, & sub quibus qualibuscque rectoribus quædam Christi plebes in partibus prouinciæ

delegauer.

Distin. 61.  
Miramur  
tantum.

1. quæst. 1.  
Principa-  
tus, quem.

Dist. 37.  
Quid est  
manus.

metu

teat

provinciæ Cæsariensis habeantur sincera nobis relatione patefecit: necessarium fuit, ut dolorem cordis nostri, quo pro Dominorum gregem periculis æstuamus, datis nunc quoque ad dilectionem vestram literis promeremus: mirantes tantum apud vos: per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem: ut in dignis quibusque, & longè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium & gubernatio Ecclesiæ crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere: nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præfidentium, salus est subditorum, & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipse tamen initij sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

Quod si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus providenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque præposterum: quantum magis elaborandum est, ut in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur non erretur? Nam totius familiæ Domini status & ordo nutabit, si requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Vbi est illa beati Pauli Apostoli per Spiritum Dei emissa præceptio, qua in persona Timothei omnium Sacerdotum Christi numerus eruditur, & proinde unicuique nostrum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis? Quid est cito manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis est ille qui non \* meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat fructum, qui rectum \* sectatur in eligendo Sacerdote iudicium: ita graui semetipsum afficit damno, qui ad suæ dignitatis collegiū sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona prætermittendum est, quod institutis generalibus continetur: nec putandum est honor ille legitimus, qui fuerit de prauaricatione collatus. Dicente enim Apostolo, ut inter alias electionis regulas, is Episcopus ordinetur, quem unius uxoris virum fuisse aut esse confiterit, tam sacra sæper habita est ista præceptio, ut etiã de muliere Sacerdotis eligendi eadè intelli-

gatur seruanda conditio, ne forte illa, priusquam in matrimonium eius veniret, qui aliam non habuisset uxorem, alterius viri esset experta coniugium. Quis ergo dissimulare audeat, quod in tanti sacramenti perpetratur iniuriam: cum huic magno venerandoque mysterio: ne diuinæ quidem legis statuta defuerint, quibus euidenter est definitum, ut virginem Sacerdos accipiat, & alterius thorum nesciat coniugis, quæ vxor est futura Pontificis? Iam tunc enim in sacerdotibus figurabatur Christi & Ecclesiæ spirituale coniugium: ut quoniam vir caput est mulieris, discat sponsa \* Verbi nõ alium virum nosse quàm Christum, qui meritò vnam elegit, vnam diligit, & aliã præter ipsam suo consortio non adiungit. Si ergo etiam in veteri testamento hæc sacerdotalium coniugiorum forma seruata est: quantum magis sub reuelata iam gratia constituti, Apostolicis debemus inferuire præceptis, ut quamlibet quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inueniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad Diaconij gradum, vel ad Presbyterij honorè, vel ad Episcopatus culmen ascendat, si aut ipsum non unius uxoris virum, aut uxorem eius non unius viri fuisse claruit? Monente verò Apostolo atque dicente, *Et hi autem probentur primum & sic ministrent*, quid aliud intelligendum in hoc putamus: nisi ut in his prouectionibus non solum matrimoniorum castimoniam, sed etiam laborum merita cogitemus, ne aut à baptismo rudibus, aut à seculari actu repente conuersis, officium pastorale credatur, cum omnis gradus militiæ Christianæ de incrementis profectuum debeat æstimari, an possint cuiquam maiora committi? Meritò sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de Sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuerunt, quorum omnis ætas, à puerilibus exordiis vsque ad prouectiores annos per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia cucurrisset, ut unicuique testimonium prior vita præberet: nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro castis moribus, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur. Si enim ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris, indignum est peruenire, & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant: quàm diligens & quàm prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum & celestium dignitatum, ne in aliquo Apostolica & canonica decreta violentur, & his Ec-

1. Tim. 3.  
Leuit. 21.  
Ezech. 44.  
Ephes. 5.  
1. Cor. 11.

Christi

Leuit. 21.  
Ezech. 4. 4.

1. Tim. 3.

Dist. 61.  
Miramur  
tantum.

clesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescij & totius humilitatis ignari, non ab infirmis fumere incrementum, sed à summis volunt habere principium? cum valde iniquum sit & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis. In domo quidem magna necesse est (sicut Apostolus differit) vt vasa diuersa sint, quædam aurea & argentea, quædam verò lignea & fictilia: sed horum ministerium pro matris qualitate discernitur, nec qui est preciosorum, idem vsus est & vilium. Nam inordinata erunt omnia, si fictilia aureis, & lignea præferantur argenteis. Sicut autem in ligneis & fictilibus eorum hominum species figurantur, qui nullis adhuc virtutibus nitent: ita in aureis & argenteis hi sine dubio declarantur, qui per longæ eruditionis igne, & per fornacem diuturni laboris excocti, aurum probatum & argentum purum esse meruerunt. Quibus si merces pro deuotione non redditur, omnis Ecclesiastica disciplina resoluitur, omnis ordo turbatur: dum in Ecclesia, qui nullû subiere ministerium, peruerso eligentium iudicio in debitum obtinent principatum. cum ergo inter vos tantum valuerint, aut studia popularium, aut ambitus superborum, vt non solum laicos, sed etiam seculatam vxorum viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale prouectos: nonne \* apertissime exigunt causæ, vt Ecclesiæ, in quibus ista commissa sunt, iudicio seueriore purgentur, & non solum in tales Præsules, sed etiam in ordinatorum eorum vltio competens proferratur? Sed circumstant nos hinc mäsuetudo clementiæ, hinc censura iustitiæ. Et qui auerfæ viæ Domini misericordia & veritas, cogimur secundum Sedis Apostolicæ pietatem, ita nostram temperare sententiã: vt trutinato pondere delictorum, quæ constat non vnus esse mensuræ, quædam definiamus vt cunq̃ue toleranda, quædam verò penitus amputanda. Eos enim, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarû se coniugio sociarunt, nec Apostolica, nec legalis autoritas Sacerdotium obtinere permittit: & multò magis illum, si fuerit vestro iudicio confutatus, qui (sicut ad nos relatam est) duarum simul est maritus vxorum, vel \* istum, qui à prima vxore dimissus, alteram duxisse perhibetur, priuandum honore discernimus. Cæteros verò, quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quòd ex laicis ad officiû Episcopale delecti sunt, neque ex hoc quòd vxores habeant, possunt esse culpabiles, susceptum Sacerdo-

atium tenere permittimus: non præiudicantes Apostolicæ Sedis statutis, nec præcessorum nostrorum nostrisque decretis, quibus salubriter statutum est, ne primum, vel secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum, quibuslibet suffragiis fultus, ascendat, priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Quod enim nunc vt cunq̃ue patimur esse veniale inultum postmodum esse non poterit, si quisquam id, quod omnino interdiximus, vsurpare præsumpserit: quia remissio peccati, non dat licentiam delinquendi, nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impunè committi.

## CAPVT II.

Cum itaque de omnibus ferè quæ fratris nostri Potentij relatio continebat, plenissimè dilectionem vestram per David fratrem, & Coepiscopû nostrum, qui & Sacerdotij meritò nobis est probat<sup>9</sup> & moribus, videatis instructam: superest fratres, vt concordi obedientia salubres suscipiatis hortatus, & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, diuinis & Apostolicis cõstitutionibus pareatis: & in nullo patiamini prouidētissima canonû decreta violari. Quæ enim nunc certarum remissimûs consideratione causarû, antiquis deinceps custodienda sunt regulis: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hæc vltione plectamus: in eos specialius & propensius commouendi, qui in Episcopis ordinandis sanctorum patrum statuta neglexerint, & quos refutare debuerant, consecrarint. Vnde si qui Episcopi talem consecrauerint Sacerdotem, qualem non liceat, etiam si aliquo modo damnatum proprii honoris euaserint, ordinationis tamen ius vterius non habebunt, nec ei sacramento intererunt, quod neglecto diuino iudicio immeritò præstituerunt. Illud sanè quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta seruari: vt non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & vbi ante non fuerunt, Episcopi consecrentur: cum vbi minores sunt plebes, minorésque conuentus, Presbyterorum cura sufficiat: Episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsidere: ne, quod sanctorum patrum diuinitus inspirata decreta vetuerant, vinculis, & possessionibus vel obscuris, & solitariis municipiis

apertissimè  
1. quæst. 7.  
Exigunt  
causæ.

Psal. 24.

1. quæst. 7.  
Exigunt  
causæ.

illû qui pri-  
ma vxore  
dimissa,  
1. quæst. 7.  
Exigunt  
causæ.

1. quæst. 7.  
Exigunt  
causæ.

1. quæst. 7.  
Donatum  
autem.  
1. quæst. 1. &  
5. q. 2.  
Si qui Epi-  
scopialè.

Dist. 80.  
Illud sanè  
quod ad  
Ca. 6. Sar-  
dicens.  
Concil.

tribuat<sup>r</sup> Sacerdotale fastigium & honor: A  
cui debent excellentiora committi, ipse sui  
numerofitate vilefcatur. Quod nunc in sua  
diocesi Restitutus Episcopus factum esse  
caufatus est, & rationabiliter postulauit, vt  
si Episcopi, eorum locorum, in quibus  
non debuerant ordinari, humana condi-  
tione decesserint, loca ipsa ad ius eius An-  
tistitis redigantur, cuius fuerant ante prio-  
ra. Et inutile est vt Sacerdotalis dignitas in-  
considerata ordinantis facilitate superflua

Sententia-  
liter poni-  
tur iste ca-  
non 32. q. 5.  
11.

minuatur.

multiplicatione \* muniatur. De his autem,  
quæ in sacro virginitatis proposito consti-  
tuta Barbaricam pertulere violentiam, &  
integritatem pudoris animo, sed corpore  
perdiderunt, ea nobis seruanda videtur B  
moderatio: vt neque in viduarum deiciantur  
gradum, neque in sacrarum & perseue-  
rantium virginum numero censeantur. Qui-  
bus, si in omnibus virginalibus obseruatio-  
nibus perseuerant, & castimonie soliditate  
mente custodiunt, sacramentorum non  
est neganda communio: quia iniustum est,  
eas in eo, vel argui, vel notari, quod non  
voluntas amisit, sed vis hostilis eripuit.  
Causam quoque Lupicini Episcopi illic iu-  
bemus audiri. Cui multum & sapius pos-  
tulanti communionem hac ratione reddidi-  
mus, quoniam ad nostrum iudicium pro-  
uocasset, immerito eum, pendente nego-  
cio, à communionem videbamur fuisse sus-  
pensus. Adiectum etiam illud est, quod  
huic temere superordinatus esse cogno-  
scitur, qui non debuit ordinari, antequam  
Lupicinus in presenti positus, aut confu-  
tatus, aut certe confessus, iuxta posset sub-  
iacere sententia: vt vacantem locum,  
quemadmodum disciplina Ecclesiastica  
exigit, is, qui consecratur, exciperet.

### CAPVT III.

1. quest. 7.  
Donatum  
autem.

**D**onatum autem Salicinensem ex No-  
uatianis cum sua (vt comperimus) ple-  
be conuersum, ita dominico volumus gre-  
gi præsidere: vt libellum fidei suæ ad nos  
meminerit dirigendum, quo & Nouatiani  
dogmatis damnet errorem, & plenissime  
confiteatur Catholicam veritatem. Maxi-  
mum quoque ex laico licet reprehensibi-  
liter ordinatum, tamen si Donatista iam  
non est, & à spiritu schismaticæ prauitatis  
alienus, ab Episcopali, quam quoquo modo  
adeptus est, non repellimus dignitate: ita  
vt & ipso libello ad nos edito Catholicum  
se esse manifestet.

### CAPVT IIII.

**D**E Aggare & Tyberiano, quorum à cæ-  
teris, qui ex laicis ordinati sunt, in hoc  
causa diuersa est, quod eorum ordinationi  
atroces tumultus, & sæuæ seditiones me-  
morantur esse famularum, vestro iudicio  
cuncta commisimus: vt relata habita apud  
vos examinis fide, quid de supradictis sta-  
tuendum sit, scire possimus.

1. quest. 5.  
Maximum  
quoque ex  
laico.

### CAPVT V.

**I**llæ autem famulæ Dei, quæ integritate  
pudoris oppressione barbarica per-  
diderunt, laudabiliores erunt in humilitate  
ac verecundia: si se incontaminatis non  
audeant comparare virginibus. Quamuis  
enim omne peccatum ex voluntate nascatur,  
& potuerit corruptione carnis mens  
inuita non pollui: minus tamen hoc illis  
oberit, si quod potuerint animo non amit-  
tere, doleant se vel corpore perdidisse. Si  
verò alia emerferint causa, quæ ad statum  
Ecclesiarum, & ad concordiam pertineant  
Sacerdotum, illic sub timore Domini vo-  
lumus ventilentur, & de componendis at-  
que compositis omnibus ad nos relatio ple-  
na mittatur, vt ea, quæ iuxta Ecclesiasticum  
morem iuste & rationabiliter fuerint defi-  
nita, mea quoque sententia roborentur.  
Data quarto Idus Augusti.

31. quest. 5.  
Illæ autem  
famulæ Dei.

Epistola LXXXVIII. de privilegio  
Chorepiscoporum siue presbytero-  
rum ad vniuersos Germaniæ atque  
Galliæ Ecclesiarum Episcopos.

*Leo Romana Ecclesia & Apostolica Sedis  
Episcopus, vniuersis Germaniarum at-  
que Galliarum regionum Episcopis salutē.*



**D**Vm in Dei nomine in Ro-  
mana Ecclesia Synodum Epi-  
scoporum siue cæterorum  
confacerdotum Christianique  
fidelium coadunatum ha-  
buissimus, & de ordinatio-  
nibus illicitis, super quibus crebrior ad  
nos illarum partium commearum ser-  
mo peruenerat, atque de aliis necessa-  
riis Ecclesiasticis negociis tractantes,  
sacrosque canones relegentes, solerter  
egissemus, à multis lachrymabili vultu  
relatum est nobis, quod quidam Ger-  
maniarum ac Galliarum urbium Episcopi

Ca. 13. Da-  
masi Papæ  
in epist. ad  
Numidic  
Episcopos.

Cap. 13.

frequenter Chorepiscopos, qui iuxta cano-  
nes Neocæsarienses, sicut secundum alio-  
rum decreta patrum iidem sunt, qui &  
Presbyteri, vel Presbyteros destinarent, qui  
absente Pontifice Altaria erigerent, Ba-  
silicæque consecrarent. Quod quidem  
non est mirum, id præcepisse viros Eccle-  
siasticæ disciplinæ ignaros, quod est cano-  
nicæ regulæ contrarium, & statim à secula-  
ri militia in Sacerdotale ministerium dele-  
gatos atque promotos. Ergo ne ultra talis à  
vobis licentia vsurperetur, communi senten-  
tia statuendum oportuit, scientes, quia si-  
cut Chorepiscopo vel Presbytero illicita  
consecratio est Altaris, ita & constitutio.  
In diuinis enim literis, præcipiente Domi-  
no, solus Moses in tabernaculo Dei erexit  
altare, solus ipse vnxit, qui vtique sum-  
mus Sacerdos Dei erat, sicut scriptum est  
de eo: *Moses & Aaron in sacerdotibus eius.*  
Ideoque id quod tantum facere principi-  
bus Sacerdotum iussum est, quorum ty-  
pum Moses & Aaron tenuerunt, omnino  
decretum est, vt Chorepiscopi vel Presby-  
teri, qui filiorum Aaron gestant figuram,  
arripere non præsumant. Nam quamuis  
cum Episcopis plurima illis ministeriorum  
communis sit dispensatio, quædam tamen  
authoritate veteris legis, quædam nouæ  
etiam Ecclesiasticis regulis sibi prohibita  
nouerint, sicut Presbyterorum & Diaco-  
norum, aut virginum consecratio, sicut  
constitutio Altaris, ac benedictio, vel vn-  
ctio. Siquidem nec erigere eis Altaria, nec  
Ecclesias vel Altaria consecrare licet, nec  
per impositiones manuum fidelibus bap-  
tizandis vel conuersis, ex hæresi Paracletum  
Spiritus sanctum tradere, nec Chrisma  
conficere, nec Chrismate baptizatorum  
frontes signare, nec publicè quidem in  
Missâ quemquam penitentem reconcilia-  
re, nec formatas cuiuslibet epistolas mittere.  
Hæc enim omnia illicita sunt Chorepisco-  
pis, qui ad exemplum & formam septua-  
ginta discipulorum esse noscuntur, vel  
Presbyteris, qui eandem gestant formam:  
quoniam quamquam consecrationem ha-  
beant, Pontificatus tamen apicem non  
habent. Quæ omnia, solis debent summi  
Pontificibus authoritate canonum præcipi-  
tur, vt per hoc & discretio graduum, & di-  
gnitatis fastigium summi Pontificis demō-  
stratur. Sed neque coram Episcopo licet  
Presbyteris in baptisteriū introire, nec præ-  
sente Antistite infantem tingere aut signa-  
re, nec penitentem sine præceptione Epi-  
scopi sui reconciliare, nec eo præsente,  
nisi illo iubente, Sacramentum Corporis &

Nume. 7.

Psal. 98.

A Sanguinis Christi conficere, nec eo coram  
posito populum docere, vel benedicere, aut  
salutare, nec plebem vtique exhortari.

*Ex fine huius epistolæ argumentum sumitur,  
quod non sit plena, sed fragmentum duntaxat.*

Epistola LXXXIX. ad Episcopos  
per Viennensem prouinciam  
constitutos.

*Dilectissimis fratribus, vniuersis Episcopis  
per Viennensem prouinciam consti-  
tutis, Leo Romæ Episcopus.*



DIUINÆ cultum religionis, quem in omnes gentes, om-  
nesque nationes, Dei voluit  
gratia coruscare, ita Dominus  
noster Iesus Christus humani  
generis Saluator instituit: vt veritas, quæ  
antea legis & Prophetarum præconio con-  
tinebatur, per Apostolicam tubam in sa-  
lutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum  
est: *In omnem terram exiit sonus eorum,* Psal. 18;  
& *in fines orbis terra verba eorum.* Sed hu-  
ius muneris sacramentum ita Dominus ad  
omnium Apostolorum officium pertinere  
voluit, vt in beatissimo Petro, Apostolo-  
rum omnium summo, principaliter collo-  
caret: vt ab ipso quasi quodam capite, do-  
na sua velut in corpus omne diffunderet,  
vt exortem se mysterij intelligeret esse di-  
uini, qui ausus fuisset à Petri soliditate re-  
cedere. Hunc enim in consortium indiui-  
dæ vnitatis assumptum, id quod ipse erat,  
voluit nominari, dicendo: *Tu es Petrus,* Math. 6.  
& super hanc petram ædificabo Eccle-  
siam meam, vt æterni templi ædificatio,  
mirabili munere gratiæ Dei, in Petri so-  
litudine consisteret, hac Ecclesiam suam  
firmitate corroborans, vt illam nec huma-  
na temeritas posset appetere, nec portæ  
contra illam inferi præualerent. Verum  
hanc petra istius sacratissimam firmitatem,  
Deo ( vt diximus ) ædificante constru-  
ctam, nimis impia vult præsumptione vio-  
lare: quisquis eius potestatem tentat in-  
fringere, fauendo cupiditatibus suis, & id,  
quod accepit à veteribus, non sequen-  
do: cum nulli se subditum legi, nullis  
institutionis Dominicæ credit regulis con-  
tineri, à vestro nostroque, per nouæ  
vsurpationis ambitum, more desciscens,  
præsumendo illicita, & quæ custodire  
debeuit, negligendo. Verum hæc nos  
Deo ( vt credimus ) aspirante serua-

Dist. 19 Ita  
Dominus  
noster Ie-  
sus.  
CAP. I.

Psal. 18;

Math. 6.

CAP. II.

ta circa vos nostræ charitatis gratia, quam sanctitati vestræ Apostolica semper Sedes (vt meministis) impendit, nitimur consilio maturiore corrigere, & vestrarum Ecclesiarum statum, communicato vobiscum labore, componere, non noua instituentes, sed vetera renouantes: vt in status consuetudine quæ nobis à nostris patribus est tradita, perduremus, & Deo nostro per boni operis ministerium, remotis perturbationum scandalis, placeamus. Nobiscum itaque vestra fraternitas recognoscit Apostolicam Sedem, pro sui reuerentia, à vestræ etiam prouinciæ Sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, & pro diuersarum (quemadmodum vetus consuetudo poscebat) appellatione causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia: aded vt seruata vnitatis spiritus in vinculo pacis commeanibus hinc inde literis, quod sanctè agebatur, perpetuè proficeret charitati. Quam sollicitudo nostra, non sua quærens, sed quæ sunt Christi, dignitatem diuinitus datam, nec Ecclesiis, nec Ecclesiarum Sacerdotibus abrogabat. Sed hunc tramitem semper inter maiores nostros, & benè tantum, & salubriter constitutum, Hilarius Ecclesiarum statum, & concordiam Sacerdotum nouis præsumptionibus turbaturus excessit, ita suæ vos cupiens subdere potestati, vt se beato Apostolo Petro non patiatum esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, & debitam Metropolitanis sacerdotibus in suum ius transferens dignitatem: ipsius quoque beatissimi Petri reuerentiam verbis arrogantioribus minuendo, cui cum præ cæteris soluendi & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialius mandata est. Cui quisquis principatum æstimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem: sed inflatus spiritu superbiæ suæ, semetipsum in inferna demergit. Quæ igitur apud nos in causa Celidonijs Episcopi gesta confecta sint, & quæ Hilarius dixerit, dum cum eodem, præsentem supradicto Episcopo, audiretur, inditus chartis rerum ordo demonstrat. Vbi postquam Hilarius rationale, quod in sanctorem Concilio Sacerdotum posset respondere, non habuit: ad ea se occulta cordis ipsius transtulerunt, quæ nullus laicorum dicere, nullus sacerdotum posset audire. Doluimus (fateor) fratres, & hunc eius mentis tumorem medelis patientiæ nostræ curare tentauimus. Nolebamus etenim ea illi exacerbata

re vulnera, quæ suæ animæ insolentibus subinde sermonibus infligebat, & quem susceperamus vt fratrem, delinire magis ipsum (quamuis ipse se suis responsionibus implicaret) quàm contristare nostris interlocutionibus nitbamur. Absolutus est Celidonius Episcopus, quoniam se iniuste Sacerdotio fuisse deiectum, manifesta restium responsione, ipso etiam præsentem, monstraucrat, ita vt, quod Hilarius nobiscum residens posset opponere, non haberet. Remotum est ergo iudicium quod prolatum in hac sententia legebatur, quod tantumquam viduæ maritus Sacerdotium tenere non posset. Quod nos quidem, seruantes legalia constituta, sollicitius voluimus custodiri, non solum circa Sacerdotes, sed circa Clericos quoque minoris officij, ne ad sacram militiæ hi permittantur accedere, quibus sit tale coniugium, vel contra Apostolicam disciplinam non vnus tantum vxoris viri fuisse monstratur. Sed sicut eos, quos factum suum non potest excusare, aut non admittendos, aut si fuerint, decernimus remouendos: ita quibus hoc falsum obiicitur, ab ea necesse est, examinatione purgemus, & suum officium perdere non sinamus. Mansisset namque in illum prolata sententia, si obiectorum veritas extitisset. Redditus itaque est Ecclesiæ suæ, & huic, quam amittere non debuit, dignitati Coepiscopus noster Celidonius, sicut gestorum series, & post decursam cognitionem sententia, quæ à nobis est prolata, testatur. Huic negotio sic finito fratris & Coepiscopi nostri Proiecti querela successit: cuius ad nos literæ lachrymabiles, & dolendæ de superordinato sibi Episcopo sunt directæ. Epistola quoque ingesta est ciuium ipsius, & numerosa subscriptione singulorum firmata, inuidiosissimis contra Hilarium plena querimonijs, quod Proiecto Episcopo suo ægrotare liberum non fuisset, eiusque Sacerdotium in alium præter suam notitiam esse trāslatum, & tanquam in vacuum possessionem ab Hilario peruerfore hæredem viuens inductum. Quid hic fraternitas vestra sentiat, cuperemus audire, quamquam de vestris animis nostra non debeat sententia dubitare: cum fratrem in lectulo constitutum, non tam infirmitate corporis aggruari, quàm alio videaris dolore torqueri. Quæ spes illi de vita relinquitur, cui de Sacerdotio suo, dū illi alter substituitur, irrogatur desperatio? Apparet ergo, quàm mitis sit corde Hilarius, qui obesse præsuppitioni suæ fraternæ mortis credidit tarditatem. Quantā enim in se fuit, illi substraxit lucē,

Matth. 16.  
Ioan. 12.  
Primatus  
Romanæ  
Ecclesiæ.

CAP. III.

CAP. III.

abstulit vitam, qui hunc dolorem, in locum A  
eius alterum subrogando, ne ad salutem il-  
li recursum esset, intecit. Esto ut breuis fra-  
tri inuenerit humanæ conditionis consue-  
ta migratio, quid sibi Hilarius querit in  
aliena prouincia: & id quod nullus deces-  
sorum ipsius, aut Patroclus habuerit, cur  
vsurpat, cum & ipsum, quod Patrocl oà  
Sede Apostolica temporaliter videbatur  
esse concessum, postmodum sit sententia  
meliore sublaturus? Expectarentur certè vo-  
ta ciuium, testimonia populorum, quæ re-  
retur honoratorum arbitrium, electio Cle-  
ricorum, quæ in Sacerdotum solent ordi-  
nationibus ab his, qui norunt patrum regula,  
custodiri, ut Apostolicæ authoritatis norma  
in omnibus seruaretur, quæ præcipitur, ut  
Sacerdos Ecclesiæ præfuturus, non solum  
attestatione fidelium, sed etiam eorum qui  
foris sunt testimonio muniarur, neque vllius  
scandali relinquatur occasio, cum per pacem,  
& Deo placitam concordiam consonis omnium  
studiis, qui doctor pacis futurus est, ordina-  
tur. Sed in speratus nescientibus superuenit,  
& improuisus abcessit cursu (ut didicimus)  
celeri, itinera multa conficiens, & per longin-  
quas prouincias tanta immaturitate discurrens,  
ut videatur gloriam de scurrili velocitate  
potius, quam de Sacerdotali moderatione  
captasse. Hæc enim directarum ad nos ciuium  
verba sunt literarum. Ante abcessit, quam  
eum venisse nossemus. Non est hoc redire,  
sed fugere, nec salubritatem impendere  
diligentiæ pastoralis, sed vim inferre  
latronis & furis, dicente Domino: *Qui  
non intrat per ianuam in cohortem ouium,  
sed ascendit aliunde, hic fur & latro est.*  
Non ergo Hilarius tam studuit Episcopum  
consecrare, quam eum potius, qui ægro-  
tabat, occidere: & ipsum quem superpo-  
suit, malè ordinando decipere. Nos tamen,  
quod vobis credimus Deo iudice placitum,  
in commune cunctis fratribus consulentes,  
& malè ordinatum submoueri, & Episcopum  
Proiectum in suo Sacerdotio permanere  
debere decreuimus: id statuentes, ut si  
quisquam fratrum nostrorum in quacunque  
prouincia decesserit, is sibi ordinationem  
vindictæ Sacerdotis, quem illius prouinciæ  
Metropolitanum esse constiterit: quia (ut  
videmus) causæ transactæ sunt in quibus  
etiam multa sunt, quæ præter rationem  
Ecclesiasticam videantur esse commissa,  
& iusti iudicij debeant expectare censuram.  
Sed nos diutius hic non possumus immorari,  
cum ad alia, quæ nobis cum vestra  
sanctitate cõferenda sunt, prouocemur.

Militaris manus (ut didicimus) per pro-  
uincias sequitur sacerdotè, & armatis præ-  
sumptione suffultum ad inuadendas per tu-  
multum famulatur Ecclesias, quæ proprios  
amiserint. Traduntur ordinandi ad hoc of-  
ficiũ, his quibus perficiendi sunt, ciuitatibus  
ignoti. Ut enim notus, qui fuerit probatus,  
per pacè petitur: ita per vim, necesse est,  
qui ignotus adducitur, imponatur. Obtestor  
& obsecro, & sub Dei vos inuocatione con-  
uenio, prohibere fratres talia, & omnem  
dissensionis materiam de vestris prouinciis  
remouete. Certè nos ante Deum absolui-  
mus, qui vos, ne permittatis vltra hæc fieri,  
conuenimus. Per pacem & quietem, Sacer-  
dotes, qui præfuturi sunt, postulentur. Te-  
neatur subscriptio Clericorum, honorato-  
rum testimonium, ordinis consensus & ple-  
bis. Qui præfuturus est omnibus, ab omni-  
bus eligatur. Ordinationem sibi (ut antè  
iam diximus) singuli Metropolitanam suarum  
prouinciarum cum his, qui cæteros sacer-  
dotij antiquitate præueniunt, restituro sibi  
per nos iure defendant. Alienum ius alter  
sibi non audeat vindicare. Suis limitibus,  
suis terminis sit vnusquisque contentus. Et  
priuilegium sibi debitum, in alium trans-  
ferre se posse, nouerit non licere. Quod si  
quis negligens Apostolicas sanctiones plus  
gratiæ tribuens personali: sui honoris de-  
sertor esse voluerit, priuilegium suum in  
alium transferre posse se credens, non is, cui  
cesserit, sed is, qui intra prouinciam anti-  
quitate Episcopali cæteros præuenit sacer-  
dotes, ordinandi sibi vindictæ potestatem,  
non quæ passim, sed die legitimo celebretur.  
Nec sibi constare status sui nouerit firmitatem,  
qui non die sabbati vespere, quod lucefcit  
in primam sabbati vel ipso Dominico die  
fuerit ordinatus. Solum enim maiores nostri  
resurrectionis Dominicæ diem honore dignum  
iudicauerunt, ut sacerdotes, qui sumuntur,  
hoc die potissimum tribuantur. Suis vnaquæque  
prouincia sit contenta Conciliis, nec vltra  
Hilarius audeat conuentus indicere Synoda-  
les, & Sacerdotum Domini iudicia, se in-  
terferendo, turbare, qui non tantum nouerit  
se ab alieno iure depulsum, sed etiam  
Viennensis prouinciæ (quam malè vsurpa-  
uerat) potestate priuatum. Dignum est enim,  
fratres, antiquitatis statuta reparari, cum  
is, qui sibi ordinationem prouinciæ indebitè  
vindictæ, talis in præfenti etiam probatus  
fuerit, cum ipse frequentius temerariis &  
insolentibus verbis sententiam damnationis  
expeteret, suæ tantum ciuitatis illi sacerdotium,  
pro Sedis

CAP. 1.

Ioan. 10.

CAP. VI.

Sententia  
excommu-  
nicationis  
non temere  
ferenda est.

Apostolicæ pietate, præceptio nostra ser-  
uauerit. Non ergo sit illi ordinatio, qui me-  
riti sui conscius, cum quæreretur ad accu-  
sandum, turpi fuga se credidit subtrahen-  
dum, exors Apostolicæ communionis, cu-  
ius particeps esse non meruit, Deo (vt cre-  
dimus) hoc agente, qui illum, inopinanti-  
bus nobis, & ad iudicia nostra pertraxit, &  
inter examinationes habitas, ne cõmunio-  
nis nostræ confors fieret, vt abscederet la-  
reter, effecit. Nulli Christianorum facile  
communio denegetur, nec ad indignantis  
fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in ma-  
gni reatus vltionem inuitus, & dolens quo-  
dammodo debet inferre animus vindican-  
tis. Cognouimus enim, pro commissis, &  
leuibus verbis quosdam à gratia commu-  
nionis exclusos, & animam, pro qua Chri-  
sti sanguis effusus est, irrogatione tam sæui  
supplicij fauciatam, & inermem quodam-  
modo, exuramque omni munimine, diabo-  
licis incurfibus, vt facile caperetur, obie-  
ctam. Certè si quando causa talis emerferit,  
vt pro commissi criminis qualitate aliquem  
iustè faciat communione priuari: is tan-  
rùm pœnæ subdendus est, quem reatus in-  
uoluit, nec particeps debet esse supplicij,  
qui confors non docetur fuisse commissi.  
Sed quid mirum eum in laicos talem exi-  
stere, qui soleat de Sacerdotum damnatio-  
ne gaudere? Vnde quia nostra longè alia  
videtur intentio (nam omnium Ecclesia-  
rum statum, & concordiam custodiri cupi-  
mus sacerdotum) ad vnitatem vos vinculo  
charitatis hortantes, & obtestamur, & affe-  
ctione congrua commonemus: vt ea, quæ  
à nobis Deo inspirante, & beatissimo Petro  
Apostolo, discussis probatisque nunc om-  
nibus causis, decreta sunt, pro vestra pace &  
dignitate seruetis: certi non tam nostro ho-  
nori proficere, quod talia statuisse cogno-  
scimur. Non enim nobis ordinationes ve-  
strarum prouinciarum defendimus, quod  
potest fõsitan ad deprauandos vestræ san-  
ctitatis animos Hilarius pro suo more  
mentiri: sed vobis per vestram sollicitudi-  
nem vindicamus, ne quid vltius liceat no-  
uitati, nec præsumptori locus vltà iam pa-  
teat priuilegia nostra cassandi. Nostræ enim  
gratulationi hoc solùm crescere profitemur,  
si Apostolicæ Sedis diligentia apud  
vos illibata seruetur: & per sacerdotalis di-  
sciplinæ custodiam honori vestro perire,  
quod suum est, pro nouis vsurpationibus  
non sinamus. Et quoniam honoranda est  
semper antiquitas, fratrem & Coepiscopum  
nostrum Leontium probabilem Sacerdo-  
tem, hac (si vobis placet) dignitate volumus

A decorari: vt præter eius consensum alterius  
prouinciæ non indicatur à vestra sanctitate  
Concilium, & à vobis omnibus quemad-  
modum vetustas eius & probitas exigit, ho-  
noretur, Metropolitanis priuilegij sui di-  
gnitate seruata. Equum est enim, nec vlli  
de fratribus fieri videtur iniuria: si his, qui  
Sacerdotij vetustate præcedunt, pro ætatis  
suæ merito in suis prouinciis à Sacerdoti-  
bus cæteris deferatur. Deus vos incolumes  
custodiat, fratres mei.

Epistola XC. ad Rauennium Arela-  
tensem Archiepiscopum.

Domino fratri Rauennio, Leo Roma  
Episcopus.



ROVECTIONEM dilectionis  
tuæ, quæ summi Sacerdotij ade-  
pta est dignitatem, ita nobis  
placere cognosce: vt non solùm  
tibi de honoris augmento, sed etiam Are-  
latensi Ecclesiæ, cui te Dominus præpo-  
suit, gaudeamus. Ad omnium enim fide-  
lium decus atque vtilitatem redundat,  
cùm talis habetur Antistes, cuius plurimi  
& adiuentur præsidio, & incitentur exem-  
plo. Vnde quia non ignoras, quid de synce-  
ritate animi tui secundum præsentem noti-  
tiam senserimus, iustissimè nos agnosce  
exigere, vt quod præsumimus, hoc probe-  
mus, frater charissime. Modestæ igitur tuæ  
non authoritas constantiam, sed mansuetu-  
do commendat, iustitiam lenitas temperet,  
patientia contineat libertatem: & declinata  
superbia, cui proximum est, vt decidat, a-  
metur humilitas cui semper debetur, vt  
crescat. Ecclesiasticarum legum non ignara  
est dilectio tua, vt intra earum regulas at-  
que mensuras omnia potestatis tuæ iura  
contineas. Iusto tamen dicitur lex non esse  
posita, quia normam præceptionis implet  
iudicio voluntatis: cùm verus recti amor in  
semetipso habeat, & Apostolicas authori-  
tates, & canonicas sanctiones. Quarum de-  
uotus sectator, & diligens executor, in  
eorum procul dubio consortio gloriaberis,  
qui de creditorum sibi profectibus talen-  
torum audire meruerunt: *Euge serue bone  
& fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, su-  
pra multa te constituam, intra in gaudium Do-  
mini tui.* Vt autem fiduciam dilectionis  
erga te nostræ habere non dubites, fax-  
pius nos de processu actuum tuorum facias  
certiores: quoniam iudicij nostri memo-  
res, cupimus semper de tuis profectibus

1. Tim. 1.

Matth. 25.  
Luc. 19.

in Domino gloriari. Deus te incolumem A  
custodiat, frater charissime.

Epistola XCI. ad Theodorum Foro-  
iuliensem Episcopum, vt his, qui  
in exitu sunt, pœnitentia & com-  
munio non negentur.

Leo Episcopus, Theodoro Episcopo Fo-  
rouliensi salutem.

CAP. I.



OLLICITVDINIS quidem tuæ  
is ordo esse debuerat, vt cum  
Metropolitano tuo primitus  
de eo, quod quærendum vide-  
batur esse, conferres: ac si id,

quod ignorabat dilectio tua, etiam ipse ne-  
sciret, instrui vos pariter posceretis: quia in  
causis, quæ ad generalem obseruatiã per-  
tinent, omnium Domini Sacerdotum nihil  
sine primatibus oportet inquiri. Sed vt  
quoquomodo instruat ambiguitas con-  
sulentis, quid de pœnitentium statu Ecclē-  
siastica habeat regula, non tacebo. Multi-  
plex misericordia Dei ita lapsibus subuenit  
humanis, vt non solum per baptismi gra-  
tiam, sed etiam per pœnitentiæ medicinam  
spes vitæ reparatur æternæ, vt qui regene-  
rationis donum violassent, propria se iudi-  
cio condemnantes, ad remissionem crimi-  
num peruenirent, sic diuinæ bonitatis præ-  
sidiis ordinatis, vt indulgentia Dei nisi sup-  
plicationibus Sacerdotum nequeat obrine-  
ri. Mediator enim Dei & hominum homo  
Christus Iesus hanc Præpositi Ecclēsiæ  
tradidit potestatem, vt & consentibus  
actionem pœnitentiæ darent: & eisdem sa-  
lubri satisfactione purgatos, ad communio-  
nem sacramentorum per ianuam reconci-  
liationis admitterent. Cui vtique operi  
incessabiliter ipse Saluator interuenit, nec  
vnquam ab his abest, quæ ministris suis  
exequenda commisit, dicens: *Ecce ego vo-*

De pœnitē-  
tia dist. 1.  
Multiplex.  
CAP. II.

Matth. 28.

De pœnitē-  
tia dist. 1.  
Multiplex.  
CAP. III.

*biscum sum omnibus diebus vsque ad con-*  
*summationem seculi: vt si quid per serui-*  
*tutem nostram bono ordine & gratulando*  
*impletur effectu, non ambigamus per Spi-*  
*ritum sanctum fuisse donatum. Si autem*  
*aliquis eorum, pro quibus Domino suppli-*  
*camus, quocumque interceptus obstaculo, à*  
*munere indulgentiæ præsentis exciderit, &*  
*priusquam ad constituta remedia perueniat*  
*temporalem vitam humana conditione fi-*  
*nierit: quod manens in corpore non rece-*  
*perit, consequi, exutus carne, non poterit.*  
*Nec necesse est nos, eorum qui sic obierint,*

merita actusque discutere: cùm Dominus  
Deus noster, cuius iudicia nequeunt com-  
prehendi, quod Sacerdotale ministerium  
implere non potuit, suæ iustitiæ reseruaue-  
rit: ita potestatem suam timeri volens, vt  
hic error omnibus proficit, & quod quibus-  
dam tepidis aut negligentibus accidit, ne-  
mo non metuat. Multum enim vitæ ac  
necessarium est, vt peccatorum reatus antè  
vltimum diem Sacerdotali supplicatione  
soluatur. His autem qui in tempore ne-  
cessitatis, & in periculi vrgentis instantia,  
præsidium pœnitentiæ & mox reconcilia-  
tionis implorant: nec satisfactio interdicen-  
da est, nec reconciliatio deneganda: quia  
misericordiæ Dei, nec mensuras possumus  
ponere, nec tempora definire, apud quem  
nullas patitur veniæ moras vera conuersio,  
dicente spiritu Dei per Prophetam: *Cùm*

De pœnitē-  
tia dist. 1.  
Multiplex.  
Et 26. q. 6.  
His qui tē-  
pore.  
CAP. III.

*conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Et*  
*alibi: Dic tu iniquitates tuas prior, vt iusti-*  
*ficeris. Et iterum: Quia apud Dominum*  
*misericordia est, & copiosa apud eum re-*  
*demptio. In dispensandis itaque Dei do-*  
*nis non debemus esse difficiles, nec accu-*  
*santium se lachrymas, gemitusque negligē-*  
*re, cùm ipsam \* pœnitentiam ex Dei cre-*  
*damus inspiratione conceptã, dicente Apo-*  
*stolo: Ne forte det illis Deus pœnitentiam,*

Esa. 30.  
Esa. 43.  
Psal. 129.

*vt respiciant à diaboli laqueis, à quo capti*  
*tenentur ad ipsius voluntatem. Vnde oportet*  
*vnunquemque Christianum conscientiæ*  
*suæ habere iudicium, ne conuerti ad*  
*Deum de die in diem differat: nec satis-*  
*factionis sibi tempus in fine vitæ suæ con-*  
*stituat, quem periculosè ignorantia huma-*  
*na concludit, vt ad paucarum horarum spa-*  
*cium se reseruet incertum: & cùm possit*  
*pleniore satisfactioe indulgentiam promereri,*  
*illius temporis angustias eligat, quo*  
*vix inueniat spacium, vel confessio pœni-*  
*tentis, vel reconciliatio Sacerdotis. Verùm*  
*( vt dixi ) etiam talium necessitati ita auxi-*  
*liandum est, vt nec actio illis pœnitentiæ,*

pœnitenti  
affectioem.  
2. Tim. 2.

CAP. V.

*nec communionis gratia denegetur, si eam*  
*etiam amisso eis vocis officio, per iudicium*  
*integri sensus quærere comprobentur.*  
*Quod si aliqua vi aegritudinis ita fuerint*  
*aggrauati, vt quod paulò antè poscebant,*  
*sub præsentia Sacerdotis significare non*  
*valeant: testimonia eis fidelium circumstan-*  
*tium prodesse debebunt, vt simul & pœni-*  
*tentiæ, & reconciliationis beneficium con-*  
*sequantur: seruata tamen regula canonum*  
*paternorum circa eorum personas, qui in*  
*Deum, à discedendo, peccarunt. Hæc*  
*autem, frater, quæ ad interrogationem dile-*  
*ctionis tuæ ideo respondi, ne aliquid con-*

De pœnitē-  
tia dist. 1.  
Multiplex.  
26. quest. 6.  
His qui tē-  
pore nec.

tratum sub ignorantia excusatione geretur, in Metropolitanam tuam notitiam pervenire: ut si qui forte sunt fratrum, qui de his antea putaverunt ambigendum, per ipsum de omnibus, quæ ad te scripta sunt, instruantur. Data 4. Idus Iunij, Herculano viro clarissimo Consule.

Epistola XCII. ad Rusticum Narbonensem Episcopum.

Capita Epistolæ sequentis.

- Quod non habeantur Episcopi, quos nec Clerus elegit, nec populus exquisivit: nec Provinciales Episcopi consecraverunt. Si qui tamen clerici ab his pseudoepiscopis ordinantur, rata potest talis ordinatio existere. I.
- Quod Presbyteri aut Diaconi, si in aliquo crimine detecti fuerint, non possint per manus impositionem penitentia remedium consequi. II.
- Quod Diaconi, sicut Episcopi & Presbyter, cessare debeant ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugium. III.
- Quod aliud sit uxor, aliud concubina. Nee erret, quisquis filiam suam in matrimonium traderit ei, qui habuit concubinam. IV.
- Quod non sit coniugij duplicatio, quando ancilla relicta, uxor assumitur. V.
- De his, qui communionem priuantur, & ita moriuntur. VI.
- De his, qui penitentiam agere differunt. VII.
- Quod oporteat eum, qui pro illicitis veniam poscit, etiam à multis licitis abstinere. VIII.
- Quod penitenti nullo negotiationis lucra exerce-re conveniat. IX.
- Quod ad malitiam secularem post penitentiam redire non debeant. X.
- Quod adolescens, si urgente quocunque periculo, penitentiam gesserit, & non se continet, uxoris potest remedio sustineri. XI.
- Quod si quis propositum monachi deseruerit, publice sit penitentia satisfactione purgandus. XII.
- Quod puella, quæ non coacta, sed voluntate propria virginitatis propositum susceperunt, peccant, si nupserint, licet nondum fuerint consecrata. XIII.
- De his, quæ iam consecrata sunt, si nupserint. XIV.
- De his, de quibus dubium est, utrum baptismum perciperint, necesse est ut renascantur. XV.
- Quod si, qui se baptizatos agnoscunt, sed in qua fidei professione nesciunt, per manus impositionem suscipiantur. XVI.
- De his, qui conuiuio gentiliū & escis immolati-riis usi sunt. XVII.

Leo Episcopus, Rustico Narbonensi Episcopo.



PISTOLAS fraternitatis tuæ, quas Hermes Archidiaconus tuus detulit, libenter accepi, diuersarum quidem causarum connexionem multiplices, sed non ita patientiæ le-

gentis onerosas: ut aliquid earum per intercurrentes vndique sollicitudines fuerit prætermisum. Vnde totius sermonis tui allegatione comperta, & gestis quæ in Episcoporum, honoratorumque examine confecta sunt, recensitis, Sauniano & Leoni Presbyteris actionis suæ intelleximus fiduciam defuisse: nec eis iustam superesse querimoniam, qui se ab inchoatis disceptationibus spontè subdlexerint. Circa quos quæ formam, quàmve mensuram, debeas tenere iustitiæ, tuo relinquo moderamini: suadens tamen charitatis hortatu, ut sanandis ægris spiritualem adhibere debeas medicinam, & dicente scriptura, Noli esse nimium iustus, mitius agas cum eis, qui pudicitia zelo videntur modum excessisse vindictæ: ne diabolus qui decepit adulteros, de adulterij exultet vltoribus. Miror autem, dilectionem tuam in tantum scandalorum quacun- que occasione nascentium aduersitate turbari: ut vacationem ab Episcopatus laboribus oprare te dicas, & malle in silentio atque ocio vitam degere, quàm in his quæ tibi commissa sunt, permanere. Dicente vero Domino, Beatus qui perseuerauerit usque in

Eccle. 7.

March. 24.

2. Tim. 3.

Da est, quod contra Christianam pietatem, aut ferro, aut ignibus agitur, aut quibuscunque suppliciis: cum persecutionum seuitiam suppleant, & dissimilitudines morum, & contumaciæ inobedientium, & malignarum tela linguarum: quibus conflictationibus cum omnia semper Ecclesiæ membra pulsentur, & nulla piorum portio hic à tentatione sit libera, ita ut periculis nec ocia careant, nec labores, quis inter fluctus maris nauem diriget, si gubernator abscedat? Quis ab insidiis luporum oves custodiet, si pastoris cura non vigilet? Quis denique latronibus obsisteret & furibus, si speculatorem in prospectu explorationis

100. 100.

Dist. 86. Odio habeantur peccata.

locatum, ab intentione sollicitudinis amor quietis abducatur. Permanendum ergo in opere est creditum, & in labore suscepto. Constantiter tenenda est iustitia, & benigne præstantia clementia. Odio habeantur peccata, non homines. Nunc corripiantur tumidi, nunc tolerantur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non læuientis plectatur animo, sed medentis. At si vehementior tribulatio incubuerit, non ita expauescamus, quasi illi aduersitati propriis sit viribus resistendum, cum & consilium nostrum, & fortitudo nostra sit Christus, ut sine quo nihil possumus, per ipsum cuncta possimus: qui confirmans prædicatores Euangelij, & sacramentorum ministros: *Ecce ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.* Et iterum: *Hæc, inquit, locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis, in mundo autem tribulationem habebitis.* Sed bono animo estote, quia ego vici mundum. Quæ pollicitationes quia sine dubitatione manifestæ sunt, nullis debemus scandalis infirmari: ne electioni Dei videamur ingrati, cuius tam potentia sunt adiutoria, quam vera promissa. De consultationibus autem dilectionis tuæ, quas separatim conscriptas Archidiaconus tuus detulit, quid sentiendum sit inter præsentis opportuniùs quæreretur, si nobis tui conspectus copia proueniret. Nam cum quædam interrogationes modum diligentia videantur excedere, intelligo eas colloqui aptiores esse, quam scriptis. Quia sicut quædam sunt, quæ nulla possunt ratione conuelli, ita multa sunt, quæ aut pro consideratione æratum, aut pro necessitudine rerum oporteat temperari: illa semper conditione seruata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inueniatur aduersum.

Ioan. 15.

Math. 28.

Ioan. 16.

Dist. 14. Sicur quædã.

*Incipiunt ad inquisitiones eiusdem Episcopi subiecta responsa.*

CAPVT I.

Distin. 62. Nulla ratio



**N**ULLA ratio fuit, ut inter Episcopos habeantur, qui nec à Clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à Prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio consecrati. Vnde cum sæpe quæstio de male accepto honore nascatur,

A quis ambigat, nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Si qui autem Clerici ab istis pseudoepiscopis in eis Ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinatio eorum cum consensu & iudicio Præsidentium facta est, potest rata haberi: ita ut in ipsis Ecclesiis perseuerent. Aliter autem vana habenda est ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec autoritate munita.

i. q. 2. Si quia pseudoepisc.

CAPVT II.

**A**lienum est à consuetudine Ecclesiastica, ut qui in Presbyterali honore, aut in Diaconij gradu fuerint consecrati, ij pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant poenitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit secundum quod scriptum est: *Sacerdos si peccauerit, quis orabit pro eo?* Vnde huiusmodi lapsis, ad promerendam misericordiam Dei, priuata est expetenda secessio vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

Dist. 50. Alicaum est à consuetudo.

1. Reg. 2.

CAPVT III.

**L**ex continentia eadem est ministris altaris, quæ Episcopis atque Presbyteris. Qui cum essent laici siue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare poterunt. Sed cum ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere, quod licuit. Vnde, ut de carnali fiat spirituale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic habere, quo & salua sit charitas \* coniugiorum, & cessent opera nuptiarum.

conubiorum.

CAPVT IV.

**N**ON omnis mulier iuncta viro, vxor est viri: quia nec omnis filius hæres est patris. Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitima, & inter æquales, multo prius hoc ipsum, Domino constituyente, quam initium Romani iuris existeret. Itaque aliud est vxor, aliud concubina: sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem, testimonium ponit ex Genesi, vbi dicitur Abraham: *Ecce ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancilla cum filio libera.* Vnde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut præter sexuum coniunctionem haberet in se Christi & Ecclesie sacramentum: du-

Gen 2. 21.

Galat. 4.

Genes. 21.

1. 2. quest. 2.  
Cum socie-  
tas. Et in de-  
cret. Ivo.  
lib. 6.  
Ephel. 5.

bium non est eam mulierem non pettinere A  
ad matrimonium, in qua non docetur nu-  
ptiale fuisse mysterium. Igitur cuiuslibet  
loci Clericus, si filiam suam viro habenti  
concubinam in matrimonium dederit, non  
ita accipiendum est, quasi coniugato eam  
dederit, nisi forte illa mulier & ingenua fa-  
cta, & dotata legitimè, & publicis nuptiis  
honestata videatur. Paterno arbitrio viris  
iunctæ carent culpa, si mulieres, qui à viris  
habebantur, in matrimonio non fuerunt,  
quia aliud est nupta, aliud concubina.

## CAPVT V.

31. quest. 1.  
Ancillam a  
thoro.

Ancillam à thoro abiicere, & vxorem B  
certæ ingenuitatis accipere, non dupli-  
cacio coniugij, sed profectus est honesta-  
tis. Culpanda est sanè talium negligentia,  
sed non penitus desperanda: vt crebris co-  
hortationibus incitati, quod necessariè ex-  
perierunt, fideliter exequantur. Nemo enim  
desperandus est, dum in hoc corpore con-  
stitutus est: quia nonnunquam, quod diffi-  
dencia ætatis differtur consilio maturiore  
perficitur.

De pœnitē-  
tia dist. 7.  
Nemo des.

## CAPVT VI.

Horum causa Dei iudicio reseruanda C  
est, in cuius manu fuit, vt talium obi-  
ferretur. Nos autem, quibus viuentibus  
non communicauimus, mortuis commu-  
nicare non possumus.

## CAPVT VII.

De pœnitē-  
tia dist. 1.  
Pœnitentia  
quæ.

Dissimulatio hæc potest non de contem-  
ptu esse remedij, sed de metu grauius  
delinquendi. Vnde pœnitentia quæ dilata  
est, cum studiosius petita fuerit, non ne-  
gatur: vt quoquomodo ad indulgentiæ me-  
dicinam anima vulnerata perueniat.

## CAPVT VIII.

1. Cor. 6.

Aliud quidem est debita iusta reposce-  
re, aliud propria perfectionis amore  
contemnere. Sed illicitorum veniam postu-  
lantem oportet à multis etiam licitis absti-  
nere, dicente Apostolo: Omnia mihi licent,  
sed non omnia expediunt. Vnde si pœni-  
tens habet causam, quam negligere forte  
non debeat, melius experit Ecclesiasticum,  
quàm forense iudicium.

## CAPVT IX.

Qualitas lucri negociantem aut excusat, De pœnitē-  
tiam arguit: quia est & honestus quæstus dist. 5. Qua-  
& turpis. Veruntamen pœnitenti vtilius est dist. 1. Quæ-  
etiam dispendia pati, quàm periculis nego-  
ciationis obstringi: quia difficile est, inter  
ementis vendentisque commercium non  
interuenire peccatum.

## CAPVT X.

Contrarium est omnino Ecclesiasticis De pœnitē-  
Regulis, post pœnitentiæ actionem re- dist. 1. Con-  
dire ad militiam secularem, cum Apostolus trarium.  
dicat: *Nemo militans Deo implicat se negotiis 2. Tim. 2.*  
*secularibus.* Vnde non est liber à laqueis dia-  
boli, qui se militiæ mundanæ voluerit im-  
plicare.

## CAPVT XI.

IN adolescentia constitutus, si virgine aut  
metu mortis, aut captiuitatis periculo,  
pœnitentiam gessit, & postea, timens lapsū  
incontinentiæ iuuenilis, copulam vxoris e-  
legit, ne crimen fornicationis incurreret,  
rem videretur fecisse venialem, si præter con-  
iugem nullam omnino cognouerit. In quo  
tamen non regulam constituimus, sed quid  
sit tolerabilius, æstimamus. Nam secundum  
veram cognitionem nihil magis ei cōgruit,  
qui pœnitentiam gessit, quàm castitas per-  
seuerans & mentis & corporis.

## CAPVT XII.

Propositum monachi proprio arbitrio 20. quest.  
aut voluntate susceptum, deserui non 3. Propositū  
potest absque peccato. Quod enim quis Deut. 25.  
vovit Deo, debet & reddere. Vnde qui re- Psal. 49. &  
lictæ singularitatis professione, ad militiam, 115.  
vel ad nuptias deuolutus est, publicæ pœni- Eccles. 5.  
tentiæ satisfactione purgandus est: quia et si 1. Ionæ 2.  
innocens militia & honestum potest esse  
coniugium, electionem tamen meliorum  
deseruisse transgressio est.

## CAPVT XIII.

Pvellæ, quæ non coactæ parentum im- 20. q. 1.  
perio, sed spontaneo iudicio virginitatis Poellæ,  
propositum atque habitum susceperunt, si  
postea nuptias eligunt, præuaricantur:  
etiam si consecratio non accessit, cuius vti-  
que non frauderentur munere, si in propo-  
sito permanerent.

## CAPVT XIII.

Vbi supra  
20. quæst. 7.  
Puella quæ  
aon.

**A**Mbigi verò non potest crimen magnum admitti, vbi & propositum deseriatur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari, quid eis manebit, qui corruerint fœdera diuini sacramenti.

## CAPVT XV.

De communione  
disp. 4. Si  
nulla ex.  
Et in decret.  
Iuo. lib. 1.

**S**I nulla existant indicia inter propinquos aut familiares, nulla inter Clericos aut vicinos, quibus hi, de quibus quæritur, baptizati fuisse doceantur, agendum est, vt renascantur: ne manifestè pereant, in quibus, quod non ostenditur gestum, ratio non linit, vt videatur iteratum. Qui autem possunt meminisse, quod ad Ecclesiam veniebant cum parentibus suis, possunt recordari, an quod eorum parentibus dabatur, acceperint. Sed si hoc etiam ab eorum memoria alienum est, conferendum eis videtur, quod collatum esse nescitur: quia non temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.

## CAPVT XVI.

De comm.  
dist. 4. Hi  
de quibus.  
Et in decret.  
Iuo. lib. 1.

**H**I autem, de quibus subscripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius fidei fuerint qui eos baptizauerunt, se nescire profitentur, quolibet modo formam baptismatis acceperint, rebaptizandi non sunt: sed per manus impositionem, inuocata virtute Spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, Catholicis copulandi sunt.

## CAPVT XVII.

**Q**ui conuiuio solo gentilium, & escis immolatis vsi sunt, possunt ieiuniis & manus impositione purgari: vt deinceps ab idolothytis abstinentes, sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem aut idola adorauerunt, aut homicidius, vel fornicationibus contaminati sunt: ad communionem eos, nisi per penitentiam publicam, non oportet admitti.

A  
Epistola XCIII. ad Turribium Austriensem Episcopum.

## Capita epistola sequentis.

*Contra Priscillianistas, qui sanctam Trinitatem non personis, sed tantum nominibus distinguunt.* I.

*Aduersus id, quod Dei filium posteriorem credant, quam patrem.* II.

*Aduersus id, quod dicunt, ideo unigenitum dici Christum, quia solus de virgine natus.* III.

*De natali Domini, in eo quod Priscillianista ieiunia celebrent.* IIII.

*Aduersus id, quod aiunt animam hominis ex diuina esse substantia.* V.

*Contra id, quod aiunt diabolum ex se, vel ex chao esse, & propriam habere naturam.* VI.

*Contra illud, quod nuptias & procreaciones filiorum adstruunt esse peccatum.* VII.

*Contra id, quod corpora humana diaboli dicunt esse figmenta, & à demonibus in utero formari.* VIII.

*Contra id, quod filios repromissionis ex Spiritu sancto dicunt esse conceptos.* IX.

*Contra id, quod animas in coelestibus peccare dicunt, & secundum qualitatem peccati in hoc mundo accipere sortem, vel bonam, vel malam.* X.

*Contra id, quod fatalibus stellis dicunt animas hominum obligatas.* XI.

*Contra id, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt.* XII.

*Contra id, quod duodecim signa, quæ mathematici obseruant, per corpus omne distinguunt.* XIII. & XIII.

*De Apocryphis eorundem Priscillianorum.* XV.  
*De libro \* Dicticiny.* XVI. Distiny.

## Leo Episcopus, Turribio Episcopo salutem.



**Q**UAM laudabiliter pro Catholicæ fidei veritate mouearis, & quàm sollicitè Dominico gregi deuotionem officij pastoralis impendas, tradita nobis per diaconem tuum fraternitatis tuæ scripta demonstrant, quibus notitiæ nostræ insinuare curasti, qualis in regionibus vestris de antiquis pestilentie reliquiis errorum morbus exarserit. Nam & epistolæ sermo, & commonitorij series, & libelli tui textus demonstrant Priscillianistarum fœtidissimam apud vos recaluisse

recaluisse sentinam. Nihil est enim sordium A  
in quorumque sensibus impiorum, quod  
in hoc dogma non confluerit, quoniam  
de omnium terrenarum opinionum luto,  
multiplicem sibi fecem commiscuerunt: ut  
soli totum biberent, quicquid alij ex parte  
gustassent. Denique si vniuersæ hæreses,  
quæ ante Priscilliani tempus exortæ sunt, di-  
ligentius retractentur: nullus penè inueni-  
tur error, de quo non traxerit impietas ista  
contagium: quæ non contenta eorum re-  
cipere falsitates, qui ab Euangelio Christi  
sub Christi nomine deuiarunt, tenebris  
etiam paganitatis immerit, ut per magica-  
rum artium prophana secerera, & mathema-  
ticorum vana mendacia, religionis fidem,  
morumque rationem in potestate dæmo-  
num, & in effectu syderum collocarent. B  
Quod si & credi liceat & doceri: nec virtu-  
tibus præmium, nec vitiiis pœna debetur,  
omnique non solum humanarum legum, sed  
etiam diuinarum constitutionum decreta  
soluentur: quia neque de bonis, neque de  
malis actibus vllum poterit esse iudicium, si  
in vtranque partem fatalis necessitas mo-  
rum mentis impellit: & quicquid ab homi-  
nibus agitur, non est hominum, sed astro-  
rum. Ad hanc insaniam pertinet prodigio-  
sa illa totius humani corporis per duode-  
cim cæli signa distinctio, ut diuersis parti-  
bus diuersæ præsideant potestates: & crea-  
tura quam Deus ad imaginem suam fecit, C  
in tanta sit obligatione syderum, in quanta  
est connexione membrorum. Merito patres  
nostri, sub quorum temporibus hæresis  
hæc nefanda prorupit, per totum mun-  
dum instanter egere, ut impius furor ab  
vniuersa Ecclesia pelleretur: quando etiam  
mundi principes ita hanc sacrilegam amē-  
tiam detestati sunt, ut authorem eius ac ple-  
rosque discipulos legum publicarum ense  
prosternerent. Videbant enim omnem cu-  
ram honestatis auferri, omnem coniugio-  
rum copulam solui, simulque diuinum ius  
humanumque subuerti: si huiusmodi ho- D  
minibus vsquam viuere cum tali professio-  
ne licuisset. Et profuit diu ista distinctio Ec-  
clesiasticæ lenitati, quæ etsi sacerdotali  
contenta iudicio, cruentas refugit vltiones,  
seueris tamen Christianorum principum  
constitutionibus adiuuatur: dum ad spiri-  
tale nonnunquam recurrunt remedium  
qui timent corporale supplicium. Ex quo  
autem multas prouincias hostilis occupauit  
irruptio, & executionem legum tempesta-  
tes interdixere bellorum, ex quo inter Sa-  
cerdotes Dei difficiles comæatus, & rari  
cœperunt esse conuentus: inuenit ob pu-

blicam perturbationem secreta perfidia li-  
bertatem, & ad multarum mentium subuer-  
sionem his malis est incitata, quibus debuit  
esse correctæ. Quæ verò illic aut quanta  
pars plebium à cõrâgione pestis huius alie-  
na est, vbi (sicut charitas tua indicat) lethali  
morbo etiam quorundam Sacerdotum  
corda corrupta sunt, & per quos opprimen-  
da falsitas, & defendenda veritas crede-  
batur, per ipsos doctrinæ Priscilliani Euan-  
gelium subditur Christi, ut ad prophanos  
sensus pietate sanctorum voluminum de-  
pauata, sub nominibus Prophetarum &  
Apostolorum non hoc prædicetur, quod  
Spiritus sanctus docuit, sed quod diaboli  
minister inseruit? Quia ergo dilectio tua fi-  
deli, quantum potuit, diligentia damnatas  
olim opiniones decem & septem Capitulis  
comprehendit: nos quoque strictim omnia  
retractemus, ne aliquid harum blasphemiarum  
aut tolerabile videatur, aut dubium.

## CAPVT I.

PRimo itaque capitulo demonstratur,  
quàm impiè sentiant de Trinitate diuina,  
qui & patris, & filij, & spiritus sancti, vnâ  
atque eandem asserunt esse personam, tan-  
quam idem Deus nunc pater, nunc filius,  
nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius  
sit qui genuit, alius qui genitus est, alius qui  
de vtroque processit: sed singularis vnitatis in  
tribus quidem vocabulis, sed non tribus  
sit accipienda personis. Quod blasphemiz  
genus de Sabellij opinione sumpservit, cuius  
discipuli etiam Patripassiani merito nū-  
cupantur: quia si ipse est filius, qui & pater,  
crux filij, patris est passio: & quicquid in  
forma serui filius patri obediendo sustinuit,  
totum in se pater ipse suscepit. Quod Ca-  
tholicæ fidei sine ambiguitate contrarium  
est: quæ Trinitatem vnitatis sic homouision  
constitetur, ut Patrem, & Filium, & Spiritum  
sanctum sine confusione indiuisos, sine tẽ-  
pore sempiternos, sine differentia credat  
æquales: quia vnitatem in Trinitate non ex  
eadem persona, sed eadem implet essentia.

## CAPVT II.

IN secundo capitulo ostenditur ineptum  
vanumque commentum, de processio-  
nibus quarundam virtutum ex Deo, quas  
habere cœperit, & quas essentia sua ip-  
se præcesserit: in quo Arrianorum quo-  
que suffragantur errori, dicentium, quod  
pater prior filio sit, quia fuerit aliquando si-  
ne filio, & tunc pater esse cœperit, quando

filium genuerit. Sed sicut illos Catholica Ecclesia detestatur: ita & istos, qui putant vnquam Deo id, quod eiusdem est essentia, defuisse. Quem sicut mutabilem, ita & proficientem dicere nefas est. Quam enim mutatur, quod minuitur: tam mutatur etiam, quod augetur.

## CAPVT III.

**T**ertijverò capituli sermo designat, quod iidem impij asserant, ideo vnigenitum dici filium Dei, quia solus sit natus ex virgine. Quod vtique non auderent dicere, nisi Pauli Samosatani & Photini virus haussissent: qui dixerunt Dominum nostrum Iesum Christum antequam nasceretur ex virgine Maria, non fuisse. Si autem isti aliud de suo sensu intelligi volūt, neque principium de matre dant Christo, asserant necesse est, non vnum esse filium Dei, sed alios quoque ex summo patre progenitos, quorum hic vnus sit natus ex femina, & hic ob hoc appelleretur vnigenitus, quia hanc nascendi conditionem alius filiorum Dei nemo susceperit. Quaque versum igitur se contulerint, in magna tendunt impietatis abruptū, si Christum Dominum, vel ex matre volunt habere principium, vel patris Dei vnigenitum diffitentur: cum & de matris natus sit, qui erat Deus Verbum, & de patre nemo sit genitus præter Verbum.

## CAPVT IIII.

**Q**uarto autē capitulo continetur, quod natalem Christi, quem secundum susceptionē veri hominis Catholica Ecclesia veneratur, quia Verbum caro factum est & habitauit in nobis, non verè isti honorent, sed honorare se simulent; ieiunantes eodem die, sicut & die Dominico, qui est dies resurrectionis Christi. Quod vtique ideo faciunt, quia Christum Dominum in vera hominis natura natum esse non credunt, sed per quandam illusionem ostentata videri volunt quæ vera non fuerint, sequentes dogma Cerdonis atque Marcionis, & cognatis suis Manichæis per omnia concordantes. Qui sicut in nostro examine detecti atque conuicti sunt, Dominicū diem, quem nobis Saluatoris nostri resurrectio consecrauit, exigunt in mœnore ieiunij, Solis (vt prodicium est) reuerentiæ hanc continentiam deuouentes, vt per omnia sint à nostræ fidei vnitatem discordes, & dies qui à nobis in læticia habetur, ab illis in afflictione ducatur. Vnde dignum est, vt ini-

Isa. 7.  
Vide huius  
S. Leonis  
serm. 2. in  
Natali Do.  
cap. 5. & ser.  
7. c. 3. 4. 5. 6.  
Itē de Epi-  
pli ser. 4. in  
fine cap. 4.

Amici crucis Christi & resurrectionis, talem excipiant sententiam, qualem elegerunt doctrinam.

## CAPVT V.

**Q**uinto capitulo refertur, quod animā hominis diuinæ asserant esse substantiæ, nec à natura creatoris sui conditionis nostræ distare naturam. Quam impietatem ex philosophorum quorundam, & Manichæorum opinione manantem, Catholica fides damnat: sciens nullam tam sublimem, tamque præcipuam esse facturam, cui Deus ipse natura sit. Quod enim de ipso est, idem est quod ipse. Nec id aliud est, quam filius, & spiritus sanctus. Præter hanc autem summæ Trinitatis vnā confubstantialem, & sempiternam, atque incommutabilem deitatem, nihil omnium creaturarum est, quod non in exordio sui ex nihilo creatum sit. Non autem; quicquid inter creaturas eminet, Deus est, nec si quid magnum est, atque mirabile, hoc est, quod ille, qui facit mirabilia magna solus. Nemo hominum veritas, nemo sapientia, nemo iustitia est: sed multi participes sunt veritatis & sapientiæ atque iustitiæ. Solus autem Deus nullius participationis indigus est. De quo quicquid dignè vtcunque sentitur, non qualitas est, sed essentia. Incommutabili enim nihil accedit, nihil deperit: quia esse illi, quod est sempiternum, semper est proprium. Vnde in se manens innouat omnia, & nihil accipit, quod ipse non dedit. Nimum igitur superbi, nimumque sunt cæci, qui cum dicant humanam animam diuinæ esse substantiæ, non intelligunt, nihil se aliud dicere, quam Deum esse mutabilem, & ipsum perpeti, quicquid potest naturæ eius inferri.

## CAPVT VI.

**S**exta adnotatio indicat eos dicere, quod diabolus nunquā fuerit bonus, nec natura eius opificium Dei sit, sed cum ex chao & tenebris emeris: quia scilicet nullum sui habeat authorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia: cum fides vera, quæ est Catholica, omnium creaturarum siue spiritualium, siue corporalium bona confiteatur substantiam, & mali nullam esse naturam: quia Deus qui vniuersitatis est cōditor, nihil non bonum fecit. Vnde & diabolus bonus esset, si in eo, quod factus est, permaneret. Sed

Ioan. 3.

quia naturali excellentia malè vsus est, & in veritate non stetit, non in contrariam transiit substantiam, sed à summo bono, cui debuit adhærere, desciiuit: sicut ipsi, qui talia asserunt, à veris in falsa prouunt, & naturam in eo arguunt, in quo sponte delinquant, ac pro sua voluntaria peruersitate damnantur. Quod vtique in ipsis malum erit, & ipsum malum non erit substantia, sed pœna substantiæ.

## CAPVT VII.

SEPTIMO loco sequitur, quod nuptias dant, & procreationem nascentium perhorrescunt: in quo (sicut penè in omnibus) eum Manichæorum prophanitate concordant, ideo (sicut ipsorum mores probant) conjugalem copulam detestantes, quia non est illic libertas turpitudinis, vbi & pudor matrimonij seruatur, & spes sobolis.

## CAPVT VIII.

OCtauum ipsorum est, plasmationem humanorum corporum diaboli dicere esse figmentum, & semina conceptionum, opera dæmonum in mulierum vteris figurati: propterea resurrectionem carnis non esse credendam, quia con creatio corporis non sit congruens animæ dignitati. Quæ falsitas sine dubio opus diaboli est, & talia prodigia opinionum figmenta sunt dæmonum, qui non in foeminarum ventribus formant homines, sed in hæreticorum cordibus tales fabricantur errores. Quod immundissimum virus de Manichææ impietatis specialiter fonte procedens, olim fides Catholica deprehendit atque damnauit.

## CAPVT IX.

NONA autè annotatio manifestat, quod filios promissionis, ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu sancto dicant esse conceptos, ne illa soboles, quæ de carnis semine nascitur, ad Dei conditionem pertinere videatur. Quod Catholicæ fidei repugnans atque contrarium est, quæ omnem hominem in corporis animæque substantia à conditore vniuersitatis formari, atque animari intra materna viscera confiterur: manente quidem illo peccati mortalitatisque contagio, quod in prole à primo parente transcurrit, sed regenerationis sacramento subueniente, quo per Spiritum sanctum promissionis filij renascuntur, non in vtero carnis, sed in virtute baptismatis. Vnde

& David, qui vtrique erat promissionis filius, dicit ad Deum: *Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.* Et ad Hieremiam Dominus ait: *Præus quam te formarem in vtero noni te.*

Psal. 118.  
Iob. 10.

Hierem. 1.

## CAPVT X.

DECIMO autem capitulo referuntur adferere, animas, quæ humanis corporibus inseruntur, fuisse in corpore, & in cœlesti habitatione peccasse, atque ob hoc à sublimibus ad inferiora delapsas, in diuersæ qualitatis principes incidisse, & per aërias ac syderias potestates alias duriores, alias mitiores corporibus esse inclusas, sorte diuersa & cōditiōne dissimili, vt quicquid in hac vita variè & inæqualiter prouenit, ex præcedentibus causis videatur accidere. Quam impietatis fabulam ex multorum sibi erroribus texerunt, sed omnes eos Catholica fides à corpore suæ vnitatis abscidit, constanter prædicans atque veraciter, quod animæ hominum, priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere, nec ab alio incorporarentur nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator & corporum. Et quia per primi hominis præuaricationem tota humani generis propago vitata sit, neminem posse à conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discretio renatorum, dicente Apostolo: *Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudeus, neque Græcus; non est seruus, neque liber; non est masculus, neque femina; omnes enim vnum estis in Christo Iesu.* Quid ergo hic agunt cursus syderum, quid figmenta fatorum? quid mundanarum rerum mobilis status, & inquieta diuersitas? Ecce tot impares gratia Dei facit æquales, qui inter quoslibet vitæ huius labores, si fideles permanent, miseri esse non possunt, Apostolicum illud in omni rēratione dicentes: *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio: an angustia: an persecutio: an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est, quia propter te morte afficimur tota die, astimati sumus vt oves occisionis. Sed in his omnibus superamus in eo, qui nos dilexit.* Et ideo Ecclesia, quæ corpus est Christi, nihil de mundi inæqualitatibus metuit, quia nihil de bonis corporalibus concupiscit. Nec timet inani strepitu fatorum grauari, quæ patientia tribulationum nouè augeri.

Galat. 3.

Rom. 8.

Substantia.

## CAPVT XI.

**V**Ndecima ipsorum blasphemiam est, quæ fatalibus stellis & animas hominum, & corpora opinantur adstringi, per quæ amentiam, necesse est, vt omnibus paganorum erroribus implicati, & fauentia sibi (vt putant) sydera colere, & aduersantia studeant mitigare. Verùm ista sectantibus nullus in Ecclesia Catholica locus est: quoniam qui se talibus persuasionibus dedit, à Christi corpore totus abscessit.

## CAPVT XII.

**D**Vodecimum inter hæc illud est, quod sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt, & qualitates interiorum præsulum in patriarcharum nominibus statuunt, quibus è diuerso signa sydereæ, quorû virtuti corpora subiiciantur, opponunt. Et in his omnibus intricabili se errore præpediunt, non audientes dicentem Apostolum: *Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis.* Et iterum: *Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei.* Quid ergo opus est in cor admittere, quod lex non docuit, quod prophetia non cecinit, quod Euangelij veritas non prædicauit, quod Apostolica doctrina non tradidit? Sed hæc opera sunt eorum mentibus, de quibus Apostolus dicit: *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria conuertentur sibi magistros, prouidentes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Nihil itaque \* nobiscum commune habeant, qui talia audent, vel docere, vel credere, & quibuslibet modis nituntur astruere, quod substantia carnis ab spe resurrectionis aliena sit, atque ita omne sacramentum Incarnationis Christi resoluunt: quia indignum fuit integrum hominem suscipi, si indignum erat integrum liberari.

Colof. 2.

Colof. 2.

vabiscum.

## CAPVT XIII.

**T**ertio decimo loco positum est eisdem dicere, quod omne corpus scripturarum canonicarum sub patriarcharum nominibus accipiendum sit, quia illæ duodecim virtutes, quæ reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indidentur, sine qua scientia nullam animam posse assequi, vt in eam substantiam, de qua prodiit, reformetur. Sed hanc impiam vanitatem despectui habet Christiana sapientia, quæ nouit veræ deitatis inuolabilem & inconuertibilem esse naturam: animam autem, siue in corpore viuentem, siue à corpore separatam, multis passionibus subiaccere. Quæ vtique si diuinæ esset essentiæ, nihil aduersi posset incidere. Et ideo ineffabiliter aliud creator est, aliud creatura. Ille enim semper idem est, & nulla varietate mutatur: hæc autem mutabilis est etiam non mutata, quia vt non mutetur, datum poterit habere, non proprium.

## CAPVT XIII.

**S**ub quarto decimo verò capitulo, de statu corporis sentire dicuntur, quod sub potestate syderum atque signorum pro terrena qualitate teneatur, & ideo multa in sanctis libris, quæ ad exteriorem hominem pertineant, reperiri, vt in ipsis scripturis inter diuinam, terrenamque naturam quædam sibi repugnet aduersitas, & aliud sit, quod sibi vindicent animæ præfules, aliud quod corporis conditores. Quæ fabulæ ideo disseruntur, vt & anima diuinæ affirmetur esse substantiæ, & caro credatur malæ esse naturæ: quoniam & ipsum mundum cum elementis sui non opus Dei boni, sed conditionem mali profitentur authoris: atque vt hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent, omnia penè diuina eloquia sensuum nefandorum immixtione violarunt.

## CAPVT XV.

**D**E qua re quintodecimi capituli sermo conqueritur, & præsumptionem diabolicam merito detestatur: quia & nos istud veracium testium relatione comperimus, & multos corruptissimos eorum codices, qui canonici titulantur, inuenimus. Quomodo enim decipere simplices possent, nisi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne vsquequaque

sentiretur insuavis, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, sacerdotali diligentia maxime providendum: ut falsati codices, & à sincera veritate discordes, in nullo usu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitarum, non solum interdiciendæ: sed etiam penitus auferendæ sunt, atque ignibus concremandæ. Quamvis enim sint illis quædam, quæ videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacuæ sunt venenis, & per fabularum illecebras hoc latenter operantur: ut mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunque erroris inuoluant. Vnde si quis Episcoporum, vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti: hæreticum se nouerit iudicandum, quoniam qui alium ab errore non reuocat seipsum errare demonstrat.

## CAPVT XVI.

*Distinç.* **P**ostremo autem capitulo hoc prodidit iusta querimonia, quod \* Distinctioni tractatus, quos secundum Priscilliani dogma conscripsit, à multis cum veneratione legerentur, cum si aliquid memoriæ \* Distinctioni tribuendum putant, reparationem eius magis debeant amare, quam lapsum. Non ergo \* Distinctioni, sed Priscillianum legunt, & illud probant, quod errans docuit, non quod correctus elegit. Sed nemo hoc impunè præsumat, nec inter Catholicos censeatur, quisquis vitur scripturis, non ab Ecclesia solummodo Catholica, sed etiam à suo authore damnatis. Non sit peruersis liberum simulare, quod fingunt, nec suo velamine nominis Christiani, decretorum Imperialium statuta declinent. Ideo enim ad Ecclesiam Catholicam cum tanta cordis diuersitate conueniunt, ut & quos possunt, suos faciant, & legum seueritatem, dum se nostros mentiuntur, effugiant. Faciunt hoc Priscillianistæ, faciunt hoc Manichæi, quorum cum istis tam foederata sunt corda, ut solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inueniantur vniti: quia etsi vetus testamentum, quod isti se suscipere simulant, Manichæi refutant, ad vnum tamen finem vtrorumque tendit intentio, cum quod isti recipiendo corumpunt, illi abdicando impugnant. In execrabilibus autè mysteriis eorum, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur:

**A** vnum prorsus nefas est, vna est obscenitas, & similis turpitudò. Quam etsi eloquij erubescimus, sollicitissimis tamen inquisitionibus indagatam, & Manichæorum, qui comprehensi sunt, confessionibus detectam, ad publicam fecimus peruenire noticiam: ne villo modo possit dubium videri, quod in iudicio nostro, cui non solum frequentissima præsentia Sacerdotum, sed etiam illustrium virorum dignitas, & pars quædam Senatus ac plebis interfuit, ipsorum qui omne facinus perpetrarant, ore reueratum est, sicut ea, quæ ad dilectionem tuam nunc direximus, gesta demonstrât. Quod autem de Manichæorum scelerissimo scelere, hoc etiam de Priscillianistarum incæstissima consuetudine olim compertum, multumque vulgatum est. Qui enim per omnia sunt impietate sensuum pares, non possunt in sacris suis esse dissimiles. Decursis itaque omnibus, quæ libelli series comprehendit, & à quibus commonitorij forma non discrepat, sufficienter (ut opinor) ostendimus, quid de his, quæ ad nos fraternitas tua retulit, censeamus, & quam non sit ferendum si tam prophanis erroribus etiam quorundam sacerdotum corda consentiunt, vel (ut mitius dixerim) non resistunt. Quæ conscientia honorem sibi debitum vindicant, qui pro animabus sibi creditis non laborant? Bestiæ irruunt, & ouium septa non claudunt. Fures insidiantur, & excubias non prætedunt. Morbi crebrescunt, & remedia nulla prospiciunt. Cum autem etiam illud addunt, ut his, qui sollicitius agunt, consentire detrectent, & impietates, olim toto orbe damnatas, subscriptionibus suis se anathematizare dissimulent: quid de se intelligi volunt, nisi quod de numero fratrum non sunt, sed de patre hostium.

## CAPVT XVII.

**I**N eò verò, quod extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, miror cuiusquam Catholici intelligentiam laborare, tanquam incertum sit, an descendente ad inferna Christo, caro eius requieuerit in sepulchro: quæ sicut verè & mortua est & sepulta, ita verè est die tertio resuscitata. Hoc enim & ipse Dominus denunciauerat, dicens ad Iudæos: *Sol. Ioan. 2: nite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud.* Vbi Evangelista subiungit: *Hoc autem dicebat de templo corporis sui.* Cuius rei veritatem etiam David Propheta prædixerat, loquens sub persona Domini Saluatoris, *Psal. 15: & dicens: Insuper & caro mea requiescet in*

*spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Quibus utique verbis manifestum est, quod caro pomini & verè sepulta requieuit, & corruptionem non subit: quia celeriter viuificata reditu animæ resurrexit. Quod nõ credere satis impium est, & ad Manichæi Priscillianique doctrinam pertinere non dubium est: qui sacrilego sensu ita se Christum simulant consteri, vt incarnationis & mortis, & resurrectionis auferant veritatem. Habeatur ergo inter vos Episcopale Concilium, & ad eum locum, qui omnibus opportunus sit, vicinarum prouinciarum conueniant Sacerdotes: vt secundum ea, quæ ad tua consulta respondimus, plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter Episcopos, qui huius hæreseos contagio polluantur, à communionem sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum prauitates damnare noluerint. Nulla enim ratione tolerandum est: vt qui prædicandæ fidei suscepit officium, is contra Euangelium Christi, contra Apostolicam doctrinam, contra vniuersalis Ecclesiæ Symbolum audeat disputare. Quales illic erunt discipuli, vbi tales docebunt magistri? Quæ illic religio populi, quæ salus plebis, vbi contra humanam societatem pudoris scilli vetecundia tollitur, cõiugiorum fœdera auferuntur, propagatio generationis inhiberetur, carnis natura damnatur, contra verum autem veri Dei cultum Trinitas deitatis negatur, personarum proprietates confunduntur, anima hominis diuina essentia prædicatur, & eadem ad diaboli arbitrium carne concluditur, Dei filius per id, quod ex virgine ortus, non per id, quo ex patre natus est, vniogenitus prædicatur, idemque nec vera Dei proles, nec verus filius virginis asseritur, vt per falsam passionem, mortemque non veram mendax etiam resurrectionis resumptæ de sepulchro carnis habeatur? Frustra autem vtuntur Catholico nomine, qui istis impietatibus non resistunt. Possunt hæc credere, qui possunt talia patienter audire. Dedimus itaque litteras ad fratres & coepiscopos nostros Terraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos, eisque Concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, vt nostræ ordinationis autoritas ad prædictarum prouinciarum Episcopos deferatur. Si autè aliquid (quod absit) obstiterit, quo minus possit celebrari generale Cõcilium Gallicæ, saltem in vno conueniãt sacerdotes, quibus congregatis fratres nostri Hydacius & Ceponius imminere con-

A iuncta cum eis instantia tua, quo citius, vel prouinciali conuentu remedium tantis vulneribus adferatur.

Epistola XCIII. ad Rusticum, Ra-  
uennium, Venerium, & cæteros  
Episcopos Galliarum.

Leo Episcopus Romæ, Rustico, Rauennio,  
Venerio, cæterisque Galliarum  
Episcopis.

**B** **M**PLETIS per misericordiam Dei communibus votis, dignum est fraternitatem vestram san- & orumgaudiorum habere confortium. Nam fratres mei, qui vice mea orientali Synodo præfederunt, quæ vota retulere, significo, confirmata Catholica fide & glorificata Apostolicæ prædicationis triumpho: quod etiam hi, qui ad deuiandum, vel seducti fuerant, vel impuls, recepta veritatis luce, lætantur. Siquidem omnes Domini sacerdotes in vna sententia, sancto Spiritu docente, consenserunt. Et de sacramento Dominicæ Incarnationis, in qua multorum intelligentia caligabat, ita tenebræ erroris ablatae sunt: vt in vno Domino nostro, vero Dei & hominis filio, nec de humanitatis ambigatur natura, nec de deitatis essentia. In impios autem nefandi erroris auctores qui indignos se Dei gratia iudicantes, correctionis vti remediis noluerunt: qualis sit lata sententia, exemplaria quæ misimus, edocebunt: vt agnoscat vestra dilectio, fratres charissimi, in sancto examine diuinum non defuisse iudicium, quo & vindicta retributa est obduratis, & pax impensa correctis, Dominus vos incolumes custodiat, fratres charissimi.

Epistola XCV. ad Episcopos Galliarum & Hispaniarum de Pascha.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis  
Catholicis per Galliam & Hispaniam  
constitutis, Leo Romæ Episcopus.

**V**M in omnibus diuinorum præceptorum regulis exequendis sacerdotalem obseruantiam oportet esse concordem, maximè nobis principaliter prouidendum est, ne in Paschalis festi die, vel ignorantia, vel præsumptio peccatum diuersitatis incurrat,

Vnde quia tempus sacratissimæ sollemnitate ita dispositas habet limites suos, vt salutare sacramentum nunc citius, nunc tardius oporteat celebrari: non desinit Apostolicæ Sedis sollicitudo prospicere, ne deuotio Ecclesiastica aliquo turbetur incerto. Cùm igitur in quibusdam ascriptionibus patrum futurum proximè Pascha Domini ab aliis in diem quintum decimum Calendas Maij, ab aliis in diem octauum Calendarum eorundem inueniretur adscriptum: tantùm me diuersitas ista permouit, vt clementissimo Principi Martino curam de hac re animi mei panderem, vt præcipiente ipso ab his, qui habent huius supputationis peritiam, diligentius illi discussa ratione quæretur, quo die posset veneranda sollemnitas rectius celebrari. Quo referibente, octauo Calendas Maij definitus est dies. Quia ergo studio vnitatis & pacis malui Orientalium definitioni acquiescere, quàm in tantæ festiuitatis obseruantia disfidere: nouerit fraternitas vestra die octaua Calendarum Maiarum ab omnibus Resurrectionem Dominicam celebrandam, & hoc ipsum per vos aliis esse fratribus intimandum: vt diuinæ pacis consortio, sicut vna fide iungimur, ita vna sollemnitate feriemur.

Epistola XCVI. ad Episcopos & presbyteros intra Thraciam prouinciam constitutos.

*Dominis fratribus merito beatissimis, in Christo venerabilibus, Samaritoni, Charathoni, Desiderio Episcopis, & Presbyteris omnium Ecclesiarum, quæ sunt intra prouinciam Thraciam constituta, Leo, Victorius, Eustachius Episcopi.*



ANTA seculi potestates circa sacerdotalem ordinem reuerentiam præualere, etiam hi, quos sub Imperiali nomine terribis diuina potentia præesse præcepit, vt ius distinguendorum negotiorum Episcopis sanctis iuxta diuina constituta permiserint. Quod cùm & iuris antiqui formulis & illibatis frequentius sit legibus confirmatum, præsentem tamen tempore à plerisque inuenimus fuisse calcatum. Nam prætermissis sacerdotali iudicio, passim ad examen seculare transiere. Quocirca no-

Abis visum est, vt hanc & sacræ legis, & nostri ordinis contumeliam, & ad præfens vlcisceretur plena districtio, & obseruandam formulam constitueret in futurum. Censemus, itaque, vt quicumque, prætermissis Sacerdote Ecclesiæ suæ, ad disceptationem venerit secularium, sacris liminibus expulsum, à cœlesti arceatur altario, neque vllus post hanc definitionem, qui communi se dit arbitrio, quicquam sibi vltra præscriptum vindicare nitatur: ita fiet, vt hi, qui ante errauerunt, congrua emendatione se corrigant, & qui sub obseruatione clericali cœlesti probatur seruire officio, ex clero abiiciendum, si prætermissis sacerdotum iudicio, secularem adierit potestatem. Quod ideo singulos vniuersosque volumus agnoscere, vt quod pleno iustitiæ & iuris ordine constitutum est, effectum totius firmitatis in omnibus clericorum negotiis sortiatur. Sanè si clericus laicum pulset, prius se audiri ab Episcopo poscat, tum si petitioni suæ laicum viderit obuiare, ex permissu Episcopi sui, in seculi moderatores disceptatione configat. Leo Episcopus scribit. Victorius Episcopus scribit. Eustachius Episcopus scribit.

Epistola XCVII. ad Leonem Augustum.

*Capita epistolæ sequentis.*

*De blasphemis Nestorij & Eutychei, eorumque digno anathemate. I.*  
*Quod in vna Domini Iesu persona, gemina sit deitatis & humanitatis asserenda natura. II.*  
*De capitulis fidei ex sanctorum patrum libris collectis. III.*

D Leo Romæ & vniuersalis Catholicæque Ecclesiæ Episcopus, Leoni semper Augusto salutem.



ROMISSE me meministi, venerabilis Imperator, in causa fidei, de qua clementiam tuam noui pie esse sollicitam, pleniorè humilitatis meæ dirigendum esse sermonem: quem nunc (auxiliante Domino) fideli occasione perfoluo, vt sancto pie-

tatis tuæ studio vtilis ( quantum arbitror ) deesse non possit instructio. Quamuis enim sciam clementiam tuam humanis instructionibus non egere, & sincerissimam de abundantia Spiritus sancti hausisse doctrinam: officij tamen mei est, & patefacere quod intelligis, & prædicare quod credis: ut ignis ille, quem Dominus veniens misit in tertam, motu crebræ meditationis agitat, sic concalescat, ut ferueat: & sic inflammetur, ut luceat.

Lucæ 12.

## CAPVT I.

**M**agnas enim caligines Eutychniana hæresis Orientis partibus inferre molita est: & ab illa luce, quæ ( sicut Euangelium loquitur ) lucet in tenebris, & tenebræ cam non comprehenderunt, imperitorum oculos tentauit auertere. Cùmque ipsa in suam reciderit cæcitate: nunc in discipulis recrudescit, quod in authore defecit. Non longo namque temporis interuallo Catholica fides, quæ est singularis & vera, cuique nihil addi, nihilve minui potest, à duobus est hostibus appetita: quorum prior Nestorius, Eutyches secundus emerfit, qui Ecclesiæ Dei duas hæreses sibimet contrarias inferre vulerunt: vt vterque à prædicatoribus veritatis merito danaretur, quia insanum nimis & sacrilegum fuit, quod varia falsitate ambo senserunt. Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo credidit genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis: nec vnum Christum in Verbo Dei & carne sentiret, sed separatim atque seiunctim alterum filium Dei, alterum hominis prædicaret: cùm manente illa incommutabili Verbi essentia, quæ ei cum Patre & Spiritu sancto intemporalis atque coæterna est, ita intra virginea viscera Verbum caro sit factum, vt per id, quod ineffabile est sacramentum vno conceptu, vnoque partu, secundum veritatem vtriusque naturæ ea virgo & ancilla Domini cesseret & mater. Quod etiam Elizabeth ( sicut Lucas Euangelista declarat ) intellexit & dixit: *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Eutyches quoque eodem percellatur anathemate, qui per impios veterum hæreticorum volutatus errores, tertium Apollinaris dogma delegit: vt negata humanæ carnis atque animæ veritate: totum Dominum nostrum Iesum Christum vnus assereret esse naturæ, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem animamque conuerterit & concipi ac nasci, nutrirri & crescere, crucifigi ac

Ioan. 1.

Duos hostes Nestorius &amp; Eutyches.

Nestorius.

Lucæ 1.

Eutyches.

Apollinaris.

Amori, sepeliri ac resurgere, & ascendere in cælum, & in Patris dextera, vnde ad iudicandos viuos & mortuos veniet, considerare, diuinæ tantum essentia fuerit, quæ nihil horum in se sine carnis recipit veritate, quoniam natura vnigeniti natura est Patris, natura est & Spiritus sancti simulque impassibilis, simul est incommutabilis, sempiterna Trinitatis indiuisa vnitas, & consubstantialis æqualitas. Vnde si ab Apollinaris perueritate Eutychnianus quisque desciscit, ne conuincatur deitatem passibilem sentire atque mortalem, & tamen Verbi incarnati, id est, Verbi & carnis vnã audet pronuntiare naturam, manifestè in Valentini & Manichæi transit insaniam, & mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum simulatori credit omnia egisse, nec humanum in ipso corpus, sed phantasticam corporis speciem oculis apparuisse cernentium. Quæ impietatis mendacia quoniam olim fides Catholica detestatur, & aliarum assertionum sacrilegia concordibus per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata sententiis, non dubium est, cam nos fidem prædicare atque defendere, quam sancta Synodus Nicena confirmauit, dicens, Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem, omnium visibilem & invisibilem factorem: Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei, natum de Patre vnigenitum, hoc est, de substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, vnus substantiæ cum Patre, ( quod Græci dicunt homouision ) per quem omnia facta sunt, siue quæ in cælo, siue quæ in terra. Qui propter nos, & propter nostram salutem descendit de cælis: Et incarnatus est, & homo factus, passus est, & resurrexit tertia die. Ascendit ad cælos, inde venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. In qua professione hoc euidentissimè continetur, quod etiam nos de Domini Incarnatione confitemur & credimus, qui ad salutem humani generis reformandam, veram carnem nostræ fragilitatis non de cælo secum detulit, sed in vtero virginis matris assumpsit.

Valentini &amp; Manichæi insania.

Nicene Synodi Symbolum.

## CAPVT II.

**Q**uicumque ergo sunt ita obsecrati, & à lumine veritatis alieni, vt Verbo Dei à tempore incarnationis, humanæ carnis denegent veritatem: ostendant, in quo sibi Christianum nomen vsurpent, & cū Euangelio veritatis qua ratione cõcordent, si per

beatæ virginis partum, aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest ( Euangelista dicente ) quod *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*: ita negari non potest ( beato Paulo Apostolo prædicante ) quod *Deus erat Christo mundum reconcilians sibi*. Quæ autem reconciliatio esse posset, qua humano generi propitiaretur Deus, nisi omnium causam mediator Dei, hominumque susciperet? Quæ verò ratione veritatem mediatoris impleteret, nisi qui in forma Dei æqualis est Patri, in forma serui particeps esset & nostri: vt mortis vinculum, vnus præuaricatione contractum, vnus morte ( qui solus mortui nihil debuit ) solueretur: Effusio enim pro iniustis sanguinis iusti Christi, tam potens fuit ad priuilegium, tam diues ad precium, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum diaboli vincula retinerent, quoniam sicut Apostolus ait: *Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia*. Et cum sub peccati præiudicio nati potestatem acceperint ad iustitiam renascendi, validius factum est donum libertatis, quam debitum seruitutis. Quam itaque sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Salvatore nostro negant humani corporis veritatem? Dicant, quo sacrificio reconciliati: dicant quo sanguine sint redempti? *Quis est* ( vt ait Apostolus ) *qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis*? Aut quod vnquam sacrificium sacratum fuit, quam quod verus & æternus Pontifex altari crucis, per immolationem suæ carnis, imposuit? Quamuis enim multorum Sanctorum in conspectu Domini preciosa mors fuerit, nullius tamen infantis occisio redemptio fuit mundi. Acceperunt iusti, non dederunt coronas, & de fortitudine fidelium exempla nata sunt patientiæ, non dona iustitiæ. Singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquam debitum suo sine persoluit, cum inter filios hominum vnus solus Dominus noster Iesus Christus, qui verè erat agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes sunt etiam suscitati. De quibus ipse dicebat: *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. Fides etenim vera iustificans impios, & creans iustos, ad humanitatis suæ tracta participem, in illo acquirit salutem, in quo solo homo se inuenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei de eius potentia gloriari, qui contra hostem humani generis in

A carnis nostræ humilitate congressus, his victoriam suam tribuit, in quorum corpore triumphauit. Licet ergo in vno Domino Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio, Verbi & carnis vna persona sit, quæ inseparabiliter atque indiuisè communes habeat actiones: intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, & synceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ prouehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo diuinitatis. Quid sit quod caro sine Verbo non agit, & quid sit quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia, nec conciperet virgo nec pareret, & sine veritate carnis obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine Verbi potentia non adorarent Magi puerum, stella indice declaratum: & sine veritate carnis non iuberetur in Ægyptum transferri puer, & ab Herodis persequutione subduci. Sine Verbi potentia non diceret, vox Patris missa de cælo: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*: & sine veritate carnis non protestaretur Ioannes: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilibus, & viuificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus esset necessarius fatigato. Postremò, sine Verbi potentia non se Dominus Patri profiteretur æqualem: & sine veritate carnis non idem diceret Patrem se esse maiorem: cum Catholica fides vtrunque suscipiat, vtrunque defendat, quæ secundum confessionem beati Apostoli Petri, vnum Christum Dei vni filium, & hominem credit, & Verbum. Quamuis itaque ab illo initio, quo in vtero virginis Verbum caro factum est, nihil vnquam inter vtranque formam diuisionis extiterit, & per omnia incrementa corporæ vnus personæ fuerint totius temporis actiones, ea ipsa tamen, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla commixtione confundimus, sed quid cuius formæ sit ex operum qualitate sentimus. Nec diuina enim humanis præiudicant, nec humana diuinis: cum ita in idipsum vtraque concurrant; vt in eis nec proprietas absumat, nec persona geminetur. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus Maiestatis Christus affixus sit? quid iacuerit in sepulchro? & reuoluto monumento lapide, quæ tertio die caro resurrexit? & in qua post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, & hæsitacionem cunctantium confutabat, cum di-

Ioan. 1.

2. Cor. 5.

Rom. 5.

Ephes. 5.

Psal. 115.

Ioan. 12.

Luc. 1.

Luc. 8.

Math. 2.

Ibidem.

Math. 13.

Ioan. 1.

Ioan. 11.

Ioan. 14.

Math. 16.

Ioan. 19.

Ibidem.

Math. 23.

Luc. 24.

Luc. vii.

ceret, *Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere* : Et Apostolo Thomæ, *Infer manuum in latus meum, & vide manus meas & pedes, & noli esse incredulus, sed fidelis* ? Qua vtrique manifestatione corporis sui iam hæreticorum mendacia destruebat : vt vniuersa Ecclesia, Christi imbuenda doctrinis, hoc sibi non dubitaret credendum, quod Apostoli susceperant prædicandum. At si in tanta luce veritatis tenebras suas hæretica obduracy non relinquas, ostendant, vnde sibi spem vitæ polliceantur æternæ, ad quam nisi per Mediatorem Dei & hominum, hominem Iesum Christum, non potest perueniri. Sicut enim ait beatus Petrus Apostolus. *Non est aliud nomen datum hominibus sub caelo, in quo oporteat nos saluos fieri* ; nec est redemptio captiuitatis humanæ, nisi in sanguine eius, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, & qui ( sicut prædicat beatus Apostolus Paulus ) *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens, usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen : vt in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Cum ergo vnus sit Dominus Iesus Christus, & veræ deitatis, veræque humanitatis, in ipso vna prorsus, eadēmq; persona sit, exaltationem tamen, qua illum ( sicut doctor gentium dicit ) exaltauit Deus, & donauit illi nomen, quod super omne nomen excellit, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat filius patri, & inter genitorem atque vnigenitum nulla in essentia erat discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysterium aliquid decesserat. Verbo, quod ei patris munere redderetur. Forma autem serui, per quam impassibilis deitas sacramentum magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est, quæ in gloriâ diuinæ potestatis euecta est in tanta vnitæte, ab ipso conceptu virginis, deitate & humanitate conferta, vt nec sine homine diuina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod sicut Dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo,*

Ioan. 10.

Act. 4.

1. Tim. 2.

Philip. 2.

Ibidem.

A dicitur exaltatus : quia inseparabiliter ( manente vnitæte personæ ) vnus atque idem est, & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei filius propter vnã cum patre deitatem. Quicquid enim in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui, quæ non habuit, conferrentur. Nam secundum potentiam deitatis indifferenter omnia, quæ habet pater, etiam filius habet : & quæ in forma serui à patre accepit, eadem in forma Dei etiam ipse donauit. Secundum formam enim Dei, ipse & pater vnus sunt : secundum formam autem serui, non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius, qui misit eum. Secundum formam Dei, sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Secundum formam serui, Tristis est anima eius vsque ad mortem. Et idem ipse est ( sicut ait Apostolus ) & diues, & pauper. Diues, quia Euangelista dicente, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Pauper verò, quia propter nos Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quæ autem est eius exinanitio, quæve paupertas, nisi formæ seruilis acceptio ? per quam Verbi maiestate velata, dispensatio humanæ redemptionis impleta est. Nam quia captiuitatis nostræ resoluenda originalia vincula non poterant, nisi existeret homo nostri generis, nostræque naturæ, quem peccati præiudicia non tenerent, & qui immaculato sanguine suo chirurgum lethale dilueret, sicut ab initio erat diuinitus præordinatum : ita est in plenitudine præfiniti temporis factum, vt multis modis significata promissio, in diu expectatum veniret effectum, nec posset esse ambiguum, quod continuis testificationibus semper fuerat nunciatum. In magno autem sacrilegio se versari, hæreticorum manifestat impietas, cum sub specie deitatis honorandæ, humanæ carnis in Christo denegant veritatem, & religiosè existimant credi, si dicatur in Salvatore nostro, verum non esse, quod saluat, cum ita secundum promissionem omnia secula percurrentem, mundus sit Deo reconciliatus in Christo, vt nisi Verbum dignaretur caro fieri, nulla posset caro saluari. Omne enim sacramentum fidei Christianæ, magno ( vt hæretici volunt ) decoloratur obscuro, si lux veritatis sub mendacio putatur latuisse phantasmatis. Non ergo quisquam sibi erubescendum existimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate : quia omnes Apostoli,

Ioan. 10.

Ioan. 5.

Matth. 16.

1. Cor. 8.

Ioan. 1.

Ibidem.

Coloss. 2.

2. Cor. 5.

## CAPVT III.

Apostolorumque discipuli, & præclari Ecclesiarum quique doctores, qui ad Martyrij coronam, vel ad confessionis meruere gloriam peruenire, in huius fidei lumine splenduerunt, consonis ubique sententiis innotantes, quod in Domino Iesu Christo deitatis & carnis vna sit confitenda persona. Quæ autem rationis similitudine, quæ diuinorum voluminum portione, hæretica impietas se existimat adiuuari, quæ veritatem negat corporis Christi: cum hanc non lex testificari, non prophetia præcinere, non Evangelia docere, non ipse desisterit Christus ostendere? Quærant per omnem seriem scripturarum, quo tenebras suas fugiant, non quo verum lumen obscurant: & per omnia secula ita veritatem inuenient coruscantem, vt magnum hoc & mirabile sacramentum, ab initio videant creditum, quod est in fine completum. De quo cum sanctorum literarum nulla pars sileat, sufficit quædam consona veritatis signa posuisse, quibus diligentia fidei splendidissima latitudine dirigatur, & syncera intelligentiæ luce perspiciat: quod in filio Dei, qui se incessabiliter filium hominis & hominem proficitur, non sit Christianis erubescendum, sed constantissimè gloriandum. Vt autem pietas tua cum venerabilium patrum prædicationibus nos concordare cognoscat: aliquantas eorum sententias huic credidi subiiciendas esse sermone. Quibus si digneris attendere recensitis, non aliud nos prædicare reperies, quam quod sancti patres nostri toto orbe docuerunt: nec quenquam ab illis, nisi solos impios hæreticos, discrepare. His igitur, gloriosissime & venerabilis Imperator, quanta potui breuitate perstrictis, cum inspirata tibi diuinitus fide etiam nostram prædicationem vnitam esse cognosce, nec in aliquo nos ab Evangelicæ Apostolicæque doctrina, vel à Catholicæ professionis Symbolo discrepare: quoniam sicut docet beatus Apostolus Paulus, *Magnam est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* Quid igitur tuæ utilius saluti, quid tuæ congruentius potestati, quam vt paci Ecclesiarum Domini tua constitutione prospicias, & in omnibus tibi subditis Dei dona defendas, neque vlla ratione patiaris per inuidiam diaboli ministros ipsius in cuiusquam fauore perniciem, vt qui in hoc seculo temporali emines regno, in æternum merearis regnare cum Christo?

1. Tim. 3.

**S**ancti Hilarij Pictauiensis Episcopi & Confessoris, in libro secundo inter cetera: Vnum igitur hoc est immobile fundamentum, vna hæc felix fidei petra, Petri ore confessa: *Tu es* (inquit) *Christus filius Dei viui*, tanta in Matih. 16. se argumenta sustinens veritatis, quantæ peruersitatum quæstiones & infidelitatis calumniæ mouebuntur. Iam in cæteris dispensatio voluntatis paternæ est. Virgo, partus, & corpus, postque crux, mors, inferi, salus nostra est. Humani enim generis causa, Dei filius natus ex virgine est, & Spiritu sancto, ipso sibi in hac operatione famulante, & sua, Dei videlicet inumbrante virtute, corporis sibi initia conseruit: & exordia carnis instituit, vt homo factus ex virgine, naturam in se carnis acciperet, perque huius admixtionis societatem sanctificationem in eo vniuersi generis humani corpus existeret: vt quemadmodum omnes in se, per id, quod corporeum se esse voluit, conderentur, ita rursus in omnes ipse, per id, quod eius est, inuisibile referretur. De igitur imago inuisibilis pudorem humani exordij nõ recusauit, & per conceptionem, partum, vagitum, & cunas, omnes naturæ nostræ contumelias transcurrit. Quid tandem dignum à nobis tantæ dignationis affectui rependeretur? Inenarrabilis à Deo originis vnus vnigenitus Deus, in corpusculi humani formam sanctæ virginis vtero insertus, accrescit. Qui omnia continet, & intra quæ, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur: & ad cuius vocem Archangeli atque Angeli tremunt, cælum & terra & omnia huius mundi resoluuntur elementa, vagitu infancie auditur. Qui inuisibilis & incomprehensibilis est, non visu, sensu, tactuque moderandus, cunis est obuolutus. Hæc si quis indigna Deo recollit: tantò se maioris beneficij obnoxium confitebitur, quanto minus hæc Dei conuenerint maiestati. Non ille eguit homo effici, per quem homo factus est: sed nos eguimus, vt Deus caro fieret, & habitaret in nobis, id est, assumptione carnis vnus membra vniuersæ carnis incoleret. Humilitas eius, nostra nobilitas est: contumelia eius, noster honor est. Quod ille est Deus in carne consistens, hoc nos vicissim in Deum ex carne renouati. *Item eiusdem in libro nono inter cetera: Nescit planè, vitam suam nescit, qui Christum Iesum vt verum Deum, ita & verum hominem ignorat. Et eiusdem periculi res est: Christum Iesum, vel spiritum Deum, vel*

Ioan. 1.

Idem Hilarius li. 9. vbi supra:

Matth. 10.

carnem nostri corporis denegare. *Omnis ergo, inquit, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui est in caelis. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui est in caelis.* Hæc Verbum caro factum loquebatur, & homo Iesus Christus Dominus maiestatis docebat: mediator ipse in se ad salutem Ecclesiæ constitutus, & illo inter Deum & homines mediatoris sacramento vtrunque vnus existens, dum ipse ex vnitis in idipsum naturis, naturæ vtriusque res eadem est: ita tamen, vt neutra careret in vtroque, ne fortè Deus esse homo nascendo desineret, & homo rursus Deus manendo non esset. Hæc itaque humanæ beatitudinis fides vera est, Deum & hominem prædicare, Verbum & carnem confiteri: neque Deum nescire, quòd homo sit: neque carnem ignorare, quòd Verbum sit. *Item eiusdem in eodem libro inter cætera: Natus igitur vnigenitus Deus ex virgine homo, & secundum plenitudinem temporum in semetipso prouecturus in Deum hominem, hunc per omnia Euangelici sermonis modum tenuit, vt se filium Dei credi doceret, & hominis filiū prædicari admoneret \* loquens & gerens homo vniuersa quæ Dei sunt, loquès deinde & gerès Deus vniuersa quæ hominis sunt: ita tamen vt in ipso illo vtriusque generis sermone, nunquam nisi cum significatione & hominis loquutus & Dei sit. Item alio loco in eodem libro inter cætera: Hinc itaque fallendi simplices atque ignorantés hæreticis occasio est, vt quæ ab eo secundum hominem dicta sunt, dicta esse secundum naturæ diuinæ infirmitatem mentiantur: & quia vnus atque idem est loquens omnia quæ loquitur, de semetipso, omnia eum locutum esse contendant. Nec sanè negamus, totum illum qui eius manet, naturæ suæ esse sermonem. Sed si Iesus Christus & homo & Deus est, & neque cum homo, tum primùm Deus, neque cum homo, tum non etiam & Deus, neque post hominem, in Deo non totus homo, totus Deus, vnum atque idem necesse est dictorum eius sacramentum esse, quod generis. Et cum in eo secundum tempus discernis hominem à Deo, Dei tum atque hominis discerne sermonem. Et cum Deum atque hominem in tempore confiteberis, Dei atque hominis in tempore dicta diiudica. Cum verò ex homine & Deo rursus totius hominis, totius iam Dei tempus intelligis. Si quid aliud ad demonstrationem eius temporis dictum est, tempori cooprato, quæ dicta*

locutus.

Idem vbi supra.

A sunt, vt cum aliud sit ante hominem Deus, aliud sit homo & Deus, aliud sit post hominem & Deum totus homo, & totus Deus: non confundas temporibus & generibus dispensationis sacramentum, cum pro qualitate generum ac naturarum alium ei in sacramento hominis necesse est sermonem fuisse non nato, alium adhuc morituro, alium iam in æterno. Noltri igitur causa hæc omnia Iesus Christus manens, & corporis nostri homo natus, secundum consuetudinem naturæ nostræ loquutus est: non tamen omittens naturæ suæ esse, quod Deus est. Nam tamen in partu, & passione & morte naturæ nostræ rem peregerit, res tamen ipsas omnes virtute naturæ suæ gessit: & reliqua. *Item alio loco in eodem libro inter cætera: Vidésne ita Deum & hominem prædicari, vt mors homini, Deo verò carnis excitatio deputeretur? Non tamen vt alius sit, qui mortuus est, & alius sit, per quem mortuus resurgit. Spoliata enim caro Christus est mortuus, & rursus Christum à mortuis excitans, idem Christus est, carne se expolians. Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige, dispensationem hominis in morte cognosce. Et cum sint vtraque suis gesta naturis, vnum tamen Christum Iesum eum memento esse, qui vtrunque est. Item post pauca: Hæc igitur demonstra-*

Idem vbi supra.

Idem vbi supra.

CAPVT IV.

*S*ancti Athanasij Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi & Confessoris ad Epictetum Corinthiorum Episcopum: Quomodo autem vel dubitare ausi sunt, qui dicuntur Christiani, si Iesus Dominus, qui ex Maria virgine processit, filius quidem substantia & natura Dei est, id verò, quod est secundum carnem, ex semine Dauid est & carne sanctæ Mariæ?

Athan. Alexan. ex epistola ad Epictetum Episcopum Cortioth. \* Deus quidem ex

CAPVT V.

*S*ancti Ambrosij Episcopi & Confessoris Mediolanensis Ecclesiæ, quod misit ad Imperatorem Gratianum in libro secundo de fide inter cætera: Vnde illud quod lectum est, Dominum maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putemus: Sed quia idem Deus, idem homo, per diuinitatem Deus, per susceptionem carnis homo, Christus.

Ambro. Mediol. li. 2. de fide ca. 4. ad Gratianum Imperatorem.

Christus.

Christus Iesus Dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia confors vtriusque naturæ, id est, humanæ atque diuinæ, in natura hominis subiit passionem, vt indiscretè, & Dominus maiestatis dicatur esse, qui passus est, & filius hominis, sicut scriptum est: Qui descendit de cælo. *Item alio loco in eodem libro inter cætera*: Sileant igitur inanes de sermionibus quæstiones, quia regnum Dei (sicut scriptum est) non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Seruemus distinctionem diuinitatis & carnis. Vnus in vtroque loquitur Dei filius, quia in eodem vtraque natura est. Et si idem loquitur, non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriam Dei, nunc hominis passiones. Quasi Deus loquitur, quæ sunt diuina, quia Verbum est: quasi homo dicit, quæ sunt humana, quia in ea substantia loquebatur. *Item eiusdem in libro de incarnatione Domini contra Apollinaristas*: Sed dum hos redarguimus, emergunt alij, qui carnem Domini dicant & diuinitatem vnus naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorum per istos perfidiæ robur adolescit, vt maiore contentione afferant Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnus non esse substantiæ, quia isti diuinitatem Domini & carnem substantiæ vnus dicere tentauerunt. *Item infra*: Et hi mihi frequenter Niceni Concilij tractatum se tenere commemorant. Sed in illo tractatu patres nostri non carnem, sed Dei Verbum vnus substantiæ cum patre esse dixerunt. Et Verbum quidem ex paterna processisse substantia, carnem autem ex Virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Niceni Concilij nomen obtenditur, & noua inducuntur, quæ nunquam nostri sensere maiores? & reliqua. *Item eiusdem ad \* Sabinum Episcopum inter cætera*. Vnde pulchrè Apostolus eiusdem verbi repetitione vsus est, dicens de Domino Iesu Christo: Cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus est, esse se æqualè Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Quid est in forma Dei, nisi in plenitudine deitatis, in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cum in plenitudine diuinitatis, exinaniuit se, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionis humanæ. Sicut Deo nihil deerat, ita nec hominis consummationi, vt esset perfectus in vtraque forma. Vnde & David dicit: *Speciosus forma præ filiis hominum*. Concluditur Apollinarista, nec, quo se vertat, haber, suis claudiy retibus. Ipse enim dixit, formam ser-

ui accepit, non seruus locutus est. Iterum ergo interrogo: Quid est in forma Dei? Respondit, in natura Dei: Sunt enim (ait Apostolus) qui non sunt natura dij. Quæro, quid sit, formam serui accipiens? Sine dubio perfectionem naturæ, & conditionis, vt dixi humanæ, vt esset in hominum similitudine. Et pulchrè, non carnis, sed hominum dixit similitudinem, quia in carne eadem est. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autem homo in peccato, in specie hominis videbatur. Vnde & Propheta ait: *Et homo est, & quis cognoscit eum?* Homo secundum carnem, sed vltra hominem, diuina operatione. Denique cum leprosum tangeret, homo videbatur: sed vltra hominem, cum mundaret. Et cum Lazarum mortuum fleret, mortuum quasi homo flebat, sed supra hominem erat, cum mortuum vinctis iuberet pedibus exire: Homo videbatur, cum penderet in cruce: sed supra hominem, cum referatis tumulis mortuos suscitaret.

## CAPVT VI.

*Sancti Augustini Episcopi Hipponensi Ecclesie ad Dardanum inter cætera*: Noli itaque dubitare, ibi nunc esse hominem Christum, vnde venturus est, memoriterque recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis; ascendit in cælum; sederat dextram Patris, nec aliunde quam inde ad iudicandos venturus est viuos & mortuos: Et sic venturus est illa Angelica voce testante, quemadmodum est ire visus in cælum, id est, in eadem forma carnis atque substantia, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit. *Item in eiusdem epistola ad Volusianum inter cætera*: Nunc verò ita inter Deum & homines mediator apparuit, vt in vnitæ personæ copulans vranque naturam, & solita sublimaret in solitis, & insolita solitis temperaret. *Item eiusdem in expositione Euangelij secundum Ioannem inter cætera*: Quid igitur hæretice? Cum Christus Deus sit & homo, loquitur vt homo: & calumniaris Deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? *Et iterum infra*: Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinam scilicet, quæ æqualis est Patri, humanam, quæ maior est Pater. Vtrumque autem simul, non duo, sed vnus est Christus: ne sit quaternitas, non Trinitas Deus. Sicut enim vnus est homo anima rationalis & caro;

Ioan. 3.  
Ephes. 4.  
Idem in eodem libro.

Ex c. 6. eiusdem A. n. b. r. lib. 10. de Incarn. domini cõtra Apollinaristas.

Eodem lib. & capitulo.

Ivenem. fem. Libro 7. epist. 47. epistolæ eiusdem. Philip. 2.

Psal. 44.

Galat. 4.

Hier. 17.

Ex epist. B. Aug. Hippo. ad Dardanum cap. 6.

Act. 1.

Eiusdem ex Epist. ad Volusianum.

Tract. 78. postmediu.

Vbi supra statim post.

fic vnus est Christus Deus & homo: ac per hoc Christus est Deus anima rationalis, & caro Christum in his omnibus, Christum in singulis consistemur. Qui est ergo, per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma Dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma ferui. *Item eiusdem, cuius supra: Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola. Quis resurrecturus, triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo, vel tres,*

Ioan. 14.

Ioa. Chryf. Episcopi Constan. ex Homil. de Cruce &amp; Latrone, cap. 6.

Zachar. 12.

compunxerunt.

Ioan. 19. Ioan. 20. Luc. 14.

Eiusd. Ioanis Chryf. ex Homil. de Ascensione ca. 3.

Antemedii illius hom. cuius supra ca. 4.

**S**ancti Ioannis Constantinopolitani Episcopi & Confessoris in Homilia de Cruce & Latrone: Sed cur cum cruce veniat, videamus. Scilicet ut hi, qui eum crucifixerunt, suæ sentiant dementiae cæcitate: & ideo impudentiæ eorum signum portatur. Ideo Propheta ait: Tunc lamentabuntur omnes tribus terræ, videtes accusatorem, & agnoscentes peccatorem. Et quid mirum est, si crucem portans adueniet, quando & vulnera corporis ipsa demonstrat? Tunc enim (inquit) videbunt, quem \* confixerunt. Et sicut post resurrectionem, Thomæ voluit diffidentiam confutare, & illi clauorum loca monstrauit, & lateris vulnera declarauit, & dixit, Mitte manum tuam, & vide, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me vides habere: sic & tunc ostender vulnera, crucemque demonstrabit, ut ostendat illum se esse, qui fuerat crucifixus. *Item eiusdem in Homilia de Ascensione Domini: Nam sicut duobus iurgio separatis, vnus in medio positus, altercantium litem, discordiamque dissoluit: ita & Christus nobis fecit. Deus nobis iuste irascebatur, & nos contemnebamus iratum, & clementem Dominum declinabamus: & se medium Christus ingessit, & sociavit utramque naturam, & nobis quod imminabat supplicium, ipse sustinuit. *Item eiusdem in eadem Homilia inter cetera, Christus igitur nostræ naturæ primitias obtulit patri, & oblatum donum miratus est pater, quod &**

A tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur, nulla macula fœdabatur. Nam & suis manibus suscepit oblatum, & suæ sedis fecit esse participem, & quod plus est, ad partem suæ dexteræ collocauit. Cognoscamus quis est ille, qui audiuit, Sede ad dextram meam: quæ natura est cui dixit, Esto meæ particeps sedis. Illa natura est quæ audiuit, Terra es, & in terram ibis. *Item eiusdem in eadem Homilia inter cetera: Quo sermone utar, quo verbo dicam, reperire non possum. Natura fragilis, natura contempta, & omnibus monstrata deterior, omnia vicit, omnia superauit, & omnibus hodierna die meruit excellentior reperiri. Hodie Angeli diu vota desiderata receperunt: hodie Archangeli, quod multo tempore cupiebant inspicere valuerunt: Naturam nostram ipsi in sede Dominica immortalis fulgentem gloria perdidierunt.*

Psal. 109. Matth. 22.

Genes. In hom. medio vbi supra. c. 5.

## CAPVT VIII.

**S**ancti Theophili Episcopi Alexand. de Epistola Paschali, quam per Aegyptum destinauit: Cuius rei testis est ille, qui loquitur: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Et Prophetæ Christi auxilium deprecantes: Domine, inclina celos tuos, & descende. Non ut mutaret locum, in quo omnia sunt, sed propter salutem nostram, carnem humanam fragilitatis assumeret, Paulo Apostolo eadem concinente: Cum esset dives, pro nobis pauper factus est, ut nos illius paupertate ditamur: venitque in terras & de virginali utero, quem sanctificauit, egressus homo, interpretationem nominis sui Emmanuel, id est, nobiscum Deus, dispensatione confirmans, mirum in modum cepit esse, quod nos sumus, & non desuit esse, quod erat: sic assumens naturam nostram, ut quod erat ipse, non perderet. Quanquam enim Ioannes scribat, Verbum caro factum est, id est, aliis verbis: Deus homo factus est, verbum tamen non est versum in carnem, quia nunquam Deus esse cessauit. Ad quem & Spiritus sanctus loquitur: Tu autem idem ipse es. Et pater de cælo contestatur & dicit: Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Ut & homo factus, nostra confessione permanere dicatur, quod fuit priusquam homo fieret, Paulo nobiscum eadem predicante: Iesus Christus heri & hodie, idem ipse & in eternum. In eo enim quod ait ipse, ostendit eum pristinam non mutasse naturam, nec diuinitatis suæ minuisse diuitias, quia propter nos

Theophili Alexandri ex epist. per Aegyptum missa. Psal. 137. Psal. 145.

2. Cor. 8.

Matth. 1.

Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3.

Hebr. 13.

pauper effectus, plenam similitudinem nostræ conditionis assumpserat. Item eiusdem in alia epistola paschali contra Origenem, inter cætera: Vnus filius patris, nostrique mediator, nec æqualitatem eius amisit, nec à nostro confortio separatus: Inuisibilis Deus, & visibilis homo, forma serui absconditus, & Dominus gloriæ confessione credentium comprobatus. Neque enim priuauit cum pater naturæ suæ nomine, postquam pro nobis homo, & pauper effectus est, nec in Iordane fluuii baptizatum altero appellauit vocabulo, sed filium vnigenitum, *Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Nec similitudo nostra in diuinitatis est mutata naturam, nec diuinitas in nostræ naturæ versa est similitudinem.

Math. 3.  
Marc. 1.  
Luc. 3.

## CAPVT IX.

Grego. Nazian. in homil. de Epiphania post medium.  
Idem vbi supra circa mediū mediū & finis.

**S**ancti Gregorij Episcopi Nazianzeni in Homilia de Epiphania inter cætera: Cùm ergo processisset ex virgine Deus, in ea, quam assumpserat, humana natura, vnus è duobus sibi inuicem contrariis, existens carne & spiritu, aliud in Deum assumitur, aliud deitatis gratia præstat. Item infra: Missus est quidem, sed vt homo. Duplex enim erat in eo natura. Inde denique & laborauit ex itinere, inde & esuriit, & sitiuit, & contristatus est, & scuit humani corporis lege.

## CAPVT X.

**S**ancti Basilij Episcopi Cappadocis: Cùm ergo quædam in Christo ita videmus humana, vt nihil à communi mortalium fragilitate distare videantur, quædam ita diuina, quæ nulli alij, nisi illi ineffabili naturæ conueniant deitatis, hæret humani intellectus angustia, & tantæ admirationis stupore perculsa, quod declinet, quid teneat, quod se vertat, ignorat. Si hominem præter, deuictio mortis regno cum spoliis redeuntem à mortuis cernit. Propter quod cum omni metu & reuerentia contemplandum est, vt in vno eodemque ita vtriusque naturæ veritas demonstratur, vt neque aliquid indignum & indecens de diuina illa & ineffabili substantia sentiat: neque rursus quæ humanitatis gesta sunt, falsis illusa imaginibus æstimentur.

## CAPVT XI.

Cyrilli Episcopi Alexandrini.

**S**ancti Cyrilli Episcopi Alexandrini: Homo nominatus est, cùm sit natura Deus

**A** Dei patris Verbum, quoniam similiter vt nos sanguini communicauit & carni. Sic enim in terris apparuit, non amittens id quod erat, sed assumens humanitatis naturam in sua ratione perfectam. Item eiusdem in libro, qui dicitur Golia: Vnus igitur est, & ante incarnationem Deus verus, & qui in diuinitate mansit, in qua erat, est & erit. Non discernendum igitur vnum Dominum Iesum Christum in hominem seorsum, & seorsum in Deum, sed vnum eundemque Iesum Christum esse dicimus, non ignorantes differentias naturarum, sed eas inconfusas, inter se seruantes. Item cuius supra: Dicitur nanque tanquam aliud in alio inhabitare, id est, diuinam naturam in humanitate non perfectam commixtionem, vt esset, quod non erat. Quicquid enim in alio habitare dicitur non ipsum sit tale, quale est id, in quo habitat, sed aliud in alio magis intelligitur. At verò in Verbi persona & humanitatis, nobis solam differentiam designat diuersitas naturarum: Vnus enim ex vtraque intelligitur Christus. Ergo in confusione (vt antedixi) seruata inhabitasse ait Verbum in nobis. Scit enim vnus esse filium vnigenitum, carnem factum & hominem. Item cuius supra ad Nestorium: Ait igitur sancta & magna Synodus ipsum, qui est ex Deo patre natus naturaliter, filium vnigenitum, Deum verum de Deo vero, lumen de lumine, per quem, & cum quo omnia fecerit pater; hunc descendisse, incarnatum esse, & hominem factum, passum esse, resurrexisse tertia die; & ascendisse rursus ad cælos.

Similem ex libro dicta Golia.

Idem Cyrillus in epist. ad Nestorium, & habetur in tempore Ephesini Concil. sub Calist. Pa-  
pæ.

Hæc nos sequi verba debemus, his nos conuenit obtemperare dogmatibus, considerantes quid sit incarnatum esse, & hominem factum Dei Verbum. Non enim dicimus, quod Dei natura conuersa vel immutata, facta sit caro; nec quod in totum hominem; qui est ex anima & corpore; transformata sit, sed illud magis, quod carnem animatam anima rationali, sibi copulauerit Verbum, & substantialiter, ineffabiliter, & irreprehensibiliter factus sit homo, & nuncupatus sit etiam filius hominis, non nuda tantummodo voluntate; sed nec assumptione sola personæ, sed quod diuersæ quidem naturæ in vnum conuenerint, vnus tamen ex ambabus Christus & filius, non euacuata aut sublata diuersitate naturarum per coniunctionem; sed quia simul nobis effecerunt vnum Dominum, & Christum, & filium, id est diuinitas & humanitas, per æternam illam;

ineffabilemque copulationis admirationem. Itaque is, qui ante secula omnia est natus ex patre, etiam ex muliere carnaliter dicitur procreatus in tempore. Nō quia diuina ipsius natura de sacra Virgine sumpsit exordium, nec quod propter seipsam opus habuit secundò nasci post illam natiuitatem, quam habebat ex patre, (est enim ineptum & stultum hoc dicere, quod is, qui ante omnia secula est consempiternus patri, secundæ generationis eguerit, vt esse inciperet) sed quia propter nos & propter nostram salutem naturam sibi copulauit humanam, & processit ex muliere, idcirco dicitur natus esse carnaliter. Neque enim prius natus est homo communis de sancta Virgine, & tunc demum habitauit in eo Verbum, sed in ipsa vulua vteroque virginali, se cum carne coniunxit, & sustinuit generationem carnalem, carnis suæ natiuitatem, suam faciens. Sic illum dicimus & passum esse & resurrexisse, non quia Deus Verbum in sua natura passus sit, aut plagas, aut clauorum transfixiones, aut alia vulnera suscepit, (Deus namque incorporalis extra passionem est) sed quia corpus illud, quod ipsius proprium factum est, passum est, ideo hæc omnia pro nobis ipse dicitur passus. Intrat enim in eo corpore, quod patiebatur, Deus qui pati non poterat. Simili modo & mortem ipsius intelligimus. Immortale enim & incorruptibile est naturaliter, & vita, & viuificans Dei Verbum. Sed quia corpus ipsius proprium, gratia Dei, iuxta Pauli vocem, pro omnibus mortem gustauit, idcirco ipse dicitur mortem passus esse pro nobis. Non quod in se mortem esset expertus, quantum ad ipsius naturam pertinet (infantia est enim, hoc vel sentire, vel dicere) sed quod (vt supra diximus) caro ipsius mortem gustauit. Ita & resurgente carne, ipsius rursus resurrectionem dicimus: non quia in corruptionem ceciderit (quod absit) sed quia eius resurrexit corpus. Ita Christum vnum & Dominum confitemur, non tanquam hominem cum Verbo coadorantes, ne diuisionis quædam species inducatur: sed vnum iam & eundem adorantes, quia non est alienum à Verbo corpus suum, cum quo ipsi etiam assidet patri. Nec hoc ita dicimus, quasi duobus filiis assidentibus, sed vno cum carne per vnitatem: quia si talem copulationem factam per substantiam, aut quasi passibilem, aut quasi parum decoram, voluerimus accipere: in id incidimus, vt duos filios esse dicamus. Necessè est enim discernere, & dicere hominem separatim

A fuisse sola filij appellatione honoratum, & rursus Verbum, quod est ex Deo, & nomine, & veritate, filium Dei, sed discernere in duos filios non debemus vnum Dominum Iesum Christum. Neque enim id adiuuat rectam fidei rationem, licet nonnulli, nescio quam perhibeant copulationem personarum. Non dixit enim scriptura, Verbum Dei personam hominis sibi assumpsisse, sed carnem factum esse. Id autem est ostendere Dei Verbum, similiter ac nos participationem habuisse carnis & sanguinis, & corpus nostrum propriè suum fecisse, & hominem ex muliere processisse, non abiecta nec deposita deitate, aut generatione illa, quam habebat ex patre, sed mansisse etiam in assumptione carnis Deum, quod erat. Hoc itaque rectæ fidei ratio protestatur. In tali sensu sanctos patres fuisse competimus. Ideo illi non dubitauerunt sanctam Virginem dicere theotocōn, non quod Verbi natura, deitatisque in sancta virgine sumpsit exordium: sed quod ex ea natum sit sacrum illud corpus animatum anima rationali, cui substantialiter adunatum Dei Verbum, carnaliter natum esse dicitur.

Ioan. 1.

aliis ad.

Epistola XCVIII. ad Faustum  
Presbyterum.

*Dilectissimo Fausto Presbytero Leo  
Episcopus salutem.*



RATVM semper est mihi tuam alloqui charitatem, & affectum salutationis exoluere: quoniam scio te & probabilem & sincerissimæ fidei esse custodem, & qui non circumducitur omni vento doctrinæ, sed in fundamento Prophetarum & Apostolorum (qui Christus est) firmè consistere: vt cum venerit filius hominis in diuinitate sua ad purgationem totius mundi, in electione reperiaris frumentum æternitatis, qui dignus thesaurizari possis in horreis. Susceptis itaque literis per filium meum Parthenium reciprocam salutationem exoluens, exhortor tuam beatitudinem, fili charissime, vt non confundaris de Euāgelio generationis Domini Iesu Christi filij David, filij Abraham secundum carnem, quoniam hæc fides vincit mundum, quando quis credit, quia Christus est filius Dei. Si quæ verò fidei quæstiones inueniuntur, admonemus vt de his,

Hebr. 1.

quæ ad communem utilitatem pertinent: A  
latius nobis scribas, libenter suscipientibus,  
qui ista detulerint.

EPISTOLA CERETII,  
Salonij & Verani Episcoporum  
Gallorum ad Leonem  
Papam.

*Domino sancto, beatissimo patri, & Apo-  
stolica Sedis dignissimo Papa Leoni,  
Ceretius, Salonius, &  
Veranus.*

**R**ECENSITA epistola beati-  
tudinis vestræ, quam de fidei  
instructione conscriptam, ad  
Constantinopolitanum Epi-  
scopum destinastis, dignum  
esse censuimus, vt tantæ doctrinæ vbertate  
ditari, debitas gratias saltem oblato litera-  
rum officio redderemus. Paternæ si qui-  
dem erga nos pietatis vestræ sollicitudinem  
comprobantes, anticipationis curationis  
vestræ hoc nos magis obnoxios confite-  
mur, quod remedium beneficium ante ma-  
lorum experimenta cognouimus. Scientes  
namque penè sera esse remedia, quæ ada-  
ctis iam vulneribus apponuntur, vt Apo-  
stolicis illis munitioibus induamur, pro-  
uidæ pietatis vocibus præmoneatis. Agno-  
scimus planè beatissime Papæ, qua ad nos  
interiora pectoris vestri peculiari affectio-  
ne transmiseritis, quorum incolumitati a-  
liorum curatione succurritis: & dum ex  
aliorum præcordiis infusa antiqui serpen-  
tis venena producit, quasi in quadam cha-  
ritatis specula constituti, Apostolica illa cu-  
ra ac sollicitudine conclamatis, ne inopi-  
nantibus improvisus hostis adueniat, ne  
vulnere locum præbeat incauta securitas,  
domine sancte, beatissime pater & Aposto-  
lica Sede dignissime Papa. Magna præterea  
& ineffabili quadam nos peculiari tui gra-  
tulatione succrescimus, quod illa specialis  
doctrinæ vestræ pagina ita per omnium Ec-  
clesiarum conuenticula celebratur, vt verè  
consona omnium sententia declaretur, me-  
ritò illic principatum Sedis Apostolicæ  
constitutum, vnde adhuc Apostolici spiri-  
tus oracula referentur. Idecirco si dignan-  
ter admittitis, deprecamur, vt opus & præ-  
sentibus & futuris temporibus profutura-  
rum, quod nos asseruandi studio folijs man-  
dare curauimus, sanctitas vestra percurrere

re, & si quid librarij errore defuerit, emen-  
dare dignetur: vel si salutarem lecturæ  
omnibus paginam aliquo studij vestri ac-  
cumulastis augmento, id ipsum addi libel-  
lo huic sollicita pietate iubeatis, vt non so-  
lùm plures sancti Episcopi fratres nostri  
per Gallias, verumetiam multi ex laicis fi-  
lij vestri, qui epistolam istam magnoperè  
pro veritatis manifestatione desiderant, re-  
missam ad nos, & sancta manu vestra emen-  
datam transcribere, legere & tenere me-  
reantur. In rem missos, si dignum ducitis,  
redire mox cupimus: vt quia incolumitas  
vestra, exultatio & salus nostra est, citius  
ad nos relatu desiderabili salutis vestræ gau-  
dia recurrant. Et alia manu Memorem co-  
ronam vestram humilitatis nostræ Chri-  
stus Dominus longæua ætate conseruet,  
domine sancte, beatissime pater, & Apo-  
stolica Sede dignissime Papa. Ceretius su-  
sceptus vester Apostolatam vestrum salu-  
to, commendans me orationibus vestris.  
Salonius venerator vester, Apostolatam  
vestrum in Domino saluto, orationum ve-  
strarum subsidia deposcens. Veranus cul-  
tor vestri Apostolatus beatitudinem ve-  
stram saluto, & vt pro me oretis, peto.

Epistola XCIX. ad Leonem  
Augustum.

*Leo Episcopus Leoni Augusto.*

**S**I gloriosum pietatis vestræ in fi-  
dei defensione propositum tan-  
ta prosequi laude cupiamus,  
quanta rerum ipsarum magni-  
tudo deposcit inueniemur impares, in  
actione gratiarum, si nostri tantum oris  
angustis vniuersalis Ecclesiæ gaudia ce-  
lebremus. Sed dignius illius remunera-  
tio vestris actibus meritisque seruabatur,  
in cuius causa & speciali excellitis ani-  
mo, & oprato triumphatis euentu glo-  
riæ. Sciat igitur clementia vestra omnes  
Ecclesias Dei cum laude vestra exultare  
pariter & lætari, quod ab Alexandrinæ  
Ecclesiæ iugo improbus parricidia depul-  
sus est, & populus Dei, cui prædo nefarius  
incubabat, in antiquam fidei libertatem  
reductus, potest iam in salutis viam fide-  
lium sacerdotum prædicatione reuocari,  
cum videat omne seminarium venenorum  
in ipso autore proiectum. Nunc ergo quia  
hoc constanti proposito & magna mente  
peregistis, consummato operi fidei illud

*Timotheū  
Aclutum  
dicit.*

adiungite, vt de Catholico ciuitatis illius A  
præfulc quod Deo placet decernatis, qui  
nulla damnatæ toties impietatis sit infe-  
ctus adspargine, ne fortasse rectum vulnus  
sub specie obductæ cicatricis increſcat, &  
plebs Chriſtiana, quæ vobis agentibus aper-  
tè ab hæreticorum peruerſitate liberata  
eſt, lechalibus iterùm obnoxia ſit venenis.

Vides autem, venerabilis Imperator, &  
euidenter agnoſcis, quòd in perſona, de  
cuius abſciſſione agitur non ſola eſt fidei  
integritas intucunda: quæ etiam ſi vllis cor-  
rectionibus profeſſionibusque purgari, &  
in integrum valeret qualibet conditione  
reſtitui, nequaquam tamen quæ ſceleſtè

Locus mē-  
doſus.

\* Tim. j.

Tic. r.

eruentè que commiſſa ſunt, poſſunt proba-  
B  
bilium verborum proteſtationibus aboleri:  
quia in pontifice de hac (maximè tantæ Ec-  
cleſiæ ſacerdote) non ſufficit ſonus linguæ  
& ſermo labiorum: & nihil prodeſt ſi Deus  
voce prædicatur, & mens in impietate con-  
uincitur: De talibus enim per Apoſtolum  
ſanctus Spiritus loquitur: *Habentes ſpeciem*

*pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et*

*iterùm alibi: Deum proſitentur ſe ſcire, factis*

*autem negant.* Vnde cum omni Eccleſiæ

membro, & integræ fidei veritas, & bo-  
norum operum plenitudo quærat: quan-  
tò magis in ſummo Pontifice debent

vtraq; præcellere, quia alterum ſine  
altero non poteſt cum Chriſti corpore C

compagem? Nec neceſſe eſt nunc om-  
nia, quæ Timotheum execrabilem fa-  
ciunt, enarrare, cum copioſè atque mani-  
feſtè in totius mundi notitiam, quæ per

ipſum propter ipſum ſunt geſta, proceſ-  
ſerint: & ſi quid ab incompoſito vulgo con-  
tra iuſticiam perpetratum eſt, in huius om-  
nia verticem confluant, cuius deſideriis

manus furentium ſeruierunt. Vnde ſi etiam  
in profeſſione fidei nihil hic negligat, ni-  
hil fallat, aptiſſimum gloriæ veſtræ eſt ab  
hoc appetitu illum proſus excludere: quia

in tantæ vrbis antiſtitie vniuerſa Eccleſiæ  
videtur deeſſe, membra decet ſancta exul-  
tatione gaudere, vt vera pax Domini non  
ſolùm prædicatione fidei, ſed etiam mo-  
rum clarificetur exemplo. Data 15. Calen-  
darum Iuliarum, Magno & Apollonio con-  
ſulibus, per Philoxeuum agentem in re-  
bus.

Is eſt an-  
nus ſalutis  
460. Ponti-  
ficatus S.  
Leonis 21.

Epiftola C. ad Gennadium Epifco-  
pum Conſtantinopolitanum.

Leo Epifcopus Gennadio Epifcopo  
Conſtantinopolitano.



ILECTIONIS tuæ literis,  
& fratrum cœpifcoporumq;  
noſtrorum Domitiani & Ge-  
miniani ſermone agnoui, Ti-  
motheum poſtquam Eccleſiæ

Alexandrinæ ciuitatis expulſus eſt, Con-  
ſtantinopolim (nonnullis hoc fidei aduer-  
ſariis agentibus) venire permiſſum: vt quæ-  
tùm datur intelligi, quia vniuerſorum Do-  
mini ſacerdotum ſententiis coarctatus, in-  
uicis ſaltem ad Catholicum ſe dogma con-  
uertat, vt tanquam propter hanc tantum-  
modò culpam videtur eiectus, hæreticæ

peruerſitatis errore damnato, doctrinæ A-  
poſtolicæ, vt ad Alexandrinam redeat, ac-  
quieſcat, cum illi, etiam ſi Catholicus pro-  
baretur hoc vehementer obſiſtat, quòd vi-  
uente Epifcopo, tantæ ſedis inuaſor eſt, &  
author apparuit inauditæ crudelitatis ad-  
miſſæ. Et ideò dilectio tua ſollicitudine,

qua claret, eniti & elaborare debet, ne cū  
tam nefario homine ſermo aliquis priua-  
tim, vel publicè miſceatur, nèue ſub ſpecie  
correctionis eius quorundam conuentui  
præbeat occaſio, ne redeundi integram  
capiat libertatem, de quo iam edictis ſuis  
princeps Chriſtianiſſimus iudicauit. Omni  
igitur labore & circumſpectione peruigi-  
li vnitati Eccleſiaſticæ profuturus, enitere  
frater chariſſime, vt ſpes ſuffragatoribus  
ipſius adimatur, & Alexandrinis ex cleto  
ſuo Catholicus Epifcopus ſecundùm mo-  
rem veterem per orthodoxos Epifcopos  
conſecretur: quia parricida ille non alias à  
ſuis deſenſoribus deſeritur, niſi Alexan-  
drina Eccleſia, quæ patrum honori & ſuz  
reſtituenda eſt libertati, rectorem ſanan-  
dis omnibus, quæ malè geſta ſunt, proba-  
tiſſimum fuerit conſecuta. Datum 15.  
Calend. Iulias, Magno & Apollonio Con-  
ſulibus, per Philopenum agentem in re-  
bus.

De cædo  
Proterij  
Epifcopi  
dicit.

## Epistola C.I. ad Timotheum Episcopum Alexandrinum.

Leo Episcopus Timotheo Episcopo Catholico Alexandrina Ecclesia.

Is est Timotheus Salophrosolus, qui in Timothei Aluri locum subrogatus est. Roma. 8. Psal. 33.



**B**VIDENTER apparet sub Apostolicæ splendore sententiæ, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, & diuinæ dispensatione pietatis ubi excipiuntur aduersa, ibi donantur & prospera, quod Alexandrinæ Ecclesiæ experimenta demonstrant, in qua multos sibi patientiæ thesauros humilitas, modestia & tolerantia congregauit: quia iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit: glorificata in omnibus in clyti principis fide, per quem dextera Domini fecit virtutem, ne in thronum beatorum Patrum Antichristi diutius federet opprobrium, cuius impietas nemini magis quam sibi nocuit: quia et si aliquos ad societatem facinoris impulsit, se tantum denique inexpiabiliter cruentauit. Vnde de eo, quod instinctu fidei in fraternitatē tuam cleri & plebis, atque omnium fidelium egit electio, vniuersam mecum Ecclesiam domini gaudere rescribo, vt que hoc benignitas diuinæ pietatis multiplicata gratia confirmet exopto: ita ipsi per omnia tua deuotione famulante, vt etiam eos, qui veritati aliquatenus restiterunt, reconciliandos Deo per Ecclesiæ preces instanter acquiras, & sacramenta Catholicæ fidei, cuius soliditas nullam diuisionem recipit, sollicitus rector adiungas: illum imitatus rerum piūque pastorem qui animam suam posuit pro ouibus suis, & errantem vnā ouem non flagellis coercuit, sed ad ouile propriū suis humeris reportauit. Agat ergo dilectio tua, frater charissime, ne vel Nestoriani dogmatis, vel Eutythiani erroris vllum in Dei populo possit vestigium reperiri: quia nemo potest fundamentum ponere, præter id quod positum est, qui est Christus Iesus: qui vniuersum mundum non reconciliaret Deo Patri, nisi per fidei regenerationem omnes in nostræ carnis veritate susciperet. Cū ergo scribendi opportunitates, quibus fraternitas tua vtatur, extiterint, sicut necessariè & ex more fecisti, vt per filios nostros Danielem presbyterum & Timotheum diaconum ordinationis tuæ ad nos scripta dirigeres: ita omni tempore in hoc officio persequeres, vt de prouerbis pacis sæpè, quan-

Ioan. 10. Luc. 15.

1. Cor. 3.

Atum fieri potest, sollicitudini nostræ mittantur indicia, vt per alterna colloquia sentiamus, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Datum 15. Calend. Septemb. Magno & Apollonio Consulibus.

## Epistola C.II. ad Presbyteros &amp; Diaconos Ecclesiæ Alexandrinæ.

Leo Episcopus Presbyteris & Diaconibus Ecclesiæ Alexandrinæ, dilectissimis filiis in Domino salutem.



**A**VDEO exultanter in Domino de piissimo, quem inter vos habetis affectu, dum sicut scripta vestra manifestant, & pastor gregem, & grex ostendit amare pastorem. Solliciti ergo in inuicem, sicut Apostolus ait, seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis, serperate ad fructum veræ peruenire patientiæ. Quid enim dignius aut velle potestis aut agere, quam vt auxiliante Dei gratia, gloriosissimi principis, fide ad profectum solidissimæ pacis vtamini? remota procul ea bestia, quæ vineam plātationis Dominicæ, sicut Psalmus propheticus canit, singulari feritate vastabat. Quia ergo in ouili Dominico nec furum iam insidiæ, nec latronum timentur incurfus, redeat vniuersitas vestra in concordiam, & magisterio Spiritus sancti illa in omnibus vnitatem expectatur, propter quam dicit Apostolus: *Non querens quod mihi utile est, sed quod multis, vt salui fiant.* Idipsum dicant & sentiant omnes, nulla sint sc̄sum disputationūq; certamina: Quod vsque ad Catholicos præfules in Alexandrina Ecclesia discipuli veritatis didicerunt atque doctuerunt, eadem à cunctis fidelibus confessione promatur: quia varietatem veritatis (quæ est simplex atque vna) non recipit. Si quos autem cuiuslibet ordinis Christianos impia hæreticorum conturbauere mendacia, ad satisfactionis remedia \* *probitate, & in spiritu mansuetudinis cum benignitate corripite: quia, sicut ait beatus Apostolus Petrus, non tardat Dominus promissum, sed patienter agit propter vos, nolens aliquot perire, sed omnes ad pœnitentiam conuerti. Agendum ergo est, ne difficultas veniæ curationem faciat tardiolem.* Data decimo quinto Calend. Septem. Magno & Apollonio Consulibus.

Ephes. 4.

vt possit:

Psal. 79.

1. Cor. 10.

Veritas simplex & vna.

legendum videtur,

promorare:

2. Pet. 5.

Epistola CIII. ad quosdam Aegypti  
Episcopos.

Leo Episcopus Theophilo, Ioanni, Athana-  
sio, Abraha, Danieli, Ioaha, Paphnutio,  
Musao, Panuluo, & Petro, Epi-  
scopis Aegyptiis.



ITERIS fraternitatis vestrae, quas ad me filij nostri Daniel presbyter & Timotheus Diaconus detulerint, cognouisse me gaudeo, quod gloriosi & venerandi Principis fides, Prophetiis & Evangelicis vnita doctrinis, ad sanctos & Deo placitos dispositionum suarum deuenit effectus, vt eruentissimo Alexandrinae Ecclesiae peruasore deiecto, & in longinquo-  
ra translato, dignum sua gubernatione re-  
ctorem totius ciuitatis mereretur electio: ad cuius vos consecrationem nullus ambitus traheret, nulla seditio impelleret, nulla iniquitas incitaret: sed in medio constituta meritorum sanctitate, cum cunctis non dubitaret proponere, quem sibi vniuersitas cuperet praesidere. Vnde reddita populis Christianis Dei pace gaudentes, commendamus vobis inuicem vestri operis dignitatem: vt religiose per omnia ordinatus antistes, fraterne se viuere experiant assensu, & ad abolenda scandala, quae error haereticus excitauerat, cooperatione vestra gaudeat adiuuari. Excluso enim qui imitator diaboli fuit, & in veritate non stetit male vtens specie persuasi honoris & nominis, congruit, vt Alexandrina Ecclesia cum veneretur & diligat, quem & probitate morum, & integritate Catholicæ fidei, dignum tanto sacerdotio comprobauit: cui mutæ charitatis plenum animi nostri praebemus affectum, cohortantes fratres charissimi, & fiducialiter exigentes, vt in praedicatione verbi, in eruditione praeepti illam formam custodiatis charitatis, sine qua nullæ possunt prodesse virtutes. Quod autem fratri & coepiscopo nostro Timotheo de reuocandis his, qui à veritatis itinere deuiantes, inconsultis se ferociusque gesserunt, scriptum esse cognoscitis, dilectio quoque vestra ad curam suam intelligat pertinere: vt quia lese pestilens illa ægritudo diffudit, vbique omnibus eadem adhibeatur medicina vulneribus, vt per diligentiam pastorem in cunctis Ecclesiis Domini ouile reparetur, &

Aper sollicitudinem charitatis atque doctrinae, omnes Christi oues vnũ sentiant habere pastorem. Data 15. Calend. Septembris, Magno & Apollonio consulibus.

Epistola CIV. S. Leonis Papæ, ad  
vniuersos Episcopos per Sici-  
liam constitutos.

Vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis scribit, & Constitutione perpetua ab Episcoporum vsurpatione rescandam decernit, quod in duabus Siciliae Ecclesiis improbe gestum, iniusteque per Episcopos ibidem praesumptum est in Ecclesiarum suarum bonis illicitè alienandis. Quare & Decretum hic perpetuum interponit, de rebus Ecclesiae non alienandis: penasque aduersus contrauentores decernit.



LEO Papa vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis, in Domino salutem. Occasio \* specialium querelarum, curam nobis prouidentiae generalis indicit, vt quod in duabus prouinciæ vestrae Ecclesiis improbe gestum, iniusteque praesumptum est, id Constitutione perpetua ab \* omni Episcoporum vsurpatione rescandam. \* Taurominitanis enim Clericis, Ecclesiae deplorantibus nuditatem: eo quod omnia eius praedia, vendendo, donando, & diuersis modis alienando, Episcopus dissiparet: etiam Panormitani Clerici, quibus nuper est ordinatus Antistes, similem querimoniarum, in sancta Synodo, cui \* praesse debeamus, de vsurpatione prioris Episcopi causam detulerunt. Quamuis ergo ordinatum à nobis sit, quemadmodum vtriusque Ecclesiae vtilitatibus consulatur, ne tamen hoc perniciosum nequissimæ deprædationis exemplum cuiquam posthac fiat imitabile, hanc praeepti nostri formam apud dilectionem vestram volumus esse perpetuam: qua, sine exceptione decernimus, vt, ne quis Episcopus de Ecclesiae suae rebus, audeat quidquam vel donare, vel commutare, vel vendere, nisi fortè ita aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat, & cum totius Cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod non sit dubium Ecclesiae profuturum. Nam Presbyteri, vel Diaconi,

Ex antiquo MS cod. Card. Sireti. al. Spirituum.

al. omnium. al. Taurominitanis.

al. cui praesideamus.

Decretum de rebus Ecclesiae non alienandis.

aut cuiuscunque ordinis Clerici, qui conuenientiam in Ecclesiæ damna miscuerint, sciant se, & ordine, & communione priuandos: quia plenum iustitiæ est, fratres charissimi, vt non solum Episcopi, sed etiam totius Cleri studio, Ecclesiasticæ utilitatis incrementa seruentur, & eorum munera illibata permaneant, quæ pro animarum suarum salute, fideles de propria substantia Ecclesiis contulerunt. Data XI. Kalend. Nouembriis. \* Calypio V. C. Conf.

al. Callepio,  
& al. Alypio.

Epistola CV. S. Leonis Papæ, ad Iulianum Coensem Episcopum.

*Niceni Concilij auctoritas quanti faciendâ sit, demonstrat. Iulianum Coensem Episcopum, cui hic scribit, graui ter prouidenterque, quod Anatolijs Constantinopolitani Episcopi plures Ecclesias ambiciose affectantis, desiderio fauerit, coarguit: amantèrque eundem, vt maior apud ipsum sit vniuersalis Ecclesiæ status, quam quod in cuiusquam gratiam ab ipso velit postulare, quæ sine reatu vtriusque ipsorum, nec sibi concedere, nec ei liceat obinere, admonet.*



**L**eo Papa Iuliano Coensi Episcopo. Dilectio tua non ignorat, quàm constanti fixoque proposito Sanctorum Nicænorum Canonum statuta custodiam, dissolui omnes Ecclesiasticas regulas æstimans, si quidquam ex illa Sacrosancta Patrum constitutione violetur. Quare miror talia te per fratrem & Coepiscopum nostrum Lucianum dirigere scripta potuisse, quibus in tantum pro appetitu nouæ litterarum \* gressionis interuenis, vt tibi putes aliquid speciale præstandum, si his qui illicitè concupiscunt, annuero. Quantumlibet autem te affectione complectar, nullo tamen modo poteris obtinere, vt me in excidium ecclesiastici status, vel \* suadendo impellas, vel supplicando traducas. Frater enim & Coepiscopus noster Anatolius, si diuina beneficia, & mei fauoris assensum sapienter intelligit, satis illi suffecerit, obtinuisse, quod summus Antistes de honore Episcopatus sui gratias Deo referat, & se ab illicitorum cupiditate contineat; & quicumque illum specialiter

Ex MS. cod. Card. Sulcri.

Nicæni Concilij auctoritas.

al. transfgressionis.

al. superaddendo.

**A** diligunt, tali eum debent confirmare consilio: vt impossibilia omnino non querat; & sibi, talia concupiscendo, non noceat: quia \* nullus apud me patrociniis ita poterit adiuuari, vt his quæ postulat, calcata Patrû constitutione, consentiam. Rescribens itaque ad Epistolas tuas, pro ea qua diligo affectione, te moneo; vt maior apud te sit vniuersalis Ecclesiæ status, saluberrima olim, & vera ordinatione munitus, quàm vt in cuiusquam gratiam à me velis postulare, quæ sine reatu vtriusque nostrum, nec mihi concedere, nec tibi liceat obtinere. Dat. II. Kal. Iunias, Herculano viro clarissimo Consule.

**B** Epistola CVI. S. Leonis Papæ, ad Episcopos per Arelatensem Galliæ Prouinciam constitutos.

*Gaudet S. Leo Pontifex de bona ac pacifica electione Episcopi Arelatensis facta. Laudatque in eo Comprovinciales Episcopos, quod post defunctum Hilarium Arelatensem Episcopum, concordibus votis ac animis Rauennium, virum vita ac moribus probatum, in eiusdem locum subrogauerint: Cui ideo bonum in suo regimine successum precatur, & vt bonæ de se conceptæ opinionis atque expectationi satisfaciatur, exoptat.*

**C**



**D**ILECTISSIMIS fratribus, Constantino, Audentio, Rustico, Auspicio, Nectario, Nectario, Floro, Acclepio, Iusto, Augustali, Hymnatio & Chrylaphio, Leo Papa. Iusta & ratio-

Ex MS. antiquo cod. Ecclesiæ Arelatensis apud Baron: an 449. n. 16.

nabilis causa gaudendi est, cum à Sacerdotibus Domini ea gesta cognoscimus, quæ & paternorum Canonum regulis, & Apostolicis congruant institutis. Necessè est enim, vt omne corpus Ecclesiæ salubri crescat augmento, si membra, quæ præfunt, & vigore excellant auctoritatis, & tranquillitate moderaminis. Quod ergo in Arelatensium ciuitate, defuncto sanctæ memoriæ Hilario, verum etiam nobis probatum fratrem Rauennium, secundum desideria Cleri, honoratorum & plebis, vnanimiter consecrasti: bonum fraternitatis vestræ opus nostro iudicio roboramus. Quia electionem pacificam atque concordem, cui nec merita morum, nec studia ciuium defuerunt, postulationis quidem humanæ, sed inspirationis

credimus fuisse diuinæ. Vtatur itaque, fratres charissimi, Dei munere memoratus. Antistes, & secundum consonantia omnium ordinum vota, quid ex ipso deuotionis expectetur, intelligat: ut dispensationis sibi creditæ diligens ac temperans executor, vestro testimonio non inferior, & nostro favore per omnia sit dignior. Deus vos incolumes custodiat, fratres charissimi. Dato II. Kalend. Septembr. Asterio & Protogene Confl.

Epistola CVII. S. Leonis Papæ, ad Raennium Arelatensem Episcopum.

*Petroniani vagi atque erronei hominis temeritati obuiandum monet, & ab omnium Ecclesiarum communione, ne ulterius fallaciter alios decipere pergat, eundem expellendum serio mandat.*

Ex MS. Arelatens. apud Baron. 449. n. 62.

**D**ILECTISSIMO fratri Raennio Leo Papa. Circumspectum te volumus esse atque sollicitum, ne quid sibi prestanda possit vindicare præsumptio; quæ cum aditum falsa surreptione reperit, ad maiorem se temeritatem nomine vsurpatae dignitatis extendit. Petronianum quandam vagum & semper erroneum certa nos Clericorum tuorum suggestione didicimus per Gallias se nostrum esse Diaconum iactasse, & sub huius honoris obtentu, diuersas eius Prouinciarum Ecclesias circuire. Cuius audaciæ tam nefandæ, dilectionem tuam, frater charissime, ita volumus obuiare, ut eum, admonitis etiam totius prouinciæ Episcopis, in sua falsitate defectum, ab omnium Ecclesiarum communione, ne ulterius hoc vsurpet, expellas. Dominus te incolumem custodiat, frater charissime. Data sub die 7. Kalendas Septemb. Asterio & Protogene, VV. Clarissimis Consulibus.

EPISTOLA COMPROMISSORUM Episcoporum metropolitans Arelatensis, ad S. Leonem Papam.

*Episcopi Comprovinciales legationem (occasione Rauennij recenter in Episcopum Arelatensem electi) ad S. Leonem Papam instituerunt, pro recuperandis antiquis iuribus ac priuilegijs Arelatensis Ecclesie, illud in primis deposcentes, ut de more antiquo Prouincia Viennensis eadem Ecclesie Arelatensi subiiceretur.*



**D**ECES missæ ab vniuersis Episcopis Metropolitans Arelatensis ad S. Leonem Papam. Memores, quantum honoris & reuerentiæ, beatissimæ sedi Apostolicæ, cui vos Dominus noster Iesus Christus pro meritis sanctitatis voluit præsidere, semper debitum fuerit, semperque debeatur: ordinationem, qua Sanctus frater, & Coepiscopus noster Raennius in ciuitate Arelate post transitum beatae recordationis Hilarij Episcopi, concordantibus omnium votis, ad summum Pontificium, Domino fauente, prouectus est, missis continuo litteris apostolatui vestro indicare curauimus. Quibus à beatitudine vestra, tanta dignatione & & charitate fuisse responsum, immensas gratias agimus; etsi tantas, quantas debemus, referre non possumus.

Notum licet nobis ante iam fuerit, prædictum Sanctum fratrem, & Coepiscopum nostrum maximè coronæ vestræ gratiam suorum mansuetudinem & sanctitatem meruisse: perceptis nunc tamen beatitudinis vestræ litteris, quanta eum charitate complectamini, euidenter agnouimus. Vnde præmissis officiis, quæ Apostolatui vestro iure debentur, suggestionem nostram, quæ iustitiæ partibus fungitur, audiendam à coronâ vestra, minimè dubitamus. Quippe cùm non aliqua noua institui, sed prisca per vos optamus & antiqua reparari. Nec enim iustum est, ut honorem eius, quem (ut probauimus) impensè diligitis, illa res minuat, quæ pietatem vestram altè offendit. Et sanè manifestum est, Ecclesie Arelatensi diuinæ gratiæ fauorem

Ex MS. Arelatens. apud Baron. 450. n. 51.

Corona Episcopalis Papa attribuitur.

adesse, cui talem habere contigit Sacerdotem, per quem privilegia dignitatis antiquæ, quæ dolebat sibi pro tempore diminuta, gauderet in perpetuum recentioribus Apostolicæ Sedis auctoritatibus reformata.

Arelatenſis  
ciuitatis  
olim præ-  
rogatiua.

Omnibus etenim regionibus Gallicanis notum est, sed nec Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatenſis ciuitas missum à beatissimo Petro Apostolo sanctum Trophimum habere meruit Sacerdotem, & exinde aliis paulatim regionibus Galliarum donum fidei & religionis infusum: priusque alia loca ab hoc riuo fidei, quem ad nos Apostolicæ institutionis fluena miserunt, meruisse manifestum est Sacerdotem, quam Viennensis ciuitas, quæ sibi nunc impudenter ac notabiliter primatus exposcit indebitos. Iure enim ac merito ea Vrbs semper apicem Sanctæ dignitatis obtinuit, quæ in sancto Trophimo primitias nostræ religionis prima suscepit, ac postea intra Gallias hoc quod diuino munere fuerat consecuta, studio doctrinæ salutaris effudit. Cuius honoris obtentu Ecclesiam Arelatenſem omnes decessores prædeceſſoresque nostri velut matrem debito semper honore coluerunt; tenentisque traditionem totam ab hac sibi ciuitatis nostræ sede Episcopos postularunt. Ab huius Ecclesiæ sacerdote tam decessores nostros, quam nos ipsos constat in summum Sacerdotium, donante Domino, consecratos. Quam quidem antiquitatem sequentes prædeceſſores Beatitudinis vestræ, hoc quod erga privilegia Arelatenſis Ecclesiæ institutio veruſta tradiderat, promulgatis (sicut & ſcrinia Apostolicæ Sedis procul dubio continent) auctoritatibus confirmarunt: credentes plenum esse rationis atque iustitiæ, vt sicut per beatissimum Petrum Apostolorum principem Sacrosanctæ Ecclesia Romana teneret supra omnes totius mundi Ecclesias principatum, ita etiam intra Gallias Arelatenſis Ecclesia, quæ sanctum Trophimum ab Apostolis missum sacerdotem habere meruisset, ordinandi pontificium vendicaret, his secundum religionem vitur privilegii Ecclesia memorata.

ſcrinia A-  
poſtolicæ  
Sedis.

Cæterum multa sunt, quibus secundum instituta Principum cunctis intra regiones nostras ciuitatibus præferatur. Hæc in tantum à gloriosissimæ memoriæ Constantino peculiariter honorata est, vt ab eius vocabulo præter proprium nomen, quo Arelas vocitatur, Constantina nomen ac-

ceperit. Hanc clementissimæ recordationis Valentinianus & Honorius fidelissimi Principes specialibus privilegiis, & vt verbo ipſorum vtamur, matremonium Galliarum appellando decorarunt. In hac Vrbe, quicumque intra Gallias ex tempore prædictorum ostentare voluit insignia dignitatis. Consularum suscepit & dedit: hanc sublimissima præfectura, hanc reliquæ potestates, velut communem omnibus patriam, semper inhabitant.

Arelas, alias  
Constantina est ap-  
pellata, &  
alias Matræ  
onum Gal-  
liarum.

Ad hanc ex omnibus ciuitatibus multarum vtilitatum causa concurritur: & planè ita sibi erga privilegia memorata, vel Ecclesiæ, vel ciuitatis, diuina (vt credimus) dispensatione, omnia consenserunt, vt semper sicut Ecclesia Arelatenſis intra Gallias primatum in Sacerdotio antiquitatis merito, ita etiam ciuitas ipsa principatû in sæculo opportunitatis gratia possederit. Vnde factum est, vt non solum provincie Viennensis ordinationem, sed etiam trium provinciarum, contemplatione sancti Trophimi (sicut & Sanctorum prædeceſſorum vestrorum patrefacta sibi testatur auctoritas) Arelatenſis Ecclesiæ Sacerdos ad sollicitudinem semper suam, curamque reuocarit. Cui id etiam honoris dignitatisque collatum est, vt non tantum has provincias potestate propria gubernaret, verum etiam omnes Gallias, sibi Apostolicæ Sedis vice mandata, sub omni Ecclesiastica regula contineret.

His itaque omnibus intimatis, & in notitiam Beatitudinis vestræ fideli assertione perlatis, quæsumus & obsecramus coronam Sanctimonie vestræ per nomen Domini nostri Iesu Christi, qui in vobis iustitiam, patientiam, tranquillitatem, & bona totius sanctitatis ac perfectionis elegit, & per beatissimum Apostolum Petrum, quem vita & conuersatione vestra nobis diuino munere redditum credimus, vt quidquid Arelatenſis Ecclesia (sicut superius indicauimus) vel ab antiquitate suscepit, vel postea auctoritate Sedis Apostolicæ vendicauit, id omne ad suum pontificium reuocare eiusdem Ecclesiæ Sacerdotem beatitudinis vestræ auctoritas in perpetuum mansura præcipiat. Ipsi autem vel officiorum causa, vel huius legationis obtentu: Sanctimonie vestræ nos præsentassemus aspectibus, nisi alios infirmitas, alios anni præsentis penuria ab hac votorum nostrorum cupiditate reuocasset: Sed confidimus in Domino Iesu Christo, qui precibus & desideriis nostris effectum promptissimè pietatis vestræ

Coronæ E-  
pithetum  
Papæ ap-  
plicatum.

præstitit, quod qui nunc legationis officio fraudamur, gratiarum postea referendarum per nosmetipsos actione fungemur.

Epistola CIX. S. Leonis Papæ, ad Comprouinciales Episcopos Metropolis Arelatensis.

*Sententiam atque Decretum suum S. Leo interponit super antiqua questione iurisdictionis inter Arelatensem & Viennensem Ecclesias singulasque suis limitibus contentas esse debere decernit.*

Ex MS. Arelaten. Baro. an. 450. n. 57.



**D**ILECTISSIMIS fratribus Constantino, Armatario, Audentio, Seneriano, Valeriano, Vrso, Stephano, Nestario, Constantio, Maximo, Aclepio, Theodoro, Iusto, Ingenuo, Augustali, Superuentori, Vnatio, Fonteio, Palladio, Leo Papa. Lectis Dilectionis vestre litteris, quas ad nos filij nostri Petronius presbyter, & Regulus diaconus derulerunt, quam beneuolum fratri & Coepiscopo nostro Rauennio impendatis affectum, euidenter agnouimus: siquidem postulatis, vt ei quod decessor ipsius merito nimie præsumptionis amiserat, reformetur. Sed petitionem fraternitatis vestre Viennensis Episcopus missis litteris & Legaris, sua suggestione præuenerat, conquerens Arelatensem Episcopum ordinationem sibi \* Valsensis Antistitis vsurpasse. Cum itaque nobis ita & paternarum reuerentia sanctionum, & omnium vestrum seruanda sit gratia, vt in Ecclesiarum priuilegiis nihil conuelli, nihil patiamur excidi: consequens fuit, vt ad conseruandam intra Viennensem & Arelatensem prouincias pacem, adhiberetur iustitiae moderatio, quæ nec antiquitatis vsus, nec desideria vestra negligeret.

Sententia Papæ Leonis super antiqua controversia iurisdictionis inter Arelatensem & Viennensem Ecclesias.

Consideratis enim allegationibus vtriusque partis præsentium Clericorum, ita semper intra prouinciam vestram & Viennensem & Arelatensem ciuitates claras fuisse reperimus, vt quarundam causarum alterna ratione, nunc illa in Ecclesiasticis priuilegiis, nunc ista præcelleret, cum tamen eisdem commune ius quondam fuisse, à gentibus proderetur. Vnde

A Viennensem ciuitatem, quantum ad Ecclesiasticam iustitiam pertinet, inhonoratam penitus esse non patimur; præsertim cum de receptione priuilegij, auctoritate iam nostræ dispositionis vtatur. Quam potestatem Hilario Episcopo ablatam, Viennensi Episcopo credimus deputandam: qui ne repente semetipso factus videatur inferior, vicinis sibi quatuor oppidis præsidebit, id est, Valentia, & Tharantasia, & Geneuæ, & Gratianopoli, vt cum eis ipsa Vienna sit coniuncta, ad cuius Episcopum omnium prædictarum Ecclesiarum sollicitudo pertineat: reliquæ verò ciuitates eiusdem Prouinciae sub Arelatensis Antistitis auctoritate & ordinatione consistant: quem pro modestiæ suæ temperantia, ira futurum credimus studiosum charitatis & pacis, vt nequaquam sibi credat ablatum, quod fratri videat esse concessum. Data 3. Non. Maij, Valentiniano August. 7. & Abieno V. C. Conf.

Quatuor oppida Viennensi Episcopo subiecta.

*In fine huius Epistolæ, hæc quæ sequuntur verba habentur: Hoc præceptum Domini Leonis confirmatum est à Sede Apostolica, præsentente Symmacho Papa, Probo V. C. Consule.*

Epistola CX. S. Leonis Papæ, ad Rauennium Arelatensem Archiepiscopum.

*Mittit Rauennio famosam & insignem illam suam dogmaticam Epistolam de incarnatione Verbi Dei aduersus hæreticos, vt pro defensione fidei, per eum doctrina eiusdem Epistolæ cunctis Gallia Episcopis fideliter innotescat atque clarescat.*



**D**ILECTISSIMO fratri Rauennio, Leo Papa. Diu filios nostros, Petronium presbyterum, & Regulum diaconum in Vrbe tenuimus: quoniam & de

Ex MS. Arelaten. Baro. an. 450. n. 59.

nostra hoc gratia merebantur, & fidei, quæ nunc quorundam errore vexata est ratio postulabat. Voluimus enim eos interesse tractatui, & vniuersa cognoscere, quæ per te cupimus ad omnium strarum & confacerdotum nostrorum notitiam peruenire: charissimæ hoc dilectioni tuæ specialiter delegantes, vt sollicitudine vigilantia

vigilantiæ tuæ Epistola nostra, quam ad Orientem pro fidei defensione direximus, vel sanctæ memoriæ Cyrilli, quæ nostris sensibus tota concordat, vniuersis fratribus innotescat: vt certiores effecti contra eos qui incarnationem Domini prauis persuasionibus æstimant temerandam, spirituali se virtute præmuniant. Habes probabilem facultatem, qua cunctis Ecclesiis, & Domino nostro Episcopatus tui possis commen-

A dare primordia, si hæc ita, vt credimus, atque mandauimus, impleueris, frater charissime. Quæ autem committenda litteris non fuerunt, cum prædictorum filiorum nostrorum insinuatione didiceris, charissime, Domini fretus auxilio efficaciter (vt diximus) aut laudabiliter exequemur. Deus te incolumem custodiat, frater charissime. Dat. 3. Non. Maij, gloriosissimo Valentiano Aug. 7. & Abieno V. C. Confl.



TRACTATUS SANCTI LEONIS  
PAPÆ, ADVERSVS ERRORES EVTYCHETIS,  
ET ALIORVM HÆRETICORVM.

Ex vetusto  
manuscrip-  
to Vatic.  
num. 23. 46.



D Ecclesiæ filios instruendos, addendum est nostri sermonis obsequium. Non enim timens ne spirituales & eruditi nota fastidiant, ad quorum fructum pertinet aliis insinuare, quod ipsi cum magna sui vtilitate didicerunt. Fiat ergo per corda omnium, dispensatio munerum diuinorum, & sermonem oris nostri, docti, indoctique non spernant. Adsit etiam nostræ fidei, ipsius largitas, de cuius maiestate loqui \* tentamus: vt ad profectum totius Ecclesiæ suæ, & vos capaces, & nos faciat abundantes. Cùm igitur ad intelligendam dignitatem Spiritus sancti oculos mentis intendimus, nihil diuersum ab excellentia patris & filij cogitemus; quia in nullo ab vnitae sua discrepat diuinæ \* Trinitatis essentia. Semperiternū est Patri, coæterni sibi Filij esse genitorem. Semperiternū est Filio, intèpotaliter à Patre esse progenitū. Semperiternū quoque est Spiritui sancto, Spiritum esse Patris, & Filij: vt numquam sine Filio Pater, numquam Filius sine Patre, numquam Pater & Filius sine Spiritu sancto fuerint. Et omnibus existentia gradibus exclusus, nulla ibi persona sit anterior, nulla posterior. Huius enim beatæ Trinitatis \* incommutabilis diuinitas, vna est in substantia, indiuisa in opere, consors in voluntate, par in omnipotentia, æqualis in gloria. De qua cùm Scriptura sancta sic loquitur, vt aut in factis, aut in verbis aliquid \* designet, quid singulis videatur conuenire personis, non perturbatur fides catholica, sed docetur: vt per

B proprietatem aut vocis aut operis, insinuetur nobis veritas Trinitatis, & non diuidat intellectus, quod distinguit auditus. Ob hoc enim quædam siue sub Patris, siue sub Filij, siue sub Spiritus sancti appellatione promuntur, vt confessio \* fidelium in Trinitate nõ erret. Quæ cùm sit inseparabilis, numquam intelligeretur Trinitas esse, si semper inseparabiliter diceretur. Bene ergo ipsa difficultas loquendi cor nostrum ad intelligentiam trahit, & per infirmitatem nostram cælestis doctrina nos adiuuat: vt quia in deitate Patris, & Filij & Spiritus sancti, nec singularitas est, nec diuersitas cogitanda, vera vnitas & vera Trinitas possit quidem mente simul sentiri, sed non possit simul ore proferri. Fundata igitur, dilectissimi, in cordibus nostris hac fide, qua salubriter credimus, quod tota simul Trinitas vna virtus est, vna maiestas, vna substantia, indiscrera \* operatio, inseparabilis dilectio, indifferens potestas simul implens omnia, simul continens vniuersa. Quod enim est Pater, hoc est & Filius, hoc est & Spiritus sanctus: Et vera deitas, in \* nullo esse aut minor aut maior potest: Quæ sic in tribus est confitenda personis, vt & solitudinem non recipiat Trinitas, & vnitatem seruet æqualitas. \* Nūquam enim ab omnipotentia Patris, & Filij, Spiritus sancti est discreta maiestas. Et quidquid in dispositione omnium rerum agit diuina moderatio, ex totius venit prouidentia Trinitatis. Vna est vbi benignitas misericordiæ, vna censura iustitiæ: nec aliquid est in actione diuisum, vbi nihil est in voluntate diuersum.

al. credens  
suum.

al. loqui ge-  
stimus.

al. diuinita-  
tis essentia.

Fides S.  
Trinitatis.

al. indiscrera  
operatio, in-  
separabilis  
dilectio, in-  
differens  
potestas,  
&c.

in nullo, esse  
aut minor,  
aut maior

al. Et incommu-  
tabilis  
Deitatis,  
vna est sub-  
stantia, &c.

in odopera  
Trinitatis  
sunt indiuisa.

al. assignet,  
quod singu-  
lis videatur  
conuenisse  
personis,  
&c.

Quæ ergo illuminat Pater, illuminat Filius, illuminat Spiritus sanctus. Cumque alia sit persona missi, alia mittentis, alia promittentis, simul nobis & vnitas manifestatur & Trinitas: vt essentia habens æqualitatem, & non recipiens solitudinem; & eiusdem substantiæ, & non eiusdem intelligatur esse personæ. Quod ergo salua cooperatione inseparabilis deitatis, quædam Pater, quædam Filius, quædam propriè Spiritus sanctus exequitur, nostræ redemptionis dispositio, nostræ salutis est ratio. Si enim homo ad imaginem & similitudinem Dei factus, in suæ naturæ honore mansisset, nec diabolica fraude deceptus, à lege sibi posita per concupiscentiam deuiasset, creator mundi creatura non fieret: neque aut sempiternus temporalitatem subiret, aut æqualis Deo Patri Filius Deus, formam serui & similitudinem carnis peccati assumeret. Sed quia inuidia diaboli mors intrauit in orbem \* terræ, & aliter solui captiuitas humana non potuit, nisi causâ nostrâ ille susciperet \* sine maiestatis suæ damno, & verus homo fieret, & solus peccati contagium non haberet: diuisit sibi opus nostræ reparationis misericordia Trinitatis, vt Pater propitiaretur, Filius propitiaret, Spiritus sanctus igniret. Si igitur duce gratia, dilectissimi, fideliter sapienterque noscimus, quid Patri, quid Filio, quid Spiritui sancto, in reparatione nostra proprium, quidue commune sit, ea quæ pro nobis humiliter & corporaliter gesta sunt, ita proculdubio suscipiemus, vt nihil indignum de vna atque eadè Trinitatis gloria sentiamus. Quamuis enim nulla mens ad cogitandum de Deo, nulla ad loquendum lingua sufficiat, tamen quantumcumque illud est, quod humano intellectu de essentia paternæ deitatis attingitur, nisi vnum atque idem est, cum \* id de vnigenito eius, & de Spiritu sancto cogitatur, non piè sapitur, sed nimis carnaliter caligatur, & ipsum quod de Patre congruenter sentiri videbatur, amittitur, quia de tota Trinitate receditur, si in ea vnitas non tenetur. Nulla autem ratione verè est vnum, quod aliqua est in æqualitate diuersum. Cum ergo ad consistendum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum aciem mentis intendimus, procul ab animo formas visibilibus rerum, & ætates temporalium naturarum, procul corpora locorum & loca corporum repellamus. Discedat à corde, quod spatio extenditur, quod sine concluditur, & quidquid nec semper vbique, nec totum est. Cogitatio de deitate Trinitatis concepta, nihil per distantiam intelligat,

Genes. 1.

Sapient. 2.

al. terrarum,  
al. qui sine,  
Ec.

al. cum vel  
de vnigenito  
eius, vel  
de Spiritu  
sancto, Ec.  
De S. Trinitate  
ut sit  
cogitandum.

A nihil per gradus quærat, aut \* si quid dignum Deo sentierit, nulli hoc ibi audeat negare personæ. \* Hanc autem fidem non terrena sapientia reperit, nec opinio humana per-suasit: sed ipse vnigenitus Filius docuit, ipse Spiritus sanctus instituit: De quo nihil est aliter, quàm de Patre & de Filio sentiendū: quia licet non sit Pater, non sit Filius, non tamen est à Patre Filioque diuisus. Et sicut propriam habet in Trinitate personam, ita vniam habet in Patris & Filij deitate substantiam, omnia implentem, omnia continentem, & cum Patre & Filio vniuersa moderatam, in secula. \* Quid enim tā aduersatur Prophetis, tam repugnat Euangelis, tam denique est Apostolicis rebelle doctrinis, quàm in Domino Iesu Christo ex Maria virgine genito, & sempiterno Patri intemporaliter coæterno, vniam ac singularem prædicare naturam? quia si hominis intelligenda est, vbi est quæ saluat deitas? si tantummodo Dei, vbi est quæ saluatur humanitas? Fides autem Catholica quæ omnibus resistit erroribus, etiã istas simul impietates refutat, damnas Nestorium diuina ab homine diuidentem, detestans Eutychem, in diuinis humana vacuantem: quoniam veri Dei Filius, Deus verus, vnitatem & æqualitatem habes cum Patre; & cum Spiritu sancto. Idè verus homo esse dignatus, nec conceptu virginis matris seiunctus à carne, nec partu: sic humanitatem sibi vnians, vt Deus incommutabiliter permaneret, sic deitatem homini impertiens, vt eum glorificatione non consumeret, sed auget. Qui enim factus est in forma serui, in forma Dei esse non destitit; nec aliter in altero, sed vnus in vtroque est. Nullis dispensationum varietatibus fides nostra turbetur, sed in miraculis virtutum, siue in contumeliis passionū & Deum qui homo est, & hominem credamus esse, qui Deus est. Verus itaque Deus, & verus homo vnus est Christus, diues in suis, pauper in nostris, dona accipiens, & dona diffundens, particeps mortalium, & viuificatio mortuorum: vt in nomine Iesu Christi omne genu flectatur.

Nesciens igitur Eutyches, quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, neque volens in sanctarum Scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem confessionem sollicito recepisset auditu, qua fidelium vniuersitas profiteatur, credere in Deum Patrem omnipotentem, & in Iesum Christum Filium eius vnicum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, \* & Maria virgine. Quibus tribus sententiis, omnium fere hæreticorum machi-

al. At si quid  
de Deo dignum  
sentierit, Ec.  
Ista sub si-  
ne sermo-  
nis Tertij  
de Pentec.  
coste ha-  
bentur.

Hucusque  
ex sine  
Serm. Tertij  
de Pentec.  
coste.

Contra Ne-  
storium &  
Eutychem.

Ista sunt in  
Epistola S.  
Leonis ad  
Flavianum.

al. ex Maria  
virgine.

al. cum enim  
Deus Om-  
nipotens &  
aeternus cre-  
ditur; con-  
sempiternus  
eidem filius  
demonstratur.

hæc destruantur. Cum enim \* Deus & omnipotens Pater creditur, sempiternus eidem Filius demonstratur, in nullo à Patre differens; quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens; de æterno natus est coæternus: non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non diuinus essentia. Idem verò sempiterni genitoris vnigenitus sempiternus, natus est de Spiritu sancto, ex Maria virgine. Quæ natiuitas temporalis, illi natiuitati diuinæ & sempiternæ nihil minuit, nihil cõtulit: sed totam se reparando homini, qui erat deceptus, impendit; & \* vt mortem vinceret, & diabolium, qui habebat mortis imperium, sua virtute destrueret.

al. vt &  
mortem.

In quo etiam confictu pro nobis inito, magno & mirabili æquitatis iure certatum est, dum omnipotens Deus cum sæuissimo hoste non in sua maiestate, sed in nostra humilitate congreditur, obiciens eandem formam, eademque naturam, mortalitatis quidem nostræ participem, sed peccati totius expertem. Non enim superare nos possemus peccati & mortis auctorem, nisi naturam nostram ille susciperet, & suam faceret, quem nec peccatum contaminare, nec mors potuit detinere. Conceptus quippe est de Spiritu sancto, intra vterum virginis matris: quæ illū ita salua virginitate edidit, quemadmodum salua virginitate concepit. An forte ideo putauit hæreticus ille Dominum nostrum Iesum Christum, non nostræ esse naturæ, quia missus Angelus ad Virginem ait: Et virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nasceretur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei: vt quia conceptus virginis diuini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti? Sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, vt per nouitatem creationis proprietates remota sit generis. Fecunditatem enim virginis Spiritus sanctus dedit, veritas autem corporis de corpore sumpta est, & adificante sibi sapientia domum, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hoc est, in ea carne, quam sumpsit ex homine, & quam Spiritus vitæ rationalis animauit. Verbum igitur Dei Deus, Filius Dei, qui in principio erat apud Deum, per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. Propter liberandum hominem ab æterna morte factus homo, ita se ad susceptionem humilitatis nostræ sine diminutione maiestatis suæ inclinans, vt manens quod erat, assumensque quod non erat, veram serui formam ei formæ in qua Deo Patri est æqualis vniret, &

Præu. 9.

A tanto scedere naturam vtramque confere-  
ret, vt nec inferiorem cõsumeret glorifica-  
tio, nec superiorē minueret assumptio. Sal-  
ua igitur proprietate vtriusque naturæ, & in  
vnam coeunte personam, suscepta est à ma-  
iestate humilitas, à virtute infirmitas, ab æ-  
ternitate mortalitas; & ad resoluendū con-  
ditionis nostræ debitum, natura inuolabili-  
lis naturæ est vnita, passibili, vt quod nostris  
remediis congruebāt, vnus atque idem me-  
diator Dei & hominum. homo Christus Ie-  
sus, & mori posset ex vno, & mori non pos-  
set ex altero. Integra \* ergo perfectione ve-  
ri hominis, perfectæque natura, verus natus  
Deus est, totus in suis, & totus in nostris.

Ioan. 1.  
Eadem sunt  
in Epistola  
ad Flavia-  
num.

al. In inti-  
gra ergo ve-  
ri hominis  
perfecta quo-  
natura, &c.

B Nostra autem dicimus, quæ in nobis ab ini-  
ticipio creator condidit, & quæ reparanda sus-  
cepit. Nam illa, quæ deceptor intulit, & ho-  
mo deceptus \* amisit, nullum habuerit in  
Saluatore vestigium. Nec quia communio-  
nem humanarum subiit infirmitatum, ideo  
nostrorum fuit particeps delictorū. Assum-  
psit formam serui sine sordē peccati, huma-  
na augens, diuina non minuens: quia exi-  
natio illa, qua se inuisibilis visibilem præ-  
buit, & creator ac Dominus omnium \* vnus  
voluit esse mortalium, inclinatio fuit mise-  
rationis, non defectio potestatis. Proinde  
qui manens in forma Dei, fecit hominem,  
idem in forma serui factus est homo. Tenet  
enim sine defectu proprietatem suam vtra-  
que natura. Et sicut \* forma serui, Dei for-  
mam non adimit: ita forma Dei formam  
serui non minuit. Nā quia gloriabatur dia-  
bolus, hominem, sua fraude deceptum, di-  
uinis caruisse muneribus, & immortalita-  
tis dote nudatū, duram mortis subiisse sen-  
tentiam, seq. in malis suis quoddā de \* pre-  
uaricatoris consortio inuenisse solatium,  
Deum quoque, iustitiæ exigente ratione,  
erga hominem, quem in tanto honore con-  
diderat, propriam mutasse sententiā: opus  
fuit secreti dispensatione consilij, vt incom-  
mutabilis Deus, (cuius voluntas non potest  
sua benignitate priuari) primam erga nos  
pietatis suæ dispensationem, sacramento  
occultiore compleret, & homo diabolicæ  
iniquitatis versutia actus in culpam, contra  
Dei propositum non periret. Ingreditur  
ergo hæc mundi \* infirma Filius Dei, de  
cælesti sede descendens, & à paterna glo-  
ria non recedens, nouo ordine, noua nati-  
uitate generatur. Nouo ordine, quia inui-  
sibilis in suis, visibilis est factus in nostris.  
Incomprehensibilis, voluit comprehendi.  
Ante tempora manens, cœpit esse ex tem-  
pore. Vniuersitatis Dominus seruailem for-  
mam, obumbrata maiestatis suæ immensū.

al. admisi:

al. omnium  
verum.

Et sic ut for-  
mam serui,  
Dei forma  
non adimit:  
ita formam  
Dei, serui  
formam non  
minuit.  
al. præuari-  
cationis.

Et eadem  
Epistola ad  
Flavia-  
num.  
al. infirma:

tate suscepit. Impassibilis Deus, non de-  
 dignatus est homo esse passibilis, & im-  
 mortalis, mortis legibus subiaceret. Noua au-  
 tem natiuitate generatus, quia inuolata vir-  
 ginitas concupiscentiâ nesciuit, carnis ma-  
 teriam ministravit. Assumpta est \* de ma-  
 tre Domini, natura, non culpa: nec in Do-  
 mino Iesu Christo, ex utero virginis geni-  
 to, quia natiuitas est mirabilis, ideo nostræ  
 naturæ est dissimilis. Qui enim verus est  
 Deus, idem verus est homo. Et nullum in  
 hac vnitate est mendacium: dum inuicem  
 sunt & humilitas hominis, & altitudo Dei-  
 tatis. Sicut enim Deus non mutatur misera-  
 tione, ita homo non consumitur dignita-  
 te: agit enim vtraque forma cum alterius  
 communionem, quod proprium est Verbo  
 scilicet operante, quod Verbi est, & carne  
 exequente, quod carnis est. Vnum hor-  
 um contuscat miraculis, aliud succumbit  
 iniuriis. Et sicut Verbum ab æqualitate pa-  
 ternæ gloriæ non \* recedit: ita caro natu-  
 ram nostri generis non reliquit. Vnus enim  
 idemque est, quod sæpe dicendum est, ve-  
 rē Dei filius, & verē hominis Filius. Deus,  
 per id: quod in principio erat Verbum, &  
 Verbum erat, apud Deū, & Deus erat Ver-  
 bum: Homo per id, quod Verbum caro fa-  
 ctum est, & habitauit in nobis. Quem uti-  
 que sicut hominem diabolica tentat astutia,  
 eidem, sicut Deo angelica famulantur ob-  
 sequia. Esurire, sitire, lassescere, atque dor-  
 mire, euidenter humanum est. Sed \* quin-  
 que panibus, quinque milia hominum sa-  
 turare, largiri Samaritanæ aquam viam,  
 cuius haustus bibenti præstat, ne vltra iam  
 sitiat. Et, supra dorsum maris, plantis non  
 subsidentibus ambulare, & elationes flu-  
 ctuum increpata tempestate consternere,  
 sine ambiguitate diuinum est. Sicut ergo  
 (vt multa præteream) non eiusdem naturæ  
 est, flere miserationis affectu Lazarum a-  
 micum mortuum, & eundem remoto qua-  
 triduanæ aggere sepulturæ, ad vocis impe-  
 rium excitare rediuuum, aut in \* cruce  
 pendere, & in noctem luce conuersa omnia  
 elementa tremefacere, aut clauis transfixi  
 esse, & paradisi \* portam, fidei latronis  
 aperire: ita non eiusdem naturæ est, dicere,  
 Ego & Pater vnum sumus: & dicere, Pater  
 maior me est. Quamuis enim in Domino  
 Iesu Christo Dei, & hominis, vna persona  
 sit: aliud tamen est, vnde in vtroque com-  
 munis est contumelia: aliud, vnde commu-  
 nis est gloria. De nostro enim illi est minor  
 Patre humanitas, de Patre: illi est æqualis  
 cum Patre diuinitas. Propter hanc ergo v-  
 nitatē personæ in vtraque natura intelligē-

A dam, & Filius hominis legitur descendisse  
 de cælo, cum Filius Dei carnē de ea virgi-  
 ne, de qua est natus, assumpserit. Et rursus  
 Filius Dei crucifixus dicitur ac sepultus, cū  
 hæc non in diuinitate ipsa, qua vnigeni-  
 tus, consempiternus, & consubstantialis est  
 Patri: sed in naturæ humanæ sit infirmi-  
 tate perpeffus. Vnde vnigenitum Filium  
 Dei, crucifixum, & sepultum, omnes  
 etiam in Symbolo confitemur, secundum  
 illud Apostoli dictum: *Si enim cognouis-*  
*sent, nunquam Dominum maiestatis cru-*  
*cifixissent*, quia Ecclesia Catholica hac fi-  
 de viuunt, hac proficit, vt in Domino Iesu  
 Christo, nec sine vera diuinitate huma-  
 nitas, nec sine vera humanitate credatur  
 diuinitas. Cū autem in Concilio, Euty-  
 ches profiteretur ex duabus naturis fuisse  
 Dominum nostrum ante adunationem,  
 post adunationem verò vnā naturam  
 confiteretur; miror tam absurdam, tam-  
 que peruersam eius professionem, nulla  
 iudicantium increpatione reprehensam, &  
 sermonem nimis insipientem, nimisque  
 blasphemum, ita omissum, quasi nihil quod  
 offenderet esset auditum: cū tam impiè  
 duarum naturarum ante incarnationem  
 vnigenitus Dei filius fuisse dicatur, quàm  
 nefariè postquam Verbum caro factum est,  
 natura in eo singularis asseritur. Quod  
 non \* Eutyches ideo vel rectè vel tolera-  
 biliter æstimer dictum, quia nulla veltra  
 est sententia confutatum. Tunc enim fru-  
 ctuosissimè vera fides defenditur, cū e-  
 tiam à sectatoribus suis opinio falsa dam-  
 natur. \* Inter hæc ergo quantum Nesto-  
 rius à veritate deuianit, deitatem Verbi ab  
 assumpti hominis substantia separando,  
 tantum à recto tramite etiam iste disces-  
 sit, qui vnigenitum Dei Filium, sic de v-  
 tero beatæ Virginis prædicat natum, vt  
 humani quidem corporis speciem gesse-  
 rit, sed humanæ carnis veritas Verbo vni-  
 ta non fuerit. De quo prodigio falsitatis,  
 quis non videat, quæ opinionum monstra  
 nascantur? Negator enim mediatoris Dei  
 & hominum, hominis Iesu Christi neces-  
 se est, vt multis impietatibus impleatur:  
 cūque aut Apollinaris sibi vendicet, aut  
 Valentinus vsurperet, aut Manichæus obti-  
 neat, quorum nullus in Christo Iesu hu-  
 manæ carnis credidit veritatem. Quia uti-  
 que non recepta, non solum quod secun-  
 dum carnem atque animam rationalem,  
 qui erat in forma Dei, manens idem in  
 forma serui homō natus denegatur: sed  
 etiam, quod crucifixus est, & mortuus, ac  
 sepultus, quodque Dei tertia à mortuis re-

al. Assum-  
 pta est vir-  
 ginitas, &c.

al. nostra est  
 natura dis-  
 similis.

al. non re-  
 cessit.

Ioan. i.

In eadem  
 Epistola ad  
 Flauia.

al. Sed & de  
 quinque  
 panibus,  
 &c.  
 Ioan. 6.  
 Ioan. 4.

Matth. 14.  
 Luc. 8.  
 Matth. 11.

al. indigne.

al. portus.  
 Ioan. 10.  
 Ioan. 14.

1. Cor. 1.

al. ne Euty-  
 chesido.

Hucusque  
 ex Epistola  
 ad Flauia-  
 num.

Apollinaris  
 Valentini,  
 & Mani-  
 chæi erro-  
 res.

furrexit, & quod ad dexteram Dei Patris A sedens, ad iudicandos viuos & mortuos, in eo corpore sit venturus, in quo est iudicatus; abnuicitur: quia hæc redemptionis nostræ sacramenta vacuantur, si Christus veram veri hominis; totamque naturam suscepisse non creditur. An quia manifesta erant signa diuina, falsa dicentur documenta corporata? & testimonia vtriusque naturæ valebunt, vt creator intelligatur, non valebunt, vt creatura saluetur? Quod deitatis est caro non minuit; quod carnis est, deitas non peremit. Idem enim & sempiternus ex patre, & temporalis ex matre; in sua virtute inuolabilis, in nostra infirmitate passibilis: in deitate Trinitatis cum Patre & cum Spiritu sancto, vnus eiusdemque naturæ; in susceptione autem hominis, non vnus substantiæ, sed vnus eiusdemque personæ: vt idem esset diues in paupertate, omnipotens in abiectioe, impassibilis in supplicio, immortalis in morte. Nec enim Verbum, aut in carnem, aut in animam aliqua in sua parte conuersum est; cum simplex & incommutabilis natura deitatis, tota in sua sit semper essentia, nec damnus sui recipiens, nec augmentum: Et sic assumptam naturam beatificans, vt glorificata in gloriâ permaneat. Cur autem inconueniens, aut impossibile videatur, vt Verbum & caro, atque anima vnus Iesus Christus, & vnus Dei hominisque sit Filius, si caro & anima, quæ dissimilium naturarum sunt, vnâ faciunt etiam sine Verbi incarnatione personam: cum multò facilius sit, vt hanc vnitatem sui atque hominis deitatis præferat potestas, quam vt eam in substantiis suis obtineat solius humanitatis infirmitas? Nec Verbum igitur in carnem, nec in Verbum caro mutata est: sed vtrumque in vno manet, & vnus in vtroque est, non diuersitate diuisus, nec permixtione confusus. Nec alter ex Patre, alter ex matre, sed idem aliter ex patre, ante omne principium, aliter de matre in fine seculorum: vt esset mediator Dei & hominû, homo Christus Iesus in quo inhabitaret, plenitudo diuinitatis corporaliter: quia assumpti non assumptis prouectio est, quod Deus illum exaltauit, & donauit illi nomen, quod est super omne nomē. Natiuitas enim Domini secundum carnem, quamuis habeat quædam propria, quibus humanæ conditionis initia transcendat, siue quod solus ab inuolata Virgine sine concupiscentia carnis est conceptus, & natus: siue quod ita è visceribus matris est editus, vt fecunditas pareret, & virginitas permaneret, nõ alterius tamē naturæ erat eius caro, quam nostra, nec

alio illi, quam cæteris hominibus, anima est inspirata principio, quæ excelleret, non diuersitate generis; sed sublimitate virtutis: Nihil enim carni suæ habebat aduersum, nec discordia desideriorum gignebat compugnantiam voluptatum. Sensus corpori vigebant sine lege peccati, & veritas affectionum sub moderamine deitatis & mentis. Nec tentabatur illecebris, nec cedebat iniuriis. Verus homo, vero vnus est Deo: nec secundum existentem prius animam deductus est è cælo, nec secundum carnem creatus ex nihilo, eandem gerens in Verbi deitate personam, & tenens comunem nobiscum in corpore, animamque naturam. Non enim esset Dei, hominumque mediator, nisi idem Deus, idemque homo in vtraque & vnus esset & verus. Deinde non Deum tantum dicimus Christum, sicut hæretici Manichæi, nec hominem tantum sicut hæretici Fotiniani: nec ita hominem, vt aliquid ei desit, quoad humanam certum est pertinere naturam, siue animam, siue mentem rationabilem, siue carnem, quæ non de femina sumpta sit, sed facta de Verbo, in carnem conuerso, atque mutato: quæ tria falsa, & vana Apollinaristarum hæreticorum tres\* varias profulerunt partes. Nec dicimus, quod beata virgo Maria, hominem sine deitate conceperit, qui creatus à Spiritu sancto, postea sit susceptus à Verbo, quod Nestorium prædicantem, merito iustèque damnauimus: sed dicimus Christum Dei filium, Deum verum, natum de Deo Patre, sine vllò initio temporis, eundemque hominem verum natum de matre homine, certa plenitudine temporis, nec eius humanitatem, qua maior est Pater, minuere aliquid ei \* naturæ qua æqualis est Patri. Hoc autem verumque vnus est Christus, qui verissime dixit, & secundum Deum: *Ego & Pater vnus sumus*, & secundum hominem: *Pater maior me est*. \* Quamuis ergo in vno Domino nostro Iesu Christo, vero Dei atque hominis filio; Verbi & carnis vna persona sit, & vtraque essentia communes habeat actiones, intelligendæ tamen sunt ipsorum operum qualitates, & sinceræ fidei contemplatione cernendum est, ad quæ prouehatur humilitas infirmitatis, & ad quæ inclinetur altitudo virtutis. quid sit, quod caro sine Verbo non agit, & quid sit, quod Verbum sine carne non efficit. Sine Verbi enim potentia, non conciperet virgo, nec pareret: & sine veritate carnis, obuoluta pannis infantia non iaceret. Sine Verbi potentia, non fieret redintegratio debiliū, & viuificatio mortuorum: & sine veritate carnis, nec cibus ieiuno, nec somnus

1. Tim. 2.  
Colof. 2.  
Philip. 2.

al. tres part.  
res variè  
protulerunt.

al. minor est  
patre.  
al. eius natura.  
Ioan. 10.  
Ioan. 14.

Luc. 1.  
Luc. 2.  
Math. 2.  
Ioan. 1.  
Math. 14.  
Ioan. 16.  
Ioan. 14.

esset necessarius fatigato. Postremo, sine Verbi potentia, non se Dominus Patri profiteretur æqualem: & sine veritate carnis, non idem diceret patrem se esse maiorem: cum Catholica fides vtrumque suscipiat, vtrumque defendat, quæ secundum proprietatem diuinæ humanæque substantiæ vnum Dei filium, & hominem credit, & Verbum. Quamuis ergo ab illo initio, quo in utero virginis Verbum caro factum est, nihil vnquam inter diuinam humanamque substantiam diuisionis exstiterit, & per omnia incrementa corporea, vnius personæ fuerint totius temporis actiones: ea ipsa tamen, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus, sed quid cuiusque formæ sit, ex operum qualitate sentimus. Nec diuina enim humanis præiudicant, nec humana diuinis: cum ita in idipsum vtraque concurrant, vt in eis nec proprietas absumatur, nec persona geminetur.

Ipan. 1.

Conueniunt  
quæ in e-  
iusdem sūt  
Epistola  
83, ad Palæ-  
stinus Mo-  
nachos.

al. quod si  
Patris mu-  
nere, &c.  
al. in gloria.

Quamuis ergo vnus sit Dominus Iesus Christus, & veræ deitatis, veræque humanitatis in ipso vna prorsus eademque persona sit: neque huius vnitionis soliditas vlla possit diuisione se iungi, exaltationem tamen, qua illum exaltauit Deus, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ad eam intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei, æqualis erat filius patri: & inter genitorem atque vnigenitum, nulla erat in essentia discretio, nulla in maiestate diuersitas, nec per incarnationis mysterium, aliquid decesserat Verbo, quod \* Dei Patris munere redderetur. Forma autem serui, per quam impassibilis deitas, sacramentum magnæ pietatis impleuit, humana humilitas est, quæ gloria diuinæ potestatis euecta est, in tantam vnitatem ab ipso conceptu Virginis deitate & humanitate connexa, vt nec sine homine diuina, nec sine Deo agerentur humana. Propter quod, sicut Dominus maiestatis dicitur crucifixus, ita qui ex sempiternitate æqualis est Deo, dicitur exaltatus. Nec interest, ex qua Christus substantia nominetur: cum inseparabiliter

Amanente vnitate personæ, idem sit & totus hominis filius, propter carnem, & totus Dei filius, propter vnā cum patre deitatem. Quidquid ergo in tempore accepit Christus, secundum hominem accepit, cui quæ non habuit, conferuntur. Nam secundum potentiam Verbi, indifferenter omnia, quæ habet pater, etiam filius habet: Et quæ in forma serui à Patre accepit, eadem in forma Patris etiam ipse donauit. Eam fidem, cum plurimi hæreticorum impugnarent, Nestorius & Eutyches, diuersa quidem assertionē, sed simili impietate conati sunt irrumperere.

\* Anathematizetur ergo Nestorius, qui beatam Virginem hominis tantummodo credidit genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis. Cum ita intra virginica viscera Verbum caro sit factum, vt per ineffabile sacramentum vno conceptu vnoque partu secundum veritatem atque vnionem vtriusque naturæ, eadem virgo & ancilla Domini esset, & mater. Percellatur quoque Eutyches eodem anathemate, qui negata humanæ carnis atque animæ veritate, totum Dominum nostrum Iesum Christum, vnius asseruit esse naturæ, tanquam Verbi deitas ipsa se in carnem, animamque conuerterit. Quæ \* mendacia tam sacrilega, per totum mundum, sanctorum Patrum damnata sunt sententiis. Fides autem Catholica singularis atque vera, iustificans impium, & creans iustum, ad humanitatis suæ tracta participem in illo acquirit salutem, in quo solo homo \* inuenit innocentem.

al. impietas  
menda-  
cia.

Eam fidem secundum propheticam, euāgelicam, apostolicam, & salutaris symboli doctrinam, Nicæna Synodus instituit, examen Chalcedonenſe confirmauit, orbis terrarum celebrat atque veneratur. Eandem, dilectissimo, pio studio & amore laudabili defendite, imo fideliter firmiterque retinete, ac constanter asserite. Quoniam sicut ait B. Apostolus Paulus: Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria.

al. se inuenit innocentem.

Ex MS.  
Cod. illu-  
striss. v.iri  
lat. Aug.  
Thuan.

EPISTOLA PETRI EPI-  
SCOPI RAVENNENSIS AD  
Eutychem Presbyterum.

*Vbi contra eius errores illi apto exemplo re-  
spondit.*

Inferenda ante Epistolam XI Leonis  
Papæ, supra pag. 312.

*Dilectissimo filio, & merito honorabili Eu-  
tyceni Presbytero Petrus Episcopus.*



**I**RISTIS legi tristes literas  
tuas, & scripta mœsta mœro-  
re debito percurri. Quia sicut  
nos pax Ecclesiarum, sacerdo-  
rum concordia, tranquillitas  
plebis audire facit gaudium cœleste; ita nos  
affligit & deicit fraterna dissentio; præfer-  
tim cum talibus dicatur ex causis. Triginta  
annis humanæ leges humanas adimunt qua-  
stiones, & Christi generatio, quæ diuina le-  
ge scribitur inenarrabilis, post tot secula di-  
sputatione temeraria ventilatur. Quid O-  
rigenes principiorum scrutator incurrit,  
quomodo Nestorius lapsus est disputans de  
naturis, non latet prudentiam tuam. Magi  
**I**ESVM in cunabulis Deum mysticis nu-  
meribus confitentur: & Sacerdotes, qui sit,  
qui virginali partu de Spiritu sancto natus  
est, dolenda interrogatione disquirunt. Cum  
vagitum daret Iesus in cunis, gloriam in ex-  
cellis Deo cœlestis clamat exercitus. Et mo-  
dò, quando in nomine eius omne genu fle-  
ditur, cœlestium, terrestriũ, & infernorum,  
originis eius questio mouetur? Nos, frater,  
cum Apostolo dicimus, etsi nouimus Iesum  
secundum carnem? Sed nunciam non no-  
uimus, nec possumus iniuriosè replicare; **D**  
qui iubemur honorem dare, & timorem  
reddere, & expectare, non discutere, quem  
Iudicem confitemur. His omnibus respon-  
di, Frater, literis tuis.

*Pag. 371. in fine Epistole LI. post hæc verba,  
Constantianus Episcopus beatitudinem  
vestram saluto, addenda quæ sequuntur.*

Maximus Episcopus beatitudinem vestram  
saluto.

Armentarius Episcopus beatitudinem ve-  
stram saluto.

Florus Episcopus beatitudinem vestram in  
Domino venerans saluto, & vt ores pro

**A** me plurimum quæso.

Sabinus Episcopus beatitudini vestræ me  
repræsentò, & orationem Apostolatus ve-  
stri memorem quæso.

Valerianus Episcopus beatitudinem ve-  
stram saluto.

Nectarius Episcopus beatitudinem vestram  
saluto.

Constantius Episcopus beatitudinem ve-  
stram saluto.

Maximus Episcopus Apostolatam vestrum  
saluto.

Ego Aselepius Episcopus Apostolatam ve-  
strum venerans in Domino plurimum sa-  
luto.

**B**Ego Maximus Episcopus Apostolatam ve-  
strum saluto.

Ego Vrsus Episcopus beatitudinem ve-  
stram saluto.

Ingenuus Episcopus Apostolatam vestrum  
venerans saluto.

Iustus Episcopus coronam vestram vene-  
rans saluto.

Valerius Episcopus Apostolatam vestrum  
saluto.

Ego Superuentor Episcopus coronam ve-  
stram venerans saluto.

Verus Episcopus Apostolatam vestrum re-  
uerenter saluto.

Helladius Episcopus sanctitatem tuam in  
Domino saluto.

**C**Ætherius Episcopus sanctitatem tuam in  
Domino saluto.

Eulalius Episcopus sanctitatem tuam in  
Domino saluto.

Auenius Episcopus sanctitatem tuam in  
Domino saluto.

Grifasius Episcopus sanctitatem tuam in  
Domino saluto.

Petromius Episcopus sanctitatem vestram  
in Domino saluto, & vt pro me orare di-  
gnemini quæso.

Ego Fonteus Episcopus Apostolatam ve-  
strum reuerenter saluto, & rogo vt mei  
meminisse dignemini.

Idatius Episcopus Apostolatam vestrum in  
Domino saluto.

Hilarus Episcopus Apostolatam vestrum  
plurima in Christo veneratione saluto.

Victurus Episcopus Apostolatam vestrum  
venerans saluto.

Eugenius Episcopus beatitudinem tuam  
saluto.

Palladius Episcopus Apostolatam vestrum  
venerans saluto.

Ego fraternus Episcopus coronam vestram  
venerans saluto.

Ego Amandus Episcopus Apostolatam

vestrum venerans saluto.  
 Ego Gerontius Episcopus coronam ve-  
 stram venerans saluto.  
 Ego Proculianus Episcopus coronam ve-  
 stram venerans saluto.  
 Ego Diuamius Episcopus coronam ve-  
 stram venerans saluto.  
 Ego Iulianus Episcopus Apostolatam ve-  
 strum venerans saluto.  
 Ego Armentarius Episcopus coronam ve-  
 stram venerans saluto.

Ego Honoratus Episcopus coronam ve-  
 stram venerans saluto.  
 Ephartius Episcopus Apostolatam ve-  
 strum venerans saluto.  
 Ego Eustochius Episcopus Apostolatam  
 vestrum venerans saluto.  
 Ego Maximus Episcopus Apostolatam  
 vestrum venerans saluto.  
 Ego Ynantius Episcopus coronam vestram  
 venerans saluto.

**F I N I S.**

SANCTI  
MAXIMI  
TAVRINENSIS  
EPISCOPI.

HOMILIAE.

M I X A M

1912

1913

1914



SEQVNTVR HOMILIÆ  
SANCTI MAXIMI, EPISCOPI  
Taurinensis, de quo sic Gennadius in  
Catalogo illustrium virorum.



**M**AXIMVS Taurinensis Ecclesiæ Episcopus, vir in diuinis scri-  
pturis satis intentus, & ad docendam ex tempore plebem suffi-  
ciens, composuit in laudem Apostolorum tractatus, & in Ioan-  
nis Baptistæ, & generalem omnium martyrum homiliam, sed  
& de capitulis Euangeliorum, & actuum Apostolorum multa  
sapienter exposuit. fecit & duos de sancti Eusebij, Vercellensis Episcopi, &  
Confessoris, vita tractatus, & de S. Cypriani speciale. de baptismi gratia librum  
edidit, scripsit de auaritia, de hospitalitate, de defectu lunæ, de elemosynis: de  
eo, quod scriptum est in Esaia; Caupones tui miscent vino aquam; de passione  
Domini, de ieiunio seruorum Dei generali, de ieiunio speciali quadragesimæ,  
& quod non sit in eo iocandum; de Iuda traditore, de cruce Domini, de sepul-  
chro eius, de resurrectione ipsius, de accusato & damnato Domino apud Pila-  
rum, de calendis Ianuariis. Scripsit etiam homilias & de natali Domini, homi-  
lias de Epiphania, & de Pascha, & de Pentecoste multas, de hostibus carnali-  
bus non timendis, de gratiis post cibum Deo agendis, de pœnitentia Niniuita-  
rum, & multas alias eius homilias de diuersis legi, quæ nec retineo. Mori-  
tur Honorio & Theodosio iuniore regnantibus, anno ab orbe redempto,  
CCCCXX.

*Index Homiliarum Sancti Maximi, Taurinensis Episcopi,  
partis Hyemalis de tempore.*

De aduentu Domini.		norem.	564
<i>Monet fortasse vos fratres.</i>	549	In Circumcisione Domini, siue de Ca-	
<i>Superiore Dominica.</i>	551	lendis Ianuarij increpatio.	
In vigiliis natalis Domini.		<i>Quamquam non dubitem.</i>	565
<i>Latipia quanta sit.</i>	553	In Epiphania Domini:	
In natali Domini.		<i>In hac dilectissimi celebritate.</i>	567
<i>Hodie fratres carissimi.</i>	555	<i>Audistis fratres lectionem Euangelij.</i>	570
<i>Iustissimi fratres.</i>	557	<i>Quamuis, dilectissimi fratres, Christus.</i>	572
<i>In aduentu dominico, fratres carissimi, solatus est.</i>	559	<i>Aut prophetarum precipuus Esaias.</i>	574
		<i>Salutare nobis est fratres.</i>	576
<i>Hodierni mysterij sacramentum.</i>	561	<i>Complures nobis fratres.</i>	578
<i>Inuestigabiles humanis sensibus.</i>	562	<i>Licet fratres dilectissimi.</i>	581
<i>In aduentu dominico, fratres carissimi, cuius lo-</i>		<i>Redemptionis nostræ auctior æternus.</i>	582
		In die Cinerum.	
		<i>Quia nonnullorum est consuetudo.</i>	584

De ieiunio quadragesimæ.		<i>Festiuatatem presentis diei.</i>	654
<i>Audistis carissimi, sicut Euangelica tuba.</i>	586	In natali sanctorum Petri & Pauli	
<i>Constitutus iste mirabilis.</i>	589	Apostolorum.	
<i>Aduertite fratres carissimi.</i>	592	<i>Gloriossimos Christiana fidei principes.</i>	655
<i>Peractum à Domino nostro.</i>	594	<i>Apostolici natalis gaudio.</i>	659
Dominica in ramis palmarum, in illud		<i>Beatissimorum Apostolorum Petri &amp; Pauli.</i>	661
Psalmi, Deus Deus meus		<i>Beatissimorum Apostolorum passio.</i>	662
respice in me.		<i>Cum omnes beatissimi Apostoli.</i>	663
<i>Psalmi vicesimiprimi.</i>	596	In natali diui Laurentij martyris.	
De accusatione Domini apud Pilatum.		<i>Sanctum est fratres, ac Deo placitum.</i>	665
<i>Mirum forsitan videatur.</i>	599	<i>Sicut patrum nostrorum, fratres charissimi.</i>	666
<i>Anse dies persecuti sumus.</i>	601	<i>Beatissimi Laurentij fratres.</i>	668
De Iuda traditore.		In natali diui Eusebij, Vercellenfis	
<i>Retinet dilectio vestra nos hoc.</i>	603	Episcopi.	
De passionē & cruce & sepultura		<i>Sanctorum patrum memorias.</i>	669
Domini.		<i>Ad sancti ac beatissimi istius patris.</i>	672
<i>Seculi ferunt fabula Vlysses.</i>	605	In natali diui Cypriani Episcopi,	
<i>Diximus hesternæ die.</i>	607	& Martyris.	
<i>Fortasse quis dicat de prioris dominica.</i>	609	<i>Sancti Cypriani festiuatatem.</i>	675
<i>Hæret adhuc sensibus vestris.</i>	611	<i>In martyrio beatissimi Cypriani.</i>	676
De sancto Latrone, Petro Apostolo,		In feriis diui Michaelis.	
& ancilla ostiaria.		<i>Si diligenter audistis Euangelicam lectionem.</i>	677
<i>Quoniam hesterno die de latrone.</i>	613	In natali sanctorum Tauricorum	
<i>Meminit fratres vestra dilectio.</i>	614	martyrum.	
<i>Diximus fratres, quod ad similitudinē Eue.</i>	616	<i>Cum omnium sanctorum martyrum.</i>	680
<i>Adstruximus superiore dominica.</i>	618	In communi martyrum,	
		<i>Sufficere nobis deberent.</i>	681

### Index partis æstiuæ de tempore.

In solemnitate Paschali.	
<i>Beneficia Dei nostri cum magna.</i>	621
<i>Non immeritò fratres hodierna die,</i>	624
<i>Exultandum nobis est fratres.</i>	626
<i>Magnum fratres &amp; mirabile donum.</i>	630
<i>Retinet sanctitas vestra fratres.</i>	631
In lætantiis ac Niniuitarum ieiuniis.	
<i>Legimus in prophetis cum Ninive.</i>	633
In solemnitate Pentecostes.	
<i>Nosse credo vos fratres, quæ sit ratio.</i>	635
<i>Non incommode ante dies complures.</i>	637
<i>Scire debet sanctitas vestra.</i>	639

### Index homiliarum hyemalium, ac æstiu- nalium de sanctis.

In natali diui Stephani.	
<i>LECTIO actuum Apostolorum quæ.</i>	643
In natali diuæ Agnetis.	
<i>Cum in toto mundo virgineus flos.</i>	646
In natiuitate diui Ioannis Baptista.	
<i>Solemnitatem nobis diuersorum martyrum.</i>	650
<i>Sanctorum quidem prophetarum.</i>	653

### Index homiliarum de diuersis.

De expositione Symboli.	
<i>Cum apud patres nostros.</i>	685
De non meruendis carnalibus hostibus,	
& gratis post cibum agendis.	
<i>Frequentè admonui vos fratres.</i>	689
<i>Satis abundè quæ dixisse me credo.</i>	691
De avaritia vitanda.	
<i>Legimus in libro qui Apostolorum actibus adscri-</i>	
<i>bitur.</i>	694
<i>Retinet dilectio vestra fratres.</i>	696
De elemosynis largiendis.	
<i>Dicit scriptura diuina.</i>	698
<i>Retinet dilectio vestra.</i>	699
De hospitalitate.	
<i>Aduertit sanctitas vestra.</i>	701
De defectu lunæ.	
<i>Et ipsi videtis fratres, quod mea nō cessat humili-</i>	
<i>tas.</i>	703
Super illud Esaie: Capones tui	
miscent aquam vino.	
<i>Non incommode ante dies paucos persecuti sumus</i>	
<i>functionem hanc sacerdotalem.</i>	704



# HOMILIÆ SANCTI

MAXIMI EPISCOPI TAURINENSIS,

de Tempore Hyemales.

Luc. 17.  
March. 24.

*In aduentu Domini, de eo quod scriptum est: Sicut fulgur coruscans de celo, ita erit aduentus filij hominis: & de duobus in lecto vno.*

## HOMILIA PRIMA.



**M**OVET fortasse vos, fratres, cur Dominus aduentum suum indicans noctis se tempore ostenderit aduenturum, cum utique eius aduentus magna cum claritate dicit, magno cum nitore & timore suscipi deberet à cunctis. Frequenter namque audiimus sacris litteris prædicatum, priusquam Dominus Christus adueniat Antichristum regnaturum, qui ita tenebras humano generi suæ præuitatis infunderet, ut lucem veritatis nemo penè respiciat, & caligine propria operiens mentes hominum, cæcitatem quandam spiritualibus oculis exhibebit. Nec mirum si diabolus emittat iniquitatis tenebras, cum ipse nox sit omnium peccatorum. Ad huius igitur terram caliginem depellendam velut fulgur quoddam Christus adueniet. Et sicut lucescente die nox subvertitur: ita coruscante saluatore Antichristus effugatur, nec ulterius poterit disseminare iniquitatis suæ tenebras, cum lumen veritatis effulserit. Quod autem ait, illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Hic iam resurrectionis meritum demonstratur, quod pro qualitate viuendi sit gratia resurgendi, ac tantam in singulis quibusque resurrectionis esse distantiam, ut duobus etiam pariter dormientibus & vna sede quiet-

2. Thess. 3.

Luc. 17.  
March. 24.

**A** centibus æqualis non possit esse assumptio. Quamuis enim eodem confortij lectulo teneantur, pro meritis tamen alter eorum rapietur ad cælum, alter relinquetur in tertis. Lectus enim quidam noster communis est terræ huius amplissimum: solum, in quo corpora nostra deposita tutissimâ sede requiescunt. In hoc autem lectulo ille mollius dormit quisquis durius in vita se gesserit. Possimus enim ipsa membra nostra lectulos nostros proprios nuncupare, in quibus animæ nostræ veluti in quodam strato suauissime demorantur. Quod quidem sanctum Prophetam sensisse arbitror cum dicit: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Beatus enim est ille, cuius stratum Dominus in ipsius infirmitate conuertit, ut qui fuerat paulo ante iracundus, adulter, & petulans, & cunctorum scelerum infirmitatibus plenus, assuerum corpus eius malo versans Dominus, fiat castus, humilis & modestus. De quo strato spiritualiter ad paralyticum dictum est à Domino: Surge, tolle lectum tuum, & ambula. Non enim tam in eo admirationis aliquid erat, ut confracti lectuli ligneâ cratem portaret paralyticus, quam ut resoluti corporis membra & debilitate confracti velut animæ suæ necessarium lectulum paralyticus ipse gestaret: & coram positus Iudæis propriis abiret pedibus, qui manibus altatus fuerat alienis. In hoc planè (sicut dixi) completa est prophetica illa sententia: versasti

Psal. 40.

Luc. 17.  
March. 24.

stratum eius in infirmitate eius: vt versa vice portaret lectum in quo fuerat paulo ante portatus, & anima illius quæ prius vasculo corporis ferebatur, postea corpus suum ipsa vtilius circumferret. Poteſt etiam accipi quod ait: Erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & vnus relinquetur, Christianorum plebs & populus Iudæorum, qui velut vno lectulo, hoc est, vna mandatorum lege tenentur, & velut simili resurrectionis specie gloriantur. Tunc igitur Christianorum beatus populus assumetur in gloriam, Iudæorum autem execrabilis conuentus relinquetur in terra.

*Homilia secunda de eodem aduentu.*



**S**UPERIORE dominica capitulum Evangelicū differentes partem quandam ex illo perstrinximus: superest vt sequētia decurramus, descripsimus enim quid esset quod Dominus ait: In illa nocte erūt duo in lecto vno, & reliqua. Nūc ergo videamus quod reliquum est. Dicit enim eadem diuina sententia: Erunt duæ molentes in pistrino, vna assumetur & vna relinquetur. Primū igitur considerandū est, quomodo constet molentis officiū: deinde quæ sint duæ, quæ molere dicuntur: tertio quid pistrinum sit, quidve molitionis effectus. Nulli dubium est quod molere aliter non constar nisi duobus lapidibus apparatus & conuenientibus sibi, vt alteri ex his magnitudo alterius imponatur: & illū quidem lapidē qui prior solo sternitur esse pigrum & tardum, & penē (vt ita dixerim) ociosum: ac nisi superioris participatione lapidis ornaretur, forsitan necessarius non videretur. Ita dum ille operatur, etiā iste vtilis inuenitur. Ille autem, id est, superior lapis tota velocitate operis circumfertur, vt fallēs oculos in ipsa celeritate stare credatur, & putatur immobilis esse dum currat. Qui quanto violentius actus fuerit, rāto opus perfectius cōsummatur. Ita ergo prior lapis stat, iacet, & penē nihil prodest: ille vero alter quæ inferuntur cuncta suscipit, quæ veniunt vniuersa complectitur: & per cauernulas quasdam vtręque quod operetur, acquirit. Qui molit autem hoc habere videtur officij, vt peruigili cura granorum asperitate cōfracta ex intimis eorum occultisque visceribus similaginem medullamque producat, & sordium leuitate discussa in apertum profert omne quod purum est, ex quo mundissimum panem conficiens gratiā domini cōsequatur. Hos igitur duos molares lapides duo esse

**A**rbitror testamēta, hoc est, legem Moyſi & euangelium domini, quæ ita sunt disposita, vel parata vt sibi testamētum vtrumque cōueniat: sicut ait Saluator: Non veni legem soluere, sed adimplere. Et ad vicem molarum aliud prius solo posium, aliud insuper collocatum: hoc est, legem primū hominibus constitutā, deinde ad perfectum euangelium. Quæ lex velut inferioris molæ saxum ita erat tarda, pigra, & penitus ociosa, vt quicquid operando acceperat, id omne perdidit: dicite de Iudæis propheta. Omnes declinauerunt, simul inuitiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Ergo nisi euangelium superpositum fuisset, adhuc lex veluti tarda & grauis iaceret in terra Iudaica, & vnus prouincię cooperiretur angustiis. Nisi eūgelium in quā datum esset, lex necessaria omnino non esset. Hoc autē lex operabatur sine euāgelio, quod vno saxo fieri potest. Cōstringete poterat, nō prodesse: sicut ait beatus Apostolus. Lex autem irā operatur, gratiā vero nō præstat. Stante ergo lege, euāgelium datum est, quod veteri superpositum testamento, vtrumque condecorat: ac tāta velocitate operis circumfertur, vt volubilitate sui seculum omne circummeat, hoc est, inferna visitet, cęlestia penetret, terrena collustret. Quod euangelium tanquam superior mola cunctos credentes suscipit, omnes aduenientes accipit, & veluti per quasdam cauernulas præceptorū ad interiora trāsmitit: vt ibi hinc inde duorum testamentorum salutaribus mādatis gētilitatis asperitate molita, producat omne quod purum est. Quam similitudinem testamentorum Ezechielem prophetam arbitror perstrinxisse cum dicit rotam in medio rotæ esse connexam. Harum igitur molarum operatione, id est, noui ac veteris testamenti hoc agit sancta ecclesia cura peruigili, vt peccatorū asperitate discussa, ex occultis cogitationibus medullam mundi cordis eliciat, & cœlestibus mandatis mundata, ex intimis spiritalia alimenta producat. De quibus alimētis Paulus Apostolus ait: Lac vobis potum dedi, nō escam. Et iterum: Perfectorum autem est solida esca, qui propter habitum sensus exercitatos habent, & reliqua ac spiritum nostrum omni humanitate purificās velut similaginem Deo offerre contendit, sicut David sanctus ait: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Tanta autem velocitate circumfertur euangelium, vt non nisi sapientes cursum eius intelligant, quam beatus Paulus intelligens ait: vt sermo Dei currat & clarificetur in vobis, Amen.

Marth. 5.

Psal. 15. &amp; 12.

Rom. 4.

\* molita.

Ezech. 5.

Psal. 50.

2. Theſ. 3.

\* alius spe.

Marth. 24.

Luc. 17.

1. Cor. 3.

Heb. 5.

2. Theſ. 3.

In vigiliis natalis Dominici homilia. A xerit puriores. Atque ideo ante complures



**L** AETITIA quanta sit quantusque concursus cum imperatoris mundi istius natalis celebrandus est bene nostis, quemadmodum duces eius & principes, omnes etiam milites accurati feris vestibus, accincti operosis cingulis, auro fulgente preciosis, ambiat solito nitidius in conspectu regis incedere. Credunt enim maius esse imperatoris gaudium, si viderit maiorem suae apparitionis ornatum, tantoque illum laetum futurum, quanto ipsi fuerint in eius festiuitate deuoti: vt quia imperator tanquam homo corda non conspicit, affectum eorum circa se probe, vel habitum contuendo: ita sit vt splendidius se accuret quisquis regem fidelius diligit. Deinde quia in die natalis sui sciunt eum largum futurum, ac donaturum plurima, vel ministris suis, vel his qui in domo eius abiecti purantur & viles, tata prius thesauros eius replere diuitiarum varietate festinant, vt in quantum prerogare voluerit, in tantum prerogatio copiosa non desit, & ante voluntas donandi deficiat qua substantia largiendi. Haec autem ideo sollicitate faciunt, quia maiorem sibi remunerationem pro hac sollicitudine sperant futuram. Si ergo, fratres, saeculi istius homines propter presentis honoris gloriae terreni regis sui natalis die tanta apparatione suscipiunt: quanta nos accuratatione aeterni regis nostri Iesu Christi natalem suscipere debemus, qui pro deuotione nostra non nobis temporalem largietur gloriam, sed aeternam, nec terreni honoris administrationem dabit quae successorum finitur, sed caelestis imperii dignitatem quae non habet successorem? Quales autem nostra remuneratio sit futura dicit Prophe-  
**B**  
**C**  
**D**

tes castificemus corda nostra, mundemus conscientiam, purificemus spiritum, ac nitidi, & sine macula immaculati Domini suscipiamus aduentum: vt cuius natiuitas per immaculatam virginem constitit, eius natalis per immaculatos seruos procuretur. Quisquis enim in illa die sordidus fuerit ac pollutus, natalem Christi votumque non curat. Interfit licet dominicae festiuitati corpore, mente tamen longius a saluatore separatur. Nec societatem habere poterunt immundus & sanctus, auarus & misericors, corruptus & virgo, nisi quod magis ingerendo se indignus offensionem contrahit, cum minime se cognoscit. Dum enim vult officiosus esse inuoriosus existit, sicut ille in Euangelio qui in coetu sanctorum inuitatus ad nuptias venire ausus est, vestem non habens nuptialem. Et cum alius niteret iustitia, alius laceret fide, alius castitate fulgeret, ille solus conscientiae scditate pollutus, cunctis splendentibus deformi horrore sordebat: & quanto plus simul discumbentium beatorum candebat sanctitas, tanto magis peccatorum illius apparebat improbitas, qui potuerat minus displicuisse forsitan, si in consortium iustorum minime se dedisset. Propterea ergo sublatus manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur, non solum quod peccator erat, sed quia cum peccator esset sanctitatis sibi meritum vendicabat. Igitur fratres, suscepturi natalem domini ab omni nos delictorum face purgemus, repleamus thesauros eius diuersorum munerum donis, vt in die sancta sit: vnde peregrini accipiant, reficiantur viduae, pauperes vestiatur. Nam quale erit si in vna eademque domo inter seruos vni domini alter exulteret in holoseris, alter consumatur in pannis, alius estuet cibo, alius fame frigusque sustineat: ille eructet hesternam indigestionis crapulam, hic hesternam ieiunij inedia non resoluat? Aur qui erit nostrae orationis effectus, petimus vt liberemur ab inimico, qui non sumus liberales in fratres? Simus imitatores domini nostri. Si enim ille pauperes in caelesti gratia voluit nobis esse cōsortes, cur nobis non sint in substantia terrena cōsortes? Nec extranei sunt alimoniis, qui fratres sunt sacramentis, nisi quod rectius apud Deum per ipsos agimus causam nostram, vt nostris eos alamus sumptibus, qui illi gratias agant. Quicquid autem pauper Dominum benedicit, illi proficit, quo faciente Dominum benedicit. Et sicut scriptum est de illo: Vt illi homini per quem nomen domini blasphematur, ita & de isto scribitur, Pax huic homini per quem nomen domini benedicitur saluatoris. Quale autem est meritum

Math. 23.  
Luc. 14.

Adhortatio  
Culcus my-  
sticus nata-  
lis domini  
ci.

Rom. 2.

A a ij

doctrina à  
tribus  
ularibus  
atur.

Esa. 64. &  
1. Cor. 2.

in aduentu  
dominico  
quales in-  
ueniri de-  
beamus.

555

largiētis, vt solus quis operetur in domo, & A  
per multos in Ecclesia Dominum deprece-  
tur; & quod ille fortassis petere de diuinita-  
te non audeat, plurimorum interpellatium  
orationibus etiam quod non sperabat, acci-  
piat? Quod ad adiutorium nostrum com-  
memorans beatus Apostolus ait: Vt per  
multos gratiarum actio referatur pro nobis.  
Et iterum: Vt fiat oblatio nostra accepta,  
sanctificata in spiritu sancto.

Rom. 15

*In natali Domini homilia prima.*

**H**odie, fratres charissimi, Christus na-  
tus est, nos renati. Hodie saluator mū-  
di per matrem nascendi tempus accepit, qui  
de patre natiuitatis non habet tempus. Ho-  
die per hominem filius Dei ingressus est  
mūndum, cuius manu ante hominem factus  
est mundus. Hodie habitator cæli venit ad  
terras, qui terrarum incolas euocaret ad cæ-  
lum. Mirabilis, inquit, Deus in sanctis suis.  
Si in sanctis suis mirabilis Deus, quomodo  
non in seipso mirabilis? Si mirabilis in Ioan-  
ne, quæ nati de patre senissimo, & sterili de  
matre præcepit, quanto magis in se est mi-  
rabilis, qui vt nostræ conditionem carnis  
indueret, nouum virgini & conceptum de-  
dit & partum? Ait sanctus Abacuc prophe-  
ta: Domine audiui auditionem tuā & timui,  
consideraui opera tua & expaui. Quis non  
expauescat & metuat tanti profunditatem  
mysterij, quādo quidem vnus idemque sine  
conceptione natus est Deus, & sine creante  
factus est homo? Duas in Christo genera-  
tiones legimus, fratres charissimi: sed in  
vtraque; incōprehensæ diuinitatis est virtus.  
Ibi enim illum ex semetipso genuit Deus:  
hic eum virgo Deo operante concepit. Ibi  
sine initio, hic sine exemplo. Ibi natus vt  
conderet vitam, hic factus vt tolleret mor-  
tē. Ibi patri natus, hic hominibus procrea-  
tus. Illa natiuitate hominem fecit, hac ge-  
neratione hominem liberauit. Vtranq; fra-  
tres generationem eius non posse enarrari,  
sententia hac vna cōplectitur. Illa enim est  
ante hominem, ista supra hominem. Illa in-  
cogitabilis, ista mirabilis. Cum autem duas  
Christi docemur natiuitates, non bis asseri-  
tur Dei filius natus, sed gemina in vno Dei  
filio confirmatur esse substantia. Ibi quod  
erat, natus est, hic quod non erat, factus est.  
Ait de his beatus Euangelista Ioannes: In  
principio erat verbum, & verbum erat apud  
Deum, & Deus erat verbum. Et iterum: Et  
verbum caro factum est. Igitur Deus qui  
apud Deum erat prodiit à Deo, & caro Dei,  
quæ in Deo non erat, processit ex femina,  
Ita verbum caro factum est: non vt Deus

Psalm. 67.

Luc. 1.

Abac. 3.

Duz in  
Christo ge-  
nerationes.

Ioan. 1.

vacuaretur in hominem, sed vt homo glo-  
rificaretur in Deum. Itaque non bis natus  
est Deus, sed ex duabus natiuitatibus, id est,  
Dei & hominis seipsum vnigenitus patris,  
atque in sele hominem vnum esse voluit  
Deum: Generationem ergo eius quis enar-  
rabit? Fratres, generatio Christi si narrari  
non potest, credi potest. Si lingua deficit, fi-  
des proficit. Magnus enim profectus est fi-  
dei, cum tantum de Deo suo concipit, quā-  
rum sermo non potest parturire. Cauete, di-  
lectissimi, ne quando vos de his incredulitas  
moueat: quia si homo non valet explicare  
quod sentit, Deus sine dubio potuit implere  
quod voluit. Et per absurdum est, fratres,  
vt ineffabilem Deum infirmissimo fragili-  
tatis nostræ sermone pensemus. Amencix  
res est, vt operationes maiestatis immensæ,  
inter exigua corruptibilis oris nostri con-  
nemur verba concludere. Quomodo enim  
comprehendere potest homo Deum, factus  
ingenitū, mortalis æternum? Si inuestigare  
niteris qualiter Deus in hominem, vel ho-  
mo transiuit in Deū, inuestiga prius si potes,  
quomodo ex nihilo factus est mundus, cæ-  
lum vnde resplenduit, aquarum liquor, ter-  
ræ soliditas qua ratione subsistūt: Quomo-  
do etiā de terra homo, de masculo femina,  
itemque per feminā masculus: quid illud est  
post omnia, quod lumen gignit ac tenebras  
quod vitam facit ac mortē? Si ergo te ipsum  
ō homo & quæ propter te facta sunt, quali-  
ter, aut vnde sint facta, comprehendere non  
uales, qua præsumptione, quæue stultitia tuū  
ipsius atque omnium diseutis creatorē? Na-  
tum ergo de Deo patre Deum, eundemque  
hominē factum de virgine confitemur. Sed  
hæc, charissimi, rationi cæca sunt, fidei ma-  
nifesta. Tunc enim parte ex aliqua indefini-  
tæ maiestatis eius poterimus immensa rimari,  
si aduertamus quātus, qualisve sit Deus à  
nobis nō posse cognosci, vt ait dominus ad  
Moysem: Tu autē non poteris videre faciem  
meam, id est, non potes carnalibus oculis  
meam, sicut est, inspicere deitatem. Beatus  
nanq; David virtutē omnipotentix eius in-  
tendēs clamabat dicēs: Mirabilia opera tua  
domine, & anima mea nouit valde. Valde  
enim sciebat anima prophetalis opera Dei  
omnem meditationē humanę mentis exce-  
dere: propter quod sapientissimus Patriar-  
cha mortalis sensus cōclusus angustiis, quæ  
inuestigare nō poterat, mirabatur. Quis er-  
go hominū discutere aut inquirere audeat,  
tātus quod Propheta miratur: Mirabilia, in-  
quit, opera tua, & anima mea nouit valde.  
Ipsū enim quod incomprehensibilis est  
Deus anima eius nouerat, caro sentire non

Esa. 55.

Exod. 33.

Psalm. 133.

Opera Dei  
magis sunt  
credenda  
quam exa-  
minanda.

poterat. Omnis ergo qui opera Dei magis A  
vult examinare quam credere, non sequitur  
animæ sensum, sed carnis errorem. Et ideo  
fratres, non discutiamus qualiter Deus de  
Deo natus est, sed credamus: nec retracte-  
mus partum virginis, sed miremur, vt vni-  
genitum Dei Deum & hominem confiten-  
tes, inoffensam teneamus caelestis fidei veri-  
tatem.

*Homilia secunda de eodem.*



VSTISSIME fratres, festiuitate præsentis diei  
in omne se gaudium to- B  
tus vbiq; fuscitat mû-  
dus, quia hodie promissus à sæculis vniuerso  
orbi iudex ortus est &  
redemptor. Et necesse est vt in commune  
nos omnes qui futuri examinis resurrectio-  
nisq; promissæ salutarem suscepimus fi-  
dem, habeamus merû quidem de iudice, sed  
de redẽptore læticiam. Omnis nãque fide-  
lis anima timore corrigitur, correctione læ-  
tatur. Et in hoc carissimi, quanta erga huma-  
num genus omnipotẽtis patris dispensatio  
est, quantave benignitas, vt quem iudicem  
præparabat incredulis, hunc credituris præ-  
mitteret redemptorem: quatenus præcur-  
rens misericordia, seueritatem aduentantis C  
iudicis præueniret. Hodie itaque natus est  
Christus, sed in natuitate eius nostra om-  
nium habet vita natalem: quia qui priuile-  
gia primæ natuitatis amisimus, visitate nos  
Christo sanctiore partu redimus, ad vitam.  
Hodie peperit Maria, sed ipsa suum pattu-  
riuit autorem. Hodie edidit mundo homi-  
nem, quem non suscepit ab homine. Quid  
hoc est miraculi fratres? Nascitur caro de  
carne, non tamen generata per carnem, &  
secreto quodam incomprehensioque con-  
ceptu procedit de mortali femina diuina  
progenies. Nec mirum sane si exiit diuina D  
natiuitas, vbi non erat humana conceptio,  
aut si illam matrem non violauit partus,  
quam coitus non fœdauit. Ille quondam fu-  
turatorum conscius Esaias populus & genti-  
bus signum nouæ salutis aperiens, Ecce, in-  
quit, virgo in vtero accipiet & pariet filium,  
& vocabûr nomen eius Emanuel, quod in-  
terpretatur nobiscum Deus. Atque vt ad-  
uertamus noui ac veteris testamenti vnum  
esse consensum, vnumq; consilium, ait etiã  
beatissimus Lucas Dominicæ generationis  
relator egregius dicens. Missus est angelus  
Gabriel à Deo ad virginem desponsatã virò  
cui nomẽ erat Ioseph, & ait ad illã: Ecce cõ-  
cipies in vtero & paries filium, & vocabunt

nomẽ eius Iesum. Iesus autẽ, charissimi, La-  
tino sermone saluator dicitur. Ecce qualiter  
se inuicem concordantibus sententiis testi-  
monia diuinã cõfirmantur, & cum prædicã-  
tũ diuersa sint tẽpora, nõ tamẽ diuersa nat-  
ratio. Nã partum virginis quem ille prædi-  
xerat, iste testatur. Quis igitur de diuinitate  
Christi, quis de redẽptione cõtetur, quem  
& Esaias profitetur Deũ, & Gabriel annun-  
ciat saluatore? Quis intacta puerperã aliu  
dubiter floruisse, quod vno penẽ ore atque  
eodem spiritu proloquuntur Euangelista,  
Angelus & Propheta? Vbi tanti talesq; sunt  
testes non erubescit veritas, sed auditor in-  
credulus confutatur. Sed iã videamus quas  
pro nobis natus perferat Christus iniurias,  
quibusve rursus iniuriã illã virtutibus de-  
corentur. & ante omnia femineo sexu se  
concipi patitur, qui in exordio mundi om-  
nipotentũ manu de masculo operatus est  
feminam. Sed hãc humilitatẽ nascendi, vir-  
ginalis matris sublimat integritas. Et quam-  
uis natus Christus femineo (vt infans) lacte  
pascatur, tamẽ vt rerum potẽs virginẽis nu-  
tritru vbeabus, atque vt primũ illum in has  
sæculi procellas & fluctuantis sentinã mûdi  
vterus maternus effudit vilissimẽ circũda-  
tur pannis. Pãnis siquidem induitur ille pro  
nobis, qui quum crearet omnia, terras luce  
perfudit, celũ syderibus adornauit, & ignea  
solẽ claritate vestiuit. Obuoluitur quidem  
pannis, sed hi panni noua stella radiãte mu-  
nerãtur à magis, & exultãtib; Angelis ho-  
norãtur. Et vt nouerimus vniuersa hęc per  
mysteriũ, vel fieri, vel dici, hic qui pãnis cir-  
cũuoluitur prædicatus ab inirio de sinu pa-  
tris, æternoq; thalamo salutariũ nuptiarum  
spõsus venit de celo, sicut ait venerãdus Da-  
uid: Ipse tanquã sponsum procedẽs de thala-  
mo suo. Deinde (vt legitur) ponitur in præ-  
sepẽ, qui ait Euãgelista, nõ erat illis locus  
in diuersorio. Ne quem fratres ista permo-  
ueant; quia omnis hęc in saluatore vilitas  
preciosissimũ nostræ salutis est sacramen-  
tum. Videte enim quanta sapietia collocari  
Christus dicitur in præsepẽ, qui gemina quã-  
dã gratia humani generis & esca erat futu-  
rus & pastor. Qui bene in præsepẽ ponitur  
vt ad pabula perẽnis vitæ, spiritaliũ outum  
greges, agni cœlestis balatus inuiter. Nõ erat,  
inquit, eis locus in diuersorio. Nũquid tãtã  
illius erãt angustie mãsionis, vt nati sub ho-  
ra paruuli membra nõ caperet? Sed idcirco  
mysticõ refertur sermone nõ inueniri locũ  
in diuersorio, quia ingressũ mundũ Chri-  
stus fidẽ in qua possit requiescere non inue-  
nit. vt ait ipse in Euãgelio dicẽs: Filius autem  
hominis nõ habet vbi caput suum reclinet.

Duorum tẽ-  
stimoniorũ  
consonãtia  
de Christo.

Christi nati  
humilitas.

Psal. 18:

Luc. 2.

Christus  
cur in præ-  
sepẽ ponã-  
tur.

Matth. 8.

Noua nati-  
uitas.

Esa. 7.

Luc. 1.

Luc. 2.

Vnde aduertimus quia vnicus Dei filius non in spatiosis domibus auratisq; laqueariis, sed in fide credentium requiescit. Hūc ergo Christum Iesum sugentem vbera, nascentium infantium more vagientem, vilibus circumdatum pannis, iacentem in præsepi angelica ministeria prosequuntur, & omnis cœlestis exercitus multitudo miratur, consona eum voce collaudans & dicēs: Gloria in excelsis Deo, & pax in terra hominibus bonæ volūntatis. Gloria vtiq; Deo, qui desperatis mortalibus munus æternæ salutis exhibuit: & pax hominibus bonæ voluntatis, quos certamine suo Christus subque prælio in regnum proprium diabolica de captiuitate reuocauit. Et quā congruē euangelicus intonat sermo cum dicitur gloria in excelsis Deo, & pax in terra hominibus. Quod idem ipse Dei filius & apud angelos gloriosus est in cœlis, & bonæ voluntatis hominibus pacem præstat in terris. Propter quod, dilectissimi, competentibus gaudiis tanta de salute letemur, atque angelicis nos vocibus sociantes honore debito mysteria semper Christi virtutésque laudemus.

*Homilia tertia de eodem.*

Luc. 1.

**I**N aduentu dominico, fratres charissimi, solutus est omnis paternæ præuaricationis metus, quem diabolicis dudum fraudibus incurrit circumuenta mortalitas. Adest enim nobis cœli terræque iudex, qui rescisso chirographo delictorum, reatum nostrum miseratus absoluit. Adest ille Dominus qui iugum captiuitatis antiquæ nostris à ceruicibus soluens, mœrorem mundi æterna libertate laxificat. Adest rex ille mansuetus, qui per spacia totius orbis, cœlestis iustitiæ gressibus incedēs, superbientem furentis inimici contriuit tyrānidem. Hodie nanque parturiente Maria natus est nobis Dei filius, vt germanæ carnis nostræ conceptione productus creato à se homini & pietatem paternam & fraternum largiretur affectum. Et natus sane ab intacta est femina, vt eum pariter & hominem testaretur partus humanus, & Deum probaret æterna virginitas. Nam sicut non poterat nisi caro de carne nasci: ita non poterat Dei caro de femineo utero nisi sine generante prodire. Propter quod ait Angelus beatissimę Marię: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: quod nasceretur ex te sanctū vocabitur filius Dei: Spiritus, inquit, sanctus superueniet in te. Idcirco tibi, frater, virtutem sancti spiritus

**A**ngelicus sermo prætextit, ne cōiecturis carnalis disputationis heberat, cœleste tibi ipse mysteriū terrena argumētatione cōfundas. Aut non putas eum nouum puerum in aluo virginis potuisse formare, qui quum primum condereū hominem, nec semē patris, nec viscera materna quęsiuit? Dicit atq; quicumque es supernæ dispensationis arbiter & discussor, quę tibi videtur virtus eminentior partum dedisse virgini, aut perfectum hominē creasse de terra? Primus enim homo, vt ait Apostolus, de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Si contra naturam esse contendis, quod in mysterio redemptionis nostræ sine viro puella asseritur cōcepisse, cui⁹ quæso naturæ est quod in parēte generis nostri caro sine carne formata est? Quę ista est ratio immō quā caeca contētio, vt non credatur Deus facere hominē posse de femina, quē creditur fecisse de puluere? Si omnipotentis, o homo, tali in negotio esse perspicis voluntatē, de opere cur retractas? Omnia enim (sicut legitur) Dominus quęcumq; voluit fecit in cœlo & in terra. Et si sollicitus perfereris, præter hunc legitimū humanæ conceptionis vsū, tres valde mirabiles nascendi species operatā reperies trinitatem. Et prima est quidem, quod Adā figuratus ex limo est: secunda quod mulier formata de masculo: tertia quæ & cœlestis est quod Christi⁹ processit ex virgine. Quid horū nō nouū? Quid horum nō mirabile? Quid horum, si nō fidem sequamur, inquisitio poterit humana complecti? Quod autem mystico hoc conceptu visitare mundū suū Dei dignatus est fili⁹, nostræ hoc salutis necessitas flagitabat, nimirū vt cœlestis tandem generatio repareret, quod natiuitas terrena perdiderat. Sed fortassis, hunc qui natus prædicatur ex femina, dum vilibus obuoluitur pannis, dum iacere cōtentus est in præsepi, dū lacrymosis vagitibus concrepat, dum maternis lactatur vberibus, Deum esse diffidis? Immo per ista, frater, aduerte eum & vt hominem infirma pro infirmis pertulisse, & vt Deum potentiā exercuisse cœlestem. Hic nanque qui sordentibus circūdatur pānis, regis per Chaldaeos munerib⁹ honoratur. Hic qui in præsepi humilis iacet, lumine noui syderis coruscat à cœlo. Hic qui vagitus reddit infatigatæ, angelici exercitus vocibus collaudatur. Hic qui femineo lacte nutritur, multa hominum millia paruissimo pane satiavit. Quid illud adiiciā, quod Deum illū & verū Dei esse filiū resurgēs, à mortuis Lazar⁹ probat, recepto lumine cæcus annunciat, venerādīs eius calcata vestigiis maris vnda

1. Cor. 15.

Gal. 134.

Marth. 2.

Luc. 2.

Joan. 6.

Joan. 17.

I. u. 18.

Marth. 14.

Marth.

Adhortatio sacramenti dominicæ natiuitatis.

testatur, & quod præcellit hæc omnia, resul-  
tans è cælo vox paterna cõfirmat? Propter  
quod dilectissimi, tã magnum hoc natiuita-  
tis dominicæ sacramentum dignis vocibus  
honoremus diligamus præ omnibus casti-  
tatẽ, quia vt placere hæc sibi Christus osten-  
deret, pudicitiam vteri virginalis elegit. Se-  
ctemur misericordiã, quia pietatis est quod  
saluamur. Iustitiam sollicitẽ teneamus, quia  
ob hoc vnigenitus Dei effici dignatus est  
homo, vt veritatem prædicans, vniuersam  
mundi faciẽ damnata iniquitate purgaret.

*Homilia quarta de eodem.*



**H**ODIERNI mysterij  
sacramentum, fratres  
charissimi, sicut credi-  
distis semper & credi-  
tis, reparatio est salutis  
humanæ, virtutum nati-  
uitas, ruina vitiorum.  
Homo namque Christus Iesus Dominus  
noster, in quo diuinitatis est plenitudo, car-  
nis nostræ infirma suscipiens, nouus natus  
est homo. Hodie refuit secundus ille Adã  
non incola, sed Dominus paradisi, quem  
interdictæ arboris pulchritudo non fallat,  
serpens non decipiat, mulier non seducat.  
Hodie exortum est in tenebris lumen, ho-  
die illud quod cælum & cœli cœlorum se  
habere gaudebant, mundus dum nescit, ac-  
cepit. Neque enim vt temporalis quidam,  
aut qui ante non fuerit, de scæmina nobis  
repentinus emerit: sed qui semper erat  
cũ patre Deus, semp̄que regnabat, nouo  
per virginem voluit mortalibus apparere  
mysterio. Nouus quidem homo, sed Do-  
minus sempiternus; nouus Christus, sed  
rex omnium sæculorũ. Ipse est in fine tem-  
porum natus ex Maria qui ante omnia sæ-  
cula vnigenitus processit è patre. Hic est  
prædictus à Patriarchis, à Prophetis prædi-  
catus, annuncius ab Angelis, ab Apo-  
stolis approbatus. De vno eodẽque legis,  
In principio erat verbum: & verbum caro  
factum est. Gaude ergo nunc & exulta ad  
Deum tuum tandem conuersa gentilitas.  
Percepisti donum quod Abraham in spiri-  
tu se vidisse latatus est, meruisti per Chri-  
stum quod mereri quondam Hebræorum  
gens electa non potuit. Timens enim Israël  
& tremens mirabatur, vt legimus quod  
Moyse populi princeps reconditus in nu-  
be & in vertice montis altissimi solus cum  
Domino loqueretur. Tibi verò sic natus est  
Christus, & tanta se nobis dignatione con-  
cessit, vt loqueretur omnibus & ab omni-

Christus à  
prophetis  
præannu-  
ciatus.

Ioan. 1.


Ioan. 6.

**A**bus videretur. Ad illum tunc montem Sina  
quicunque accessisset ex populo, præfenti  
puniebatur interitu. Ad hunc verò mon-  
tem qui hodie natus est mundo, quicun-  
que non accesserit, morietur. Et tunc qui-  
dem vnus populus erudiebatur ad fidem,  
nunc verò omnes gentes vocantur ad vi-  
tam. Viderunt venerabiles patres nostri in  
numera magnaque mirabilia. Cœlum illis  
Angelicas rotauit escas, dulcia pocula la-  
pis durissimus ministravit. Jordanis per-  
petem meatum suum retorfit in fontem,  
validissimi hostium muri tubarum strepitu  
corruerunt. Sol quoque commoratus in  
cœlo longiorem triumphanti populo præ-  
stitit diem. Hoc vero nullis antea videre sæ-  
culis datũ est, vt vnigenitus altissimi, quem  
trementes Archangelorum suspiciunt po-  
testates, hominem se hominibus exhiberet,  
& carnẽ quam sumpsit ab homine, trãsfor-  
maret in Deũ. Amplectere ergo dignatio-  
nem maiestatis æternæ, & ne arcanam Dei  
tui discutias voluntatem: quia omnibus  
quidem natus est Christus, sed fidelibus  
dat salutem. Quod si tibi sensuum tuorum  
fragilitate minus dignum videtur filii Dei  
natum de scæmina credere, virginẽ cogita  
peperisse. Si tibi panni quibus obuolutus  
est, fortasse vilescunt, Angelos collaudan-  
tes & multitudinem cœlestis exercitus ad-  
mirare. Si præsepe in quo infans iacuit des-  
picis, erige paulisper oculos, & nouam in  
cœlo stellam protestantem mundo natiui-  
tatem dominicam contuere. Si credis vilia,  
crede mirifica. Si de his quæ humilitatis  
sunt disputas, quæ alta sunt & cœlestia ve-  
nerare. Iisdem enim referentibus, iisdẽ-  
que autoribus de Domino saluatore, quæ  
humilia & quæ gloriosa sunt didicisti. Vni-  
uersa quæ ad salutis tuæ mysterium perti-  
nebant, sacra tibi Euangelia prodiderunt.  
Habet in his vnde dominum Iesum & na-  
tum hominem credas, & Deum esse dubi-  
tare non possis.

Exod. 16.  
& 17.  
Iosue 3.  
Iosue 6.

Iosue 10.

*Homilia quinta de eodem.*



**I**NVESTIGABILES huma-  
nus sensibus dispositiones esse  
diuinas ipsa operum Dei alti-  
tudo testatur. Sed eo magis  
nobis Christi sunt veneranda  
mysteria, quo magnitudine sui capacitatem  
ingenij mortalis excedunt. Et ideo, fratres,  
cũ annunciat nobis sempiternus ille  
vnigenitus Dei Patris, cui subiacent omnia,  
& per quem creata sunt vniuersa, sub fine  
temporum nasci voluisse de scæmina, infan-

Christi na-  
tuitas non  
discutenda,  
sed credẽ-  
da.

tiam perpeti, nostræ carnis subire confortia, tantæ dignationis gratiam non debemus examinare, sed credere: nec discutere, sed mirari. Quid enim est æquius, quidve tam congruum, quàm vt in rebus diuinis omnipotentiam magis sequamur Dei, quàm sapientiam mundi? Hodie igitur nobis (sicut decursa Euangelij lectione cognouimus) secundum carnem natus est Christus, incipiens quidem esse quod non erat, sed non desinens esse quod erat. Nec enim natiuitas hominis imminuere aut separare indifferetæ maiestatis poterat vnitatem. Quod Deus de Deo patre processit, ineffabilis ac permanentis est secretum virtutis: quod homo est natus ex femina, nostræ salutis est gratia. Illic gloria natura: hic mysteriū volūntatis. Quis ergo, fratres, profundum hoc cœlestis consilij valeat aestimare, quod immortalitatis dominus incorruptæq; substantiæ, vt cōditiōne carnis mortē suscipere pro mortalibus possit, de femineo vtero nulla corporeæ generationis lege conceptus, humana voluit sub lege prodire, atque hoc ita, vt eum beata mater, quæ intacta conceperat, inuiolata proferreret? Obuoluitur præterea pannis, & ponitur in præsepi. Vilitas ista infantis preciosum Dei est sacramentum. In pannis enim nostras infirmitates, nostra se indicat suscepisse peccata. Quod verò in præsepi, vbi pastus est animalium, sua collocari membra permittit, in æternam refectiōnem vescendum à mortalibus suum corpus ostendit. Quid illud dicam quod in terras Angelica multitudo descendens vagientem paruulum gloriosa laude prosequitur? Stupet enim omnis creatura tam grande miraculum, quod vnus idemque & Deus regnat in cœlo, & homo nutritur in terra. Cuius mysterij beatus Dauid annuncians nouitatem, omne hominum genus ad concentum cantici spiritualis inuitat dicens: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Quid tam nouum, charissimi, quàm quod omnipotens Deus maiestatis immentæ patri cōæternus, & perpetui regni Dominus ad infirmitates corporeas & humilitatem se inclinavit humanam? Quid tam nouū, quàm concipiente & parturiente femina, illæsam virginitatem permanere? Et talis re vera saluatoreni mundi decebat ingressus, vt qui humani generis veniebat peccata munda, præ cæteris mundus nasceretur. Bene etiam propheta subiunxit, cantate domino omnis terra. Cui enim alij omnis debet cantare terra, nisi qui vniuerso terrarum orbi delictorum veniam, & spem sem-

piternæ salutis inuexit? Magnificemus ergo fratres dominum ac Deum nostrum, psallamus ei atque cantemus. Dignum est enim vt eorum præcipuè laudibus honoretur, quos proprij corporis passione & sanguinis sui effusione saluauit.

Exhortatio

## Homilia sexta de eodem.



Naduentu dominico, fratres charissimi, cuius honorē debitum præsentis festiuitate defecimus, multimoda cœlestiū mysteriōrū gratia reuelatur. Hodie enim, hoc est, in fine temporum editus est ille, cuius æternitatem nulla sæculorum tempora comprehendunt. Hodie cœli terrarūque Dominus pro libertate seruatorum formam induit seruitutis. Hodie noua femine sexus gloria peperit virgo, & quod vniuersa nobiscum creatura miratur, natus est homo nō per hominem procreatus. Sed quamuis nouum videatur, non tamen incredulum quod Christus in vtero Mariæ sine generante conceptus est, qui de Deo patre sine cōceptione processit. Quod enim Deus est, solius patris est vnigenitus; quod homo est, solius matris est filius. Atque ideò illum qui ex patre Deus est, & ex matre homo, hoc est, Deum & hominem vnum dominum confitemur. Hoc autem totum factum est, vt & Deus per carnem hominis mysterium salutaris susciperet passionis, & homo per virtutem Dei æternitatis suæ reciperet dignitatem. Nascitur itaque Christus ex Maria, vt & sexus femineus hominem daret, & Deum proderet integritas virginalis. Nascitur Christus ex femina, vt sicut Adam decipientem per Euam diabolū non potuit præcauere, ita diabolus aduentantem per Mariam Deum non deprehenderet esse præsentem. Parturit igitur femina salutem mundi; vt quæ exciterat fomes iniquitatis, fieret ministrā iustitiæ, & per quam mors sibi in hunc mundum aditum patefecit, per eam ad nos vita haberet ingressum. Atque vt ostenderet creator humani generis vtriusque sexus curam habere, & vtrunque se velle saluare, vir nascitur & procedit ex femina, quatenus aduerteremus nullam esse apud Deum inter virum ac feminam in percipienda salute distantiam. Cur autem non tota deuotione credamus salutarem puerum nasci potuisse de virgine, qui perfectum hominem credimus de puluere fuisse formatum? Exultemus ergo, fratres, & lætemur celebrantes natalem Domini nostri

Christus  
vtriusque  
sexus curā  
habet.

Exhortatio

Luc. 2.

Psalm. 95.

Iesu Christi: quia in eius natiuitate nos omnes natos sentimus ad vitam. Factus est enim homo, non ut sibi viueret, qui autor est vitæ, sed ut morte sua vitam redimeret mortuorum. Tantis enim vinculis humanum genus vinxerat inimicus, tâtaque nos mole inmanium prefferat peccatorum, ut nullus nobis esset reditus ad salutem, nisi nasceretur ille, qui virtute propria ad vitam posset redire post mortem.

*In Circumcisione Domini, siue de Calendis Ianuarij increpatio.*



**V**ANQVAM non dubitem vos, charissimi, per paternam sollicitudinem instructione diuini sermonis edoctos, vniuersas Calendarum superuenientium vanitates declinare penitus & horrere: ad perfectioris tamen emendationis augmentum, non me piguit vîtarum vestris auribus inferre sermonem, sicut ait beaustissimus Paulus: Fratres, eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium Necessarium, dilectissimi, nec superfluum reor, si pro commonitione sancta dudum habita præcedentium patrum vobis repetantur alloquia. Et re verâ quid fastidij, quid oneris habet pro salutis profectu vîlia ac Deo placita sæpe dicere, frequenter audire? Et ideo, charissimi, fide ac deuotione solita religiosi itineris vias ac veritatis feminas gradientes, magis magisque errorum denia, & diabolica calcate figmenta. Nec enim debet fidelis anima quæ Angelorum consortia concupiscit, dæmoniorum Iustibus delectari. Neque vero luci ac tenebris, veritati atque mendacio, turpitudini & honestati apud Dei semos vîla potest esse cõmunio, sicut nos Ecclesiarû doctor instruit dicens: Quæ conuentio Christi ad Belial? qui autem consensus templo Dei cum idolis? Quicumque ergo credentium vel est templum Dei, vel esse desiderat, sollicitè caueat ne mortua & vana festando, desinens esse templum Dei, fiat habitatio tenebrarum, fiat dæmonis monumentum. Ait gloriosissimus propheta Dauid: Beatus vir cuius est nomen Domini spes ipsius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Itaque qui sperat in Deum, ac toto corde in eius gloriam luminum suorum defigit aspectum, ad insanissimas vanitates contectatos semel Deo non debet oculos retorquere, quia ut ait Dominus: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro aptus

est regno Dei. Omnis enim arans si retro respiciat, aut tortuosum & inuilem faciet sulcum, aut arantum bouum suorum vestigia vulnerabit. Ita & qui directo tramite ac spiritali vomere vitia mundana persulficans incedit ad Dei regnum, si aspectum suum ad impia & vana conuerterit, & iuges suos, hoc est, corpus atque animâ vulnerabit, & optimi itineris periculosum incurret errorem. Et non respexit, inquit, in vanitates & insanias falsas. Quomodo beatus Dauid falsas insanias dicit, cum verè insaniant qui abiecto retrorsum timore Dei ad dæmonum respiciunt vanitates? Sed vir fidelis propriè naturam impia falsitatis expressit, quia insana sunt omnia quæcunque diaboli fallente mendacio, Dei in se non habent veritatem. Et illorum grauior atque immedicabilis languor est, qui superstitionum furore, & ludorum suauitate decepti, sub specie sanitatis insaniant. An non omnia quæ à ministris dæmonum illis aguntur diebus falsa sunt & insana, cum vir virium suarum vigore mollior, totum se frangit in feminam, tantòque illud ambitu atque arte agit, quasi pœniteat illum esse quod vir est? Nunquid non vniuersa ibi falsa sunt & insana, cum se à Deo formati homines, aut in pecudes, aut in feras, aut in portenta transformant? Nunquid non omnem excedit insaniam, cum decorem vultus humani Dei specialiter manibus in omnem pulchritudinem figurarum squalore sordium, & adulterina fœditate deturpant? Quomodo non sanum sapientibus patet, nihil ibi inesse sanitatis, vbi impia, vbi inhonesta, inuersaque omnia & faciunt & loquuntur: non audientes clamantem quouidie in Ecclesia beatum Dauid & dicentem: Filij hominum vsquequo graui corde, ut quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Graue utique eorum cor est, atque omni impietate depressum, qui per sacrilegos iocos diuinis monitis illudentes, vana diligunt & falsa festantur, & post omnia ad offensionis plenitudinem dies ipsos annum nouum vocant. Quinquàm nõ inconuenienter secundum se nouum appellent annum; quoniam per nefandas ferias de honestate falsa, turpitudine & peruersitas innouatur. Nouum vocant annum, quasi noui aliquid, aut cœlum tunc offendat aut terra. Nouum annum Ianuarias appellant Calendarum, cum vetusto semper errore & horrore sordescant. Auspicia etiam vanissimi colligere se dicunt, ac statum vitæ suæ inanibus iudiciis estimantes, per incerta auium, ferarumque signa, imminentis anni futura rimantur: cum

Notat superstitutionum furorem.

Psalm. 4.

Nouus annus.

Philip. 3.

2. Cor. 6.

Psalm. 39.

Luc. 9.

Deu. 18.

vtique apud Deum solum sit notitia futurorum, & legis autoritas ista prohibeat dicens: Ne aulpicemini, ne auguriis intendatis. Sed miseri ac miserandi homines rapti erroribus paganorum, & minus prouido corde cæcati, cum impietate de domibus suis prouideant, & cum sacrilegio reuertuntur. Aut quomodo se Christianum putat posse vel dici, qui in tali obseruatione videt se perfidis esse consortem? Ista vos, charissimi, iam dudum nec obseruare nec querere manifesta relatione cognoui, ac reuera non sunt à nobis penitus inquirenda, qui omnipotenti Deo credimus, qui pro qualitate meritum, aut fidei probatione cunctis mortalibus potestate arbitrij sui, vel prospera vel aduersa dispensat: præcipue cum huiusmodi homines arguat & increpet Apostolus dicens: Dies obseruauis & menses & tempora & annos; timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Videte, charissimi, in quo laborem erga se Apostolicum perdiderunt. Vos autem, sicut huc vsque pro Dei timore fecistis, abhorrete vana, refugite falla, impia declinate, vt & ad domum Dei confidenti semper corde venire possitis, & in fide vestra gentium magister, & iudex doctrinæ suæ fructum Paulus inueniat.

Gal. 4.

*In Epiphania Domini homilia  
prima.*



In hac, dilectissimi, celebritate sicut relatu paternæ traditionis instruimur, multiplici nobis est festiuitate latandum. Ferunt enim hodie Christum Dominum nostrum vel stella duce à gentilibus adoratum, vel inuitatum ad nuptias aquas in vina vertisse, vel suscepto à Ioanne baptisate consecrassè fluentem Iordanis, suumque simul purificassè baptismam. Sed quid potissimum præsentem hoc factum sit die, nouerit ipse qui fecit, nos tamen credere nec dubitare debemus, quicquid illud est, factum esse pro nobis. Nam quod eum fulgentioris stellæ radiis incitati adorauerunt Chaldaei, Dominum verum gentibus spes data est adorandi. Quod aquæ nouo sunt ordine in vina mutata, noui nobis poculi prælibatum est sacramentum. Quod autem baptisatus est agnus Dei, regenerantis baptismi salutare nobis munus est dedicatum. Oportet itaque nos, fratres, ad honorem saluatoris nostri, cuius natiuitatem debita nuper cum exultatione transegimus,

Matth. 23.

Ioan. 2.

Matth. 3.

omni cum deuotione etiam hunc virtutum eius celebrare natalem. Et quàm rectè tria hæc nobis vno acta in die mysteria prædicantur, qui ineffabilis trinitatis arcana vno Dei sub nomine confitemur. Per hæc ergo miracula Christus Dominus redemptorque noster oculis se voluit reuelare mortalium; quatenus inuisibilis eius diuinitas, quæ latebat in homine in opere non lateret; vt dum tentator verbum patris omnipotentis non deprehendit in carne, omnes vbique qui in Dei filio verbum & carnem credenter saluantur. Et quidem videbat diabolus infantem panis oblitum, sed ignorabat ipsum esse, qui remotis initiis tenebris mundum luce vestiuit. Videbat eum mortalis matris vbera sugentem: sed nesciebat ipsum esse qui esurientem Hebræorum populum, Angelico fecit pane velut cælesti lacte pinguescere. Videbat paruulum angustis in cunabulis quiescentem, sed videre non poterat ipsum esse quem non capit mundus. Quanto igitur inimicus in hac Christi humilitate per incerta distractus stupore nutabat, cum per Chaldaeos, præcipuos vtique tyrannidis suæ ministros, nouum videret infantulum, velut noui imperij regem regis muneribus honorari? Aut quomodo non superet, cum turbatus inspiceret à magis suis adorari puerum quem ipse nesciret? Quo torquebatur languore, cum pariter eius & cunæ in terris despiceret, & stellam miraretur in cælo? Vnigenitus autem Altissimi sic humiliter ingressus est mundum, vt indubitata diuinitatis suæ deferreret indicia. Natus enim de femina est, sed natus ex virgine, iacebat in præsepè, sed in sidere rutilabat: vt hominem illum Deumque esse, & terrena mater & signum cæleste monstraret. Quibus verò radiis, quantòque lumine illam Domini stellam, antiqua credimus tunc inter astra fulsisse? Quantum in splendore præcessit, quæ tantum præibat in munere? quæ velut quidam totius orbis oculus caligantis mundi veterem nouauit aspectum? Ecce, fratres, ad quarendum regem regum vna Chaldaeos stella pertraxit: Iudaicum verò populum ad obedientiam Dei sui, nec ignea quondam poruit columna conuertere. Nec sanè quenquam moueat tanta hæc perfidia Iudæorum, quod Christi illos fidem suscipere, neque noui stella fulgoris, nec parturiens virgo compulerit, qui nec tunc quidem Deo credidere suo, cum illos per arentia deserta ipso comitante Deo cælum passeret, petra potaret. Sed iam ad illud præcipuum Christi miraculum veniamus, quo

Tria vno die acta mysteria.

In Christi humilitate inimicus torquetur.

Iudæorum perfidia.

Dominus  
cur ierit ad  
nuptias.

pro documento deitatis suæ aquas vertit in A  
vinum. Inuitatis itaque vt legitur Domi-  
nus perrexit ad nuptias, sed vt dignaretur  
hoc virginis filius, nostræ eruditionis est  
ratio, vt docti exemplo legitimarum illum  
nuptiarum non negemus autorem. Vadit  
ergo ad nuptias Dei filius, vt quas dudum  
potestate constituit, nunc præsentis suæ  
benedictione sanctificet. Vadit ad nuptias  
veteris instituti, nouam sibi perpetuæ vir-  
ginitatis sponsam gentium de conuersione  
facturus. Vadit ad nuptias quæ nuptiæ non  
crearunt. Vadit ad nuptias non vtique vt  
conuiujs delectetur, sed vt mirabilius in-  
notescat. Vadit ad nuptias, non sumpturus  
pocula, sed daturus. Nam cum defecisset  
nuptiantibus vinum, ait illi beatissima Ma-  
ria. Vinum non habent. Cui velut indi-  
gnans respondit Iesus. Quid mihi & tibi est  
mulier? Nondum venit hora mea. Hæc  
verba indignantis esse quis dubitet? Sed id-  
circo vt reor, quia tam temerè ei mater de  
defectu carnalis poculi suggerebat, qui ve-  
nerat totius orbis gentibus nouum salutis  
æternæ calicem propinare. Quod enim ait,  
nondum venit hora mea, illam nimirum  
gloriosissimam passionis suæ horam, atque  
illud redemptionis nostræ vinum, quod vi-  
tæ omnium proficeret, promittebat. Nam  
quod perebat Maria, erat gratiæ tempora-  
lis; quod Christus parabat, gaudij sempiter-  
ni. Nec tamen piguit benignissimum Do-  
minum, dum magna veniunt, parua præsta-  
re. Et ideo venerabilis Maria, verè vt mater  
Domini, in spiritu futura prænoscentis, ac  
dominicam præuidens voluntatem sollicitè  
ministros admonuit dicens. Quodcunque  
dixerit vobis, facite. Sciebat profecto ma-  
ter sancta oburgationem illam Domini fi-  
liique sui non irascentis offensam præten-  
dere, sed miserantis portare mysterium.  
Tunc Dominus increpatæ matris relevans  
pudorem, suamque iam aperiens maiesta-  
tem, expectantibus ait ministris: Implete  
hydrias aqua. Nec mora obsequium suum  
obediens minister exhibuit, & ecce repète  
aquæ illæ cœperunt mirabiliter fortitudinè  
sumere, ducere colorem, odorem præbere,  
saporem concipere, totamque simul muta-  
re naturam. Quæ permutatio aquarum à  
sua in aliam creaturam, præsentis creatoris  
est testata virtutem. Neque vero quisquam  
conuertere aquas in vsus posset alios, nisi  
ille qui eas fecit ex nihilo. Stupuit ergo mi-  
nister attonitus qui aquas miserat & vina  
sumebat, lætaturusque nimium illa se suis hu-  
meris fluente portasse, per quæ Dei esset  
gloria reuelata. Nemo enim quicquam lo-

Ioan. 2.

Ibid.

Ibid.

cutus est in tempore, hydriis præter aquam  
nihil adiectum, ars nulla conducta est, &  
tam grande miraculū inter pauca circum-  
stantium silentia, sola tantum voluntas do-  
mini tacentis effecit. Nec dubitandum, cha-  
rissimi, quia ipse aquas traduxit in vinum,  
qui eas ab initio concreuit in niues, durauit  
in glaciem, Ægyptiis vertit in sanguinem, Exod. 7.  
& Hebræis sitiensibus manare arida de ru-  
pe præcepit, quæ innumerabilium multitu-  
dinem populorum stillicidio noui fontis vi-  
ce maternorum vberum nutrebat. Ibid. 17.  
Quid primū stupeas, quid miretis vinū de aqua,  
an aquam de petra? Sed nulla te quicum-  
que es qui inter ista cūctaris, infidelitas tur-  
bet, quod dubium non est ad nutum crea-  
toris creaturarum elementa pendere. Aut  
cur non credamus virtute dominicæ vinum  
fieri potuisse de aqua, cum nobis operante  
Deo fomentis imbrum terræ de gremio  
per ministeria vinearum aqua surgat in vi-  
num? Hoc, inquit, fecit Iesus initium signo-  
rum in Cana Galilææ, & manifestauit glo-  
riam suam, & crediderunt in eum discipuli  
eius. Crediderunt discipuli, non vtique hoc  
quod fieri cernebant, sed illud quod carna-  
lis videre non possit aspectus. Crediderunt  
non quod Christus Iesus filius esset virginis  
quod sciebatur; sed quod idem vnigenitus  
esset Altissimi, quod in opere probatur. Vnde  
& nos, fratres, toto corde credamus ip-  
sum esse Dei filium, quem filium hominis  
confitemur. Credamus illum & nostræ cō-  
sortem naturæ, & paternæ substantiæ coz-  
qualem; quoniam & nuptiis interfuit ho-  
mo, & aquas in vina mutauit vt Deus; qua-  
tenus fidei huius meritò nos etiam Domi-  
nus noster sobrio illo gratiæ suæ vino pro-  
pitius potare dignetur.

Adhortatio.

### Homilia secunda vnde supra.



VDISTIS, fratres, lætionem  
Euangelij salutaria præsentis diei  
sacramenta recitantem. Audistis  
qualiter Christus Dominus qui  
in hunc mundum lateenter aduenit, paula-  
tim dignatus est suam aperire mortalibus  
maiestatem. Quæquam, charissimi, late-  
re inter obscura sæculi lumen cœlestis non  
poterat. Denique cum visitationem suam  
necdum terra dignosceret, cœlum sua gau-  
dia ac totius mundi lætitiæ Caldæis stu-  
pentibus tacito in sydere loquebatur. Et  
cum quis quantūve esset necdum infidelis  
posset videre Iudæa, iam tunc gloriam eius  
iudiciis excitata cœlestibus gentilitas sen-  
tiebat. Noua enim stella nouum aduentasse

hominem reuelabat, & ita reuera nouum, ut cum Dei esset filius, indueret carnem sine generatione carnali, & haberet secundum hominem tempus nascendi, qui secundum Deum natiuitatis initium non habebat. Nouum nimirum erat, ut vnigenito Altissimi quem nō capit cœlum, paruissimi tugurij minimum praeſepe ſufficeret. Nouum erat qui in cœlestibus cum Deo Patre regnabat, terrena matre contentus, vagitus infantia daret in pannis. Latemur itaque, fratres, totisque gaudiis exultemus, quia nobis est naus Christus ex femina; nobis iacuit in praeſepi, nobis vagiebat in cunis, nobis ardebat in stella. Totum enim nobis proficiebat, quicquid saluator hominis agebat in homine. Ait itaque Euangelicus sermo. Ecce magi ab oriente aduenerunt Hierosolymis dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Quousque Iudæe durissime, obtusa aure, clausis oculis, & perfido corde persistis? Ecce iam post illa patriarcharū præconia, post vaticinia prophetarum, Christus & à gentibus prædicatur. Si patribus tuis credere detrectas, qui ab initio sæculi æterni regis aduentum innumeris sacratisque vocibus cecinerunt, et de vel his tandem, qui eum non adhuc post tempora nasciturum, sed iam & apud te & tibi natum esse testantur. Quæ tanta est in pectore tuo mortifera obstinationis aduersio, ut solus non audias quod omnes loquuntur, solus refugas quod vniuersitas credit, solus certe videre contempnas, quod splendet è cœlo? Apud te virgo concepit, & virginis tuæ partum alienus agnoscit. Tibi salutem tuam angelicæ voces persuadere non possunt, & ad Christum tuum vna Caldæos stella perduxit. Vbi est, inquit Magi, qui natus est rex Iudæorum? Vidimus stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. In his impletum est illud quod prophético sermone prædictum est. Quibus non est nunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent. Ecce enim Caldæus, cui neque annuntiatum de Christo fuerat, neque audierat: & vidit stellam Christi, & adesse eum intellexit in stella. Adorant itaque magi Dominum, & offerunt munera, ut impleretur quod ait ille præcipuus Prophetarum Dauid: Afferte Domino patriæ gentium: afferte Domino gloriam & honorem. Domino & Domino quod ait, Dominum illū esse secundum Deum, Dominum & secundum hominem mystico sermone declarat. Quod enim Deus est, creator est mundi:

quod homo est, redeptor est mundi. Quomodo ergo non priuilegio vtriusque substantiæ Dominus est omnium Christus, qui sibi vniuersa, aut creatione, aut redemptione subegit? afferte, inquit, Domino gloriam & honorem. Honoris ergo est, charissimi, quod offerunt gentiles munera, gloriæ quod adorant. Munera Chaldæi offerunt & adorant. Vnum ab illis defertur ut regi, aliud exhibetur ut Deo. Hi itaque adorato Christo oblatifque muneribus, per aliam ut lectum est viam reuerſi sunt in regionem suam. Rectissime per aliam viam redeunt, ne cruentus Herodes qui mortem parabat infanti, itinere magorum peruenire possit ad Christum. Neque enim qui adorare Dominum venerant, Domini esse poterant proditores. Quam bene, fratres, per aliam viam rediisse dicuntur! Nam qui stella duce venerant in Iudæam, in patriam suam æterni solis illuminati radiis reuerterunt. Et ideo omni cum reuerentia celebremus hunc diem, magorum obsequia nostra deuotione superantes, quoniam si illi Christum iacentem in cunabulis repperunt, nos eum regnantem habemus in cœlo.

Christus  
omnium  
dominus.

Ibid.

Matt. 2.

Iudæorum  
mortifera  
obstinatio.

Esa. 52.

Psal. 118.

## Homilia tertia vnde supra.



QVAMVIS, dilectissimi fratres, Christus salutis nostræ Dominus omnipotentis patris filius coæternus velamine carnis adoptus & humilis dignatus sit visitare mortales, dedit tamen multa ac maxima suæ maiestatis indicia, quibus mens humana sentiret & nouum hominem natum, & Deum aduentasse de cœlo. Nam cum ipse dominus noster lege natiuitatis humanæ paruulus & infans apud Iudæam vagiret in cunis, lateret in pannis: magnificentiam tamen eius vniuerso orbi mirabilis ab alto stella prodebat. Quis enim dubitet ipsam stellam lætiori luce & fulgentioribus radiis coruscasse, quæ cœli terræque lumen humanis oculis ingerebat? Et necesse erat, ut stella hæc à cæteris sideribus orbe clariore distaret quæ annunciabat Christum, cuius natiuitas ab vniuersis mortalibus differebat. Et nouo quidem sidere tunc micabat cœlum, sed magis nouo mundus lumine resfulgebat. Quis hanc inuestigare miraculorum gloriam posset, quod pro remedio salutis nostræ vno eodémque momento creatura lucebat in cœlo, & creator splendebat in terris? Nec mirum, charissimi, si cœlorum Dominum testimonium cœlesti prosequitur. Aur cur nobis incredulum

Magna  
miraculorum  
gloria.

videa.

videatur, si conditorem suum obsequens factura testatur? Et mirabatur quidem terra quod nouam stellam videret in caelo? sed plus mirabatur caelum, quod nouum solem videbat in terris. Quam profunda cogitationes domini & inuestigabiles via eius! qui ne perfidia hominum partum virginis impugnaret, dedit ab excelso clarissimum signum, quod nec gentilitas refutare posset, nec Iudaea caelare. Veniunt itaque, ut lectum est, ab Oriete Chaldaei, sequuntur praeniam stellam non magica arte recognitam, sed sui nouitate mirabilem. Idcirco autem magi apud Hierosolimam praecipue natum regem requirunt, quia Balaam ille ariolus & sacerdos quondam gentium, cuius asina locuta perhibetur, stellam ex Iacob oriundam: & hominem ex Israel prophetauerat esse venturum. Ait enim inter caetera sicut legitur: Orietur stella ex Iacob: & exurgat homo ex Israel. Nemo ergo nunc miretur natiuitatem dominicam agnouisse Chaldaeos, quam vtiq; reuelante Deo gentilis praenunciare potuit, potuit gentilis agnoscere. Fuit enim hoc, quantum aestimari datur, supernae dispositionis arbitrii, ut inter sacratissimas prophetarum voces, etiam ab infideli homine eius praediceretur aduentus, qui pro fidelium infideliumque erat redemptione venturus. Et ea nimirum ratione prophetae idolorum sacerdos, ut si Iudaeis praedicatoribus de aduentu Christi credere forte gentilitas renuisset, suorum saltem testimonium sequeretur autorum. Nec dubitemus omnipotentem ac benignissimum Deum Balaam illi alienigenae praescientiae dare potuisse sermonem, qui asinae ipsius linguam in verba potuit humana laxare. Loquebatur igitur sessoris arioli asina. Pronum quippe animal, & naturaliter inspicens in terram, ut manifesto signaret indicio, quod vniuersa gentilitas, quae aris dedita & in terram semper perfidiae suae pondere pressa, despiciens omnipotentis Dei cultum, tacita erat & muta, aduentante stella ex Iacob, & homine ex Israel, erectis ad caelum oculis, aeterni Dei gloriam quotidianis esset confessionibus locutura. Venit atque, fratres, ab oriente illuminata gentilitas. Iudaea vero durissimi cordis sui infidelitate caecata remanet in occasu. quomodo autem non vere in occasu & in tenebris tabescit omnis contumacia Iudaeorum, qui indefessi solis praesentiam respicientes diem perpetuum perdididerunt? Et bene, charissimi, vno itinere tres simul adoraturi veniunt magi, quia in vno Christo Iesu, qui omnium credentium via est, inseparata ab

Matth. 2.

Num. 22.

Num. 24.

Christi aduentus cur ab infideli praedictus sit.

Tres similes Magi cur adoraturi veniant.

eis erat trinitas adoranda. Deferunt autem & munera, quae non tam munera quam mysteria probarentur. Offerunt ei aurum. In auro, fratres, ostenditur captiuitatis nostrae pretiosa redemptio. In thure autem, & demoniorum superfluitate cessatura, & futurus verae religionis cultus aperitur. In myrrha vero, qua exanima solent corpora conseruari, praefiguratur carnis nostrae reparatio & resurrectio mortuorum. Haec autem offerri Christo tam sacrata donata non magorum arbitrium, sed inspiratio omnipotentis elegit. Quantum enim ad gloriam pertinet Christi, munera haec inspecta carnaliter maiestati eius omnimodis videntur indigna. Nam quod Dominò immortalia iurum, quod vtiq; solis est mortalibus & vsui & amori? Quod omnipotenti Deo thus, cuius nidore etiam simulachra à gentibus honorantur? Aut quod ei myrrha foetidorum corporum condimentum, cuius carni nulla mortis erat dominatura corruptio? Quae omnia, dilectissimi, apud Dei filium superflua videntur & vacua, nisi adumbrata in illis vitae nostrae sacramenta credantur. Propter quod, fratres, speremus in Domino, & confortetur cor nostrum, ut in nobis quoque stella fidei elucescat; quae nos via recta & sine errore perducatur ad Christum. Offeramus & nos actuum nostrorum deuotionisque munuscula, quae iam non in terris, & in cuna iacens suscipiat Christus, sed quae sedens ad dexteram patris amplectatur in caelo.

Adhortatio.

## Homilia quarta vnde supra.



IT Prophetarum praecipuus est. 60.  
Esaías, sicut audistis, fratres charissimi: illuminare, illuminare Hierusalem, adest enim lumen tuum, & maiestas Domini in te exorta est. Hierusalem vero manifestum est esse fidelium ciuitatem. Vnde nos, fratres, qui portas caelestis Hierusalem cepimus introire, illuminati salutaribus sacramentis in conspectu Dei nostri nouo gaudio necesse est exultemus: quia noua hodie stella nouum mundo hominem reuelauit. Hoc profecto die Christus Iesus à patre veniens, Deus & homo natus è femina sub specie adorantium Chaldaeorum fidem gentium dedicauit. Qui quamuis diuinitatem suam nostri corporis adumbratione velaret, Deum tamen esse illum caelum prodidit, & terra cognouit. Humilis quidem, sed mirabilis venit; ut pariter in eo

B b

575

& assumptæ carnis veritas; & ineffabilis deitatis natura fulgeret. Et quamquam nascentem illum cunabula terrena suscepserint, non tamen esse terrenum cœleste signaculum testabatur. In cunis namque iacebat, sed radiabat in cœlo. Vagiebat apud Iudæos, & apud gentiles regnabat. In Bethleem lactabatur a matre, & in Chaldea adorabatur à Magis. Ait namque beatissimus Evangelista Matthæus. Ecce Magi ab Oriente aduenerunt dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Quam bene ab Oriente properare dicuntur, qui adoraturi sempiternum veniunt Orientem, de quo dictum est: Et visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris sedent. Deinde subiungunt Chaldæi. Vidimus stellam eius, & venimus adorare eum. Eius, inquit, stellam vidimus. Bene eius, quia quamuis omnes ab eodem creatæ stellæ ipsius sunt, hæc tamen proprie Christi erat, quæ specialiter eius nuntiabat aduentum. Et cæteræ quidem factæ sunt stellæ, vt mundi istius tempora cursûsque distinguerent: hæc verò prodire iussa est, vt ipsum mundi Dominum, & regni cœlestis adesse tempus ostenderet. Ait itaque Magi: Vidimus stellam eius, & venimus adorare eum. Ecce Christum qui non habent, habere volunt, & inuenire contendunt. Iudæus Deum suum refugit, paganus inquit. Quod proximus non agnoscit, alienus intelligit. Gentilis stellam Christi videt & venit. Iudæus Christum videt & inuidet, sicut lectum est: In sua venit, & sui eum non receperunt. Verè Iudæa durissima suâque infidelitate cæcata, non videbat quod stella radiabat, nec audire poterat quod Angeli conclamabant. Igitur inquirentibus Magis, ac decentibus: vbi est qui natus est rex Iudæorum? Turbatus est rex Iudæorum Herodes, & omnis Hierosolyma cum illo. Turbatur rex, regno credo metuens suo, nescius quia Christus non veniebat regnum eius inuadere, sed saluare: & quod nulli inferret mortem, qui est vita cunctorum. Et cum perambularent magi, stella, sicut lectum est, quam videbant in Oriente antecedeat eos, donec veniret & staret supra vbi erat puer: Venit, inquit, & stetit supra vbi erat puer. Nunquid non dicere & clamare videbatur, Hic est puer, quem natum testabar è cœlo? Hic est rex ille magnus, qui venit cœlesti imperio regnum sociare terrarû. Vere stella hæc dominicæ natiuitatis ministra, quæ tanto est Chaldæis obsecuta famulatu, vt in inquirendo Christo non solum eos moneret è

A cœlo, sed & ducatum illis præberet in terris. Adorato itaque Domino, Magi, oblatifque muneribus prætereuntes Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Neque vero poterant per Herodem, id est, itinere mortis redire, qui in patriâ suam adorato Dei filio cœlestis vitæ munera reportabant. Elusus ergo Herodes & contemptus à magis (vt ait Euangelista) iratus est valde, & misit & occidit omnes pueros qui erant in Bethleem à bimatu & infra. A bimatu, inquit, & infra ætas scribitur occisorum, vt occidentis innotescat acerbitas. O ira peruersa, inconsultaque sequiæ indignatio, Chaldæis irascitur, innocentes interficit, & dum in mortem immaculati fertur infantis, lactentium perimit turbas, quatenus iniquissimum regem qui indebitum querebat sanguinem, prostrate multitudinis multiplex reatus inuolueret. Nec aduertere poterat furentis infania, quod ille qui mortuos morte sua viuificare veniebat, cogi in mortem non possit inuitus. Et hæc omnia, charissimi, agebat per Herodem diabolus, vt per voluntatis suæ ministerium, aut Christum perimeret, aut patuulorum necelatissimum Christi contristaret ingressum. Sed nulla sit apud fideles innocentium de morte tristitia, quia Christus iustissimus retributor, propter se passos suæ fecit participes passionis, atque eos quibus libenter vitam parabat æternam, patienter permisit occidi. Proinde nos, dilectissimi, venientes ex gentibus, quibus in stella dominica salutare lumen radiauit è cœlo, apud quos virginis fidelis est partus, quibus Christus & in cunabulis Deus est, & deuotionis ac fidei nostræ munera deferentes. Herodis perfidiam declinemus, & sanctificato corpore ac spiritu nostram misericordiam diligentes, sacratissimum semper domini honoremus aduentum, vt sicut de eius illuminatione gaudemus, ita de nostra retributione lætemur.

*Homilia quinta vnde supra.*



**S**ALUTARE nobis est, fratres, atque conueniens; vt concurrentes ad festa dominica, & mysteria saluatoris nostri, de cuius natiuitate gauisi sumus, eius manifestatione lætemur: quia sicut nascendo gloriosus est Dei filius, ita apparèdo mirabilis. Mirû nanque quod Christus processit ex virgine: nec min⁹ magnificû, quod ostensus è cœlo est. Mirû valde, quod nouû

Matth. 2.

Luc. 1.

Ioan. 1.

Matth. 2.

Herodis infania.

adhortatio

Stella dominicæ natiuitatis ministra.

hominem terra suscepit; stupendum nihilominus quod nouum hunc hominum noua de caelo stella prodiderit. Apud Iudaeam Christus in praesepi pastoribus vagiebat, & in Chaldaea Magorum oculis inter sydera coruscabat. Apud Iudaeos fordebat in pannis: apud Gentiles fulgebat in gloria. Et quidem necesse erat ut caelorum Dominum testimonium caeleste praecederet, & autorem lucis signum luminis reuelaret. **Magnum hoc, fratres, tremendumque mysterium, cum vnus idemque annunciat de patre Deus, & homo de matre. Vnus idemque filius feminae, & filius maiestatis. Vnus idemque hominum particeps & Dominus Angelorum. Quis enim valeat aestimare, quanti sacramenti quantaeque sit gratiae quod ille fugit vbera qui pascit omnia, & qui vniuersis animantibus viuendi substantiam praestat e caelo, ob salutem terrestrium terreno lacte nutritur? Nullus ergo ambigat, nemo cunctetur, quod Christus in terra degens fulgebat in caelo, quia sic venit ad terras, ut non relinqueret caelum. Et inde est quod virginalem hunc puerum laudant Angeli, mirantur pastores, caelum attestatur, venerantur & magi, quia mystica eius natiuitas sempiterno gaudio, & terram laetificauit & caelum. Hunc ergo regem caelestium hominumque rectorem sub carnis mysterio venientem, inuidus tremit Herodes. Iudaea infidelis abiurat. Tremit Herodes, infantem regiae dignitatis, quia bonitatem nascentis ignorat. Abiurat Christum Iudaea quem praedicat, quia impietatis suis metuens, iusti iudicis refugit aequitatem, & scelus suorum obcaecata tenebris sola videre non potest quod omnibus splendet e caelo. Et cum omnium patriarcharum doctrina ac prophetica sanctorum virorum eloquia ad agnitionem filij Dei Iudaica corda non flexerint, vnus stellae radius fidem gentium suscitauit. Quae tanta permutatio, fratres, quae ue ista conuersio est? Apud Iudaeos propheta loquitur nec auditur, apud gentiles stella tacet & suadet. Verum sicut scriptum est quibus non est nunciatum de eo videbunt, & qui non audierunt intelligent. Ecce enim Chaldaei, quibus nihil vnquam fuerat de huiusmodi mysterijs praedicatum, intellexerunt natiuitatem Christi, ipsumque Christum sollicitè perquirentes, caelo monstratae stellae ducatu ante viderunt. Nec sane à quibuscunque vilius, obscuris abiectisque hominibus haec sunt vel intellecta vel visa: sed à Chaldaeis, id est apud quos superstitionum regnabat error. In his ingressus mundum Christus primi-**

arias fidei salutaris inuenit. Et factum est inter Iudaeos atque Gentiles quoddam perfidia fideique certamen. Naro enim Christo exultabat Chaldaea, & tota cum suis principibus Hierosolyma torquebatur. Instabatur Iudaeus, Magus adorabat, Herodes acuebat gladium, Chaldaeus munera praeparabat. Sed quid mirum, si turba illa Iudaica Christi non suscepit infantiam, quae etiam mortuos suscitantem contumaciter ab usu contempsit? Quid mirum si in cunis iacentem Christum spreuerit Iudaei, quem cum caecis vel noua daret lumina vel repararet amissa, languoresque varios salutifero sermone curaret, ad omnia beneficia Domini redissent ingrati, mendacis linguae calumniis incusabant? Quid mirum si in eius natiuitate stellae splendentis indicia neglexerunt, in cuius passione etiam sole lugente latati sunt? Quid mirum si Chaldaeis aduentantibus hi credere noluerunt, quos ad fidem veritatis adducere concursus non potuit Angelorum? Latemur itaque nos fratres & exultemus in Domino, festiuitatem perennis mysterij omni cum gaudio celebrantes, qui natiuitatem dominicam non coniecturis carnalibus abnegamus, sed fide simplici confitemur, qui saluatoris aduentum non nunciatis Magis, sed attestante desuper patre cognouimus, qui Christum Dominum non iam inter cunabula vagientem quaerimus, sed regnantem veneramus in caelo.

*Homilia sexta vnde supra de baptismo Christi.*



**O** MPLURA nobis, fratres, atque diuersa festiuitas praesentis diei salutarium mysteriorum sacramenta multiplicat. Nam sicut posteritati suae fidelis mandauit antiquitas, hodie saluatori humani generis caelestibus ostensus iudicis à Chaldaeis est adoratus. Hodie Christus beati Ioannis ministerio fluuenta Iordanis benedictione proprii baptismatis consecrauit. Hodie etiam inuitatus ad nuptias diuinitatis suae potentiam manifestans aquas vertit in vinum. Aquas, inquam, vertit in vinum, hoc est, quas sanctificauit in baptismo, nobilitauit in nuptiis. Tria quidem haec, fratres, vnus fidei mysteria recensemus, quae per vnum Dominum dignatio trinitatis impleuit. Neque enim aliquando in operatione virtutum abesse sibi vnitas potest, aut vnquam separari ab inuicè poterit, quod Deitate est indiuisum.

Iudaeorum  
arque genti-  
libum cer-  
tamen.

Magnū tre-  
mēdūque  
mysterium.

Mystica  
Christi na-  
tūritas ter-  
ram laetifi-  
cauit & cae-  
lum.

16. 52.

Math. 2.

Math. 3.

Ioan. 2.

Denique cum baptizaretur saluator, non se A  
 deesse vnigenito pater in voce prodidit,  
 spiritus in columba. Non ergo miremur,  
 fratres, quibus in fide est trinitas, si tria v-  
 num nobis diem mysteria consecrarunt.  
 Hodie itaque vt diximus Magus per stel-  
 lam reperit, quod Iudæus credere noluit  
 per prophetas. Hodie gentilitas edocta de  
 cælo redemptorem mundi inquit vt re-  
 gem, muneratur vt fortē, adorat vt Deum.  
 Et quam rectē, charissimi, in testimonium  
 nouæ natiuitatis, noua terris stella resplen-  
 dit; cuius vtique Iudæorum gens persfi-  
 da, nec ratiū occultare possit, nec abscon-  
 dere veritatem. Neque enim vlla iam per  
 eos poterat locum habere maligne inter-  
 pretationis obscuritas, vbi cælum ipsum  
 vniuersorum oculis sydereo lumine cre-  
 denda fulgebat. Et quam hoc mirabile  
 quod exiguus stellæ radius stupentia alieni-  
 genarum corda permouit, cum illum Iu-  
 daicum populum, cui mare diuisum, cui  
 præbitum manna de nubibus, nec ignea  
 potuerit & ipsa de cælo micans columna  
 conuertere. Sed iam ad Christi baptismum  
 properemus. Venit, inquit, Iesus ad Ior-  
 danem vt baptizaretur à Ioanne. Cui ait  
 Ioannes. Ego à te debeo baptizari & tu ve-  
 nis ad me? Ego vtique à te debeo baptiza-  
 ri, quia mihi est ex paterna præuaricatione  
 corruptio, & tibi in paterna maiestate com-  
 munitio. Ego in hunc mundum carnali sum  
 parente profusus: tu verò huc ab ingenito  
 patre vnigenitus aduenisti. Me viri & fe-  
 minæ naturalis copula procreauit, te autem  
 altissimi obumbrante virtute, veneranda  
 nobis virginitas dedit. Ego terrenum ani-  
 mal, tu agnus Dei. Ego peccati lege mor-  
 talis, tu autem aduersus peccata veniens,  
 nescis subiacere peccato: & post omnia ego  
 factus sum redimendus à te, tu autem na-  
 tus vt redimas. Cui indignatus respondit  
 Iesus: Sine modo: Sic enim decet nos im-  
 plere omnem iustitiam. Id est omnia qui-  
 dem vera sunt quæ memoras, sed hæc mei  
 aduentus est ratio, vt quia sub lege factus  
 sum, ordo legitimus suppleatur. Veni enim  
 non vt mihi viuerem, cui vita æterna cum  
 patre est; sed vt conditionem vestræ mor-  
 tis auferam. Et hoc est iustissimum, vt quia  
 totum suscepi hominem, per omnia ho-  
 minis transeam sacramenta. Et reuera fra-  
 tres, quomodo pro nobis Christus ad ba-  
 ptismum non veniret, propter quos etiam  
 corporeæ circuncisionis non vitauit iniu-  
 riam? Vnde & Ioannes salutare mysterium  
 recognoscens, non iam Dei filium vt Bap-  
 tista sanctificat, sed vt deuotus minister cœ-

lestis obtemperat imperatis. Nec enim po-  
 terat non obedire, seruus Domino, præco-  
 iudici, regi miles, præcursor auctori. Atq;  
 vt hæc omnia diuinitate agi plenius perfe-  
 ctiusque Propheta dignosceret, in specie  
 columbæ sanctus se spiritus videri dedit, &  
 in voce sermonis pater auditi. Ait enim:  
 Hic est filius meus dilectus in quo mihi be-  
 ne complacui. Videte & intendite, fratres,  
 quantum gratiæ de diuina dignatione mor-  
 talitas consequatur. Nam vt sacratissima re-  
 demptionis nostræ mysteria confirmantur,  
 & vt manifestius æterna nobis Trinitas re-  
 uelctur, baptizatur, filius in Iordane, spiri-  
 tus sanctificat sacramentum; pater aperit  
 veritatem. Superest iam vt tertia deuotio-  
 nis huius charitati vestræ causa clarescat.  
 Hodie nihilominus, vt perhibetur à patri-  
 bus, Dominus Iesus in Cana Galilææ de  
 aquis effecit vinum. Nihil à nobis est, fra-  
 tres, in huiusmodi mirabilibus de creatore  
 cunctandum. Qui enim in exordio mundi  
 dedit esse aquas, in fine quoque mudi quod  
 voluit fecit ex aquis. Maioris nempe maie-  
 statis est creare quæ non erant, quàm crea-  
 ta mutare. Et quid mirum si ad præceptum  
 Domini sui aqua transiuit in vinum, cuius  
 nutu salubrium fomento imbrum & ipsa  
 vini genitrix vva nutritur? Quid mirum si  
 Dominus omnium propter hominē aquas  
 vertit in vinum, qui vt hominem conderet  
 terram transformauit in carnem? Quid mi-  
 rum si eius iussu aqua meliorem proficit in  
 sapore, cuius operatione, cum amara ef-  
 set in myrrha bibituris populis ligno medi-  
 cante dulcata est, cuius imperio etiam, vt si-  
 tientibus in eremo non deesset, concita  
 profluit è petra? Et ibi quidem per Moysem  
 aqua procedit è saxo, vbi adhuc figura spi-  
 ritualis est poculi: hic vero per Christum  
 efficitur vinum, vbi iam vera est bibentium  
 salus. Quid igitur, fratres, hoc lætius die,  
 quid hac solennitate sacratius, in qua par-  
 tum virginis qui latebat in cunis, stella ful-  
 gentior gentibus coruscavit, in qua vnige-  
 nitum Dei in sanctificationem sui Iordanis  
 vnda suscepit, homo spiritum sanctum vi-  
 dit, patrem mundus audiuit? in qua etiam  
 sobrio illo vini mirabilis poculo, peccatis  
 ebrium mortale genus visitasse se Christus  
 ostendit? Et ideo, charissimi, in spirituali-  
 bus donis, lubricæ carnis voluptate deposti-  
 ta, spiritualiter gaudeamus, vt tenebras  
 cordis nostri lumen stellæ cœlestis irradiet,  
 benedictio paternæ vocis illustret, & salu-  
 tare nos vinum Christo propinante lætifi-  
 cet.

Ibid.

Ioan. 2.

Exod. 15.

Exhortatio

ad usum  
 de capis  
 de nobis

Matth. 3.

*Homilia septima unde supra, & de baptismo Christi.*



**I**CET, fratres dilectissimi, de solennitate diei huius veterum sit diuerſa traditio, vna tamen sancta & deuotionis est fides. Et quam nonnulli hodie dominum nostrum Iesum Christum stella duce venientibus ab oriente magis æstiment adoratum; alij autem asserant eum aquas in vina mutasse; quidam vero baptizatum illum ab Ioanne confirmant; in omnibus Dei filius creditur, in omnibus est nostra festiuitas. Nam quod Magis vtiq; gentilibus & adorare Dominum & munera offerre conceditur; gæcium est præfigurata vocatio. Quod aqua transformatur in vinum, religionis nostræ designatur arcanum. Quod verò fluentis Iordanis baptizatur Iesus, aqua nostro baptismati consecrantur. Oportet itaque, charissimi, vt aliqua nunc de ipso baptismate sanctitati vestræ, prout dominus donauerit, proferamus: vt simul & humilitatem saluatoris nostri & mysteriorum gloriam cognoscatis. Prædicabat in deserto Ioannes baptismum pœnitentiæ populo peccatori, non quo crimina commissa deleret, sed quo emendaret errantes. Nam remissio peccatorum Christi gratiæ seruabatur. Confluebat ergo ad Iordanem desiderio lauacri diuersorum copiosissima multitudo, quorum essent tam scelerati actus, vita tam perdita, vt eos venerabilis Baptistâ vipereo semini compararet. Inter huiusmodi homines ille virtutum cœlestium Dominus: ille qui respicit terram & facit eam tremere Christus Iesus, non dedignatur humilis & quietus ad seruuli sui baptismum properare. Sed quid mirum de mansuetudine saluatoris, si se Prophetæ sui manibus inclinauit, qui se ab inimicis suis passus est crucifigi? Quo properante ad fluuium, ralem Ioannes circumstantibus turbis erupit in vocem, ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hoc est dicere: Cessate iam, cessate à baptismo meo, quo pœnitentia suscipitur: ecce Baptistâ, per quem crimina dimittuntur. Desinite vterius à conseruo vestro baptizari velle, præsens est Dominus omnium nostrum, qui baptizat ad vitam. Illum sequimini, illi credite, ab illo lauacrum salutis tota mente supplices postulate, à quo & ego ipse Baptistâ vester cupio baptizari. Non renuit quidem Iesus testimonium vocis huius: sed qui per ordinem vellet vniuersa

A complere, nihilominus baptizari se expetit ab Ioanne. Tum Baptistâ deuotus baptizandi sui potentia tremefactus ait. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Id est, quoniam ego creatura sum, tu Creator; ego seruus, tu Dominus; ego figura, tu veritas. At Iesus ait. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Id est, quid nunc ista commemoras? propositum susceptæ humilitatis implendum est. Tunc ille, qui presumere formidabat velociter, paruit præcipientis imperio. Baptizatur ergo Iesus non sibi, sed nobis. Baptizatur non vt purificetur aquis, sed vt aquas ipse sanctificet. Baptizatur non vt noui baptismatis constituat sacramentum. Aperti sunt, inquit, ei cœli. Æstimo vt in cœlestibus esset miraculum, de his quæ gerebantur in terris, sicut ait scriptura, in quem concupiscunt Angeli prospice. Quomodo enim poterant non mirari virtutes cœlorum, & dominationes, Cherubin & Seraphin, cum viderent Dominum Sabaoth in fluuii ab Ioanne baptizari? Vt autem Ioannis attestatio etiam cœlesti testimonio confirmetur, vidit spiritum sanctum corporali specie quasi columbam descendentem & manentem super Iesum. Audit & patrem dicentem. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Aduertite, dilectissimi fratres, quanta nobis in baptismate Domini nostri Iesu perfecta sit gratia, quam subtili sacramento trinitas se hodie homini reuelauit. Pater enim auditur in voce, filius manifestatur in homine, spiritus sanctus dignoscitur in columba. Quam mirifico autem mysterio Dominus noster Iesus Christus, vel tactu corporis sui, vel transitu gloriæ suæ, omnem ad momentum creaturam sanctificat, viuificat, & illustrat: Aquas enim consecrat dum baptizatur, terram sanctificat dum sepelitur, mortuos suscitatur dum resurgit, cœlestia glorificat dum ascendit ad cœlum, & sedet ad dexteram Dei patris.

*Homilia octaua unde supra, & de gratia baptismi.*



**R**EDEMPTIONIS nostræ autor, æternus, omnipotens Dominus vnigenitus Dei viui, inseparabilis sæper permanens apud patrē, ita pro nobis perfectum suscipere dignatus est hominem, ita quod Deus erat exinanivit in semetipso,

Exod. 13.  
Luc. 2.

vt per omnia legalium sanctionum sacramenta transiret. Nam vt primum beatæ matris sancto processit ab utero, circumcissionis signaculo dedicatur; siue vt indubitata carnî suæ velut alienigenam alumna circumcissionis plebs Iudaica declinaret. Dein quia tradita per Moysen legis præteriti præcepta non poterat, offertur pro eo purgationis holocaustum. Et pro illo, fratres, holocaustum purgationis offertur, qui omnium hominum sordes purgaturus aduenit. Sed cum Ioannes præmissus ante faciem eius concurrentes ad se populos; & prædicatione cotrigeret, & pœnitentiæ baptismo consecraret, ipse ad eum inter promiscuas vilēsque turbas velut vnus è populo properauit: & tanta sese benignissimus dignatione subiecit, vt illud sacratissimum caput, tremendum potestatis, Angelis venerandum, ad suscipiendum baptismum seruuli sui manibus inclinaret. Quem vidēs Ioannes venientem ad baptismum suum, ac dominica in eo gloriæ insignia recognoscens dixit ei. Ego à te debeo baptizari; hoc est, terrenus à cœlesti, mortalis ab æterno, fragilis à potente. Et tu venis ad me? Ad præcursores iudex, ad creaturam creator, rex ad ministrum, & humiliabis te mihi exiguo, cum tua non sim dignus calceamenta portare? Tu inter peccatores ad baptismum venis, in cuius ore dolus inuentus non est, & per quem totius mundi peccata tolluntur? ac tantum tu tuis subiicis creaturis, vt puteris obliuisci quod Deus es. Ego quidem hominem video, sed meum Dominum recognosco. Humanum in te corpus aspicio; sed cœlestem intelligo sacramentum. Neque me species hæc carnis assumptionis à fide veritatis abducit, tu es, Domine, tu es ipse qui me ad ista misisti. Quomodo autem nunc ego te adstantem præsentemque ignorare possum, quem dudum adhuc in utero virginali, & intra materna viscera constitutum necdum ipse nascens ag-

Matth. 3.

Esa. 51. &  
1 Petri. 2.

ria, alia sunt contumeliæ quas pro humana perpeti salute disposui. Post hæc beatus Ioannes suscepit deuotus quem timidus prohibebat. Nec ignorabat prophetarum ille præcipuus à se Dominum baptizandum, sed ministerium suum noluit sine confessione complere. Itaque & fides cōfessa est Dominum, & obedientia impleuit obsequiū. Baptizato itaque Domino & spiritus sanctus adfuit, & vox de cœlo paternæ maiestatis audita est dicentis, tu es filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Quod factum, fratres, nostræ proficere fidei manifestum est, vt præsentia sancti spiritus, & autoritate paternæ vocis, apud omne hominum genus, & testimonium Ioannis, & veritas filij, & sacramentum baptismi firmaretur, per quod magnificamus & glorificamus Deum patrem omnipotentem, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Matth. 3.

## In die Cinerum homilia.



VIA nonnullorum est consuetudo, charissimi, aduenientes quadragesimæ dies deuotiore ieiunio præuenire, necessariè præfens Euangelij decursa est lectio; in qua

Dominus noster virtutum spiritualium retributor, sancta nobis perfectamque dedit regulam ieiunandi dicens. Cum ieiunatis non eritis sicut hypocritæ tristes. Exterminant enim facies suas vt appareat hominibus ieiunare. Non enim Deo ieiunat, sed hominibus, quicumque ostentatione ieiunij sui gloriam requirit humanam. Exterminant autem facies suas, qui mœrore simulato religiosum vultum populorum oculis mentiuntur. Non vult enim disciplinæ cœlestis magister irreligiosè agi, quod fieri pro religione præcipitur, nec patitur inuocantium se laborem quibus æternam parat mercedem infructuosæ instantiæ vitio deperire. Non eritis, inquit, sicut hypocritæ tristes. Si enim verè mœstus & tristis es quia ieiunas, nullam tibi vt ingratus apud Deum gratiam referuabis, quia quamuis opus facias bonum, prauitatem tamen degeneris animi inuitus operaris. Si autem pro quadam sanctitatis imagine tristitiam simulas, omnem fructum promissionis diuinæ obsequij tui ostentator amittis. Quod si Deo ieiunium tuum defers, cur illud hominibus pari tecum conditione viuentibus vanæ gloriæ sectator ostentas? Hanc nimirum Paulus Apostolus secutus sententiã dicebat. Noli-

Matth. 6.

Hominibus qui ieiunent.

Gal. 6.  
Inane est ieiunium.

te fieri inanis gloriae cupidi. Inane est enim A  
 & vanum quicquid nullius ponderis aut  
 virtutis firmitate consistit. Inane est, quod  
 cum saeculo praeterirent deficiens ad vitam  
 non transit aeternam. Quicquid enim pro  
 carnali honore laboratur, corruptibili cum  
 carne dilabitur, vt ait Propheta. Omnis ca-  
 ro foenum, & omnis gloria hominis vt flos  
 foeni. Aruit foenum & flos decidit, verbum  
 autem Dei manet in aeternum. Nec possumus,  
 dilectissimi, pro vno eodemque opere  
 & laudem mundi adulantis expetere, & pre-  
 mium vitae aelestis acquirere. Sed vnges, ait,  
 eum ieiunas caput tuum, & laua faciem tua. B  
 Vngit reuera omnis deuotus caput suum,  
 cuius religiosum ieiunium sanctae cleemo-  
 synae vbertate pinguefcit. Et si altius aliquid  
 cogitemus, vnges caput tuum quod est  
 Christus, si bonis operibus meliora subiun-  
 gens simplici cum deuotione lactifices. La-  
 uabis sine dubio & faciem tuam, atque om-  
 ni eam laetitiae serenitate deterges, si diuino  
 iucundior cultu, nullius vanitatis affectatio-  
 ne sordefcat. Illos eorum vultus est, qui  
 falso oculorum maerore praeconia munda-  
 na mercantur. Quos Apostolus sententia  
 sua notat dicens, quae sunt existimant esse  
 pietatem. Et cum haec ita sint, non repellit  
 Dominus lugentes, vel peccata sua, vel mu-  
 dum qui dixit. Beati qui lugent quoniam C  
 ipsi consolabuntur. Non reprehenditur ille  
 qui dudum corde deuio & lubricis gressi-  
 bus a tramite salutis elapsus, redintegrare se  
 Deo incerta penitentiae satisfactione cona-  
 tur, vt in quinquagesimo legitur psalmo.  
 Cor contritum & humiliatum Deus non  
 spernit. Non vtique spernit Deus sanctum  
 maerorem, sed seruientis sibi artificem &  
 dolo simulatam non vult circumferre tri-  
 stitiam. De quibus ait Christus ad discipu-  
 los suos. Amen dico vobis perceperunt  
 mercedem suam. Quanta est igitur spes fi-  
 dei eorum, vel quae futurae retributionis ex-  
 pectatio, qui omnem mercedem operum  
 suorum in praesenti saeculo temporalis auae  
 ambitione consumunt? Et ideo fratres in of-  
 fensam & Deo placitam in omnibus tenete  
 mensuram, sit apud vos purum ieiunium,  
 simplex misericordia omnisque sincera de-  
 uotio, vt sanctam vitam vestram Euangeli-  
 ca institutione perfectam plena Dei nostri  
 retributio prosequatur.

El. 40.

Vngere ca-  
pur.

1. Timo. 6.

Math. 5.

Math. 6.

Exhortatio

Homilia prima de ieiunio qua-  
dragesima.



VDI STIS, charissimi, sicut  
 Euangelica tuba decinit Do-  
 minum ac redemptore no-  
 strum aduersus tentame-  
 ta diaboli reluctantem quide  
 verbis, sed spiritu dimican-  
 tem. Sermone enim certamen agit, sed pera-  
 git maiestate victoria. Nec sine ingenti my-  
 sterio huiusmodi putemus esse confictum,  
 in quo aut accessus diabolus in verba prorū-  
 pit, aut rerum Dominus tentatori suo ver-  
 bis nihilominus respondere dignatur. In his  
 autem omnibus nostrae salutis est ratio.  
 Nobis saluator esurit, pro nobis loquitur.  
 Nos in illo vincimus, quia nos ei causa fu-  
 mus pugnandi. Nam quis ambigat vngeni-  
 tum patris, cui nulla obuiare poterat  
 creatura, pro illis iniisse certamen, quo-  
 rum se carne vestiuit? Humani igitur cor-  
 poris forma hostem callidissimum prodire  
 suavit ad praelium, quem verus Dei filius  
 veri hominis responsione confudit. Pro-  
 pter quod errabundus & anceps tentator,  
 mollia suspensaque tentamenta rimatur,  
 quia licet carnalis viri speciem contempla-  
 retur in Christo: praesentia tamen diuini-  
 tatis eius concitatus, suspicabatur eum plus  
 esse quam hominem. Animabar itaque il-  
 lum praesumere congressum partus femi-  
 neus, sed terrebat virginitas parietis. Qua-  
 uis enim Christum Maria Euz vtique filia  
 peperisset, non tamen eum conceperat de  
 Adam. Cum ergo videret inimicus Dei fi-  
 lium tanta per miracula procreatum, vol-  
 uebat secum vt arbitror, atque admirans  
 dicebat. Quis iste est qui nesciente me  
 hunc ingressus est mundum? Noui quide-  
 m quia de femina natus est, sed nescio  
 vnde conceptus. Astat ecce mater, sed pa-  
 trem inuestigare non possum. Partum vi-  
 deo, sed non agnosco nascentem, & quod  
 stupori meo accrescit, inconsumta lege pa-  
 riendi etiam edito filio mater exultat vt vir-  
 go. En iacet in cunabulis paruulus, suffun-  
 dit lachrymis vultum, similemque esse  
 mortalium vagitibus prodir, & cum nihil  
 ei de infantia desit, nulla tamen illi est velut  
 in infante corruptio. Pannis oblitus sor-  
 det, sed caelum illi radio stellae laetioris ar-  
 ridet, atque in honorem ipsius ministran-  
 tes ei angeli inter sydera tetrasque concur-  
 runt, & exultantes annunciant quam non  
 intelligo, nouitatem. Quid hoc miraculi

Callidi ho-  
stis querela.

est? Video quod aduertere nequeo, audio quod sustinere non possum. Vt homo natus, honoratur vt Deus. A sæculis nunquam hoc mihi contigit vt quisquam nasceretur homo, & humani vitij nil haberet. Quæ hæc tam noua potensque generatio est? Inter peccatores & impios natus, mortali etiam de matre progressus, purgator cunctis nascens, & ipso mihi caelo purior apparet. Avaritiæ in eo radix nulla confurgit, nulla cor eius pulsatur inuidia, nescit lingua eius mendacium, oculi eius concupiscentiam non admittunt, nulla aurium voluptate mollitur, luxuries certe per quam mihi humerum subieci genus peccus eius non potest penetrare, nulla illi iactantia inest, nulla malicia. Et quid plura? Nihil in eo reperio quod me delectet, omnes meos conatus euacuat. Quid agam? Quid me conuertam? Fortiorem sentio, puto illum in regno meo velle regnare, ne forte Deus sit iste quem nullum potest maculare delictum. Sed si Deus esset, quomodo indignitates partus feminei sustineret? Quomodo esset cunis pannisque contentus? Quis credere possit infantium vagitus in Deo, cui non audienti ridiculum est Deum femineo lacte nutrire? Post omnia ecce esurit, cum vtique esurire Deum ratio nulla persuadeat. Ignorabat nimirum diabolus quia quod Christus nutrimenta perferebat infantia, quodque esuriebat vt homo non erat fragilitatis corporeæ, sed caelestis gratiæ sacramentum. Dei enim filius cui cum sempiterno patre intemporalis constat æternitas, qui cum suo genitore naturaliter impassibilis, incorrupto regnat imperio, egit in carne nostra salutare mysterium, & ob hoc communem mortalium subiit passionem, vt inimicum generis humani hominis certamine triumpharet. Vnde & præsumptor ille furore suo cæcatus ait ad Dominum. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Stultissima hæc eius inanisque subreptio. Per panem enim vult eum tentare qui panis est, æstimans illum escæ penuria laborare qui voluntariam perferebat esuriam. Cui respondit Dominus. Scriptum est, non in pane tantum viuit homo, sed in omni verbo Dei. Hoc est dicere. Frustra diabole, iterum per escam supplatate conaris, sufficiat tibi suadendo cibos illicitos in paradiso Adam per te fuisse deceptum. Nec esuries me vincit, nec tuis suasionibus cedo. Voluntas enim Dei cibus est meus, verbum Dei mihi est perfecta refectio. Qua sententia repercussus, iterum vt æstimo dixit diabolus. Quid hoc rei est? Video illum esurire, & necessitatem

A in eo non inuenio manducandi. Omnia vt homo patitur, & omnia vincit vt Deus. Ad illi Dei certe manibus factus meis quodam celsis insidiis, hic natus est femina, neque suis necessitatibus flectitur, neque meis consiliis acquiescit. Illum serpentis ore superavi, hic me etiam ipsum loquentem contemnit. Iterum stanti Domino supra pinnam templi ait. Si filius Dei es mitte te deorfum. Quam turbatus hoc loquitur, qui putat ei se posse præcipitium persuadere, à quo nihil potuit de panibus impetrare. Cui respondetur à Christo. Scriptum est Non tentabis dominum Deum tuum. Id est, hoc quod suades diabole tentationis præsumptio est, non consilium sanitatis, iactantiæ vanitas non virtutis exemplum. Inane est enim omne miraculum quod vtilitatem salutis non operatur humanæ. Et hac Domini responsione cassatus, ostendit ei omnia regna mundi, & honores eorum dicens. Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Cui iterum respondetur. Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Id est, quite dæmon adorauerit non ei regna, sed inferna debentur. Adorare nanque Deum verum, eique seruire prærogatiua regnandi est. Tu autem qui honores mundi expetita præuaricatione promittis, nec regnum dare posse te noueris. Ecce tentator trina iam interrogatione nihil proficit. Incertus venit, rediit incertior. Aggressus est vt probaret, reprobatus abcessit. Ergo nunc, fratres, charissimi, quia ieiunantis domini victorias recententes, triumphum nostræ salutis agnouimus, ieiunia nostra religiosis sanctificemus obsequiis. Quid autem est aliud sanctificare ieiunium, nisi ieiunij causa sancta, velle iusta facere, iniqua vitare? Sanctificat ille ieiunium, cuius cor adulatio potentum, amicorum parentumque gratia, clientum etiã parua magnave munuscula, à recti tramite non auertunt. Sanctificat ieiunium suum, cuius iustitia pretio non vilescit. Sanctificat ille ieiunium, qui flammæ lasciuientis iracundiæ, mansuetæ mentis placibilitate restinguit. Sanctificat ieiunium, qui lasciuientes oculos turpi ab aspectu habentis castitatis auertit. Sanctificat ieiunium, qui conuitorum iacula scuto patientiæ repercussa dispergit. Sanctificat ieiunium, qui litigantium tumultus pacifici sanitate sermonis, & linguæ prudentioris arte compefcit. Sanctificat ieiunium, qui confurgentes in semetipso vanarum cogitationum spinas, euangelico sulcante vomere velut quidam peccatoris sui arator excidit. Sanctificat ieiunium, qui inopias egenorum pro quan-

Deut. 6.

Deut. 6. &amp; 10.

adhortatio

Sanctificare ieiunium.

Matth. 4.

Deut. 8.

\* alius credo

Quae sunt  
Deo placita  
ieiunia.

citate substantiae suae miserantis manus humanitate solatur. Apprimè sanctificat ille ieiunium, qui per omnia præceptis diuinæ legis intentus, diabolica à corde suo respuit tentamenta. Et ideo, fratres charissimi, si volumus Deo placita exhibere ieiunia, simus in fide fortes, in iudiciis iusti, in amicitia fideles, in iniuriis patientes, in contentionibus moderatis, refugientes turpiloquia, aduersus iniqua constantes, in conuiujs sobrij, in voluptatibus continentes, in charitate simplices, inter subdolos cauti, condolentes tristibus, contumacibus resistentes, in suspicionibus parci, inter malitiosos taciti, inter humiles coræquales. Si huiusmodi virtutibus nostra voluerimus sanctificare ieiunia, tribuente domino ad festiuitatem paschalis gratiæ, & ad gaudia celestium promissionum indubitata fiducia & conscientia latiore veniemus.

*Homilia secunda vnde supra.*



**C**ONFLICTVS iste mirabilis quem inter cœli regem & regni cœlestis Tyrannum fuisse charitatis vestrae auribus sancti euangelij lectio nunc decursa testata est, dominicæ nobis incarnationis triumphale mysterium sonat. Omnipotens enim dominus ineffabilis pietatis affectu captiuitatem miseratus humanam, simulque volens diabolicam potestatem suo iam remouere de mundo, misit vnigenitum filium suum non diuinitate degenerem, non virtute dissimilem, non voluntate discordem, qui nostram suscipiens carnem, spreta veteri conditione nascendi, de femina incorrupti corporis noua lege nouus filius nascetur, quatenus diabolus salutarem hunc hominem in consortium deitatis adscitum, & si tentare præsumeret, superare non posset. Itaque cum videret leo ille feralis agnum Dei post longissimum atque continuum quadraginta dierum ac noctium ieiunium esurire, & esurientem Deum esse non crederet, arte illum callidissimæ temptationis aggreditur dicens, si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Cogitabat vt æstimo apud se tanti artifex doli & dicebat. Si hic ipse est cuius præcepto esurientibus per deserta populis manna fluxit è coelo, si ipse est quem noui ego flumina produxisse de petra, poterit nunc in panem lapides transformare, & si non mea petitione, sua tamen necessitate qui esurit. Quod si fecerit Deum probabo, si nequiverit hominem deprehendam. Expectabat ergo diabolus

Diabolus  
leo feralis.

Matth. 4.

Ezech 16.  
Isod. 17.

A panem quem non tam sibi acquirere quam mundo conabatur auferre. Sed rerum dominus qui & panem de lapide posset efficere, & exploranti humanæ nollet salutis clarificare sacramentum, sic suum moderatus est sancto in ore responsum, vt nec ipse qui veritas erat mendacium loqueretur, nec ille qui ab initio mendax est quam non erant crediturus possit agnoscere veritatem. Ait ergo Dominus. Scriptum est. Non in pane tantum viuit homo, sed in omni verbo Dei. Accepit tentator ex lege responsum, cui contraire non possit. Non accepit panem quem non manducandi consuetudine, sed decipiendi fraude poscebat. In quo enim filius Dei panem necessarium haberet humanum, cui omnis erat propria in diuinitate substantia? Vel qua ratione qualicumque de lapide Christus terrenum faceret panem, cum ipse sicut legitur, spiritualis & panis esset & lapis? Illulus itaque irrisusque tentator aliam machinam temptationis aggreditur. Nam cum secreto suo arcanoque consilio staret Dominus supra pinnam templi, ait illi diabolus, Si filius Dei es, mitte te deorsum. O quam stulta hæc suasio nimumque peruersa, vt filio Dei diceret, mitte te deorsum. Nunquid non rectius dixisset, si filius Dei es ascende in cœlum? Quod utique si faceret Dominus vere illum Dei esse filium comprobaret. Sed inimicus cœli ne tentando quidem ascensum vult suadere cœlestem, deorsum & in ima prouocat, quia optat omnes cadere, qui se sentit præ omnibus cecidisse. Nec intelligit cæcus quia illi conatur ruinam suadere, qui non solum cadere non potest, sed ruinas venit emendare lapsorum. Dominus enim vt lectum est erigit elisos, Dominus soluit compeditos. Qui ergo venerat non decipi, sed decepta saluare, explorantis artem tanta mensura cautiissimæ responsionis euacuat, vt tenebrosus hostis non solum mysterium pro nobis propositum videre non possit, sed magis magisque responsis dominicis circumactus obscuriore confunderetur incerto. Ait enim illi spiritualis prelij bellator inuictus. Scriptum est. Non tentabis Dominum Deum tuum. quam simplex in hac responsione prudentia, & quam circumspecta simplicitas, per quam nec veritas reticetur, nec reprobis potest probare quæ vera sunt! Vere vt scriptum est lux in tenebris lucet, & tenebram non comprehenderunt. Audit diabolus Deum non esse tentandum, non tamen agnoscit Deum hominemque esse quem tentat. Vider enim patiter Christum

Joan. 8.

Deut. 8.

Joan. 6.  
Matth. 22.

Psal. 145.

Deut. 6.

Joan. 2.

& respondere quæ hominis sunt, & posse quæ Dei sunt. Sed nequitia eius nec ista sufficiunt, tertia adhuc tentationis laqueos nescit. Duxit, inquit, illum in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & honores eorum dicens. Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Sollicitè, fratres, aduertite, quia cadere est omne quod suadet inimicus. Vere enim procidit omnis qui adorat diabolum, & verè cadit qui potestates honorè que mundi per artes sacrilegas inimico promittente festatur. Sed Dominus ac saluator noster solita eum responsione confudit dicens. Vade retro Sathana. Scriptum est enim Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruiès. Sanctarum illi scripturarum testimonia ingeruntur, non vt inconuertibilis doceatur, sed vt impudens confutetur. Retro illi abire præcepit Christus, vt hostis durissimus adempta sibi iam loquendi licètia, cuius voluntatem agnoscere nõ potest sentiat potestatem. Retro ei abire præcipitur mundi qui dabit regna, vt imperio filij Dei cui voluntarius non cedebat subiaceret inuitus, atque illum à quo se adorari improbe poscebat, probaret merito ab omnibus adorandum. Et quid plura charissimi? dum nefanda tentator loquitur, dumque inconcussa præsumit, quasi ab homine victus obmutuit, & quasi à Deo iussus abscessit. Et necesse erat ab illius iam tentatione discederet, in quo tota se mole mouens, totisque nifus viribus, ne vestigium quidem suæ reperire poruit voluntatis, stupens atque demirans post tot sæcula inuenisse hominem humanas concupiscentias non habèrem, natumque in carne nihil penitus corruptionis habere carnalis. Discedente itaque retrorsum diabolo, accedentes vt lectum est angeli ministrabant ei. Triumphus iste quantæ sit gloriæ obsequia nos edocent angelorum. Nec mirum sane si eius angeli ministeriis occurrerunt cuius victoriam mirabantur. Et ideo, fratres, si nolumus à diabolo superari, in hærcamus ei qui diabolum triumphauit. Adhærere autem est Christo credere & paternæ illi deitatis esse naturã, & materni corporis veritatem. Vincere autem diabolum ipso suffragante Domino poterit quicumque salutaria Dei præcepta suspirãs, studuerit exosam cunctis tumidæ mētis suæ inclinare superbiam, radicem omnium malorum auaritiã coercere, inimicã bonarum virtutum refrænare luxuriem, hostem sanctæ charitatis inuidiam mitigare, inutilia & sæpe periculosa obrectantium vitare colloquia, vlturè etiam perniciofa non ama-

Cadit omne quod diabolus suadet.

Deut. 6. & 10.

Diabolus quomodo vincendus.

re compendia, custodem pacis iustitiam muneribus non grauari, noxia factionum horrere commenta, inglorium & nonnquam cruentum indebiti honoris ambitum declinare, in centiua discordiæ, contumeliosæ linguæ maledicta cohibere, mendacia nihilominus quæ vitam maculant, animam vulnerat, amicitias dissipant Christiano ab ore repellere, atque ab omnibus superstitionibus dæmonum idolorumque sacrilegiis, per quæ vel maxime benignitas omnipotentis offenditur, veri Dei amore diffugere. Si ergo ab his atque vniuersis huiusmodi sceleribus vitis que iugiter ieiunemus, sanctæ huius quadragesimæ ritè celebrabitur dies, & omnium solennitatum nostrarum festa exultantes cum fiducia lætioris conscientia & tranquillitate temporum transigemus adiuuante Domino nostro Iesu Christo.

Homilia tertia vnde supra.



**A**DVERTITE, fratres carissimi, quanta nobis spiritualis vitæ documenta succrescunt, quanquam magnificis ad propositum sanctitatis prouocamur exèplis, quod quadragenis referuntur diebus beatus Moyses & Dei filius ieiunasse. Illud sane perspicite, quia quantû distat seruus à Domino, tãtum necesse est eorum distare ieiunium. Moyses enim veteris editor legis est. Christus noui conditor testamenti. Ieiunat Moyses vt præceptis legalibus vnius populi erudiat disciplinam. Christus ieiunat vt vniuersas totius mundi redimat gentes. Ieiunat Moyses vt præsentis vitæ mandata suscipiat, ieiunat & Christus vt æternæ salutis sacramenta constituat. Ieiunat Moyses vt Deum videret, ieiunat & Iesus vt vnum se esse cum Deo dum diabolum triumphat ostenderet. Moyses post ieiunium scriptas digito Dei tabulas populo præuaricantem confregit. Christus suo ieiunio mansurum per sæcula euangelii consecrauit. Quid illud est autem quod cum vterque quadragenos ieiunauerit dies, non vterque post ieiunium esurisse perhibetur? Moyses vtique non esuriuit vt in homine fragili operata diuinitas probaretur. Esuriuit Dei filius vt assumptionem carnis nostræ fragilem suscepisse hominem reuelaret. Quod non esurit Moyses cælestis est posibilitatis exemplum: quod esurit Christus nostræ redemptionis est sacramentum. Huiusmodi dominus peregit in sua carne mysteriũ, vt sicut Deus esse diuinis virtutibus

Exod. 34. Matth. 4.

Exod. 31.

Christus Deus & homo vnde digno statur.

creditur, ita & homo esse infirmitatibus dignoscatur humanis. Et hinc est quod Christus ut homo esurit, & esurientes pascit ut Deus. Hinc quod fatigatur itinere, & claudis virtutem tribuit ambulandi. Hinc quod oculos suos laxat in lachrymis, & mirabiliter caecis reformat aspectum. Hinc quod appropiante morte tristatur, & mortuum Lazarum suscitatur de sepulchro. Haec omnia fratres, conditor ac redemptor ut Deus & homo agit, non quia talis illi nascendi necessitas fuit: sed quia tale in caelo & in terris voluit regnare mysterium. Illud etiam quanta est admirationis in Christo quod ita ad omnia tentatoris interrogata respondit, ut nec veritatem regni sui Tyranno proderet, nec mysterium susceptae carnis explorator agnosceret? Tanta denique sermonem suum subtilitate circumtulit, ut ille totius doli artifex inimicus, furoris sui errore deceptus, dum Christum tentat ut hominem, Deum in homine non videret. Nos vero, fratres, quibus propugnator inuictus hanc venerabilem quadagesimam dedicauit, repudiantes carnalia desideria, sic castigemus membra ieiunium, ut animas virtutibus saginemus. Ieiunet in nobis perniciose luxuries, ieiunet omnis iniquitas, ieiunet odiosa contentio, Abstineamus ab epulis, magis abstineamus a vitiis, sic nos temperemus, sic sobrii simus a vino, ut nulla nobis voluptatum dominetur ebrietas. Quid enim prodest obseruatione quadraginta dierum ieiunandi nos tempora custodire, & legem non tenere ieiunij? Quid prodest vobis vacare a conuiuio, & diem litibus occupare? Quid prodest proprium non edere panem, & victum deripere miserorum? Ieiunium Christiani, egentis debet esse refectio. Ieiunium Christiani pacem debet nutrire, non iurgia. Quale illud est autem quod non vesceris carnibus, & de ore tuo omni esca sordidius egreditur maledictum? Quale est quod sanctificatur venter ieiunio, & polluitur lingua mendaciis? Recte sane, frater, frequentabis ecclesiam, si gressus tuos lethaliibus laqueis auida illa non implicet & inuoluat usura. Recte orabis Dominum tuum, si precibus tuis obuia tibi cordis tui non obstat inuidia. Recte contundes manibus peccatus, si omnem inde furorem malignae voluntatis excusseris. Iuste etiam dabis denarium pauperi, si alij illud pauperi non tulisti. Haec ergo est, charissimi, religiosa esurientia, nec fidelium pastus animarum, ut ieiunium nostrum sanctificet castitas, ornet patientia, benignitas foueat, misericordia laetificet, commendet humilitas. His quadra-

Ioan. 11.

Abhortatio ad ieiunium.

Ieiunium Christiani quale.

Religiosa esurientia.

gesimam Christi prout possumus virtutibus subsequamur, ut gemino quodam corporis animique ieiunio, diuinae nos semper gratiae commendemus.

## Homilia quarta unde supra.



TRACTVM à Domino nostro Iesu Christo hoc, quod lectum est, cum tentatore certamen, nostrae securitatis, fratres charissimi, salutisque proficit, quia quos olim apud paradysum persuasione serpentis paterna preuaricatio deiecit in mortem, dominicus nunc triumphus erexit ad vitam. Nobis utique vicit, qui dignatus est esurire pro nobis. Aggreditur itaque diabolus tentare Christum, exploratque sollicitus si forte illum Dei esse filium deprehendat, cui nullum corruptionis suae videt inesse vestigium. Miratur pariter ac turbatur huiusmodi in hoc saeculum aduentasse hominem, qui natus quidem esset de femina, sed non esset ab homine procreatus. Suspiciatur illum Dei esse filium quem continua rum quadraginta dierum videt explicuisse ieiunium. Sed rursus dubitat diuinam illi inesse naturam, quae quasi infirmum inter ceteros homines perspicit esurire. Stupet attonitus quae sit ista nouitas humanum non habere peccatum, & necessitatem peccatoris hominis sustinere. Christus autem Dominus redemptorque noster ut perditum infirmumque hominem reuocaret ad Deum, esuriam, lassitudinem, metorem, & omnia in se humani corporis infirma suscepit. Inter ista ergo diabolus dubius & incertus, hoc cum esuriente Domino sermone concreditur. Si filius Dei es, dicit ut lapides isti panes fiant. Stultus & audax qui putaret Dei filium diabolicam voluntatem edendi necessitate facturum, quasi impossibile ei esset in panem lapides commutare, qui quondam sitientibus in deserto populis de petra arida largissima aquarum fluentia produxit, aut esurienti sibi post quadraginta dierum ieiunium, escam non poterat prouidere, cuius praeccepto, ut innumerabilis Hebraeorum exercitus pasceretur, caelestia de nubibus alimenta fluxerunt? Sed verò omnipotens vngentus qui nostram magis esuriret salutem, tali tentatorem suum responsione confudit. Non in panetantum viuit homo, sed in omni verbo Dei. Quo responso, charissimi, ut explorator qui incertus venerat, incertior redderetur, inestimatae prudentiae Dominus, nec inesse sibi esurientiam

Matth. 4.

Exod. 17.

Exod. 16.

Deut. 3.

denegauit, nec manducandi necessitatem se habere professus est. Non, inquit, in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo Dei. Hoc est, & si ego esuriam, mihi tamen, diabole, non est necessarius panis, qui ex tuo consilio tuæque uoluntate descendit. Reficit quidem esuriam corporeus panis, uerbum autem Dei cunctis fidelibus substantiam sempiternæ salutis operatur. Sed doceri nescius inimicus, stanti Domino super pinnam templi iterum ait. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quod angelis tuis mandauit de te ut manibus tollant te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Mitte te, inquit, deorsum. Diabolicæ est consuetudinis, fratres charissimi, præcipitum persuadere, sed obedire ei ille non poterat qui cadere nesciebat. Nec quicquam de Domino surreptor impetrat, quia non sunt religionis eius uerba, sed fraudes. Quem redemptor humani generis rursus telo sententiæ cælestis euerberat dicens. Scriptum est. Non tentabis Dominum Deum tuum. Qua responsione ne quid manifesta ueritate autor falsitatis audiret, uerborum sensuumque moderato Dominus ex alto dare nec prodidit se posse, nec non posse mentitus est, sed scriptum est, ait, non tentabis Dominum Deum tuum. Id est, Deum tentat qui instantiæ suæ uitio superfluam & inutilem uult ostentare uirtutem. Quid enim utilitatis habet, quid commodi confert, si per præceptum hinc in plana descendero? Aut cur adulationis tuæ tentamenti ista persuadeas, cum tui sit operis de superioribus corruentem ad inferiora deicere? Post hæc uero, ut lectio decursa testatur, duxit illum in montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi dicens. Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Ut fallax deceptor offert quod non habet, & ut uere cæcus cælorum Domino terrarum regna promittit. Hæc omnia, inquit, tibi dabo, si procidens adoraueris me. Verè procidit & cedit, qui non largiente Deo, sed ad nutum diaboli acquirit sæculi dignitates. Respondit autem ei Dominus, Vade retro Sathanas. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Iustissime retrorsum abiire præcipitur, qui tentando ad hoc usque peruenit, ut se ab adorando Dei filio posceret adorari, æstimans quod Christus qui decipi laudis suæ subreptione non potuit, indignatione ingestæ contumeliæ se proderet exploranti. Sed fortissimus propugnator qui pro uita ac libertate nostra aduersus tyrannum suum nouum bellum

gerebat, nec molli adulatione frangitur, nec durissimis iniuriis commouetur, sed ita ad omnia inimici tentamenta respondit, ne posset in uino eodémque Deo & homine cælestis mysterij deprehendere sacramentum. Et ideo, fratres, dominici certaminis uictoriæque exemplum sequentes, & diabolicas præcauentes insidias, horum quadraginta dierum acceptabile Deo nostro ieiunium celebremus. Tunc enim dolos aduersarij superare poterimus, si continuatis precibus, aut per casta ieiunia corporis uitia compescamus, aut cor nostrum ab omni uanitate & ambitione purgemus, ut ait ipse saluator. Hoc genus non euicitur nisi ieiunijs & oratione. Bene autem ieiunat quicumque esuriam suam resecti pauperis satietate sustentat. Bene ieiunat qui diuini recordatione iudicij semetipsum refranans ab omni illecebrarum uoluptate suspendit. Bene ieiunat qui carnem suam uiciorum germina pullulantem, sanctarum meditatione uirtutum, & sobrietatis amore castigat. Bene ieiunat qui fraternas iniurias pacifici pectoris lenitate dimittit. Gratissimum Deo defert ieiunium, qui mentem suam à prauis cogitationibus, oculos à concupiscentia, linguam manûque à lite custodit. Et post omnia, frater, beatus eris & bene esuries panem ac sities poculum, si Christianæ mentis affectu cæperis esurire & sitire iustitiam, sicut ipse Dominus dixit. Beati qui esuriunt ac sitiunt iustitiam, quia ipsorum est regnum cælorum. Propter quod, charissimi, si uolumus diabolum superare cum Christo, si desideramus transcentes è sæculo regnare cum Deo, si optamus sacratissimum resurrectionis dominicæ diem lætis mentibus celebrare, ab esca quidem, uel potu pro uiribus temperemus, à uitijs autem totis uiribus ieiunemus.

Adhortatio

Quomodo aduersarij doli superandi.

Math. 17.

Gratissimū Deo ieiunium quale sit.

Math. 7.

*Dominica in ramis palmarum super illud psalmi: Deus Deus meus respice in me, Homilia.*

**P**SALMI uicesimi primi, qui lætus est, seriem decursuri, diligenter prius debemus intendere quid in superscriptione contineat, ut cognita eius origine intelligentiam ipsius facilius consequamur, & manifestato capite possint rectius membra distribui. Inscriptur enim ita: In finem pro susceptione matutina psalmus ipsi Dauid. Nisi

Psalm. 90.

Deut. 6.

Deut. 6. &amp; 10.

Nisi fallor susceptio matutina solis ortum A  
semper anteuenit, & priusquam orbem  
radiorum clarus splendor illuminet, matu-  
tinum noctium tenebris terminum ponit,  
ac resoluta sensim caliginum excitate, re-  
bus cunctis facies quaedam ac lumen in-  
funditur, & cum veluti sub vna materie te-  
nebrarum mundus in confusione iacuerit  
interueniente matutino, diuersa specierum  
varietate distinguitur, hoc est, cum omnia  
caeca fuerint, oculi omnium reparantur.  
Nox enim quodammodo aufert oculos  
mundo, aurora restituit. Atque ita ante  
matutina susceptioe perfruimur, vt glo-  
riosius postmodum solis splendore potiamur. B  
Sed quonia (sicut dicit Apostolus) lex spiri-  
tualis est, spiritualibus. Spiritualia comparanda  
sunt. Solem hic iustitiae arbitror designari,  
hoc est, Christum Dominum, qui nobis  
ignorantiae tenebris & peccatorum caecitate  
submersis, caelestis doctrinae suae lumen  
infudit, & quos non habebamus oculis cor-  
dis inseruit, & velut radios quosdam Apo-  
stolos suos misit, qui nos de nocte terri-  
ma delinquentiae liberarent. & paulatim re-  
solutis in nobis tenebris peccatorum matu-  
tina nos susceptioe conluesceret, vt perfe-  
cti facilius possimus tolerare solis ardorem,  
hoc est, primum nos praecipis simpliciori-  
bus erudirent, quo capaciores efficerent  
caelestium secretorum. Huius itaque solis  
iustitiae matutino, peccatorum caligo tota  
perimitur, sicut ipse Propheta ait ex perso-  
na Domini. In matutinis interficiebam om-  
nes peccatores terrae, hoc est, oriente in no-  
bis sole iustitiae, qui habitaculum domini su-  
mus, omnis cogitatio iniqua subuertitur.  
Totus autem hic psalmus digestus est ex  
persona Domini saluatoris, quippe cum  
plura de eo in nouo sint posita testamento.  
Dicit itaque, Deus Deus meus respice in  
me, & reliqua. Quare assumpti hominis  
agit causam, vt interrogare quodammodo D  
videatur dicens. Deus omnium qui es Deus  
meus, cur me dereliquisti? Nihil enim mi-  
hi conscius sum. Secundum enim Prophe-  
tam nesciebat peccatum, nec erat dolus in  
ore eius. Haec autem dicit vt manifestaret  
propter nos se esse derelictum, quorum  
peccata portabat, ac videntes disceremus  
& nos pro ipso sancto & iusto moreretur. Denique hac  
voce in passione vsus est sicut in euangelio  
legimus: Eli Eli lamasabachthani, hoc est,  
Deus meus Deus meus, quare me dereliquisti?  
Hac inquam voce vsus est, vt quod  
propheta annunciauerat rei exitus appro-  
bare. Et quoniam sequentia penè manife-

sta sunt, illum inspiciamus versiculum, in  
quo ait. Ego autem sum vermis & non ho-  
mo. Cur totius Dominus creaturae ver-  
miculo se voluerit comparari, possumus  
hoc quidem humilitati primitus assignare,  
quae sanctorum virtus est maxima, sicut san-  
ctus Moyses ante Deum animal se irratio-  
nabile profiteretur. Dauid pulcem se saepe  
commemorat. Sed magis illud accipien-  
dum puto, quoniam vermis nulla extrinse-  
cus admixtione alieni corporis, sed de sola  
& pura terra procreatur, ideo illum com-  
paratum Domino, quoniam & ipse salua-  
tor de sola & pura Maria generatur. Legi-  
mus etiam in libris Moyse de manna vermi-  
culos procreatos, digna plane & iusta com-  
paratio. Siquidem de manna vermiculus  
gignitur, & Dominus Christus de virgine  
procreatur, quin potius ipsam Mariam ma-  
na dixerim, quia est subtilis, splendida, sua-  
uis & virgo, quae velut caelitus veniens cum-  
ctis ecclesiarum populis cibum dulciorem  
melle defluxit, quem qui edere ac mandu-  
care neglexerit, vitam in semetipso habere  
non poterit, sicut ipse Dominus ait. Nisi  
quis manducauerit meam carnem & bibe-  
rit meum sanguinem non habebit vitam in  
semetipso, sed potius ipse cibus in iudicium  
couertetur, sicut Apostolus dicit. Qui man-  
ducat & bibit indignè, iudicium sibi man-  
ducat. Quod filiis Israel subtiliter prophe-  
tatum est in veteri testamento. Manna enim  
illis contra diuina praecipia tractantibus,  
vermes effecti sunt, id est, consumaciae vl-  
tores & iudices. Quae similitudo Christum  
indicat Dominum, quem qui suauem cibum  
& dulcem potum haurire neglexerit, iudi-  
cium patietur, sicut ipse ait. Neque enim pa-  
ter iudicat quemquam, sed omne iudicium  
dedit filio. Quod autem dicit, diuiserunt  
sibi vestimenta mea, & super vestimentum  
meum miserunt sortem, hoc factum in euan-  
gelio reperimus, quod milites quatuor qui  
crucifixerunt saluatorem, in quatuor partes  
eius sibi diuiserunt vestimenta, vestimen-  
tum vero eius quod assutum non erat, sed  
erat de superiore contextum, sorte perce-  
perunt. Quae igitur ista vestimenta sunt vi-  
deamus, qui milites, quodue etiam vesti-  
mentum. Vestimenta esse puto prophetias  
vel scripturarum caelestium lectiones, qui-  
bus Christi Domini annunciatum est sacra-  
mentum, quas prophetias vnum canentes  
& vnum per omnia nuntiantes aduersarij  
saluatoris, hoc est, peruersi haeretici, qui  
quotidie in illo tanquam milites manus  
impias ingerunt, hoc pro sua sibi diuiserunt  
voluntate, & vnus corporis vestimenta per

Humilitas  
manna  
sanctorum  
virtus.

Exod. 16.

Ioan. 6.

1 Cor. 11.

Exod. 16.

Ioan. 2.

Ioan. 19.

Haeretici  
saluatoris  
aduersarij.

Rom. 7.

Psalm. 100.

Isa. 53.

Psalm. 22.

varia membra distribuunt, atque spoliantes A  
 Dominū sua falsa dogmata vestierūt. Vesti-  
 mētum autem eius quod non erat confutū,  
 sapientiam eius cœlestē possumus approba-  
 re, quia erat de superiore cōtextum. Nostra  
 enim sapientia hoc est, humana confuitur.  
 Adluitur enim cū liberos damus ad studia  
 grammaticis, tradimus philosophis, erudi-  
 mus eos, vt sapientia in illis, quæ non erat,  
 acquiratur. Domini autem sapientia non  
 alluta est, non quaesita. Non enim didicit à  
 magistro, sicut ipsi Iudæi dicunt, quomo-  
 do hic literas nouit cum non didicerit, &  
 ipse dicat, Mea doctrina non est de hoc B  
 mundo, sed eius qui me misit. Hoc est quod  
 ait de superiore contextum, quo vestimen-  
 to, vel quibus omnibus vestimentis ecclesia  
 catholica semper amicta est, sicut Propheta  
 ait. Altiuit regina à dextris tuis in vestitu  
 deaurato.

Ioan. 7.

Ibid.

Psalm. 44.

*De accusato & iudicato domino apud  
 Pilatum. Homilia prima.*

**M**IRVM forsitā videatur vobis,  
 fratres, cur dominus apud præ-  
 sidem Pilatum à principibus  
 sacerdotū accusetur & taceat, C  
 nec nequitiam eorum sua res-  
 ponsione conuincat, cum vtique ingestam  
 accusationem non nisi refellere soleat sub-  
 secuta defensio. Mirum, inquam, sit fratres  
 quod arguatur saluator & taceat. Taciturnitas  
 enim interdum pro consensu habetur.  
 Videtur namque confirmare quod obiicitur  
 cum non vult respondere quod quaeritur.  
 Accusationem ergo suam Dominus tacendo  
 confirmat? Non plane accusationē suam  
 tacendo confirmat, sed despicit non  
 refellendo. Bene enim tacet qui defensione  
 non indiget. Ambiat defendi qui metuit  
 superari. Festinet loqui qui timet vinci. D  
 Christus autem cum condemnatur & superat:  
 cum iudicatur & vincit, sicut ait  
 Propheta, vt iustificeris in sermonibus tuis  
 & vincas cum iudicaris. Quid ergo opus  
 erat ei loqui ante iudicium, cui ipsum iudi-  
 cium erat plena victoria? Vincit enim cum  
 iudicatur Christus, quia sic innocens ap-  
 probatur. Vnde ait Pilatus. Innocens ego  
 sum à sanguine huius iusti. Melior est igitur  
 causa quæ non defenditur & probatur,  
 plenior iustitia est quæ non verbis astruitur,  
 sed veritate fuitur. Taceat lingua in  
 bono negotio, quia & malas causas obrine-  
 re consuevit. Nolo sic defendi iustitiam, si-

Christus  
cur taceat.

Psalm. 50.

Matth. 27.

cur solet iniquitas excusari. Quod vincit  
 Christus non orationis est, sed virtutis. Scit  
 enim saluator qui est sapientia; quomodo  
 tacēdo vinceret, quomodo nō respōdendo  
 superaret, atque ideo causam suam mauult  
 comprobare quàm dicere. Quæ enim res  
 illum compelleret ad loquendum, cum si-  
 lentium satis sufficeret ad vincendum? Sed  
 fortasse metus eum cogeret ne salutem per-  
 deret, nisi quod ipsa erat tota causa victoriæ.  
 Suam enim salutem perdidit, vt salutem  
 omnium lucraretur. In se vinci maluit vt  
 victor esset in cunctis. Sed quid de Christo  
 loquat? Susanna mulier inimicos suos ta-  
 cuit & vicit. Non enim apud Danielem iu-  
 dicem verborum se ratione defendit, non  
 patrocini sermone tutata est, sed in san-  
 cta femina tacente lingua pro ea casti-  
 tas loquebatur. Castitas enim Susannæ ad-  
 fuit in iudicio, quæ eam defendit & in pa-  
 radiso. Ibi enim pudori eius consultuit, hic sa-  
 luti. Ibi enim macularetur pudicitia, hic ne  
 innocentia damnaretur. Castitas ergo Su-  
 sannæ & presbyteros & impudicos conui-  
 cit in paradiso, & in iudicio falsos accusato-  
 res obtinuit, bisque victrix reos facit testi-  
 monij, quos reos fecerat adulterij, atque  
 tandem iudicem meretur castitas Danielem  
 puerum iuniorem necdum pubescentis æta-  
 tis. Multum igitur de Deo pudicitia conse-  
 quitur, cum iudicem virginem promere-  
 tur. Secura enim est de victoria castitas, cui  
 est iudicatura virginitas. Pudicitia autem  
 causam nisi vir pudicus audire non debuit,  
 talem enim arbitrum meretur castimonia,  
 apud quem non periclitetur verecundia.  
 Cognito igitur Daniel Susannæ negotio,  
 cum eam falsis accusationibus vellet plebs  
 imperita damnare, ait idem. Mundus ego  
 sum à sanguine huius. Quo dicto peccan-  
 tis populi reuocauit errorem. Hac ergo vo-  
 ce circa Susannam Daniel vtitur, qua cir-  
 ca Dominum vsus est & Pilatus. Ait enim  
 Pilatus. Mundus ego sum à sanguine hu-  
 ius iusti. Eadem igitur sententia soluitur  
 pudicitia, qua est absoluta iustitia, sed  
 Daniel melius quam Pilatus. Ille enim pu-  
 dicum sanguinem non condemnat, sed li-  
 berat: hic autem iustum sanguinem & con-  
 fitetur & tradit. Quid enim profuit testimo-  
 niū perhibuisse innocentia, & velut reum  
 addixisse nequitia, nisi quod grauius pecca-  
 tū est vnum eūdemq; & pronuciare iustū  
 & tradere criminofum? Ipse enim iniquita-  
 tis suæ testis est qui ore absoluit, & corde  
 condemnat. Lauert licet manus suas Pila-  
 tus, tamen sua facta non diluit, & quamuis  
 abstergere se putauerit iusti sanguinem de

Danie. 13.

Ibid.

Matth. 27.

suis membris, eo tamen sanguine mens eius tenetur infecta. Ipse enim occidit Christum qui eum tradidit occidendum. Iudex enim confans & bonus, ne sanguinem innocentis addiceret, nec inuidia cedere debuit, nec timori. Daniel ergo melius quam Pilatus. Ille peccantis populi reuocauit errorem, hic autem furentis synagogae sacrilegium confirmauit.

*Homilia secunda unde supra.*

Mat. 17.



**A** NTE dies profecuti sumus sanctae Susannae iudicium simile admodum fuisse iudicio saluatoris, & iisdem criminacionibus laborasse memoratae castitatem feminae, quibus Christi laborauit integritas. Similiter enim persecutores in Susanna passa est pudicitia, sicut & in Christo passa est iustitia. Illa enim dum in adulterio conuincit presbyteros ipsa tanquam adultera retinetur, hic dum in sacrilegio arguit Phariseos, ipse tanquam sacrilegus accusatur. Quod quidem sacrilegium in Phariseis maius adulterium vocari potest. Gravius est enim religionis adulterium esse quam corporis, & plus est integritatem diuinitatis laedere quam integritatem hominis violare. Condemnatur ergo Susanna, condemnatur & dominus. Illa quia castitatem corporis tuebatur, hic quia religionis castimoniam defendebat. Similis igitur erat in utroque causa iudicij, nisi quod meliore via est iudice Susanna quam dominus. Hunc enim praeses iudicat, hanc propheta. Hunc audit vir qui Phariseorum seditionibus terrebatur, hanc audit puer qui sancto spiritu replebatur. Ille quod sentit, constanter pronunciat, non defendit. Susanna enim iudex quam absoluit & liberat, Domini cognitor quem absoluit dānat & tradit. Simile ergo fuit pene per omnia Susannae Dominique iudicium. Siquidem nec accusatio in iis fuerit ipsa dissimilis. Susannam enim seniores deserunt, Dominum Iudas accusat. Illam doctores sui, hunc discipulus proprius criminatur. Susannam inquam pseudo-episcopus Saluatorem, prodit pseudo-episcopus Saluatorem. Episcopus enim & Iudas fuit, sicut ait propheta de eodem dicens, Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Sed nec locus fratres in utraque causa videtur esse dissimilis: Susanna enim in paradiso ab accusatoribus circumuenitur, Dominus in hortuli paradiso a traditoribus circumdatur. Illa ibi insidiatores patitur, iste hic sustinet proditorem. Videamus autem exitum utriusque

Similis domini & Susannae iudicij causa.

Mat. 108.

**A** iudicij. Susannae accusatores tanquam falsi testes prophetica sententia feriuntur, & eiusdem criminis puniuntur rei cuius damnate innocentis sanguinem gestiebant. Domini autem traditorem non inuenio a iudice esse damnatum. Non enim eum damnat Pilatus, non damnat populus, sed quod est grauius, se ipse condemnat, & cessante iustitia iudicatur. Quem enim alter iudicat potest utcumque esse excusabilis, reus autē sine excusatione est qui conscientiae suae iudicio condemnatur. Quem alter iudicat, potest quandoque a suo iudice sperare indulgentiam, qui seipse iudicat a quo indulgentiam postulabit? Referens enim Iudas dominici sanguinis pretium ait Iudaeis. Peccauit quod tradiderim sanguinem innocentem. Magnum igitur dominicae innocentiae testimonium est, dum accusator eius & confitetur de scelere, & reus est de mercede, dum enim miser refudit venditionis pretium, putat se facinoris sui soluere posse contractum. Sed nec iste absoluitur. Dum enim autor venditionis suae reus est, constat istos scelèratum cum sacrilego iniisse contractum. Sua ergo sententia Iudas proditor condemnatur. Mirum forte sit vobis quod non eum populus iudicauerit, non praeses addixerit, hoc sacrilegi solet esse iudicium, ut impietatem suam ipse dum recordatur & puniatur, scelus suum dum recognoscit & vindicet. Omnium enim supergreditur sententias, qui a sua conscientia sua sententia condemnatur. Hoc inquam sacrilegio solet esse iudicium, ut conscius facti ipse se damnet, sicut ait Apostolus Paulus de haeretico dicens: Haeticum hominem post unam & secundam correptionem deuota, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condemnatus. Ipse enim se damnat haeticum, cum de ecclesia ipse se proiicit, & de caetu sanctorum nullo compellente procedit. Ipse enim ostendit quid mereatur a cunctis, qui suo iudicio separatur a cunctis. Ipse inquam se damnat haeticus, quia cum omnes criminosi, episcopi sententia proiciantur de consortio Christiano, haeticus cuncta praeueniens sententia suae voluntatis abiicitur. Tali ergo haeticus quali & Iudas poena damnatur, ut idem sui & reus sit sceleris, & iudex sit ultionis. Tali inquam haeticus quali & Iudas poena damnatur, nec immerito, quia Dominum quem ille vendidit, iste blasphemat, quem ille persecutoribus tradidit, quod ille iste persequitur. Persequitur enim haeticus Dominum, cum diuinitatem ei derogat, & asserit creaturam.

Matth. 17.

Tir. 3.

Eadem poena haeticus qua & Iudas damnatur.

## De Iuda traditore homilia.

**R**

ETINET dilectio vestra nos hoc proxima dominica prædicasse, quod Iudas Scarioth propria sententia condemnatus, ad Phariseos dominici mercedē sanguinis reportarit, & actus penitentia refuderit venditionis pretium, sed conscientia suae non resolverit scelus. Denique post redditū pretium laqueo se suspendit, ut qui se multauerat pecunia, multaret & vita. Intelligens enim quantum scelus admiserit, non sufficit ei sacrilegij carere mercede, nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicavit, quod Christum vitam omnium tradidisset. Seuerissimus igitur iudex sui Iudas, vel in vlciscendo confiteretur quem negauerat in tradendo. Restituit ergo pecuniam pharisais, sed nec pharisai eam libenter accipiunt. Dicunt enim inhibitu sibi esse in suis eam habere thesauris. Videte igitur quanta vis dominicae sit pecuniae, quam inde Iudas reuicit, hinc pharisai in loculos non recludunt. Iusti enim sanguinis pretium per timescit iniquitas possidere, consilium tamen ineunt pharisai, ut ex ea ager figuli cōparetur, in quo peregrinorum corpora collocentur. Quod quidem prouidentia factū puto, ut pretium saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministret, non sacrilegis sit ad usum, sed defunctis sit ad sepulchrum, ut iam exinde Christus & viuos sanguinis sui passione redimat, & mortuos pretiosa passione suscipiat. Pretio ergo Domini sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis, quod totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris, sicut ait Apostolus Petrus. Non enim redempti estis corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Igitur si pretium vitæ nostræ, sanguis est Domini, vide ergo quia illa non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quam totius mundi incolumitas sempiterna. Ait enim Euangelista. Non enim venit Christus ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide inquam ne pecunia illa non tam comparatio sit agri parua portio, quam totius mundi copiosa possessio, sicut ait David Propheta. Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ager ergo iste mundus hic totus est, in quo nos dispersi & disseminati domino fructū boni ope-

Math. 27.

1. Petri 1.

Ioan. 5.

Psal. 2.

Ager mundus est.

Aris germinamus. Sed fortasse perquiras à me, si ager mundus est, quisnam sit figulus qui mundi possit habere dominatum? Nisi fallor, ipse est figulus qui vascula corporis nostri fecit è limo, de quo dicit scriptura. Et fecit Deus hominem de limo terræ. Ipse est figulus qui carnium nostrarum cœnosum lutum vapore sui spiritus animauit, & materiem fluidam atque terrenam ignito calore decoxit. Ipse, inquam, est figulus qui nos per manus suas formauit ad vitam, per Christum suum reformauit ad gloriam, sicut ait Apostolus: Ad eandem imaginem reformamur de gloria in gloriam, scilicet ut qui à priore factura propriis vitiis corruimus, in secunda natiuitate figuli huius misericordia reparemur, hoc est, qui per Adæ transgressionem morte concidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse plane est figulus, de quo dicit beatus Apostolus: Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, cur me fecisti sic? Et iterum, Nunquid non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Ex eodem enim luto corporis nostri Deus pro meritis singulorum alios reseruat ad poenam, alios ad gloriam. Istius itaque figuli ager, Christi sanguine emptus est peregrinis. Peregrinis inquam qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine provideatur, ut quibus non est in mundo possessio, iis in Christo sepultura. Istos autem peregrinos quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos, qui renunciantes sæculo, & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguinem requiescunt? Christianus enim qui mundum non possidet, hic totum possidet saluatorem. Ideo autem peregrinis Christi sepultura promittitur, ut qui se à carnalibus vitiis tanquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquam hospites in hac luce versamur, sic ait Apostolus dicens: Etenim dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. Peregrini inquam sumus, & nobis saluatoris sanguinis pretio empta est sepultura. Consepulti enim sumus (sicut ait Apostolus) cum illo per baptismum in mortem. Baptismus igitur Christi nobis est sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur, & veteris hominis conscientia resoluta in alterā natiuitatem rediuita infantia reparatur. Baptismus inquam, saluatoris nobis est sepultu-

Gene. 2.

Deus figulus est.

1. Cor. 3.

Rom. 9. Ibid.

Peregrini sunt Christiani.

Sepultura requies est Christiani.

1. Cor. 5.

Col. 2.

ra, quia & ibi perdimus ante quod viximus, & ibi denuo accipimus vt viuamus. Magna igitur sepulturæ huius est gratia, in qua nobis & vtilis mors infertur, & vita vtilior condonatur. Magna, inquam, huius gratia sepulturæ, quæ & purificat peccatorem, & viuificat morientem.

*De passione & cruce Domini. Homilia prima.*



**S**ÆCVLI ferunt fabulæ Vlysem illum qui decennio marinis iactatus erroribus ad patriam peruenire non poterat, cum in locum quens cursus illum nauigij detulisset, in quo Sirenarum dulci cantus crudelis varietate resonabat, & aduenientes sic blanda modulatione mulcebat, vt non tam spectaculum voluptatis caperent, quam naufragium salutis incurterent. Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ, vt quisquis audisset vocis sonitum, quasi quadam captus illecebra non iam rediderat eum quem volebat portum, sed pergeret ad exitum quod nolebat. Igitur cum Vlysses incidisset hoc dulce naufragium, & suauitatis illius vellet declinare periculum, dicitur inserta cera auribus sociorum seipsum ad arborem nauigij religasse, quo & illi carerent perniciofa additus illecebra & se de periculo nauigij cursus auferret. Si ergo de Vlysse illo refert fabula quod eum arboris religatio de periculo liberarit, quanto magis prædicandum est quod verè factum est, hoc est, quod hodie omne genus hominum de mortis periculo crucis arbor eripuit? Ex quo enim Christus Dominus religatus in cruce est, ex eo nos mundi illecebrofa discrimina velut clausa aure transimus, nec perniciofa enim sæculi detinemur auditu, nec cursum melioris vitæ deflectimus in scopulos voluptatis. Crucis enim arbor non solum religatum sibi hominem patriæ representat, sed etiam socios circa se positos virtutis suæ vmbra custodit. Quod autem crux ad patriam post multos errores redire nos faciât, Dominus declarat dicens latroni in cruce posito: Hodie mecum eris in paradiso. Qui utique latro diu oberrans ac naufragus aliter ad patriam paradisi de qua primus homo exierat redire non poterat, nisi fuisset arbori religatus. Arbor enim quædam in naui est crux in Ecclesia, quæ inter totius sæculi blanda & perniciofa naufragia incolumis sola seruat. In hac ergo naui quisquis aut arbori crucis

se religauerit, aut aures suas scripturis diuinis clauerit, dulcem procellam luxuriæ non timebit. Sirenarum enim quædam suavis figura est, mollis concupiscentia voluptatum, quæ noxiis blandimentis constantiam capræ mentis effeminat. Ergo Dominus Christus pendit in cruce, vt omne genus hominum de mundi naufragio liberaret. Sed vt omittamus Vlyssis fabulam quæ ficta, non facta est, videamus si quod in scripturis diuinis exemplum simile possumus inuenire, quod Dominus per semetipsum postea completurus, per prophetas suos ante promiserit. Legimus in veteri testamento cum Moyses sanctus filius Israël de captiuitate Ægypti produxisset, atque idem populus in deserto graui à serpentibus incurfione laboraret, nec aliqua illis armorum defensio posset obistere, tunc sanctus Moyses diuino repletus spiritu, serpentem æreum affixum ligno inter medias morientium erexisse torbas, & mandasse populo vt de illo signo spem gererent sanitatis, atque hac te tantam medicinam contra morsum aspidum prouenisse, vt quisquis vulneratus in illam serpentis crucem aut respiceret, aut speraret, statim remedium salutis acciperet. Cuius facti etiam Dominus in Euangelio meminit dicens: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Vnde si affixus serpens ligno filius Israël contulit sanitatem, quanto magis salutem præstat populis Dominus in patibulo crucifixus? Et si figura tantum profuit, quantum prodesse credimus veritatem? Serpens igitur primus crucis sententia feriretur. In ligno enim crucifigitur, rationabiliter factum, vt quia homo in paradiso per arborem concupiscentiæ deceptus fuerat, nunc idem per ligni arborem saluaretur: atque eadem materia quæ causa mortis fuerat, esset remediū sanitatis. Deinde post serpentem in saluatore homo ipse crucifigitur, scilicet vt post autorem puniatur & facinus. Per primam enim crucem vindicatum est in serpente, per secundam in venena serpentis, hoc est, primum autor ipse punitur, deinde eius malignitas condennatur. Virus enim quod persuasione sua in hominem transfuderat, nunc reicitur, nunc curatur. Nam cum homo passioni addicitur, non morti traditur, sed mortis in eo facinus emendatur. Hoc enim egit Dominus per hominem quem suscepit, vt dum innocens patitur, præuaticationis illius diabolicæ in eo inobedientia corrigitur, & deinceps

Vlyssis fabula ficta non facta est.

Num. xi.

Ioan. 3:

Legatur Hom. li. 10. Odyssæ. Vergili. Aene. 7. Ouid. 14. metamor. Diodorus sic. li. 5.

Bæcius de consol. 4. merro. 3. Aug. de ciuitate Dei. lib. 18. cap. 17.

Luc. 13.

Cruis in ecclesia est arbor in naui.

Exhortatio  
dominicæ  
passionis.

ceps liber à culpa fieret, ac liber esset à morte. Habentes igitur Dominum Iesum qui nos passione sua liberauit, in ipsum aspiciamus semper, & ipsius signo speremus nostris vulneribus medicinam, hoc est. Si forte nobis venenum auaritiæ se diffundit, ipsum consideremus, & sanat: Si scorpionis nos libido compungit, ipsum rogemus, & curat: Si terrenarum cogitationum nos morsus lacerant, eundem precemur, & uiuimus. Hi enim sunt spirituales serpentes animarum nostrarum, propter quos concalcandos Dominus crucifixus est, de quibus ipse ait: Super serpentes & scorpiones ambulabitis, & nihil uobis nocebunt.

Luc. 10.

*De cruce & sepultura Domini, Homilia  
secunda.*



**D**IXIMVS hesternâ die quod crux Domini salutem generi contulerit humano, & verum est. Passio enim illius nostra redemptio est: mors eius vita nostra est. Ideo autem mala hæc cuncta sustinuit, ut nos bona omnia sentiremus, ideo crudelitatem in se exerceri maluit, ut nobis misericordiam largiretur. Bonus ideo in nos ita esse voluit, ut ante in se esset immitis. Auferens enim per crucem humani generis iniurias, omnes eas in sua passione cõsumpsit, ut vterius non esset homini quod noceret. Grande ergo crucis est sacramentum, & si intelligamus, per hoc signum etiam mûdus ipse saluatur. Nam cum à nauis scinditur mare, prius ab ipsis arbor erigitur, velum distenditur, ut cruce Domini facta, aquarum fluentia rumpantur, & hoc dominico secuti signo portum salutis petunt, petisculum mortis euadunt. Figura enim sacramenti quadam est velum suspensum in arbore, quæ Christus sit exaltatus in cruce, atque ideo confidentia de mysterio veniente homines ventorum procillas negligunt, peregrinationis vota suscipiunt. Sicut autem ecclesia sine cruce stare non potest, ita & sine arbore nauis infirma est. Statim enim diabolus inquietat, & illam ventus allidit, at ubi signum crucis erigitur, statim & diaboli iniquitas repellitur, & ventorum procella sepitur. Sed & bonus agricola cum parat terræ solum verrere, & vitæ alimenta perquirere, non nisi per signum crucis id facere conatur. Dum enim aratro dentale subiicit, afficit aures, stiuam inserit, figuram crucis imitatur. Compactio enim ipsa similitudo quædam est dominicæ passionis. Cælum quoque ipsum huius signi figura dispositum est. Nam cû quatuor parti-

Comparatio ecclesie & nauis.

Cælû crucis figura dispositum est.

bus, hoc est, oriente & occidente, ac meridiano & septentrione distinguitur, quatuor quasi crucis angulis continetur. Ipsi enim incessus hominis cû manus leuauerit, crucem pingit: atque ideo eleuatis manibus orare præcipimur, ut ipso quoque membrorum gestu passionem Domini fateamur. Tunc enim citius nostra exauditur oratio, cum Christum, quem mens loquitur, etiam corpus imitatur. Hoc etiam exemplo Moyse sanctus cum contra Amalech bellum gereret, non armis, nõ ferro, sed eleuatis cû ad Deum manibus superauit. Sic enim habes scripturam. Cum eleuasset manus suas Moyses, vincebat Israël, cum autem deposuisset manus suas, conualecebat Amalech. Hoc igitur dominico signo scinditur mare, terra colitur, cœlum regitur, homines conseruantur. Hoc inquã dominico signo etiam referantur inferna. Nã ex quo homo Dominus Iesus qui ipsam crucem gestabat sepultus in terra est, veluti dirupta ab eo exarata terra, omnes quos retinebat, mortuos germinauit. Sed videamus de hoc ipso Domini corpore, posteaquã de cruce deponitur quid geratur. Accepit illud Ioseph ab Arimathia vir iustus, sicut ait Euangelista, & in nouo suo sepeliuit monumento, in quo nondum quicquam positus erat. Beatum ergo corpus Domini Christi quod cum nascitur vtero virginis gignitur, cum recedit, iusti tumulo commendatur. Beatum plane corpus quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptum, sicut seruauit illud Mariæ virginis vterus illibatam. Hic enim viri pollutione non tangitur, ibi mortis corruptione non læditur. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbiq; virginitas: nouus illud venter concipit, nouus tumulus includit. Dominica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potius ipsam sepulturam vuluam dixerim, est enim similitudo non parua. Sicut enim Dominus de Matris vulua viuus exiuit, ita de Ioseph sepultura viuus surrexit, & sicut tunc de vtero ad prædicandum natus est, ita & nunc ad euangelizandum renatus est de sepulchro, nisi quod gloriosior ista est quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illam natiuitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad cœlos. Religiosior plane est ista quàm illa natiuitas. Illa enim totius mundi Dominum nouem mensibus in vtero clausum tenuit. Hæc autem tridui tantum tumuli gremio custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit, hæc omnia salutem citius suscitauit.

Manibus eleuatis orare præcipimur.

Exod. 17.

Luc. 13.

C

D

De passione & sepultura Domini.  
Homilia tertia.



**R**ORTASSE quis dicat de prioris dominicæ prædicatione, in qua prædicauimus nõ minorem esse gloriam quod tumulus Ioseph fuscitauerit Dominũ, quam quod eum sanctæ Mariæ vterus procrearit, quæ comparatio ventris & tumuli, cum illa ex intimis visceribus edidit filium, hic autem solummodo locum præstitit sepulturæ? At ego dico non minorẽ Ioseph affectum fuisse quam Mariæ. Siquidem illa vtero Dominũ, hic corde conceperit. Illa saluatori membrorum suorum secretum præstitit, hic secretum sui corporis non negauit. Illa Dominum pannis inuoluit cum natus est, hic linteis cum recessit. Illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit. Conueniunt ergo sibi obsequia, conuenit & affectus. Vnde necesse est & meritum conuenire, nisi quod angelus Mariam ad obsequiũ admonuit. Ioseph autẽ sola iustitia præiussit, Ioseph in suo sepulchro posuit Dominum. Legimus in Propheta: Sepulchrum patens est guttur eorum. Si ergo sepulchrum patens est guttur hominum, vide ne forte secundum hanc similitudinem Dominum Ioseph non tam in sepultura terrena posuerit, quam in monumento sui pectoris collocarit, & custodiendum illum susceperit, non tam memoria fragili elementorum, quam memoria sancta virtutum. Hæc virtutum fidelis est memoria, quæ intrase continens Christum lædi eum hæreticorum corruptione non patitur. De qua memoria in sacris dicit Dominus: Quotiescunque hoc facietis, in memoriam mei facietis, donec veniam Quotiescunque enim Christum loquimur, totiens eum sacri oris memoria commendamus. Sepulchrum ergo patens est guttur eorum. Recte plane dicit propheta. Sepulchrum enim Christi patens est Euangelistarum beatum guttur, per quod illud æterno literarum thesauro condiderunt. Patens autem sepulchrum ideo dicitur, quia qui vult ad Christi peruenire mysterium, non ingreditur ad illud, nisi per euangelicæ scripturæ secretum. In literarũ enim sacrarum quasi quodam nouo vasculo commendandus est Dominus. Quisquis igitur illum videre desiderat, ibi & passionis eius sacramentum inuenit, & resurrectionis gloriam recognoscit. Patens ergo guttur sanctorum est. Vnde Apostolus ad Corinthios ait. Os nostrum patet ad vos, & Co-

**A**rinthij, inuitas eos vt per prædicationis suæ semper apertã ianuam ingrediantur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectoris memoria collocatur Dominus à Ioseph, vt in iustitiæ sede requiescat & habeat filius hominis vbi caput reclinat. Videamus igitur quare saluator in aliena sepultura ponatur, ac suam non habeat sepulturam. Ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum moriebatur salute. Mors enim ista non illi illata est, sed nobis delata. Mors ista non illi accidit, sed nobis proficit. Vt quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortem propriam non habebat? Vt quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? Vt quid illi sepultura, qui tridui tantum temporis spatio, non tam in sepulchro mortuus iacuit, quam velut in lectulo dormiens conqueuit? Ipsa enim tẽporis breuitas declarat somnũ potius fuisse quam mortem. Sepulchrum autem mortis est habitaculum necessarium. Necessariũ ergo non erat mortis habitaculum Christo qui vita est, nec opus habebat semper viuens domicilio defunctorum. Recte autem hanc vitam nos in nostro sepulchro condidimus, vt cum ipso viuificante mortem nostram à mortuis iugeremus. Vnde & illa Mariæ Magdalene quæ Dominum inter ceteros defunctos in sepulchro querebat arguitur, & dicitur illi quid queris viuentem cum mortuis? Hoc est, quid queris apud inferos, quem rediisse iam constat ad superos? Quem illa adhuc non intelligens nec cognoscens, respondit illi: Domine si tulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego illum tollam. Existimabat enim illum, sicut dicit scriptura, hortulanum esse. Sancta ergo & simplex femina Christum requirebat à Christo, ac deuotione mētis prophetat & nescit. Ait enim Domino de semetipso. Si tu tulisti illum, dicito mihi. Recte interrogat, si tu tulisti eum. Ipse enim tulit corpus suum qui fuscitauit, ipse tulit corpus qui illud iacēs & dormiens sua aspiratione collegit, ipse tulit corpus qui diuinitatis illud virtute gestas portat ad cælos. Atque ideo mulier sapienter interrogat & requirit: Si tu tulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum? Hoc est, si illud auferens de sepulchro ad paradysum transtulisti. Audierat enim illum dicentem latroni, hodie mecum eris in paradiso. Aut certe de infernis in patris dextera collocasti, sicut ait Apostolus. Quæ rursus sunt querite, vbi Christus est ad dexteram Dei. Beatus ergo qui ita querit Christũ Dominum vt credat eum & in paradiso constitutũ, & in cœlestibus collocatũ Nam qui eum

Saluator  
quare in  
aliena se-  
pultura po-  
natur.

Luc. 24.

Ioan. 10.

Luc. 23.

Col. 3.

Psalm. 5.

Luc. 22.

1. Cor. 6.

aut in infernis requirit, aut tumulis, dicitur A  
 vi, quid quæris uiuentem cum mortuis?

*De sepultura Domini, & de Maria  
 Magdalene homilia quarta.*



**H**AER ET adhuc sensibus ve-  
 stris, fratres, hoc nos ante  
 dies paucissimos prædicasse,  
 quod Maria Magdalene non  
 leuiter fuerit obiurgata, cur  
 post resurrectionem Dominum quæreret  
 in sepulchro, & non reminiscens verborum  
 eius quibus se ab inferis tertia die rediturum  
 esse dixerat, putaret eum inferni legibus deti-  
 neri. Arguitur enim nõ leuiter, cur memo-  
 rareretur resurrectionis promissum, ac mor-  
 tis scrutaretur iudicium. Fides enim humi-  
 lis & ignara quærit quod nescit, obliuisci-  
 tur quod docetur. Festina quidẽ est ad ob-  
 sequium, sed non perfecta est ad credendum.  
 Anxia est de dominicæ carnis iniuria, sed  
 incerta de resurrectionis gloria. Plorat qui-  
 dem amore Christi, sed meret desperatione  
 corporis nõ reperti, peruisse putat quem  
 iam regnare constabat, scrutatur eum in tu-  
 mulo, quem vocare potius deberet è cælo.  
 Increpatur igitur sancta Maria tanquam  
 pigrior ad credendum, & cum fera licet  
 Dominum cognouisset, dicitur ei à salua-  
 tore. Noli me tangere, quia nondum ascẽ-  
 di ad patrem. Noli me tangere, increpationis  
 verbum est. Hoc est. Noli me tangere  
 manibus, quoniam resurrectionem meam  
 mentis obliuione non retines. Non potes  
 me corporis tenere complexibus, quoniam  
 fidei perfectione non tangis. Prohibetur  
 tactu quæ amisit auditum. Noli me, inquit,  
 tangere, quia nondum ascendi ad patrem.  
 Videamus quomodo nondum ad patrem  
 ascenderit Christus, quum ipse dicat, quia  
 pater in me, & ego in patre, à quo per in-  
 discretam diuinitatis substantiam nõquam  
 est separatus. Dum enim vnus in vno ma-  
 net, semper patrem filiumque simul esse  
 significat. Aut nunquid illuc ascendere se  
 dicit filius vbi ante habitat quam ascendat?  
 Dixit enim idem Dominus: Nemo ascen-  
 dit in cælum, nisi qui descendit de cælo  
 filius hominis qui est in cælo. Si ergo  
 cum descendit Saluator in cælo est, multo  
 magis etiam priusquam ascendat in cælo  
 est. Sed vide ne forte ad obiurgationẽ Ma-  
 riæ vox ista pertineat, cui paulo antè inter  
 sepulchra quærenti Dominum, dicitur.  
 Quid quæris uiuentem cum mortuis? Nunc  
 addatur: noli me tangere, quia nondum

Ioan. 20.

Ioan. 14.

Ioan. 3.

Luc. 24.

ascendi ad patrem. Hoc est, quid me con-  
 tingere cupis, quæ me dum inter tumulos  
 quæris, adhuc ad patrem ascendisse non  
 credis, quæ dum me inter inferna scrutaris,  
 ad cælestia rediisse diffidis, dum inter mor-  
 tuos quæris, viuere cum Deo patre meo  
 non speras? Nondum, inquit, ascendi ad  
 patrem, hoc est, tibi nondum ascendi ad  
 patrem, quia apud fidem tuam adhuc deti-  
 neor in sepulchro. Quantum in te est enim  
 adhuc humilibus immoror, adhuc in hæreo  
 terrenis, quia nondum me fides tua eleua-  
 uit ad cælum. Quid ergo me festinas con-  
 tingere vt Dei filium, quem redeuntem ap-  
 patrem mentis deuotione non sequeris?  
 Quisquis igitur vult contingere Dominum  
 saluatorem, prius illum debet fide sua ad  
 dexteram diuinitatis imponere, & crudeli-  
 tate cordis collocare in cælestibus potius  
 quam inter defunctos inquirere. Illi autem  
 ascendit Dominus in patrem, qui eum sem-  
 per esse credit in patre. Ascendit beatus A-  
 postolis ad patrem quibus ait. Qui me videt,  
 videt & patrem. Ascendit Ioanni Euange-  
 listæ qui apud patrem eum quæsiuit & re-  
 perit, atque ideo ait. Et verbum erat apud  
 Deum, & Deus erat verbum. Ascendit etiã  
 beatus Paulo qui non contentus solum se  
 scire quod nouerat, nos quoque docuit  
 quemadmodum saluatorem in cælestibus  
 quæreremus dicens. Quæ sursum sunt quæ-  
 rite vbi Christus est in dextera Dei sedens.  
 Et vt nos ab hac humili vei terrena inqui-  
 sitione Mariæ penitus submoueret, addi-  
 dit dicens: Quæ sursum sunt sapite,  
 quæ super terram. Ergo iam non super ter-  
 ram, nec in terra, nec secundum carnem  
 debemus quærare saluatorem si volumus  
 eum inuenire atque contingere, sed secun-  
 dum diuinæ maiestatis gloriam, vt dicamus  
 cum Apostolo Paulo. Nunc autem secun-  
 dum carnem non nouimus Christum. Igi-  
 tur & Stephanus beatus fide sua non super  
 terram quæsiuit Christum, sed stantem il-  
 lum ad Dei dexteram recognouit, ibi illum  
 reperit vbi mentis deuotione quæsiuit.  
 Non solum autem Stephanus in cælo vi-  
 det Christum, sed eum & martyrio suo  
 tangit. Tangit enim Dominum cum pro  
 inimicis suis orans velut fide sua tenens il-  
 lum dicit: Domine ne statuas illis hoc pec-  
 catum. Intelligite ergo quanta deuotionis  
 est gloria. Maria iuxta Dominum constitu-  
 ta eum tangere non meretur. Stephanus in  
 terris positus Christum tangit in cælo. Illa  
 inter angelos præsentem non videt salua-  
 torem. Stephanus intra cælos Dominum  
 cernit absentem.

Tangere  
Dominum.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Ibidem.

2. Cor. 5.

Act. 7.

## De sancto Latrone Homilia prima.



VONTIAM hesternò die de latrone fecimus mentionem, videamus quis ipse latro sit, qui in cruce domino constituto, non solum peccatorum suorum veniam consequitur, sed etiam paradisi amicitiam donatur, ut qui propter scelera damnatus fuerat ad poenam, propter fidem transferretur ad gloriam, fueritque illi crux quam pertulit non tam supplicij damnatio quam salutis occasio. In cruce enim postus Christum Dominum nostrum credidit crucifixum. Et ideo qui consortio passionis vititur, consortio paradisi condonatur. Beatus enim latro dum supplicium patitur, regnum caelestium consequitur. Ecce reus dicitur sicut cui damnari ad tempus expedit. Non enim perueniret ad gloriam, si non contraditus esset ad poenam. Videamus, inquam, cur tantorum criminum reus tam cito à saluatore paradisi promeretur, cum alij multorum temporum lachrymis frequentibusque ieiuniis vix delictorum suorum veniam consequantur. Magna, fratres, & multiplex causa est. Primum quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est, ut presentem poenam despiceret, ac de futura veniam precaretur, & magis crederet utile sibi esse de aeterno iudicio petere, quam de temporali supplicio postulare. Reminiscens enim scelerum suorum & poenitentiam gerens, plus incipit dolere quod sperat, quam sentire quod patitur, potuit enim nisi de futuris amplius cogitasset, qui in Christum semel crederat, de presenti magis supplicio deprecari. Deinde illud ad gratiam eius maioris est meriti, quod Christum in cruce positum credidit, & passio quae aliis scandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio multis D scandalum fuit, sicut dicit Apostolus: Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Recte ergo mereretur paradisi, qui crucem Christi non putauit esse scandalum, sed virtutem. Dicit enim idem Apostolus: Ipsi vocatis Iudaeis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Recte plane & Dominus huic donat paradisi, quia quem Iudas Scarioth in hortulo paradisi distraxerat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res, confitetur latro quem discipulus abnegauit. Mira, inquam, res, latro honorificat patientem, quae Iudas prodidit osculantem. Ab hoc pacis blandimen-

2. Cor. 1.

Ibid.

ta venduntur, ab illo crucis vulnera praedicantur. Air enim. Memento mei Domine cum veneris in regno tuo. Haec est fidei plena deuotio, ut cum de vulneribus Domini profluens sanguis cernitur, tunc de potestate eius venia postuletur: cum videretur eius humilitas, tunc magis timeatur eius diuinitas. cum morti addictus putatur, tunc regis illi honorificentia deferatur. Iste enim Luc. 13. fidelis latro non credidit moriturum, quem Latro fidelis. annunciat regnaturum, non putat subdendum inferis, quem dominaturum confitetur in caelo: non arbitrat eum apud tartarum detineri à quo etiam se postulat liberari. Cernat licet eius hiantia vulnera: spectet ipsius sanguinem profluentem. Deum tamen credit, quem reum nescit, iustum fatetur, quem non meminit peccatorem. Air enim illi alteri exprobrant latroni: Nos quidem recte digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. Intellexit enim quod pro alienis peccatis has plagas susciperet: pro alienis sceleribus haec vulnera sustineret, & sciuit quod illa in corpore Christi vulnera non essent Christi vulnera, sed latronis, atque ideo plus amare cepit postquam in corpore eius sua vulnera recognouit. Air enim propheta: Quoniam ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet. Nos autem existimabamus eum esse in dolore, liuore eius nos sanati sumus. Plus ergo in cruce postus liuorem eius cernens latro diligit Deum. Mira res, plus in cruce latro Christum diligit quam Iudas dilexit in caena. Ue per cibum supplantat magistrum, hic credidit Dominum per dolorem, sicut ait propheta: Qui edebat panes meos adimpliuit aduersum me supplantationem. Cognouit igitur hic latro omnem Dei passionem ex ipsius fieri voluntate, & in potestate eius esse, vel morti animam tradere, vel ad vitam iterum remeare, sicut ipse ait. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Vtique adeo autem illum liberum ab inferni legibus iudicauit, ut etiam se ab iis posceret liberari. Psal. 40: Iona. 10:

De eodem Latrone & Petro Apostolo  
& ancilla ostriaria, Homilia  
secunda.

EMINIT, fratres, vestra dilectio me dedisse rationem cur tantorum criminum inueteratus latro & scelerum suorum confessione damnatus paradisi in ipso supplicij pa-

tibus potuerit promereri, & tanta fuerit A  
 celeritate saluatus, ut peccata eius gratia  
 praeuenirent antequam poena, & prius in ma-  
 lis suis gloriari coeperit quam puniri. Non  
 enim pariter supplicium dum paradysum  
 promeretur. Petro dicitur à Christo: Non  
 potes me modò sequi, sequeris postea. Et  
 huic dicitur: Hodie mecum eris in paradiso.  
 Tanquam discipulus ille differtur, & hic  
 tanquam socius inuitatur. Ille adhuc refer-  
 uatur ad praemium, etiam ad confortium  
 iste diligitur. Non potes, inquit, me modò  
 sequi. Impossibile est Petro sequi Dominum,  
 etiam facile latroni est esse cum Domino.  
 Hodie mecum eris in paradiso. Non in aliud  
 differtur tempus, non in diem alteram re-  
 seruatur. Ipsa hora qua paradysus Deum sus-  
 cepit, suscepit & latronem, vnus passus est  
 pro salute cunctorum, & duobus pariter  
 immortalitatis inuaua referatur. Sed hanc to-  
 tam gloriam latroni fides praestitit. Fides  
 enim est quae peccata cooperit, quae vincit  
 crimina, quae facit de latronibus innocen-  
 tes. Quamuis enim delinquentium grandis  
 culpa sit, fidei tamen maior est gratia. Plus  
 enim credidisse Christo quam saeculo deli-  
 quisse, & plenioris est meriti veniam speras-  
 se de domino, quam culpam contraxisse de  
 mundo. Sicut enim perfidia criminofum  
 fecit, ita fides perfecit innocentem. Deni-  
 que Iudas posteaquam fidem perdidit, in-  
 nocentiam apostolatus amisit, omnium enim  
 criminum reus factus est, posteaquam vir-  
 tutum omnium Dominum denegauit. Si-  
 cut ergo sufficit illi ad scelera deseruisse  
 Christum, ita illi sufficit ad innocentiam  
 Domino credidisse. Facit igitur & fides in-  
 nocentes latrones, & perfidia apostolos  
 criminofos. Magna igitur & perfecta fides  
 in illo latrone fuit. Magna plane est & ad-  
 mirabilis fides, quae Christum crucifixum  
 glorificari magis credidit quam puniri. In  
 hoc enim totius forma salutis est: saluato-  
 rem tunc maiestatis Dominum recogno-  
 scit, cum videtur humilitatis patientia cruci-  
 fixi. Vnde ait Apostolus: Si cognouissent,  
 nunquam Dominum maiestatis crucifixis-  
 sent. Haec inquam, perfecta fides est Chri-  
 stum in cruce Deum, non reum credere. Vn-  
 de ille latro iustificatus est, quia saluatore  
 in patibulo constituto Iudaeis insultantibus,  
 & vel criminofa dicentibus: libera te ipsum  
 si potes, ille certus de diuinitate eius, & se-  
 curus de voluntate, se magis postulat libe-  
 rari. Magna, inquam, fides in illo latrone fuit,  
 & sanctis Apostolis comparanda, nisi quod &  
 forte praecesserit, praecessit etenim deuotio-  
 ne qui praecessit & praemio. Prior enim la-

Ioan. 13.

Luc. 23

Fidei effi-  
tacia.Magna la-  
tronis fides.

1. Cor. 11.

Matth. 27.

tro ad paradysum quam Apostoli peruene-  
 runt. Denique Petrus Dominum sequitur,  
 & iste comitatur. Dominus autem secun-  
 dum fidem & meritum tribuit & remune-  
 rationis obsequium. Omnes enim, sicut le-  
 gemus, in passione saluatoris discipuli tre-  
 pidarunt, omnes eum pene cum traderetur  
 reliquerunt, factum est sicut scriptum est:  
 Percutiam pastorem, & dispergentur oves  
 gregis. Denique fidem Petrus nec admoni-  
 tus poruit custodire, totiens lapsus est quo-  
 tiens ne laboretur admonitus. Et nisi mo-  
 dum quendam terrorem denegandi ei Domi-  
 nus statuisset, forsitan sapius interrogatus.  
 B sapius abnegasset. Tantam enim trepida-  
 tionem discipulis intulit passio saluatoris, ut  
 quod Apostolo Christus ante praedixerat,  
 ancilla destrueret, & magis praeualeret o-  
 stiarum ad perfidiam, quam Apostolus ad  
 cautelam. Non bona ostiarum quae Petrum ideo  
 in domum sacerdotis includit, ut à fide sal-  
 uatoris excludat. Male Adam induxit Eua,  
 male Petrum introduxit ancilla. Illa exclu-  
 dit à paradiso, haec excludit à Christo. Illa  
 persuasione sua virum decepit, haec inter-  
 rogatione sua Apostolum circumscriptit. C  
 Illa ad prauaricandum Adam impulit, haec  
 Petrum compulit ad negandum. Et idem  
 sexus in vtraque ostiarum officium gerens  
 aut excludit à vita, aut includit ad mor-  
 tem.

Matth. 26

Zac. 13.

Matth. 26.

Gen. 3.

De penitentia Petri & ostiarum ancillae.  
 Homilia tertia.



DIXIMVS fratres, quod ad si-  
 militudinem Euae, Petrum o-  
 stiarum mulier quoque dece-  
 perit, & sicut Adama femina  
 circumscriptit, ita & Apo-  
 stolum femina circumuenerit.  
 Vistatus enim ad decipiendum sexus est, fraudis  
 suae vasculum in ostiarum diabolus recognouit,  
 quia fideles viros non nisi per mulierem oppu-  
 gnare consuevit. Ibi Adama per Eua superat, hic  
 Petrum vincit per ostiarum. Fuit enim, sicut  
 legimus, in paradiso deliciarum diabolus,  
 nec defuit, sicut intelligimus, in praetorio  
 Iudaeorum. Ibi imminabat Sathanas serpens,  
 hic Iudas coluber perurgebat. Est ergo ead-  
 em similitudo deceptionis in Petro, quae  
 in Adam fuit, quoniam eadem est & simili-  
 tudo mandati. Accepit enim à Domino  
 vterque mandatum. Adam ne tangeret, &  
 Apostolus ne negaret. Ille ne lignum scien-  
 tia praesumeret, hic ne crucem sapientiae  
 praeteriret. Sed transgrediens vterque praee-

Gen. 3.

Similis de-  
ceptio in  
Petro &  
Adam.

ptu pari modo delinquant. Gustat ille quod non licet, loquitur iste quod non decet, & tamē facilius negatio Petri quam Adæ præuaricatio. Citius enim Apostolo quam protoplasto subuenitur. Hunc etenim Deus ad vesperum requirit errantem, illum Dominus pullorum cantu denegantem. Adam reus facti nudus erubuit, Petrus conscius dicti correctus ingemuit. Ille tanquam deprehensus festinat ad latebras, hic tanquam emendatus prorumpit ad lachrymas. Velut latenti enim & cæstanti se à diuinitate Adæ dicitur: Adam ubi es? Non quod Adam conspectum domini latere potuerit, sed quod peccatrici cōscientiæ nullus locus tutus vel certus sit dum meruit deprehendi. Respexit Dominus Petrum & apertis oculis eius emēdauit errorē. Recte oculis emendat quia scriptum est. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Ergo Petrus prorupit ad lachrymas nihil voce precatus. Inuenio enim quod fleuerit, non inuenio quid dixerit. Lachrymas eius lego, satisfactionem non lego. Recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod deseri solet, non solet excusari, & quod defendi nō potest, abluī potest. Lauat enim lachryma delictum, quod voce pudor est, confitei. Lachrymæ ergo verecundiæ consulunt pariter & saluti, nec erubescunt in petendo, & impetrant in rogando. Lachrymæ, inquam, tacitæ quodammodo preces sunt, ventiam non postulant, & merentur, causam non dicunt & misericordiam consequuntur, nisi quod vtiliores lachrymarum preces sunt quam sermonum, quia sermo in precando forte fallit, lachryma omnino non fallit. Sermo enim interdum non totum profert negotium, lachryma semper totum prodit affectum. Et ideo Petrus iam nō vitur sermone quo fefellerat, quo peccauerat, quo fidem amiserat, ne per id ei non credatur ad confitendum quo vsus fuerat ad negandum, ac per hoc mauult & causam suam flere quam dicere, & quod voce negauerat, lachrymis confitei. Inuenio autem & aliud cur tacuerit Petrus, ne tam cito veniæ postulatio per impudentiam plus offenderet quam impetraret. Solet enim citius mereri indulgentiam qui verecundius deprecatur. In omni igitur culpa ante flendum est, sic precandum. Scimus iam hoc exemplo quemadmodum nostra peccata curemus. Ecce nihil nobis Apostolus nocuit quod negauit, & plurimum profuit quod emendauit. Denique imitemur eum alibi dicentem. Cum enim tertio interrogaretur à Domino: Simon amas me? respon-

dit tertio, Domine tu scis quia diligo te. Ait Dominus, Pasce oues meas. Et hoc tertio, quod quidem dictum ad compensationem prioris profecit erroris. Qui enim dominum tertio negauerat, tertio confiteatur: & quoties culpam delinquendo contraxerat, toties gratiam diligendo conquirit. Videte ergo quantum fletus profuerit Petro: antequam fieret lapsus est, postea quam fleuit electus est, & qui ante lachrymas præuaricator exiit, post lachrymas pastor assumptus est: & alios regendos accepit, qui prius se ipse non rexit.

B De eodem Petro Apostolo homilia quarta.



STRUXIMVS superiore dominica sanctum Petrum in saluatoris passione sine erroribus profecisse, & posteaquam negauit Dominum Deum fuisse meliorem. Fidelior enim factus est postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. Tanquam bonus enim pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi ante infirmus fuerat fieret omnibus firmamentum: & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim dicitur eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquam saxum immobile totius operis Christiani compagem molēque contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro virtute, Dominus nuncupatur, sicut ait Apostolus: Bibebant autem de spiritali consequenti eos petra, petra autem erat Christus! Recte consortium meretur nominis qui consortium meretur & operis. In eadem enim domo Petrus fundamentum posuit. Petrus plantat, Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat. Petrus enim tentationibus suis proficit, fletibus suis gaudet, periculis suis crescit. Sic nanque in mari dum super vndas temerarius viator ingreditur, nutat in cessu, sed conualescit affectu: periclitatur corpore, sed deuotione non labitur: mergitur pedibus, sed Christi dextera sustentatur: sustentat fides quem vnda mergebat, & quem fluctuum procella turbabat, saluatoris dilectio confirmabat. Ambulauit enim in mari Petrus magis dilectione quam pedibus. Non enim videbat vbi pedum vestigiū poneret, videbat autem vbi figeret vestigiū

Petrus tertio Dominum negauerat, & tertio confiteatur.

Ibidem.

Luc. 12.

Ps. 33.

Lachrymæ tacitæ preces sunt.

Petrus cur tacuerit.

Joan. 21.

Math. 16. Petrus dicitur petra.

Christus dicitur petra.

Math. 4.

charitatis. In nauī enim positus considerat A  
 Dominum, & amore eius ductus descendit  
 in mare, non cogitat labentes aquas, non  
 fluēta currentia, & dum Christum respi-  
 cit, non respicit elementum. Credit fide  
 etiam inter vnda solidum inuenire vesti-  
 gium, iactatur licet fluctibus maro, ventis  
 pelagus conturberur, non tamen turbatur  
 Petri semita quæ ducit ad Dominum. Am-  
 bulat igitur super aquas Petrus, & sub pedi-  
 bus eius mollis vnda non cedit. Legimus in  
 veteri testamento filios Israël per mare ru-  
 brum, siccis itineribus ambulasse, & ad se-  
 curitatem gradientium ne laberetur vnda,  
 in soliditatem quandam eam fuisse muta-  
 tam. Quanto hoc melius vbi ambulante Pe-  
 tro, nec mutatur vnda, nec labitur, nec soli-  
 datura qua nec refugit? Melius, inquam, est  
 vbi eadem vnda quæ fluctuat & sustentat,  
 vbi idem gurges qui mergitur & famula-  
 tur. Illic vt portaretur per mare popu-  
 lus Israël, meatum suum natura perdide-  
 rat, hic portatur in aquis Petrus, cursum su-  
 um fluēta non perdunt. Temerarius ergo  
 viator Apóstolus, noui itineris viam carpit,  
 modò curuati gurgitis molem ascendit,  
 modò subsidentis sinus vndam descendit,  
 & inter marinos fluctus ascensus illi itineris

Ibid.

Exod 14.

Petrus tem-  
 merarius  
 viator.

descensusque non deest, sed vbi turbatus  
 ventis, exagitatus procellis incipit timere  
 quod credidit, statim ei gurges subtrahitur,  
 vnda subducitur. Mox defatiscēte fide fa-  
 tiscē semita, tunc exclamans dominum Ie-  
 sum saluum te fieri deprecatur, quem appre-  
 hensum manu saluator liberat & obiurgat  
 dicens: Modicæ fidei quare dubitasti? Hoc  
 est, cur tam parua fides es, vt qui credendo  
 mare ambulare cœperas, nō id perseveran-  
 do transires? Scriptum est enim. Qui perse-  
 uerauerit vsque in finem, hic saluus erit.  
 Sed dum cunctaris & dubitas, iter quod in-  
 gressus fueras, perdidisti. Cur inquam, tam  
 modicæ fidei es, vt non ea fide qua venire  
 cœperas, peruenires? Intellige ergo quia in  
 mari credulitas te portabat, perfidia sub-  
 mergebat. Igitur fratres, sanctus Petrus  
 dum fluctuat, dum mergitur, dum pericli-  
 tatur, sic peruenit ad Dominum, ostendens  
 nobis quod non nisi per pericula propera-  
 tur ad Christum. Multi enim diabolici flu-  
 ctus sunt in hoc mundo, tentationum mul-  
 ta naufragia, à quibus ita liberari possumus,  
 si clamantibus manum suam saluator ex-  
 tenderit. Nos ergo clamare ad Dominum  
 non cœsemus, ille auxilium solitum non  
 negabit.

March. 14.

March. 10.

*Finis Homiliarum Hyemalium.*

HOMI-



HOMILIÆ

## SANCTI MAXIMI

EPISCOPI THAVRINENSIS

de Tempore Æstiuales.

*Homilia prima in festo Pascha.*

**B**ENEFICIA Dei nostri cum magna atque mirifica sint, tamen nec nona probantur esse nec subita: sed ab initio sæculi & prædicta sunt oraculis, & præfigurata mysteriis.

Sacram enim Domini passionem ab ipsis mundi coalescentis exordiis veteris testamenti responsa recinerunt, & ideo Christum Dominum prædicatum atque annunciatum suis aperte ex ipsorum libris ac voluminibus asserimus. Validis absque dubio nititur privilegiis, qui causam de aduersariis asserit instrumentis. Speciosa victoria est contrariam partem chartulis suis, velut propriis laqueis irretire, & testimoniorum suorum vocibus confutare, & æmulum telis suis euincere, vt pugnantoris tui argumenta tuis probentur vilitatibus militare. Itaque in Domini nostri persona dum ex Adæ primi hominis costa, mater eunctorum visentium Eua producitur, ex huius sacro latere ac salutari vulnere ecclesia omnium fidelium parens reparanda monstratur. In eius typo Abel iustus occiditur, & innocens, fraterna tanquam Iudaica impietate mactatur. Hic idem Dominus in nouissima mundi fenescens ætate, per figuram beati Abrahamæ longæui patris offertur, quo tempore dum nouo sacrificio in vnicuique iugulum pius parricida confurgit, ex improuiso aries oculis eius apparuit, sicut loquitur sermo diuinus. Et vidit Abraham arietem inter vepres hærentem cornibus. Inter vepres inquit. Requiramus quæ ista sit nouitas.

Gene. 2.

Gene. 4.

Gene. 22.

Inter vepres, id est, in multitudine circumstantium peccatorum: hærentem cornibus, id est, ad crucis cornua clauorum confixione pendentem, sicut in alio loco legimus, Cornua in manibus eius sunt. Hoc ideo, quia venerandas manus patibuli brachia susceperunt. Inter spinas autem deputatus est, quando spineo ferro innocentia & iusticia autor illusus est. Sed altius introspicere debemus quidnam sit quod Isaac à patre altaribus admouetur ac subito aries pro eo non mutata, sed duplicata oblatione supponitur. Gemina hic adoranda substantia redemptoris ostenditur. Dei enim vnigenitus offertur, & virginis primogenitus immolatur. Hoc quoque dominica passionis præfigurabant insignia, quod legimus beatum Helizeum sepulchro conditum, ingesto à latronum cadauere intra tumulum suum, corpus extincti, tactu sacri corporis suscitasse. Quis hic alius præfiguratur, nisi noster Iesus Christus qui resurrectionem demortelargitur, & vitam sepultus operatur? In latrone reum mundum: in propheta virtutibus Christum Dominum recognosce. Adhuc celeberrime per scripturas sanctas etiam in Ionæ propheta laboribus & ærumnis Christi passio & resurrectio præfiguratur. Hic Ionas, quod fidei vestra non arbitramur incognitum, typum Domini gessisse perferibitur. Ipse enim Dominus dicit. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: Ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Hic, inquam, Ionas ad prædicandam Niniuicis iræ celestis offensam domino iubete dirigitur, sed præ-

Abac. 3.

Præfiguratio dominice passionis. 4 Reg 15.

Matth. 12. Ioan. 2.

Dd

Ibid.

Ioan. 1.

Math. 27.

Ioan. 4.

scius tristem prophetiam populi conuersione vacuandam, nauem profugus quæ Tarsum petebat ingreditur. Sed nautis turbatis exorta tempestate forre fluctibus datur, & faucibus ceti piscis demersus excipitur, sed pilce illasum egstante depositum, tertia die terris refunditur. Ionas iram Domini mihi prædicatus ad magnam Niniuitarum destinatur urbem. Diciturus quadraginta dies & Ninive subuertetur, & Christus ad mundi mittitur ciuitatem vt diem salutis & præfinitum iudicij tempus annunciet. Ionas nauim experit, Christus Ecclesiam: Ionas fluctibus agitatur, Christus mundi turbis exercetur. Nisi Ionas pessunderetur naufragæ nauis periculum non sedatur, sic & nõ liberatur Ecclesia, nisi Christi morte saluetur. Nautæ dimissuri Ionam, tamen verentur & dicunt. Domine ne des super nos sanguinem innocentem. Nonne vobis videtur nautarum imprecatio Pilati esse confessio, qui tradit Christum, & tamen lauat manus suas & dicit. Mundus ego sum à sanguine iusti huius? Quàm congrue personam gentiliū fides gentium prædicat. Dicit itaque Ionas in oratione sua. Tolle igitur Domine animam meam quia melior est mihi mors quam vita. Dicat hoc rebus! Dominus noster Iesus Christus, quia melior est mihi mors quam vita, id est, viuens vnâ Iudæorum gentem saluare non potui, moriar vt vniuersus mundus vna morte saluetur. Ionas cetus piscis excepit immersum, sed non contigit deuoratum, & quem malitia hominum perdidit, bestia esuriens custodiuit. Plenis visceribus famem patitur, & in prædam quam absorbuit nihil sibi licere miratur. Quis est iste qui intra auidos rictus assumi potest, consumi non potest? Cibus est, corruptio non est. Traditur perditionis profundo, & seruatur ipsius mortis obsequio. Quis est iste qui vastissimos sinus periculorum rurus ingreditur, & sub altitudine immensa conclusus atque mortifera vitali aère pascitur, & demissus in alienam rerum naturam in vitæ exilium cum vita peregrinatur, & mortis superstes annunciat venturam mundi salutem? Puto quod hic Dominus noster Iesus Christus quem sæua mors inexplabilis bellua in escâ suam rapuit, & prædam suam captiua contemnit. Contremuit inquam. Nam si nouerat crucifixum, tamen quem non meminerat reum, non poterat tenere damnatum: quia culpam non facit pœna, sed causa. Quasi solitum cibum perditum in mundi origine hominem deuorauit, sed magnam esse cibi ipsius dignitatem præfocata co-

agnouit. Atque ideo diuinus sermo commemorat. Et præcepit Dominus pisci & euomuit Ionam in aridam. Præcepit ergo bestia, præcepit morti semper esurienti, præcepit abyssis & inferno vt mundo restitueret saluatorem. Euomuit autem, hoc debemus accipere quod ex imis visceribus mortis victrix vita remeauerit, atque eam ex imis præcordiis inferni perditio exulcerata reddiderit. Videmus itaque in prophetæ afflictionibus apertissime præfigurata & mortem pariter & resurrectionem. Quapropter quod impletum cernis in seruo, credere non cuncteris in Domino. Quæ cum ita sint, perspice, ô homo quantum valeas, & perpende quantum debeas. Perspice quantum valeas vt tandem vilis esse tibi desinas, vt vel pro hoc erubescendis subiaceretis digneris: dum generositate tuam de creatoris ac reparatoris dignitate metiris. Habet causas quibus se ipse cõfundat, cur indignis dominis victo corde subdatur, cui gloria æterna promittitur. Ac sic gemino priuilegio qui dudum diuinæ imaginis participatione videbaris honoratus, efficiaris etiam commercij nobilitate pretiosus. Vnde quâ fortis esse possis contra hostem tuum interroga statum tuum, quod tibi Dominus ad bellandum in membris tuis mundi principem ac spirituales nequitas superandas, liberam contulit facultatem, ac sic impossibile non putes vt transferri obtineas angelicas beatitudines, cum in hoc saculo angelicas deuiceris potestates. Non ergo te degenerem ac despectum faciat vita, quem vel factura probatur illustrem protulisse vel gratia, sed cursum fideles Christi ad superna fiducialiter extollant. Nam qui se cœlesti pretio vident redemptos, ad cœlestia non dubitent præparatos.

*De eadem solennitate. Homilia  
secunda.*



**N**ON immerito fratres, hodierna die Psalmus hic legitur, in quo propheta exultandū præcipit, & lætandum. Omnes enim creaturas ad huius diei festiuitatem Dauid sanctus inuitat. Nam in hac die per resurrectionem Christi aperitur tartarus, per Neophitos Ecclesiæ innouatur terra, cœlū per spiritū sanctū referatur. Apertus enim tartarus reddit mortuos, innouata terra germinat resurgentes, cœlum referatū suscipit ascendentes. Denique ascendit latro in paradysum, sanctorum corpora

Psalm. 117.

ingrediuntur in sanctam ciuitatē, ad viuos mortui reuertuntur, & profectu quodam in resurrectione Christi ad altiora cuncta elementa se collunt. Tartarus quos habet, reddit ad superos, terra quos sepelit, mittit ad cælum, cælum quos suscipit repræsentat ad Dominum. Et vna eademque operatione saluatoris passio eleuat de imis, suscitatur de terrenis, collocat in excelsis. Resurrectio enim Christi defunctis est vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Omnem ergo creaturam ad festiuitatem resurrectionis Christi, Dauid sanctus inuitat. Ait enim exultandum in hac die quam fecit Dominus & lætandum. Sed dicit aliquis: Si in die gratulandum est, iis vtrique gratulandum est quos dies ipsa complectitur. Cælum autem & tartarus extra huius mundi diem sunt constituta. Quomodo igitur possunt ea elementa ad festiuitatem huius diei vocari, cuius diei ambitu non tenentur? Sed hic dies quē fecit Dominus, penetrat omnia, vniuersa continet, cælum & terram tartarūque complectitur. Lux enim Christus non parietibus obstruitur, nō elementis diuiditur, non tenebris obscuratur. Lux inquam Christi, dies est sine nocte, dies sine fine, vbique splendet, vbique radiat, vbique non deficit. Quod autem iste dies Christus sit, Apostolus dicit. Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Præcessit, inquit, nox, non sequitur, vt intelligas superueniente Christi lumine, & diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura non subsequi, & iugi splendore præteritas caligines depelli, sur-repentia delicta prohiberi. Nam quia hic dies Christus, cælū, terram, tartarūq; collustrat, scriptura testatur. Quod enim super terram fulgeat dicit Ioannes. Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Quod in inferno luceat, ait propheta. Qui sedebant in regione vmbrae mortis, lux orta est illis. Quod in cælis iste permaneat, refert dauid dicens. Ponam in seculum seculi semē eius, & sedem eius sicut dies cæli. Quis autem est dies cæli nisi Christus Dominus, de quo dicitur per prophetam. Dies-diei eructat verbum? Ipse est enim dies filius, cui pater dies diuinitatis suæ eructat arcanum. Ipse inquam est dies qui ait per Salomonē. Ego feci vt oriretur in cælo lumen indeficiens. Sicut ergo diem cæli nox omnino non sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorum tenebrae non sequuntur. Semper enim dies cæli splendet, lucet, & fulget, neque aliqua potest obscuritate concludi: ita & lumen Christi semper micat, radiat, coruscet, nec

aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vnde ait euangelista Ioannes. Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. In resurrectione ergo Christi elementa omnia gloriantur. Nam & solem ipsum arbitror esse in hac die solito clariorem. Necesse est enim vt sol in eius resurrectione gaudeat, in cuius passione condoluit: & cuius mortem lugubri quadā caligine persecutus est, eiusdem vitam niri-dioris lucis splendore suscipiat: & tanquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulturae, modo coruscet in resurrectionis obsequiū. In passione enim Christi caliginum se nocte circumdedit, & Iudæorum facinus mundo teste cōgemuit. Indicium enim quoddam doloris in sole est, tanto sceleri officium luminis denegasse, & vltione quadam Iudæorum oculis tenebras infudisse: vt quorum mentem cæcitas inuaserat, eorum oculos cæcitas occuparet, nec lucret eis mundi lumen, à quibus fuerat lumen salutis extinctum. Damnatio igitur quadā ingeritur Pharisaïs, vt tenebras in die iudicii peccatoribus reprobissas iam apud superos patiantur. Apud superos ergo crucifixo immorantur tenebrae. Quid mirum si apud superos sunt tenebrae, cum lux descendit ad inferos? Igitur fratres, omnes in hac die sancta exultare debemus, nullus se à communi lætitia peccatorum conscientia subtrahat, nullus à publicis votis delictorum sarcina reuocetur. Quamuis enim peccator in hac die de indulgentia non debet desperare, est enim prærogatiua non parua. Si enim latro paradisum meruit, cur non mereatur veniam Christianus? Et si illi Dominus cum crucifigitur misereatur, multo magis huic miserebitur cum resurgit. Et si passionis humilitas tantum præstitit contenti, resurrectionis gloria quantum tribuit deprecanti? Largior enim ad præstandum solet esse, (sicut ipsi scitis) læta victoria quam addicta captiuitas.

*De eadem solennitate homilia tertia.*



**EXULTANDUM** nobis est, fratres, in hac die quam fecit Dominus continuata lætitia, & in eius festiuitate iugi gloria gratulandum. Nec quia nox solennitati interuenit, gaudia nostra præscidit, nec quia obscuritas distinxit rēpora vespertina: resurrectionis lux vota æterna deseruit. Nobis enim heri & hodie dies vnus, dies ipse est, quia sicut de saluatore B. Apostolus, Iesus Christus heri & hodie ipse est. Ergo

si Iesus Christus heri & hodie ipse est: ipse A  
 atque idem nobis semper est dies: quia in  
 ipso viuimus, in ipso mouemur: in ipso non  
 morimur. Non morimur inquam: quia si-  
 cut lucem Christi nulla peccati incessit ob-  
 curitas: ita & viuentes nulla temporis ab-  
 sumit vetustas. Latremur ergo in Christi re-  
 surrectionis die. Communis enim omnium  
 communis est nostra lætitia. Communis  
 plane: quia omnes illo resurgente surrexi-  
 mus. Omnium enim reuixit saluti, qui pro  
 omnium peccatis additus est passioni. Re-  
 surrexit igitur saluator à mortuis. Noua res  
 & mita: sed habet hæc assertio veritatem.  
 Nam vt taceam prophetarum oracula: an-  
 gelorum ministeria: aperta sepulchri pene-  
 tralia: ipsum Dominum post resurrectionē  
 cum discipulis loquentem, conuersantem,  
 edentem: Thomam quoque clauorū vulne-  
 ra etiam digito contrectantē: vt hæc omnia  
 prætermittam, tamen fidem nostram con-  
 firmat impietas Iudzorum. Nam sufficit ad  
 crudelitatem nobis eorum nimum cauta  
 crudelitas. Quo enim diligentius custodie-  
 rūt tumulum, eo constat illum manifestius  
 surrexisse. Quo plures apposuere custo-  
 des, eo plures testium reliquere. Nam hoc  
 procurauit diuina prouidentia, vt resurre-  
 ctioni dominicæ non solum angeli: non so-  
 lum discipuli, sed & testimonium perhibe-  
 rent (quod est amplius) inimici. Libentius  
 ergo accipimus quod eum diligentius ob-  
 seruauerunt. Credimus enim sub tot custo-  
 dibus potuisse illum prodire citius quàm  
 perire: & de tumulo iure Domini progre-  
 di quàm discipulorum fraude subdici. Tan-  
 ta enim sollicitudine sepulchrum obstruxit  
 impietas, vt id non præualeret manus hu-  
 mana destruere: nisi sola virtus resurrectio-  
 nis aperiret. Denique dicit sanctus euange-  
 lista descendente angelo, magno terrā tre-  
 more fuisse commotam, vt fundamenta tu-  
 muli mouerentur, & percussos pauore cu-  
 stodes qui venerant custodire mortuum,  
 esse factos vt mortuos. Vt mortuos inquã. D  
 Dignum plane iudicium, si cum iustus re-  
 surgit, peccator emoritur: cum reuiuiscit  
 innocens, eius interficitur inimicus. Nam  
 ideo nec progredientem Dominum cerne-  
 re potuerunt, quia criminosas mentes ter-  
 ras oppræsserat, dum sustinere fulgorem re-  
 surrectionis rutilæ non valebant. Maiore  
 ergo sollicitudine: hatisæi Dominum cus-  
 todierunt mortuum quàm viuum sunt per-  
 secuti. Niquidem causa illos maior vrgebat.  
 Intelligebant enim facilius fuisse eum apud  
 superos despici, quàm redeuntem ab infe-  
 ris posse contemni: & quod tunc prædicans

facile potuerit occidi, nunc autem resurgēs  
 iam non possit occidi: dicente Apostolo. Rom. 6:  
 Resurgens autem iam non moritur: mors  
 illi vltra non dominabitur. Custodiebāt er-  
 go eū sollicitē in sepulchro: præsertim quia  
 se die tertia dixerat surrecturum. Custodie-  
 bant autem sollicitē in sepulchro, quia ne-  
 cesse illis erat eum iam non doctorem ti-  
 mere, sed iudicem. Iudicem inquam nō sui  
 tantum, sed & crudelis sententiæ suæ qua fi-  
 lios posterosque suos sceleribus addixerūt,  
 dicentes: Sanguis eius super nos, & super fi-  
 lios nostros. Crudelis sub tali sententia im-  
 pietas Iudzorum, quæ facinore suo nō so-  
 lum præsentēs liberos damnat, sed etiã non  
 natos occidit. Quantos enim hac voce ad  
 conscientiam facinoris vocant, quos sciētia  
 criminis non tenebat? Crudelis inquam im-  
 pietas quod posteros antè in reatum vocat,  
 quàm producit in lucem, vt prius futuris  
 contingeret peccare quàm viuere. Cruenti  
 plane genitores, qui antè parricidæ facti  
 sunt quàm parentes: & ante eos socios suis  
 sceleribus assumpserunt, quos vtrum san-  
 guinis participes possent habere, nescirent.  
 Non igitur mirandum est si in saluatorem  
 tam crudeles fuerunt: qui extiterunt in suos  
 posteros tam crudeles. Non immerito in  
 hac die sanctus dauid sine exceptione exul-  
 tandum præcepit & lætandum, in qua die  
 totius mundi gaudia celebrantur, Omnibus  
 enim lætandum est, quia omnibus prodest.  
 Cunctis exultandum est, quia cunctis est sal-  
 lutare, & ideo non adulatoria est adhiben-  
 da, nec fucata lætitia. Quisque enim in  
 Christi resurrectione lætatur, lætetur po-  
 tius quia in Christo ipse surrexit. In illo  
 enim nostra portio, nostra cõditio, & mor-  
 tem pertulit & reuixit. Et licet nobis adhuc  
 resolutio corpusculi maneat, cepimus tunc  
 in Christo æterna vita iam viuere. Vnde  
 quamuis fragilitatem nostrã acceleret im-  
 maturę mortis occasio, in saluatore tunc di-  
 dicimus prius resurgere quàm perire. Ante  
 enim futurus homo resurrexit in Christo,  
 quàm vitam sortiretur in sæculo. Non enim  
 tantũ illi dominus generationis resurrectio-  
 nis præstitit gratiam, in cuius generationis  
 tẽpore resurrexit, sed etiã secuturis postea  
 pöpulis hoc prouidit, vt pri<sup>9</sup> essemus de re-  
 surrectione secuti, quã de morte solliciti: &  
 antè cũ Deo viueremus in cœlis: quàm cum  
 hominibus conuersaremur in terris. In sal-  
 uatore enim omnes resurreximus, omnes  
 reuiximus: omnes ad cœlestia transmigravi-  
 mus. Est enim in illo Christi homine vniuf-  
 cuiusque nostrũ carnis & sanguinis portio.  
 Vbi ergo portio mea regnat, regnare me

Rom. 6:

Matth. 17:

Ingens Iu-  
dæorũ im-  
pietas in  
posteros.

Psal. 117:

1020. 10.

Matth. 18.

credo: vbi dominatur sanguis meus, me sentio dominari: vbi glorificatur caro mea, me gloriosum esse cognosco. Quamuis enim peccator, de hac tamen comunione gratiae non diffidat, quia & si peccata nos prohibent, substantia nos requirit: & si delicta propria nos excludunt, naturae comunio non repellit. Nam propter bonitatem diuinitatis, peculiarem nobis saluator debet affectum, scilicet, quia sicut Deus noster in ipso est, ita & sanguis noster in illo est. Misericordiam igitur mihi debet praestare diuinitas: necessitudinem exhibere debet affinitas. Neque enim tam immitis est Dominus vt obliuiscatur hominis, & non meminerit illius quem ipse gestat, vt quem causa mei susceperit, non eius causa quem susceperit, me requirit. Non inquam tam immitis est Dominus vt non diligit carnem suam, membra sua, viscera sua. At sanctus Apostolus. Nemo vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam sicut Christus Ecclesiam. Nihil ergo de venia desperemus, fratres: nihil de odio timeamus. Habemus prerogatiuam sanguinis nostri. In Christo enim caro nostra nos diligit. Sumus enim membra eius & caro, sicut dicit idem beatus Apostolus: Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Exultemus ergo, fratres, sicut ait scriptura, in hac die Domini exultemus plane, quia cum votis Domini gratulamur magis nostra vota curamus. Quid tantum dicit propheta? Hæc est dies quam fecit Dominus. Bonus plane dies qui lucem intulit vniuersis: verum non huius seculi lucem, sed resurrectionis æternæ. Lux enim ista non caliginem noctis detulit, sed mortis tenebras amputauit. Bonus inquam dies: & melior hic quam ille in quo primū mundus enituit. Ille enim hominibus ad laborem creatus est: hic factus est ad quietem. Ille mortem meruit: hic formidinem mortis euasit. Ille bonis malisque communis est: hic proprius est iustorum. Illius diei lux tenebris sepelitur: huius diei splendor etiā sepulturas illuminat. Ad postretum illius diei lucem mortui non vident: huius diei lumen etiā defunctis emicuit, sicut ait propheta: Qui sedebant in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Latemur ergo in hac die, quæ & viuos circumfulget, & mortuos viuificat: & venturos illuminat, sicut ait beatus Euangelista: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Eph. 1.

Gene. 2.  
Eph. 5.

Psalm. 117

Esa. 9.

Ioan. 1.

In eadem solemnitate. Homilia quarta.



MAGNUM, fratres, & mirabile donum concessit nobis Deus, hunc paschæ salutarem diem, in quo resurgens Dominus, resurrectionem præstitit vniuersis, & de imis ad altiora conscendens, nos quoque ad superiora de inferioribus in suo corpore subleuauit. Sumus enim secundum Apostolum omnes Christiani, corpus Christi & membra. Resurgente igitur Christo, omnia necessario cum eo sua viscera surrexerunt. Dum enim ille ab inferis transit ad superos, nos de morte transire fecit ad vitam. Pascha enim Hebraicè transitus dicitur, vel profectus, scilicet, quia per hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur. Bonus transitus est, transire de peccatis ad iustitiam: de vitiis ad virtutes: ad infantiam de senectute. Infantiam autem dixerim, non ætatis, sed simplicitatis. Habent enim & merita ætates suas. In occiduis enim prius constituti eramus senio peccatorum, resurgente Christo renouati sumus innocentia paruulorum. Habet & Christiana simplicitas infantiam suam. Sicut enim infans nescit irasci, fraudare non nouit, referre non audet, ita & Christianitatis infantia lædentibus non irascitur, spoliatis non resistit, cædentibus non repugnat. Denique sicut iussit Dominus, etiam orat pro inimicis, auferentibus tunicam relinquit & pallium, verberantibus maxillam prabet & alteram, nisi quod in hoc melior est Christi infantia quam naturæ. Illa enim peccare nescit, ista contemnit. Illa per infirmitatem innoxia est, ista est innocens per virtutem. Atque ideo laudi magis adscribendum est, non tam male facere non posse quam nolle. Ergo sicut dixim⁹, ætates quædã sunt meritōrū. Nam & senectus morum inuenitur in pueris, & innocentia infantū reperitur in senibus. Deniq; quod in iunioribus senectus quædã sit honestatis, dicit propheta: Senectus enim venerabilis non diuturna, nec numero annorū cōputata. Cāni sūt enim sensus hominis. Ad Apostolos autē iā seniores & maiores Natu dicit Dominus: nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut puer iste, non intrabitis in regnum cælorū. Reuocat igitur eos ad originis suæ fontē, & retrorsum ad infantiam redire cōpellit, scilicet vt qui corpore fragili senuerāt, innocentia moribus renascantur, sicut ait saluator.

1. Cor. 12.

Pascha.

Infantiam  
simplicitatis.

Matth. 9.

Sap. 4.

Matth. 18.

- Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum Dei. Dicitur ergo apostolis: Nisi conuerſi fueritis, & efficiamini sicut puer ille. Non dicit, sicut pueri illi, sed sicut puer iste. Vnum eligit, vnum proponit. Videamus igitur quis ille tantus sit, qui discipulis proponitur imitandus. Non hunc arbitror esse de plebe, non de publico, non de multitudine ceterorum, præcipue qui per Apostolos vniuerso mundo tribuit sanctitatis exemplum. Non, inquam, hunc de publico esse arbitror, sed de cælo. Ipse est enim de cælo puer, de quo dicit Esaias propheta: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. Ipse planè puer est, qui sicut innocens cum malediceretur non remaledixit, cum percuiretur non percussit: quin potius in ipsa passione pro suis orauit inimicis dicens: Pater dimitte eis, nesciunt enim quid faciunt. Ita simplicitatem quam infantibus natura tribuit, Dominus misericordiæ bonitate cumulabat. Iste ergo puer est, qui imitandus paruulis proponitur & sequendus. Nam ipse dicit, Tolle crucem tuam, & sequere me.
- Esai. 9.
1. Petri 2.
- Luc. 24.
- Matth. 16.

*De eadem solemnitate, Homilia quinta.*

**R**ETINET sanctitas vestra, fratres, me hoc nuper in prædicasse, quod homo in iuniorum ætatem per iustitiam reformetur, & quamuis fessus senio, rursus in puerum innocentie moribus renascatur, ita ut interueniente mysterio ex vetulis iterum videamus infantes. Innouatio enim quædam est, desinere quod cras, assumere quod antè non fueras. Innouatio inquam est, vnde & Neophyti nuncupantur, quod nouitate quadam maculas vetustatis abiecerint, gratiâ simplicitatis assumpserint, dicente Apostolo: Deponentes veterem hominem cum actibus suis, induite nouum, qui secundum Deum creatus est. Vnde & David sanctus ait: Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Intelliges per gratiam baptismi occidua vitæ nostræ posse reuiuiscere, & iuuenture quadam renouari posse id quod in nobis fuerat delictorum vetustate collapsum. Vt autem intelligas, quia de gratia baptismatis propheta loquitur, innouationem ipsam aquilæ comparauit, quæ auis assidua cõmutatione habitus sui longam ducere fertur ætatem, & vetu-

stis iam fatiscentibus plumis, noua pennarum successione iuuenescere, ita ut depositis antiquitatis exuuuis, rediuiua indumentorum natiuitate se vestiatur. Vnde intelligimus quod senectutem aquilæ non sentiunt membra sed plumæ. De nouo ergo se vestit, & pullulantibus pennis vetusta mater iterum renouatur in pullum. Pullis enim tunc comparanda est, quando radiantibus plumis necesse est illi rursus meditari rudem volatum, & alarum olim exercitata remigia, tanquam nouella volucris, intra nidum pigra compescere, quamuis illi sit volandi notitia de consuetudine, deest tamen illi de pennarum raritate fiducia. De baptismatis igitur gratia hoc spiritus psalmographus prophetauit, nã utique Neophyti nostri nuper baptizati, tãquam aquilæ depositis vetustatis exuuuis, noua sanctitatis indumenta sumpserunt, & fatiscentibus antiquis maculis, sicut plumis leuibus, rediuiua gratia immortalitatis ornantur, ita ut in his senectutis occidua peccata senuerint, vita non senuerit. Tanquam aquila in pullum, sic illi in infantiam reuocati. Est eis sæculi de conuersatione notitia, sed adest illis iustitiæ de reparatione securitas. Quid igitur sanctus David dicat, adhuc diligentius videamus. Non enim ait: Renouabitur sicut aquilarum, sed sicut aquilæ iuuentus tua. Vnius ergo aquilæ renouandam in nobis asserit iuuentutem, quam vnã & solam aquilam recte Christum Dominum dixerim, cuius iuuentus renouata est tunc, cum à mortuis resurrexit. Depositis enim corruptelæ corporalibus exuuuis, rediuiua carnis assumptione resflouit, sicut ipse ait per prophetam. Et resflouit caro mea, & ex voluntate mea confitebor illi. Resflouit, inquit, caro mea. Videte quo verbo vsus est, non ait, floruit, sed resflouit. Non enim resflorescit, nisi quod ante floruerit. Floruit autem caro Domini, cum primum de Mariæ virginis illibata vulua processit. Sicut ait Esaias dicens: Exibit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Resflouit autem cum succiso per Iudæos corporis flore, rediuiua de sepulchro resurrectionis gloria germinauit, & in floris modum odorem pariter & nitorem cunctis hominibus immortalitatis afflauit odorem, bonorum operum suavitatem, circumferens nitorem, incorruptelam perpetuæ diuinitatis ostendens.

Neophyti vnde vocitantur.

Col. 3.

Psal. 102.

Aquilæ habitus.

Psal. 131

Esai. 11

In Lactantio &amp; de ieiuniis Niniuitarum.

## Homilia

Iona 3.



**L**EGIMVS in Prophetis cum Niniue ciuitati subuersio diuinitus immineret, & iuxta sententiam Dei, destruendi illam tempus ingrueret, consistentes in ea aliud non habuisse praesidium nisi vt abiectis crapulosis epulis, ieiunia continuata suscipere, & diuitiarum ambitione seposita, humilitate se paupertatis indueret, scilicet, vt exinde remedium perciperent, vnde iis perditio contingebat, hoc est, vt iram diuinitatis quam luxuriando prouocauerant, abstinendo lenirent, & offensam quam in eos superbia contraxerat, humilitas mitigaret. Dicitur enim in illa tribulatione ipse rex deposita imperiali purpura, regali ambitione submota, membra sua cilicio praecinxisse, atque in sacco se diebus ac noctibus voluisse. Sapiens ergo rex qui sciret quemadmodum aduersa sibi superare deberet. Hostes enim virtute superabat, Deum autem humilitate vincebat. Sapiens plane rex, qui intelligeret quibus armis vteretur pro temporis qualitate. Cum enim infidiantur illi homines, apprehendit arma bellica; cum irascitur ei Deus, corripit arma iustitiae. Sapiens inquam rex, qui pro salute ciuium peccatorem se magis confitetur esse quam regem. Obliviscitur enim se regem esse, vbi Deum regem omnium pertimescit, nec potentiae suae meminit, vbi potentiam diuinitatis agnoscit. Obliviscitur ergo se regem esse dum proicit purpuram, dum diadema deponit, cilicio autem vestitur & sacco, ieiuniis perseuerat, orationibus immoratur. Mira res, dum se regem hominum esse non meminit, rex incipit esse iustitiae. Religiosus igitur princeps non perdidit imperium, sed mutauit. Principatum enim ante militaris disciplinae tenuit, nunc celestium disciplinarum obtinet principatum: Non, inquam, perdidit imperium, quia siue ferro, siue iustitia pro ciuium salute primus inuigilat. Primus plane inuigilat, quia vt tota ciuitas ieiunaret, famem sibi rex primus indixit, & solus omnium causa prior coepit esurire quam miles. Necesse enim erat vt qui potentior cunctis fuerat, deuotior feret vniuersis. Exemplo igitur suo praeparat religioni exercitum, non armis, sed sola deuotione munitum, iubet omnem sexum, omnem aetatem a diurnis epulis abstinere. Additur religioso exercitui numerus, cum

Alias ieiunius.

Religiosi principis exemplum.

**A** in tali deuotione etiam infantia militare. compellitur. Pietas enim esse creditur in tali causa, paruulis quoque cibi substantiam denegare. Non enim sufficiebat ad placandum Deum peccantium satisfactio, nisi seniorum quoque peccata, paruulorum innocentia deploraret, & fletibus alienis delicta sua iuuentus ablueret. Ista autem, fratres, omnia in commonitionem nostri facta esse nemo qui nesciat, quotiescumque tribulationibus perurgemur, ad haec praesidia concurramus, vt puta aduersarius imminet, inimicus in promptu est, ieiunemus & vincamus. Solent quidam homines quotiescumque necessitatem arduam nimis patiuntur, ad proximas gentes auxilij causa destinare legatos. Nos quod est melius, legatione ad Deum per ieiunia destinemus: ab ipso imploremus auxilia, ad ipsum nos corde & orationibus conferamus. Auxilium enim illi non aliunde rogando petuerit, sed de suis ieiunando visceribus exegerunt. Cur ergo petat ab altero, qui intra se potest inuenire quod quaerit? Quanto enim Deo viciniorem fuerimus, tanto aduersarij nostri a nobis longius repellentur. Oportet igitur proximos nos fieri Deo, quoniam dicit Prophetam. Ecce qui elongant se a te, peribunt. Quod si a Deo qui longe sunt peribunt, utique qui sunt proximi saluabuntur. Aliiter ergo proximi Deo esse non possumus, nisi ad eum ieiuniis, orationibus & eleemosynis propinquemus. Deus enim ipse misericors, ieiunus & sanctus est, atque ideo qui vult proximus Deo esse, debet imitari hoc esse quod Deus est. Tota igitur in tribulatione, Niniuitarum ciuitas ieiunauit. Bene dixi tota. Non solum enim senes, iuuenes & infantes, sed etiam pecudes legimus ieiunasse. Mira res, ieiunat pro ciuitatis peccato, quem peccati conditio non constringit. Vnde & nos fratres temporum angustias sustinentes, omnes pariter ieiunare debemus, & misericordiam Dei cunctorum abstinentia deplorare. Nam quale sit hoc Christianum pro salute sua non facere, quod pecudes pro hominum salute fecerunt, nisi quod stolidior pecude est qui indico pro se a sacerdote ieiunio non ieiunat. Nonne enim pecus est, qui non intelligit quid illi imminet, quid incumbat? Et pecus quidem videt declinat foueam, cauet praecipitia, tu autem non vis ieiunando periculum declinare quod cernis? Desperationis enim genus est, tunc te manducare cum abstinere debeas: tunc gaudere cum debeas deplorare. De hac desperatione Apostolus dicit, quod a nobis auerrat Deus. Manducemus & bi-

Psal. 72.

Proximi quomodo efficiamur Deo.

Ieiunij praeconiū.

1. Cor. 13.

bamus, cras enim moriemur. Ieiunemus A  
ergo, fratres, sine intermissione, vt hostes  
nostros orationibus & abstinentia superare  
possimus.

*In solennitate sanctæ Pentecostes.*

*Homilia prima.*



**N**OSSE credo vos, fra-  
tres, quæ sit ratio quod  
venerabilem hanc Pen-  
tecostes diem non mi-  
nore lætitia celebremus,  
quàm sanctum Pascha  
cûrauimus: & quod eadem deuotione huius solennitatis  
obseruantiam decurrimus, sicut illius obse-  
quia festiuitatis impleuimus. Tunc enim si-  
cut modò fecimus, ieiunauimus sabbato,  
vigilias celebrauimus, orationibus perno-  
ctanter insistimus, vnde necesse est similis  
obseruantia similem lætitiã subsequatur.  
Est lætitiã planè consimilis, tunc enim ab  
inferis resurgẽtem suscepimus saluatorem,  
modò autem spiritum sanctum expectamus  
de cœlis: tunc anxij vel solliciti Christi  
prædicabamus aduentum, modò trepidi  
vel ieiuni paracleti desideramus aduentum.  
In omnibus enim Deus salutem prouidit hu-  
manã. Tunc enim nobis ad resurgendum  
tartara saluator aperuit, modò nobis ad  
regnandum paracletus cœlestia reseruit.  
Et quibusdam quasi profectuum gradibus,  
tunc de morte ad vitam didicimus remeare,  
modò autem de terris ad cœlos medi-  
tamur ascendere. Hæc autem omnia ope-  
ratur in nobis Christus Dominus, qui prius-  
quam rediret ad cœlos, promisit discipulis  
suis dicens: Cum autem ascendero, roga-  
bo patrem meum, & mittet vobis alium  
paracletum qui vobiscum sit in æternum,  
spiritum veritatis. Vnde credendum est  
ad patrem peruenisse Christum, cum vide-  
mus ad Apostolos descendisse paracletum.  
Credendum inquam est, sicut ait de Sal-  
uatore David in Dei dextera confidere,  
quia cœtinimus spiritum sanctum, sicut  
promisit Dominus in discipulis exultare.  
Ait ergo propheta Psalmorum: Dixit  
Dominus Domino meo, sede à dextris  
meis. Secundum consuetudinem nostram  
illi confessus offertur, qui aliquo opere  
perfecto victor adueniens honoris gratia  
promeretur vt sedeat. Ita ergo & homo  
Iesus Christus passione sua diabolum supe-  
rans, resurrectione sua inferna reterans,

tanquàm perfecto opere ad cœlos victor  
adueniens audit à Deo patre, sede ad dex-  
teram meam. Nec mirum si vnus sedis of-  
fertur filio confessus à patre, qui vnus est  
substantiæ & naturæ cum patre. Cur autem  
ad dexteram filius esse dicatur, moueat ali-  
quem fortasse. Licet enim dignitatis gra-  
dus non sit, vbi plenitudo diuinitatis est,  
tamen ideo ad dexteram sedet filius, non  
quo præferatur patri, sed ne inferior esse  
credatur. Et ideo ad dexteram filius, quia  
secundum Euangelistam, ad dexteram ou-  
es, ad sinistram verò constituentur hædi.  
Necesse est ergo partem ouium primus agnus  
obineat, & secuturo immaculato gregi  
locum dux immaculatus anticipet, sicut  
ait Ioannes in Apocalypsi dicens: Hi sunt  
qui sequuntur agnum quocunque vadit,  
qui se cum mulieribus non coinquinaverunt.  
Refert ergo Propheta David. Dixit  
Dominus Domino meo, sede ad dexteram  
meam. Hoc est, Dominus pater Domino  
Deo Christo filio throni sui offert subli-  
mẽm confessum, & honoris gratia, ad dex-  
teram suam illum æterna sede constituit.  
Legimus autem in actibus Apostolorum  
dicente beato Stephano cum lapidaretur à  
Iudæis. Ecce video cœlos apertos, & stan-  
tem Dominum Iesum ad dexteram Dei.  
Videamus ergo quæ sit ratio quod idem  
Dominus à David sedens prophetatur, stans  
verò à Stephano prædicatur. Primo om-  
nium Deus qui incorporalis est & inuisibilis,  
(est enim spiritus, sicut ait Dominus:  
Deus autem spiritus est) sedere aut stare quo-  
modo potest: deinde autem quali subsellio  
sedeat Deus, qui infinitus est & immensus,  
& intra se ipse magis creaturam cunctam  
contineat. Hæc autem propterea à sanctis  
viris dista arbitror esse de Domino, non  
quo sint contraria sibi, sed vt modò eius  
omnipotentia, modò misericordia descri-  
batur. Nam vtique pro potestate regis se-  
dere dicitur, pro bonitate intercessoris sta-  
re suggeritur. Ait enim beatus Apostolus:  
Quia aduocatum habemus apud patrem  
Iesum Christum. Iudex ergo est Christus  
cum residet, aduocatus est cum assurgit.  
Iudex planè Iudæis, aduocatus Christianis.  
Hic enim stans apud patrem, Christiano-  
rum licet peccantium causas exorat, ibi re-  
sident cum patre Phariseorum persequen-  
tium peccata condemnans. Illis indignans  
vehementer vlciscitur, his interueniens le-  
niter miseretur. Hic stat vt fulcipiat Ste-  
phani martyris spiritum, ibi residet vt con-  
demnet Iudæ proditoris admissum.

Matth. 25.

Apoc. 14.

Psal. 109.

Act. 7.

Ioan. 4.

Ioan. 14.

Psal. 109.

1. Ioan. 2.

In eadem solemnitate, Homilia  
secunda.



**N**ON incommode ante dies complures, sicut retinetis fratres, praedicatione nostra processit, in qua descriptimus, quod caro Domini rediuuua velut in nitore floris de tumulo germinauerit, quem tumulum situm in hortulo Euangelista testatus est, vnde non incogruè profecuti sumus. Conueniens enim erat vt flos pretiosior in hortulo gigneretur, & bonae frugis commendatum solo semen, intra septa domestica ramentis virentia salutem omnium pullularet. Christi enim resurrectio cunctorum est redemptio populorum. Ergo in hortulo saluator rediuuuum corpus assumit, & inter floscentes arbores & candentia lilia carne iam mortua reflorescit, & ita germinat de sepulchro, vt germinantia & nirentia iuncta reperiat. Sic enim post hyemalis rigoris frigidam quodammodo sepulturam pullulare elementa omnia festinarunt, vt resurgente Domino, & ipsa conurgerent. Nam vtique ex resurrectione Christi aer salubrior est, sol candidior, terra fecundior, ex eo furculus virefcit in fruticem, herba crescit in segetem, vinea pubescit in palmitem. Si igitur cum resurrexerit Christi caro, omnia floribus vestiuntur, necesse est, vt cum idem fructum affert, etiam vniuersa fructificet, sicut ait idem Dominus: Nisi granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, cum autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Resloruit igitur Dominus cum resurrexit de tumulo, fructificat, cum ascendit ad caelum. Flos est cum de inferioribus terrae gignitur, fructus est cum altissima sede reconditur. Granum est, sicut ipse ait, cum solus crucem patitur. Fructus est, cum plurima Apostolorum credulitate circumdatur. His enim post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis conuersatus tota illos sapientia maturitatis edocuit, & ad bonam frugem eos omni disciplinarum fecunditate conuertit. Deinde ascendit ad caelum, ad patrem scilicet, fructum carnis praefrens, in discipulis iustitiae semina derelinquens. Ascendit ergo ad patrem Dominus. Meminit sanctitas vestra quod aquila illi de psalterio, cuius inuouatam iuuentutem legi-

**A**mus, comparauerim saluatorem. Est enim similitudo non parua. Sicut enim aquila humilia deserit, alta petit, caelorum vicina conscendit, ita & saluator humilia inferni deseruit, paradisi altiora petiit, caelorum fastigia penetrauit. Et sicut aquila relictis terrenis fordidis sublimis volans purioris aeris salubritate perficitur, ita & Dominus terrenorum faciem deserens peccatorum, in sanctis suis volitans purioris vitae simplicitate letatur. Per omnia igitur aquila comparatio conuenit saluatori. Sed quid facimus quod aquila praedam frequenter diripit, tollit frequenter alienum? Nec in hoc tamen dissimilis est saluator. **B** Praedam enim quodammodo sustulit, cum hominem quem suscepit, inferni raptum faucibus portauit ad caelum, & alienae dominationis, id est, diabolicae potestatis seruum de captiuitate erutum duxit ad altiora captiuum, sicut scriptum est in Propheta. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Psal. 67. Ephes. 4.

Quae sententia vtique sic intelligitur, eo quod captiuitatem hominis quem sibi diabolus captiuauerat illi eruido sibi Dominus captiuauit, & ipsam, sicut ait, captiuitatem captam ad caelorum alta sustulerit. Vtraque igitur captiuitas vno vocabulo nuncupatur, sed non aequalis vtraque est: Diaboli enim captiuitas seruituti subicit, Christi autem captiuitas restituit libertati. Ascendit, inquit, in altum, captiuam duxit captiuitatem. **C** Quam bene propheta describit! Solebat, sicut dicunt, regum triumphantium currus, captiuorum pompa praecedere. Ecce Dominum euntem ad caelos non praecedit, sed comitatur gloriosa captiuitas, non ante vehiculum ducitur, sed ipsa euehit saluatorem. Quodam enim mysterio dum filius Dei filium hominis sustulit ad caelum, ipsa captiuitas portatur, & portat. Ibidem. Quod autem ait: Dedit dona hominibus, hoc victoris insigne est. Post triumphum enim victor semper dona largitur, & proprio regno residens seruulorum gaudia muneratur. Sic Christus Dominus victor diabolicum post triumphum residens ad dexteram patris, hodierna die discipulis dona largitus est, non auri talenta, non argenti metalla, sed spiritus sancti caelestia munera, vt inter ceteras gratias Apostoli etiam linguis variis loquerentur, hoc est, vt Hebraeae nationis homo Christi gloriam Aet. 2.

Romanae facundiae eloquentia pertonzaret, & redemptionem generis humani peregrinae aures, quia Iudaea praedicante lin-

Ioa. 19.

Ioa. 12.

Aet. 1.

Psal. 102.

Psalm. 8.  
 gua non caperent, propria loquela cognoscerent. Omnis lingua in prædicatione Christi resoluitur, vt maiestatem eius omnis loquela fateatur, sicut ait sanctus David. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. Ne miremini autem quod ad dexteram patris residere, diximus filium. Ad dexteram enim residet, non quia maior patre, sed ne minor patre esse credatur, sicut hæretici blasphemare consueuerunt. Sicut enim diuinitas honorificentiae gradum nescit, ita scriptura sancta nouit obuiare blasphemis.

*De eadem solennitate, Homilia  
 tertia.*



**S**CI RE debet sanctitas vestra, fratres, hanc sanctam Pentecostes diem, qua ratione curemus, vel cur istorum quinquaginta dierum numero sit nobis iugis & continuata festiuitas, ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succidemus, sed sicut dominica solemus facere, erecti & festiuitat resurrectionem domini celebramus. Dominica enim nobis ideo venerabilis est atque solennis, quia in ea saluator velut sol oriens, discussis infernorum tenebris, luce resurrectionis emicuit, ac propterea ipsa dies ab hominibus sæculi, dies Solis vocatur, quod ortus eam sol iustitiæ Christus illuminet. Instar ergo dominicæ tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies velut dominici deputantur. Resurrectio enim dominica est. Nam in dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus

Cur Dominica nobis solennis.

Aliter sic legitur: Aequalis ergo uorum mea est festiuitas, quorum aequalis est & sanctitas.

In quinquagesima quare non ieiunamus. Luc. 5.

commemoratus est. Aequalis ergo eorum necessarium vt esset festiuitas, quorum aequalis esset & sic quantitas. Sic enim disposuit Dominus, vt sicut eius passione in quadragesimæ ieiuniis contristaremur, ita eius resurrectione in quinquagesimæ feriis lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima, quia in iis diebus nobiscum Dominus commemoratur. Non inquam ieiunamus præsentem Domino, quia ipse ait. Nunquid possunt filij spõsi ieiunare quamdiu cum illis est sponsus? Cur enim abstinereat corpus à cibo, cum anima præsentia Domini faginatur? Non potest enim esse ieiunuqui reficitur gratia saluatoris. So-

cietas enim Christi quodammodo esca est Christiani. Reficimur ergo in quinquagesima Domino nobiscum conuersante. Cum autem post hos dies ascendit ad cælum iterum ieiunamus, sicut ait idem saluator dicens. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Cum enim Christus ascendit ad cælum, nostris aufertur obtutibus: famem patimur non corporis, sed amoris, & non tam cibi ieiunio quam desiderio laboramus. Desideria enim quædam nostri sustinent oculi, dum non perspiciunt quem requirunt, sicut ait propheta: Defecerunt oculi mei dum spero in Deo meo. Defecerunt enim prophetae oculi, quia nondum videbat quem sperabat se esse visurum. Sic namque Apostolorum defecerunt oculi, cum euntem ad cælum Dominum nequeunt intueri, secundum quod ait Lucas dicens: Et videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Stabant enim beati Apostoli toto suspensi corpore, & ascendentem ad cælum Dominum, quia incessu pedum non poterant, oculis sequebantur, & licet ad deducendum saluatorem visio humana deficeret, fidei tamen deuotio non deficit. Vsq̃ue ad nubem enim Christum deducunt, vsque ad cælos autem cum Christo fidei deuotione comitantur. Vnde ait Apostolus sciens fidem nostram in cælis esse cum Domino. Nostra autem conuersatio in cælis est. Nubes ergo ab oculis Apostolorum suscepit saluatorem. Videamus ergo quæ ista nubes sit, quàm splendida, quàm præclara quæ lucem mundi Christum suscipere meretur. Neque enim poterat obscura esse ac terra vel tenebrosa, quia scriptum est. Et tenebræ eam nõ comprehenderunt. Tenebræ enim lucem gestare non poterant. Illa enim est nubes quæ ascendentem suscepit Christum, quæ & testimonium Christo etiam in monte perhibuit, de qua ait Euangelista. Vox in nube audita est dicens. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Non igitur nubes suscepit Christum, sed Deus pater recepit filium, & occurru quodam pictatis ascendentem illum gremio molliore complectitur. Nam ideo pater dicitur suscipere filium, nubis vmbraculo, vt ostendatur refrigerio quodam fouere eius vulnera passionis. Post crucem enim, post iniurias, post inferos non est maius Christo refrigerium, nisi quod virtute diuinitatis obumbraretur, sicut in natiuitate eius ad Mariam dicitur. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Altus-

Ibid.

Psalm. 98.

Act. 1.

Philip. 3.

Ioan. 2.

Matth. 17.

simus ergo pater qui nascente Christo ob-  
 umbrauit in virtute Mariae, ascendentem  
 cum suscepit in nube. Semper enim Deus  
 quos post iniurias perducit ad requiem,  
 protegit eos nubis umbraculo sicut filios  
 Israël liberatos de Aegypto nubis columna  
 protexit, & ut post multum laborem eos in  
 terram repromissionis induceret, refrige-  
 rij fouit umbraculo, sicut ait Propheta:  
 Expandit nubem ad protegendum eos. Ex-  
 pandit enim nubem, ne siccitate eremi fa-  
 tigarentur, etiam solis ardore. Latemur er-  
 go in hac sancta die, sicut in pascha latati

Exod. 13.

Psalm. 104.

sumus. Est enim in vtraque die similis ca-  
 demque solennitas. In pascha enim omnes  
 gentes baptizari solent. In Pentecoste au-  
 tem Apostoli baptizati sunt, sicut ait Do-  
 minus discipulis suis ascensurus ad caelum.  
 Ioannes baptizauit aqua, vos autem spiritu  
 sancto baptizabimini, quem accepturi estis  
 non post multos hos dies. Et ideo dicit Lu-  
 cas: Cum autem complerentur dies Pente-  
 costes, factus est subito sonus de caelo tan-  
 quam aduenientis spiritus validi, seditque  
 super singulos eorum.

Act. 1.

Act. 2.

*Finis Homiliarum Aestiuorum.*





HOMILIÆ.

# SANCTI MAXIMI EPISCOPI THAVRINENSIS HYEMALES ET ÆSTIVALES DE SANCTIS.

*In Natali Stephani Levitæ & protomartyris Homilia.*



**L**ECTIO actuum Apostolorum quæ nobis hodie lecta est, dilectissimi fratres, quum plurimum habeat in ipsa specie admirationis, non minus tamen continet in mysterio dignitatis. Ecce (inquit) beatus Stephanus dicit: Video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Considerate attentius, fratres dilectissimi, cum beatus martyr Dominum nostrum Iesum Christum ad dexteram Dei patris stare vidisset, cur se filium hominis videre testatus est, & non potius filium Dei: cum videlicet plus honoris Domino delaturus videretur, si se Dei potius quam hominis filium videre dixisset. Sed certa ratio postulabat, ut hoc ita & ostenderetur in cælo, & predicaretur in mundo. Omne enim Iudæorum scandalum in hoc erat, cur Dominus noster Iesus Christus qui secundum carnem est filius hominis, esse etiam Dei filius diceretur. Ideo ergo pulchre scriptura divina filium hominis ad dexteram Dei patris stare memoravit, ut ad confundendam Iudæorum incredulitatem illi martyri ostenderetur in cælo, qui à perfidis negabatur in mundo. Et illi testimonium cælestis veritas daret, cui fidem terrena impietas derogarat. Unde licet iuxta Psalmum qui lectus est: Pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius; si quid tamen distare inter martyres potest, præcipuus videretur esse qui primus est. Nam quum S. Stephanus ab Apostolis diaconus ordinatus sit, Apostolos ipsos beata ac triumphali morte præcessit; ac sic qui erat inferior ordine, prior factus est passione: & qui erat discipulus gradu, magister cœpit esse martyrio, compleret illud quod beatus Prophetas in psalmo dixit. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi: Re-

tribuere enim primus voluit Stephanus martyr Domino, quod cum omni humano genere accepit à Domino. Mortem enim quam saluator dignatus est pro omnibus pati, hanc ille primus reddidit saluatori. Post hæc subiecit scriptura sacra & ait: Positis genibus clamavit dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Videte, dilectissimi fratres, affectum beati viri: Videte magnam & admirabilem charitatem. In persecutione positus erat, & pro persequutoribus supplicabat: atque in illa lapidum ruina, quando alius obliuisci poterat etiam carissimos suos, ille Domino commendabat inimicos. Quid enim dicebat quum lapidaretur? Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Plus itaque tunc illorum dolebat peccata, quam sua vulnera, plus illorum impietatem, quam suam mortem. Et rectè plus. In illorum quippe iniquitate erant multa quæ plangunt illius autem morte non erat quod debuisset doleri. Illorum impietatem mors sequebatur æterna, huius autem mortem vita perpetua. Imitemur ergo in aliquo, dilectissimi fratres, tanti magistri fidem, tam præclari martyris caritatem. Diligamus nos hoc animo in Ecclesia fratres nostros, quod ille tunc dilexit inimicos suos. Sed quod peius est, aliquoties non solum inimicos non diligimus, sed nec amicis quidem fidem integrâ custodimus. Sed dicit aliquis: Non possum diligere inimicum meum quem quotidie velut hostem patior crudelissimum. O quicumque ille es, attendis quid tibi fecerit homo, & non consideras quid tu feceris Deo! Quum enim tu multum grauiora in Deum peccata commiseris, quare non dimittis homini parum, ut tibi Deus dignetur dimittere multum? Recole quid tibi in Euangelio veritas ipsa

Admirabilis  
Stephani  
charitas.

Act. 7.

Psalm. 115.

Act. 6.

Stephanus,  
ab Aposto-  
lis ordina-  
tus diacono-  
sus.

Psalm. 115.

pro-

promiserit, & quam tibi quodammodo cautionem fecerit, vel quale tecum pactum inierit. Si enim (inquit) dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester celestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis, nec pater vester dimittet debita vestra. Videtis, fratres, quia cum Dei gratia in potestate nostra positum est qualiter à Domino iudicemur. Si (inquit) dimiseritis, dimittetur vobis. Iam saepe dixi, fratres, & frequentius dicere debeo, nemo se circumueniat, nemo se seducat, qui vel vnum hominē in hoc mundo odio habet, quicquid Deo in operibus bonis obtulerit, totum perdit, quia non mentitur Paulus Apostolus dicens: Si dederò omnes facultates meas in cibos pauperū, & si tradiderò corpus meum vt ardeā, charitatem autem nō habuero, nihil mihi prodest. Quam rem etiam beatus Ioannes confirmat dicens: Omnis qui nō diligit fratrem suum, manet in morte. Er iterum. Qui fratrem suum odit, homicida est. Hoc loco fratrem omnem hominem oportet intelligi, omnes enim in Christo fratres sumus. Nemo itaque sine caritate de virginitate praesumat, nemo de eleemosynis, nemo de orationibus cōfidat, quia quamdiu inimicitiam in corde tenuerit, neque istis neque aliis quibuslibet bonis operibus placare sibi Dominū poterit. Sed si vult sibi habere propitium Deū, non dedignetur audire consilium bonum. Audiat non me, sed ipsum Dominum suum. Si (inquit) offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade, prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offers munus tuum. At nos pugnas habentes intrinsecus, & dolos in corde versantes, quasi qui bonā consciētiam habeamus, praesumimus accedere ad altare, non timentes quod scriptum est: Qui māducat & bibit indigne, iudiciū sibi māducat, & bibit. Sed dicit aliquis: Grādis labor est inimicos diligere, pro persecutoribus supplicare. Nec nos negamus fratres. Non paruus quidē labor est in hoc saeculo, sed grande erit praemii in futuro. Per amorē enim hominis inimici efficeris amicus Dei: imō non solū amicus, sed etiam filius, sicut ipse Dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderūt, vt sitis filij patris vestri qui in caelis est. Si te aliquis homo diues in hoc saeculo vellet adoptiuū filium facere, quomodo seruires, quas in dignitates etiam seruorum eius, quae seruitia durissima, & aliquotiens etiam turpissima sustineres, vt ad caducam & fra-

gilem hereditatem illius peruenires? Quod ergo alius sustinet propter substantiam terrenam, tu sustine propter vitam aeternam. Cōvincimur enim certissima ratione, quia propter Deum possumus quidem, sed nolumus iniurias sustinere. Denique si nobis aliqua potens persona iniuriā faciat, si nobis etiam in facie maledicat, nec respondere aliquid asperum, nō dicam vicem reddere audeamus. Quare? Ne ab illa persona potente adhuc maiora quā pertulimus, patiamur. Quod à nobis extorquet hominis timor, debuerat à nobis exigere Christi amor. Si ergo potens persona sequit cōtra nos tacemus, & nihil dicere ausi sumus. Si verò aut aequalis, aut forte inferior vel leuem nobis contumeliam fecerit, quasi fera bestia sine vlla patientia ac sine aliqua Dei cōtemplatione conlurgimus, & aut in praesenti nostram iniuriam vindicamus aut certe ad maiorem vicem reddendam nostrum animum praeparamus. Quid est hoc, quòd quando potens persona nobis iniuriam intulit, patienter accipimus, quando inferior, nimio furore succendimur? quòd ibi timuimus hominem, hic Deum timere nolumus. Vnde rogo vos, fratres, quātum possumus, cum Dei adiutorio cor nostrum ad patientiam praeparemus, & in omnibus malis hominibus medicorum vicem agere studeamus: & non ipsos homines, sed illorum malitiā odio habeamus. Pro bonis oremus, vt semper ad meliora conscendant pro malis, vt citò ad emēdationem vitae per poenitentiae lamenta confugiant. Quam rem orantibus nobis ipse praestare dignetur qui cum patre & spiritu sancto viuūt & regnat Deus in saecula saeculorum, Amen.

*In natali diuae Agnetis virginis ac  
martyris, Homilia.*



VM in toto mūdo virgineus flos Mariæ immarcescibiles coronas innectat, & sceptrigeram pudoris aulam immaculato cōseruet affectu eo, vsque integritas perseuerauit ad palmā, vt in puellis trophæum sanctitatis arripere, & per vestigia matris virginis ad cōlestem thalamum perueniret. Hinc est quòd annulo fidei Agnes se asserit subarratā, & clamat se amore spōsi cōstrictam: O quam imitabile virginibus, virgo, tui amoris tradidisti exemplum! ò quā sanctum pectoribus dandum virgineis tribuisti responsum, contemnendo mundi

Matth. 6.

Omnifra-  
terū om-  
ne opus  
bonū dif-  
fipat.

1. Cor. 3.

1. Ioan. 3.  
Ibidem.

Matth. 5.

1. Cor. 11.

Grādis la-  
bor inimi-  
cos dilige-  
re.

Luc. 6.

Compara-  
tio.Nō homi-  
nes, sed eo-  
rū malitia  
odio ha-  
benda.

diuitias execrando carnis concupiscentias, & sola in Christi pulchritudinem adamando. Accedite ad puellam puellæ, & discite in annis infantia: quales in pectore suo circa amorem Christi flammam accendit. Dicit se amatori suo seruare fidem, & eius corpus concupiscere solum, qui pro amore hominum mortis non recusauit interitum. *Discite virgines Christi amorem in puella feruentem, & omnes mundi diuitias velut stercorea recusantem. Ideo enim sanctorum per literas traduntur exempla, vt vnusquisque pro qualitate sexus, & pro ætate annorum modum sui propositi teneat, & sicut per virginem virgines, ita per coniugem coniuges vincere sæculum pro Christi amore studeant, ac repugnatione animi mundi dulcia recusantes, & eius non recusantes austeram, ad delectationes perpetuas & ad gaudia æterna pertingant. Hęc dicentes, non vituperamus coniugum casta commercia, sed virginum perseverantiam adoramus. Non enim virginitas malis rebus superponenda est, sed est optimis rebus preferenda. Quæ enim mundis mundior, & sanctis est sanctior, non indiget malarum rerum vituperatione laudari. Sequantur itaque sancta coniugia patriarcharum coniuges in religione positæ, ac diuinis literis informata: Saram, Rebeccam, Rachelem, Annam, Susannam ac Sephoram imitentur vxores. Christi vero virgines solam virginem matrem luminis subsequantur. Huius pedissequa Agnes beatissima, magnum de se pudicitia: excitauit exemplum, quum virginitatem prætulit vitæ, omnemque à se amorem terrenum per amorem cœlestem expellens, trophæum crucis Christi arripuit, & tam contra libidines quàm etiam contra supplicia vniuersa, fide potius armata quàm ferro fortiter dimicauit & vicit. Despiciat denique blandientem & renuit minantem, incendium intendit & videt. Nescit amare aliquid quod transit, & dum nimis virginitatem diligit, nec ludibria, nec flammam, nec supplicia, nec carnifices metuit, postremò nec gladium furentis percussoris expauit. Compellitur virgo ornamenta suscipere corporis, sed renuit, quoniam iam suscepit mentis. Et quia non de elegantia corporis humani placere studebat, quia timebat de fœditate animæ Domino displicere, dabat intus per fidem suæ menti candorem, pulchritudinem excolebat animæ, & quantum sciebat vt animam suam pulchram faceret, tantum in corpore erubescere se esse formosam, tantòq; studens displicere carnalibus in carnis aspectu,*

Sanctorum  
exempla  
imitanda.

Agnes  
pedissequa  
virginis  
matris.

A quanto instituit Christo & eius Angelis complacere. Turbatur iuuenis à puella contemptus, & se muneribus complacere posse existimans, aurum, gemmas, congemmans vestes, prædia preciosa conuectat. Sed quia Christi charitas pecuniarum nõ habet pretium, virginitas sacratissima in suo gradu, vsque in sanguinis effusionem permansit, quoniam suo illam sanguine subarrauerat Christus. Ad concupiscentem igitur reuertitur census, & inconcussa virginitas Christo semel oblata perdurat. *Discite virgines Christi normam puellaris exempli, & oblata sub specie pietatis virorum munuscula tota intentione respicite, & quasi rabidi canis morsus omni cum gaudio reculare. A quo non receperis quo timeas Deum, non accipias quo diligas mundum. Accipe virgo, sed quod amoris æterno proficiat. Quotiescunque hominẽ sequuta fueris, centum sic accipe, vt te ipsam Christi cognoscas. Videt ille intus in mente quid facias, & quàm expetenter eius virgines comiteris, attendit. Videte ergo quomodo Agnes sequitur Mariam per opprobria. Nullum potuit penitus formidare supplicium, cui etiam lupanar turpitudinis, locus orationis efficitur, & vbi ei diabolus corruptionis præparauerat ignominiam, illic eam percipere fecit. Dominus coronam suæ virginitatis & palmam; hoc est, in suis sedibus hostes vincere, captiuam ductam virginẽ ad penetralia regis libidinum, ipsum regem à virgine quæ captiuauerat victum, & victum cum virginis triumpho exire. Nam qui tenuerat, tentus est, qui traxerat, tractus est, qui occidere se putabat, occisus est. Denique vt probeipus diabolum à virgine ista tunc fuisse victum, illius iuuenis factum ad animum reuocemus, quem contra Agnetis infantiam sic armauerat inimicus, vt nudam faceret trahi per vulgus ad lupanar, sub voce præconis ducis populum ad libidinem inuitantis. Hunc ergo ducem fuisse diaboli nemo qui dubitet, & victo duce populum superatum esse omnibus notum est, superatis autem cum duce suo populis tyrannum teneri captiuum omnibus patet. Cõstat ergo diabolum superatum, quoties contra virginem arma arripuit. Nam expoliata virgo tegitur crinibus, & nudata ab hominibus malis, vestitur ab Angelis bonis, & damnata in prostibulo turpitudinis, in gremio apparuit castitatis. Efficitur oratorium Angelorum, locus qui perditarum fuerat animarum, & vbi semper naufragauerat castitas, illic est coronata virginitas. Denique populos quos præco ad libidinem inuitauerat, vir-*

Norma  
puellaris  
exempli.

Passionis  
descriptio.

go ad castitatem obtinuit, & quos ad eam A  
diabolus inquinatos induxit, illa à se mundos eiecit. Omnes namque sigillatim ingressi, vnus alterius sustinebat ingressum. Quem egressum dum non crederet mundum, se exhibebat immundum. Sed ingressus ad libidinem ad adorandum dominum meritis virginis tenebatur, & exibat inde Dei seruus, qui seruus diaboli intus fuerat ingressus, & tot facti sunt Christi cultores, quot diabolus virginis se putauerat inuenisse corruptores. Remansit igitur iuuenis qui autor huius extiterat probationis, qui se putabat defensorem virginis superare. Hic dum splendori coelesti non cessit dans honorem, vitam quam habere videbatur, amisit, & mortem quam querebat inuenit. Ridentibus lacrymæ succedunt, & insultantibus sine gaudiorum imponunt. Attendit virgo lugentem iudicem, & quem minantem ante contempserat, nunc deprecantem exaudit. Ilico igitur ut cepit orare pro mortuo, & à mortuis excitat saluum qui morri fuerat deputatus: & ad gaudium euocat qui fuerat præcipitatus ad luctum. Nam qui incestus fuerat mortuus, exurgit castus: & fit prædicator castimonix, qui persecutor extiterat castitatis. Ad hæc sacrilegi conturbantur in templis, & Christum hæc mirabilia facientem contremiscunt. Excitant seditiones ignobilis vulgi, ut ratio quæ suadebat fidem seditionum clamoribus pulsa, locum in mentibus hominum inuenire non posset. Pater vero suscitato filio tristis abscessit (& ut legitur) turbis furentibus vicarium dereliquit. Virgineo itaque corpori præparantur stridentes flammæ, sed corpus quod incendia libidinum superauerat, refrigerium in medijs flammis inuenit. Et quæ ad hoc focos ingressa fuerat ut arderet, cepit per sanctam virginitatem algere, ut disceret virginitas sibi flammæ & incendia penitus dominari non posse. Nec illos perisse æstimes quos pro nomine Christi consumpsit incendium. Nam quum legis Heliam ignibus raptum, & tres pueros in medijs flammis nulla ratione consumptos, aut dum Laurentium in craticula assatum recolis, atque Agnem sicut Teclam flammaram globos euasisse cognoscis, nullam in his suspiceris varietatem fidei tunc fuisse. Vna etenim fides sanctos Dei in passione exercuit, & diuerso genere gloriarum reddidit utrosque victores. Nam qui consumptus est martyr exultat & qui euasit victor exultat. Et Esaias sectus martyrem se fecit, & Daniel leonum rabiem morsusque contemnens, probatissimum Dei confessorem

2. Reg. 11.  
Danie. 3.

Danie. 6.

expressit. Quo facto utrosque Christus diaboli ostēdit esse victores. Vnus enim moritur & triūphat, alius euadit & regnat. Veniam virgo ad thalamum quem quaesisti, & pro amore sponsi gladium percussoris admittit, ut sponsam te virginitas immaculata comprobet Christi, & martyrem confessio probata consignet. Fœlix caterua virginum quibus studium est tuæ sequi confessionis vestigia. Habebunt enim tecum coronam in caelo, quæ tecum superauerunt inimicum in mundo. Nam sicut tibi vestigia Mariæ prosequenti participatio æternæ remunerationis apparuit, ita eis te imitantibus æterna credimus gaudia non neganda. Itaque o splendida Christo, pulchra Dei filio, & omnibus Angelis & Archangelis grata, ut nostri meminisse digneris, quibus possumus precibus exoramus, ut nobis ille tribuat peccatorum indulgentiam, qui tibi tuorum omnium laborum tradidit palmam, qui regnat cum patre & spiritu sancto, quia ipse est honor, laus, gloria & potestas in sæcula sæculorum, Amen.

imitatio.

*Homilia prima in die Natiuitatis  
Ioannis Baptiste.*

**S**OLEMNITATEM nobis diuerforum martyrum, fratres charissimi, vitæ presentis occasus, & suscepta ab eis pro Christi nomine passio consecrauit. Multimoda namque veterum relatione didicimus nonnullos martyrum prostratos gladio, igni alios concrematos, complures bestiarum dilaceratos dentibus, innumeros & iam varijs tormentorum cruciatibus affectos, sprete sui corporis morte, Christianæ fidei testimonium reddidisse. Beatus vero Baptista Ioannes cuius nunc festiuitate lætamur, coelestia mundo gaudia sterili ab utero hodie natus inuexit. Et illi quidem indubitata iam gloria regnantem confessi sunt Dei filium, hic autem & nasciturum Dominum prophetalis spiritus illuminatione præiudicet, & natum priuilegio gratiæ singularis ostendit. In tantum autem specialis in eo præfulsit electio, ut ante mereretur annuntiare Dominum, quam nascendi initium vel linguam, qua enuntiare posset, acciperet. Denique Elizabeth illa vetus mulier, & noua mater quæ ante partum suum de futuri filij lætabatur officio, venienti ad se Beatæ Mariæ in ipso saluationis occursum, ait. Ecce ex quo facta vox salutationis tuæ in auribus meis, exul-

Luc. 1.

Ec ij

tauit in gaudio infans in vtero meo. Quid hoc est miraculi, fratres, quæ tantorum no-  
 uitas gaudiorum, vt habere se in vtero Eli-  
 zabeth testaretur infantem, qui necdum se-  
 ntesipsum sentiens, dominicum iam senti-  
 ret aduentum? Verè hic omnium beatissi-  
 mus paruulorum, qui intra viscera adhuc  
 materna cõclusus, adesse saluatorem mun-  
 di, quia necdum sermone poterat, prophe-  
 tico gaudio reuelauit. Nullus ignorat, cha-  
 rissimi, omnem paruulum materno ab vte-  
 ro prodũtem inter ipsa lucis exordia mœ-  
 stis concrepare vagitibus, solus Baptista  
 Domini vltra legem nascentium natiuita-  
 tem suam lætitiæ exultatione præuenit. Et  
 quam decuit fratres, vt de matre sterili na-  
 sceretur qui fecunditatem virginis reuela-  
 bat, quatenus mirabilem partũ mirabiliter  
 natus ostenderet. Illud etiam quàm stupen-  
 dum quamque magnificum, quod Zacha-  
 rias sacerdos pater futurus Prophetæ, quia  
 hoc ipsum quod gerebatur Angelo loquẽ-  
 ti non credidit, vltim loquentis amisit, do-  
 nec promissione completa, natus noui ho-  
 minis præco paternæ linguæ vincula rela-  
 xaret. Os enim quod Angelus clauserat,  
 promissus ab Angelo filius reserauit. Nam  
 quum de nuncupatione paruuli cognato-  
 rum vicinorumque hæsitaret arbitriũ, pro-  
 prietatem veri nominis eius quam Angelo  
 distante didicerat, recepta pristini subito  
 facultate sermonis pater mutus aperuit, vt  
 cuius natiuitatem præceptione cœlesti ra-  
 citus expectabat, nati vocabulum loqueretur,  
 & agnosceret anxius senex, per eum se  
 sibi redditum, quem de se non crediderat  
 nasciturum. Nec dubitaret vltra cœlitus il-  
 lum vel promissum fuisse vel natum, cuius  
 causa & amississe probabat & recepisse ser-  
 monem. Quid hac, fratres, religione glorio-  
 sius, quid hac insignius fide, in qua sterilis  
 concipit, virgo parturit, mutus loquitur, &  
 in secreto maternorum viscerum paruuli  
 totius mundi gaudia futura præludat? Nec  
 enim poterat veteri sub lege ordinem suum  
 mortalis seruare natura, quando per nouam  
 diuinitatis gratiam, nouum saluti omnium  
 mysterium parabatur. Hic ergo est Ioannes  
 de quo prophetauit Esaias dicens: Vox cla-  
 mantis in deserto, parate viã Domino, rectas  
 facite semitas Dei nostri. Vox (inquit) cla-  
 matis, quàm bene vox dicitur qui veniẽtem  
 de cœlestibus in carne hominis vnigenitum  
 Dei pleno latere clamabat. Recte vox  
 dicitur, cuius intonante præconio sacramẽ-  
 tum redemptionis humanæ, surda dudum  
 cœpit audire mortalitas. Vt enim veneran-  
 dus Baptista muto patri aperuit linguam, ita

A aures hominum salutatis gratiæ innouauit  
 auditum. Clamabat autẽ in deserto vbi præ-  
 dicationem eius nec insolens turba perstre-  
 peret, nec infidelis rideret auditor, sed hi tã-  
 tum audire possunt, qui prædicantem ver-  
 bum salutis, cura tantum diuini cultus ex-  
 peterent, & aduerterent eum vera annun-  
 tiare de Christo, qui per assertionem iusti-  
 tiæ, vt illicitas Herodis nuptias increparet,  
 nec regem timuisset offendere, nec squalo-  
 rem carceris declinasset, nec tyrannico gla-  
 dio refugisset occidi. Audiamus adhuc pau-  
 lulum, fratres, quid ad profectum omnium  
 nostrum saluatoris nuntius prædicabat: Pa-  
 tate (inquit) viam Domino, rectas facite se-  
 mitas Dei nostri. Vere dignus beatus Ioan-  
 nes cuius prophetica esset natiuitas, qui &  
 illis de parentibus quorum esset desperata  
 posteritas, Dei munere nasceretur. Nã tanta  
 autoritate, tantoque docendi pondere in  
 vocem sanctæ prædicationis erupit, vt & in-  
 stantem Domini nuntiaret aduentum, & in  
 semitas rectas male viuentium dirigeret  
 prauitatem. Quid est enim parare viã Do-  
 mino, nisi aduentanti de cœlo iudici purga-  
 to à vitiiis pectore simplicis cordis habita-  
 culum præparare? Quid est, rectas facite se-  
 mitas Dei, nisi vt tales actuum tuorum tibi  
 munias vias, quas perambulare propitius  
 veniẽs ad te Dominus delectetur? Ille viam  
 Domino suo parat, qui luxuriantis carnis  
 respuens voluptates, toto mentis suę spiritu  
 suspensus ad Deum, vigore se castitatis ac-  
 cingit. Optimam parat Domino viam, qui  
 cogitationes suas auaritiæ fluctibus æstuan-  
 tes, serenæ conscientie tranquillitate com-  
 pescit. Viam Domino parat, qui idolorũ va-  
 na atque omniũ superstitionum figmenta  
 conculcans, vnũ Dei viuũ cultum & fidem  
 veritatis inquirat. Quicumque vero voluptuo-  
 sis sæculi huius languet illecebris, cupidita-  
 tibus auaritiæ feruentis insanit, in fraterna  
 odia feralis inuidiæ facibus inardescit, atque  
 ad contumeliam Dei omnipotentis, per an-  
 fractas dæmonum semitas erraticus viator  
 incedit, nõ parat Domino viam, sed inimi-  
 co miser suo, exitiabilẽ in semetipsum pate-  
 facit ingressũ. Hi mores & vita huiusmodi  
 ampla itinera, & largissimas vias, barbaris  
 nationibus in exitium cõmunis salutis ape-  
 riunt. Hi mores plebem Dei inimicis gen-  
 tibus iugo miseræ captiuitatis addicunt. Hi  
 mores armatos dissipant populos, & munitas  
 diruunt ciuitates. Et quid plura, charissimi?  
 Quicquid potest, quicquid viriũ videmus  
 in hostib, corruptione vitæ nostræ, nostræ-  
 que infidelitate nutritur. Et inde est quod  
 nihil fusa ad Deũ supplicatione proficimus,

March. 14.

Esa. 40.

Parare viã  
Domino.

Esa. 40.

quia incessabiliter impiis prauisque desideris inhaerentes, viam Domino nostro secundum prophetica monita non praeparamus. **Exhortatio** Propter quod reuertentes ad beatissimi praecipua Ioannis, paremus Domino viam, rectas faciamus semitas Dei nostri, quatenus videns in nobis Dominus itinera bonae voluntatis ouiculas suas multis iam periculis fessas benignissimus pastor inquirat. Vt sicut de Baptista dominici hodie natiuitate gaudemus, ita de Dei nostri reconciliatione laetemur, cui honor & gloria.

*Homilia secunda vnde supra.*



**V**ICTORVM quidem prophetarum, fratres charissimi, veneranda recordatio est, beatus Ioannes Baptista cuius hodie genuinus natalis honoratur, in tantum omnium illorum singulari quodam merito supergressus est gloriam, vt Dominum Iesum saluatorem nostrum non solum esse venturum, sed aduentasse iam & cohabitare hominibus veritate praesentis testimonij reuelaret. Quem quum inter promiscuas turbas ad baptismum suum properare vidisset, velut digito demonstrans ait. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

Ioan. 1.

Quam innocens est huius vita, vel qua possumus deuotione eius merita compensare, qui agni caelestis aduertum & primus agnouit, & solus ostendit? Quam mirabile est vniuersis eius praeconium: de cuius ore primum absolutionem suam mundus audiuit. Hic est, charissimi, de quo prophetica annunciatione praedictum est. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. Clamaturus erat enim sicut & clamauit, vt vociferante salutis praecone, obruratas diu aures mortalium praedicatio caelestis aperiret. Quis ergo huiusmodi Prophetam non tota admiratione suscipiat, quem tantum recognoscit obtinuisse de Deo, vt ante eius merita laudarentur quam natiuitas formaretur? Hic ergo Zachariae iustissimo sacerdoti, quum multa esset aetate prouectus & sterilitate senissimae coniugis successione votiui germinis desperasset, omnipotentis Dei cura per Angelum promittitur nasciturus. Et bene senilissimis parentibus nouus filius datur, qui senescenti labentique mundo vnigenitum Dei ad spem futurae iuuentutis ostenderet. Quid illud, quantoque est stupore mirandum, quod Zacharias ipse dum praecursorem salutaris verbi concipiendum senili alio paulo tardius crederet, silentio repentinae taci-

Es. 40.  
Ioan. 1.

Ioannes propheta  
tota admiratione suscipiendus.

Luc. 1.

turnitatis obmutuit, nec pristinum loquendi recipisset usum, nisi nomen pueri, quo vocandus esset, clausi oris ei vincula relaxasset? Atque ita factum est vt os sacerdotale quod trepidatio colligauerat dubitatis, meritum filij nascentis absolueret, & reparata patris lingua infantis gloriam testaretur. Quid autem de continentiae eius virtute, quid de amore iustitiae loquar, cui, sicut legitur, inimitabilis victus, & luce ipsa charior veritas fuit? Conuersatus enim in deserto vestimentum habens de pilis cameli, & zornam pelliceam circa lumbos suos, locustas edebat & mel siluestre, vt increpaturus hominum mala, nullam penitus haberet vel in veste, vel in epulis voluptatem. Denique tanta eius mentem diuinae legis amulatio possidebat, vt & prauitatem perfidiae generationis, propheticum vigorem corripere, & autoritate feruentis in se spiritus sancti regem intrepidus increparet errantem. Maluitque vir beatissimus sub denunciatione iustitiae furentis succumbere gladio, quam reticere veritatem, qui manifestare venerationem. Amen.

Matth. 3.  
Mar. 1.

Matth. 14.  
Mar. 6.

*Homilia tertia, cuius supra de eodem.*



**E**STIVITATEM praesentis dicit, fratres charissimi, venerandi Ioannis Baptista genuina natiuitas consecrauit. Qui idcirco in hoc saeculum superna dispensatione directus dictus est, vt non solum ipse propheta sublimaretur gloria, sed vt & omnium etiam per eum prophetarum praeconia firmarentur. Nee immerito illam praecipuo honore nunc veneramus, qui speciali quadam gratia ob hoc redemptorem mundi nouissimus prophetauit, vt ostenderet eum primus. Hic enim solus est prophetarum qui Dominum nostrum Iesum Christum, quem alij in longa tempora futurum praescierunt, propriis oculis videre meruit, & annuntiare praesentem. Nam sicut sacratissimum Euangelium refert, veniente Domino ad baptismum eius, huiusmodi prorupit in vocem. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Propter hoc nimirum saluator ipse de illo dicebat ad turbas. Quid existis in desertum videre Prophetam? Dico vobis & plus quam

Ioan. 1.

Matth. 11.

Ioannes plus quam propheta.

Plus quã propheta est, cuius manibus, quod nulli est præstitum prophetarum baptizandum se Dei filius inclinavit. Plus quã Propheta est, cuius tanta est prærogativa meritorum, vt vno eodẽmque momento cœli terræque arbitrium submersum aquis tingeret in Iordane, spiritum quoque sanctum venientem cerneret in columba, & attestantis vocem patris audiret è cœlo. Hic est ille quem inspirante Deo præcius annuntiat Elaias dicens. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini. Quã congrue, fratres charissimi, beatus Ioannes prædicatus est vox, qui cœlestis verbi & præco mittebatur & testis! Hic est ille cuius per Angelum Gabrielem prænuntiatur natiuitas, & nomen & meritum. Hic est qui iudicio cœlestis sententiæ cunctis mortalibus antefertur, dicente Domino, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Quã pulchrè dictum est inter natos mulierum non esse maiorem! quia ille omnimodis maior erat Ioanne, qui de virgine nascebatur. Hic est etiam qui maluit à rege proferri, quã regem non increpare peccantem. Quibus prospectis aduertite, dilectissimi, quantam huic reuerentiam, quantum deuotionis debeamus impendere, qui vt honorabilis sit à sancto est spiritu prophetatus, promissus ab Angelo, laudatus à Domino, & perpetua sanctæ mortis gloria consecratus. Decēbat namque vt mysticam natiuitatem eius mirabilis vita sequeretur, & sanctam perfectamque vitam mors Deo deuota concluderet. Propter quod, fratres, rectissimè toto hodie orbe Christi Ecclesia primordia natiuitatis eius lætissima festiuitate concelebrat, qui æterna mortalibus adesse gaudia, stupenti mundo testis fidelissimus reuelauit.

*In natali beatissimorum Petri ac  
Pauli Apostolorum.*



**C** LORIOSISSIMOS Christianæ fidei principes annuis solennitatibus honorantes, fratres charissimi, ipsum Dominum ac Deum nostrum, qui huius autor est fidei, debita religione veneramur. Apostoli namque Latino sermone dicuntur missi. Qui ergo honorant missos, manifestum est honorare eos mittentem, quoniam dignitas quæ defertur ministris, illi sine dubio cuius ministri sunt, exhibetur, vt ait ipse saluator ad discipulos suos. Qui vos audit, me audit, & qui vos recipit, me recipit. Verè beata Apostolorum me-

**A** sita, in quibus se Christus & recipi prædicat & audiri. Beati nihilominus & illi, quorum deuotio delata Apostolis recurrit in Christum. Tenentes itaque fratres, tanta huius promissionis fidem de supplicis patrum nostrorum pro Christi confessione susceptis fidelibus gaudiis exultemus, quoniam qui de martyrum morte lætatur, martyres non dubitat cum Christo regnare post mortem. Nos vero Ecclesiarum omnium reuerendissimos patres, Petrum dico & Paulum piissimis studiis honoremus, quibus Christi præstante gratia, factus est hodie de morte natalis, quibus finis vitæ, viuendi initium dedit, quibus, vt ait Apostolus Paulus, viuere Christus erat, & mori lucrum. Erat vtique Christus eis viuere, quibus vitã non erat sine Christo. Erat eis Christus viuere, quia totum proficiebat Christi Ecclesiis quod viuebant. Erat eis & mori lucrum, qui tali morte vitam sibi mercabantur æternam. Erat eis mori lucrum, quorũ corruptioni incorruptio succedebat, & damnã præsentium temporum lucra perpetua sequebantur. Sed iam necessarium, charissimi, reor, vt proprias eorum specialisque virtutes prout ariditas linguæ nostræ ingenique tenuitas patitur, imò vt misericors Deus annuerit proloquamur. Hic itaque ille est Petrus, qui confitendo Christum Dominum viui Dei esse filium, validissima inuictaque nobis credendi fundamenta constituit. Nam percontanti Domino quis esse ab hominibus diceretur, respondit: Tu es Christus filius Dei viui, id est, tu Domine de carne virginis factus es Christus, qui Dei viui es filius sempiternus. Tu Domine hominibus natus es homo, qui incogitabili maiestate Deus es apud Deum. Tu es Christus qui pro redemptione nostra ad passionem veniens, impassibilis permanes apud patrem. Quis igitur vnquam in tantum hoc incomprehensæ deitatis arcanũ humani sensus attollere potuisset obturum, nisi ab ore Petri salutatis huius fidei veritas radiaasset? Quis meritorũ eius gloriã quãuis magno æquiparare posset eloquio, à quo nobis adorandæ diuinitatis fides & cœpit & permanet? Quid tanto gloriosius viro, qui fidem secreti inscrutabilis loquendo edidit, viuendo docuit, patiendo firmavit? Vt autem confessionis huius quanta esset magnitudo saluator ostenderet, ait ei; Beatus es Simõ Bar-Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cœlis, & tibi dabo clauẽs regni cœlorum. Quis ergo Christum per carnem & in carne natũ omnipotentis patris esse filium

Math. 3.

Ioan. 1.

Esa. 40.

Luc. 1.

Math. 11.

Math. 14.

Magna Ioan. reuerentia exhibenda.

Apostoli vade dicti.

Luc. 10. Math. 20.

Petrus &amp; Paulus Ecclesiarum patres.

Philip. 1.

Specialis Petri virtutes.

Math. 16.

Ibidem.

sentire potuisset, nisi propitius hoc ipse pater per Petrum nobis reuelasset è caelo? Hæc illi confessio dedit, vt antè clauas regni cælorum acciperet, quàm cæli ianuas introiret. Sed ne qua vos, fratres, de creditis Petro clauibus regni more nostrarum clauium cogitatio terrena permoueat. Clauis enim cæli lingua est Petri, quia singulorum merita censendo Apostolus vnicuique regnum cælorum aut claudit aut aperit. Non est ergo clavis ista mortalis artificis aptata manu, sed data à Christo potestas est iudicandi. Denique ait eis: Quorum remiseris peccata, remissa erunt, & quorum detinueris detenta erunt. Hic est Petrus quem Christi esse confidentissimum subiecta vestigijs eius maria probauerunt. Nam à Domino suo nouos sibi dari in fluctibus gressus vt fidelis poposcit, & vt dilectus emeruit. Qui ob hoc solum trepidasse visus est, vt fragilitas humana cognosceret quanta esset inter Dominum seruumque distantia, dum aggrauata peccatis caro mergitur, & immaculati nescit planta desiderare. Similiter & illud, ne dum super aquas ambulans Petrus pede intrepido peruenisset ad Christum, Domini forte sui virtutibus æquaretur. Sed quid illum tantopere dicimus trepidasse, cum praua trepidatio sua maiorem profecit ad fidem? Vt enim credidit Petrus imperio Domini sui posse se à fluctibus sustentari, ita nihilominus dum mergitur credidit ipsius Domini sui se virtute saluandum. Vere beati Petri & dum trepidat mirabilis fides, quam nec perurgens periculi potuit turbare formido, clamando enim dum mergitur: Domine libera me, de se diffusus est, non de Domino dubitauit. Ne quis ergo timorem hunc gloriosissimi Petri ducat in vitium, quoniam timore iste quamuis primam eius turbauerit fidem, confidentiam tamen in eo reparare credulitatis ornauit. Hic est Petrus, cui Christus Dominus communionem sui nominis libenter indulxit, vt enim sicut Apostolus Paulus edocuit, petra erat Christus, itaque per Christum Petrus factus est

lit, cui nouerat in nutriendo grege dominico nec studium deesse nec fidem. Hic est Petrus, qui dum ad crucem tanquam crucifixi discipulus duceretur, verso se poscens corpore crucifigi, passionem non renuit, sed aqualitatem crucis dominicæ declinauit, vt ostenderet vniuersis admiranda se humilitatis virtutem, nouique mysterij disciplinam & inter tormenta seruasse. Quam securus, charissimi, perrexit Petrus ad crucem, qui repulso timore mortis, moriendi ordinem tam acerba in passione quaesiuit. Quid etiam de gloriosissimo referam Paulum, in quo Dominus fidem nominis sui dum ipsam fidem persequeretur, elegit? Qui dum velut acerrimus persequutor Christianam vastat Ecclesiam, inimico adhuc in pectore, amicum sibi cor Christus inuenit. Dumque temporalia capit ad supplicia Christianos, ipse perpetuam captus ad gratiam, factus est subito pastor ex lupo, ex prædone custos, ex hoste defensor. Vnde paruit nec Paulum malignæ mentis proposito plebem dominicam persequutum, nec Christum latuisse quem eligeret in Paulo. Hic est Paulus qui Christi vocibus inclamatus è caelo, oculis in se Iudaicæ infidelitatis obtusis, videndi aciem non perdidit, sed mutauit. Amisit oculos & recepit, vt vno eodemque tempore, & in persequentem cæcitatibus vindicta procederet, & vocantis Dei gratia illuminaret electum. Ait illi namque de caelo Dominus. Saule, Saule, quid me persequeris? Id est, cur me persequeris Saule, quæ mea odiû erga me tuum excitauit iniquitas? Nûquid quia illuminauit cæcos, quia sanauit ægros, quia fugauit demones, quia esurientes populos quinque panibus paui, an quia de tumulis mortuos suscitauit, an forte magis quia fidelibus meis regnum cælestis promissit? Sed si præstare me posse dubitas quæ promitto, aspice si tamè potes vnde te vel qualis appello? Sed quare me persequeris Saule? Aut quid me persequendo proficies? Nunquid aduersus regnantem in caelo, vllum tua persequutio habebit effectum? Nunquid nocere mihi quicquam poteris? quem non potes intueri? Ego enim sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris, qui terras caelo, crucem regno, mortem perpetuitate mutauit. De quibus omnibus non te debere cunctari, & ereptus tibi nunc, & post paululum redditus suadebit aspectus. At beatissimus Paulus repentina quidem cæcitate coercitus, intellecta tamen maiestate loquentis è caelo, continuo fidelis effectus, & à persequutione destitit, & non inueniendi Christum oculos acquisiuit. Hic est

Egesipusti.  
1. cap. 2. de  
excidio vrbis Hierosolymitanæ.

Speciales  
Pauli virtutes.

Act. 9.

Claues cæli  
in lingua est  
Petri.

Ioan. 10.

Matth. 14.

Petrus cur  
trepidauerit.

Ibid.

I. Cor. 10.

Matth. 16.

Exod. 17.

Ioan. 21.

A. Cor. 12.

Paulus, qui pro suarum remuneratione virtutum ultra humana merita tertium raptus ad cœlum, cœlestia secreta cognouit, vt Ecclesiarum futurus doctor inter angelos discederet, quod inter homines prædicaret. Aut quis ei impune vltra non credat, qui de sacramentis dominicis non solum audita loquitur, sed & visa testatur? Quanta hoc, fratres, Dei nostri actum est gratia, vt qui de cœlestibus in Apostolatū vocatus est, Apostolatus eius cōsecraretur in cœlo? Et post omnia hic est Paulus qui ceruices suas quas aduersum Christi nomen superbus exercebat, perfidorum cadendas gladio humillimus pro Christi honore summisit, nec piguit eum pro illo mori quem saepe probauerat viuere, & regnare post mortem. Atque ita factum est vt gloriosissimum Paulum qui in diuersis gentibus pro fide Christi multo certamine dimicando innumera bella peregerat, velut victorem mundi Roma susciperet ad triumphum. Hic ergo sunt beatissimi Petrus & Paulus, qui sacramentum cœlestis regni vno spiritu prædicantes, sub vnius passionis diei doctrinam suam pio sanguine & morte fortissima consecrarunt, qui etiam tanquam Ecclesiarum omnium principes facti dispensatione cœlesti, Romam petentes, sacratissima sua corpora in illius vrbis arce recondiderunt, quæ totius orbis obinuerat principatum, quatenus potentiam virtutis suæ Christus ostendens, vbi mundus caput habebat imperij, ibi regni sui principes collocaret.

Petrus & Paulus vna die passi.

*Homilia secunda de eodem festo.*



POSTOLICI natalis gaudio, fratres charissimi, Petri & Pauli quorum hodie beatissimis passionibus iucundamur, lætior per vniuersum mundum Christi exultat Ecclesia. Quæ licet omnium se sanctorum martyrio certa sit adornari, horum tamen victoria gloriosus illustratur, quando quidem videt de hoc seculo ipsos fidei patres & magistros martyrum triumphasse. Quid enim insignius Petto, qui in carne posius mensuram carnis egressus, Christum Iesum viui Dei filium verum confiteretur, & quod omnium adhuc mortalium peccatus latebat, prima Petri lingua nouo est sermone confessus? Quid, fratres mei, magnificentius Petro, qui tantæ

Petri præconium. Math. 16.

A confessionis merito cum corruptibili adhuc esset in corpore, & necdum ipse ascendisset in cœlum, regnum illi cœlesti & claudere & aperire permixtum est? Quid eius sublimius fide, qui gradiēte Domino super aquas humanæ conditionis oblitus viam sibi in fluctibus dari & poposcit & meruit, tantaque mentis eius confidentia fuit vt crederet se posse per fidem quod sciebat, homini impossibile per naturam? Nam quia postea mergebatur, vt mihi videretur necessarium fuit, ne tanti sublimitate miraculi in perniciem forte sui æquata Christo carnis fragilitas superbirer. Fuerit certe infirmitatis corporeæ quod paulo post timuit, quis tamen ambigat inimitabilis fidei fuisse quod eum descendente de nauis, tremula & inconcussa humanis gressibus maris vnda sustinuit? Sed iam veniamus ad beatissimum Paulum, cuius tanta est nihilominus plenitudo fidei, vt peculiarem quodammodo eum sibi ducem ad illuminanda gentium corda cunctorum præcius saluator eligeret. Erat enim tam præcipuus in doctrina, animi virtute tam potens, innocentia & integritate tam sanctus, vt vno eodemque tempore, hinc eum sacerdotes ac principes Iudæorum per æmulationem legis antiquæ, data in Christianos persequendi autoritate dirigerent. Hinc illius ad Ecclesiæ solatium atque omnium credentium firmamentum Christus vocaretur à cœlo. Cuius ob hoc sunt à Domino cæcati oculi, vt suscepta gratia veritatis, cœlesti acie & lumine clariore fulgerent, pariterque aduerteret Christiani nominis princeps futurus Christum quem persequebatur cæcandi illuminandique habere virtutem. Vt autem præteream cætera quæ eum vniuerso orbi mirabilè faciunt, vnum illud quod ad omnes eius sufficit laudes, quis valeat æstimare quantæ sit gloriæ, quod cum inter homines ageret, specialem quadam diuinitatis gratia, & paradisi illi penetrabilis & cœlum peruium fuit? Quid ergo, fratres, hoc doctore perfectius, qui in cœlo didicit quod in terris doceret? Quid hoc teste veracius, cui eleuato super cælos oculis videre & approbare concessum est, quod postmodum promitteret credituris? Hæc sunt igitur Apostolorum Petri & Pauli stupenda merita, per hæc incedentes miracula Apostolatium suum Domino ac Deo nostro effusione deuoti sanguinis consecrarunt.

Math. 14.

Petrus cer mergebatur.

Pauli præconium.

Act. 9.

1. Cor. 13.

*Homilia tertia cuius supra de eadem.  
festiuitate.*

**B**EATISSIMORVM  
Apostolorum Petri ac  
Pauli inseparabilem fi-  
dem passionemq; ger-  
manam, omni nos de-  
uotione, fratres, neces-  
se est celebrare, quia &

laudabilius eos vita ad gloriosissimum per-  
duxit occasum, & mirificus obitus perpetua  
transmisit ad vitam. Et licet in Petro fides  
emineat, in Paulo doctrina præcellat, &  
magisterium tamen Pauli fidei plenitudo  
est, & credulitas Petri doctrinæ est funda-  
mentum. Quos tanta cælestis electionis di-  
gnatio uisitauit, ut hic fieret de piscatore  
doctor, ille de persecutore defensor. Sed  
in hoc omnipotentis Dei atcollenda maie-  
stas est, qui inspiratione mirabili, docendi  
gratiam tribuit imperito, & inimicum fecit  
amare quod oderat, & fidem quam impu-  
gnabat, asserere. Illius piscationem non ab-  
stulit, sed mutauit, huius cæcauit oculos ut  
purgatiore recepto lumine, clarissimæ mē-  
tis acie ultra humanum videre possit aspe-  
ctum. Quanti igitur meriti apud Deum

suum Petrus erat, ut ei post nauiculæ parua  
remigium, totius Ecclesiæ gubernacula tra-  
derentur? Aut quantum in Apostolatus sui  
ministerio complacuisse Christo credimus  
Paulum, cui tantum placere potuit perse-  
quutor? Placuit enim quia non iniqui pe-  
ctoris studio, sed simplicis ignorantia in-  
cauta deuotione certabat. Denique ut pri-  
mum sensibus eis spiritus ueritatis infusus  
est, ostendit continuo non se Christi seuisse  
odio, sed amore paternæ legis innocenter  
errasse. De quo quid ego potissimum di-  
cam cum fidelissimus ipse sibi sit testis, qui  
cum nec suas uelit iactare laudes, & Christi  
annuntiare cuperet maiestatem, uerecun-  
dius quod in se gestum est, confiteretur. Ut  
enim uelut de altero quodam, Scio homi-  
nem (inquit) in Christo Iesu raptum usque  
ad tertium cælum, raptum in paradysum, &  
audiuit arcana uerba quæ non licet homini  
loqui. Quid hoc Apostolo magnificentius,  
cui in medio mortalium constituto & supra  
cælos ire datum, & ad terras redire concess-  
um est? Quid hoc beatius viro qui inter  
secreta paradisi ediscere meruit, quod nec  
lingua hominis loqui possit, nec quisquam  
mereretur audire? Et quum tantæ sint sub-  
limitatis illa quæ docuit, ut comprehendere

In Petro fi-  
des, in Pau-  
lo doctrina  
præcellit.

Magni me-  
riti apud  
Deum Pe-  
trus & Pau-  
lus.

1. Cor. 12.

A ea mens humana non possit, quantæ illud  
putamus esse gloriæ, quod proderet sibi as-  
serit non licere? Quid etiam de Petro refe-  
ram, cuius tanta à Deo est approbata iusti-  
tia; tantaque ei potestas attributa est iudi-  
candi, ut in arbitrio eius poneretur cæleste  
iudicium? Perspicite ergo & æstimare, quan-  
to nobis sit Petrus Apostolus honore reue-  
rendus, cuius sententiam in terris prolatam  
sempiterni iudicis æquitas non repellit. Et  
ideo diligenter intendite quæ sit eius glo-  
riæ magnitudo, cui dum clauis regni com-  
mittuntur æterni, cælum illi claudere &  
aperire permissum est. Horum itaque, ca-  
rissimi, per uniuersum mundum ueneranda  
hodie factio celebratur, horum hodie con-  
cursu lætissimo excolit Roma martyrium,  
& quorum dudum impia persecuta est  
sanguinem, eorum nunc peculiari deuota  
patrocinio gloriatur.

*Homilia quarta unde supra.*

**B**EATISSIMORVM A-  
postolorum passio, fra-  
tres, quorum hodie na-  
talem solènter celebra-  
mus, cunctis est honorã-  
da credentibus, quos pro-  
iustitiæ pietatisque pleni-  
tudine saluator mundi humano generi &  
patres esse dedit & iudices. Quantæ autem  
integritatis quantæue pietatis fuerint, hinc  
uel maxime peruidendum est, quod ille eos  
ad emendationem corrupti sæculi & mini-  
sterium suæ uoluntatis elegit, quem non  
fallebat electio. Vocauit namque Petrum  
opibus pauperem, opere piscatorem, qui  
à conuersatione populari, & communio-  
ne urbium segregatus vitam inter fluctus  
agebat innocuam, & victum de simplici-  
tate quærebat. Quem tamen ita dixerim  
pauperem, ut competens ei substantia  
non deesset. Quem bene merentem de  
Deo, copiosi maris diues uнда pascebat.  
Electus ergo est ad prædicationem salutaris  
uerbi, ut mutata uice cælestis mysterio sa-  
cramenti, qui captura piscium alebatur, sa-  
lute hominum pasceretur. Gloriosissimum  
etiam Paulum ad fidem nominis sui Chri-  
stus uocauit, è cælo, qui quod persequi ui-  
debat Ecclesiam, nõ impietate irreligiosi  
animi sæuiebat, sed sub nube ignorantia,  
nouam non perspiciebat gratiam, amore an-  
tiquæ deuotionis errabat. Ideo denique ab  
oculis eius ueteris umbræ caligo deterfa  
est, ut uerum illud lumen quod de cælesti-  
bus coruscabat, & sibi acquireret, & omni-

Matth. 4.  
Vocatio  
Petri.

Vocatio  
Pauli.

Act. 9.

bus reuelaret. Cæcatus illuminatusque est, non alia dispensatione, nisi vt clauis carnalibus oculis, spiritualis ei aspectus ad inspicendam Dei gloriam formaretur. Accepit & fidelissimus Petrus hos oculos, qui Christum Dominum nostrum in carne positum, & diuinitatem suam sub specie assumpti hominis occultantem, filium esse Dei viui sancti spiritus radio illuminatus inspexit. Ait enim Domino percunctanti, quis esse ab hominibus putaretur; tu es (inquit) Christus filius Dei viui. Quis non responsionis plenitudinem, piscatore protulisse miretur, quã compendio breuissimæ confessionis aperuit, & quod de patre habebat Dominus, & quod de humana natiuitate susceperat. Christus enim & filius Dei viui, vtriusque naturæ indiuisum continet sacramentum. Vere suscipiendum cunctis & mirabilem piscatorem, qui dum maris profunda rimatur, ad altissimum maiestatis æternæ peruenit arcanum. Hi itaque sunt Ecclesiarum cõlunæ Petrus & Paulus, quos & vita sanctissima venerabilem perduxit ad mortem, & gloriosus occus fecit esse perpetuos. Quos non solum honoramus vt martyres, sed & vt magistros patrefque martyrum veneramus, qui Ecclesiarum Dei & cœlestis prædicationis doctrina, & pij sanguinis effusione fundarunt.

Matth. 16.

Petrus &amp; Paulus Ecclesiarum columnæ.

*Homilia quinta vnde supra.*



**V**M omnes beatissimi Apostoli parem gratiam apud Dominum sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto Petrus & Paulus videntur præ cæteris peculiari quadam in saluatore fidei virtute præcellere. Quod quidem ex ipsius Domini iudicio possumus approbare. Nam Petro sicut beato dispensatori clauem regni cœlestis dedit. Paulo tanquam idoneo doctore magistrum Ecclesiasticæ institutionis iniunxit, scilicet vt quos iste erudierit ad salutem, ille suscipiat ad quietem, vt quorum corda Paulus patefecerit doctrina verborum, eorum animabus Petrus aperiat regna cœlorum. Clauem enim quodammodo à Christo scientiæ & Paulus accepit. Clavis enim dicenda est, qua ad fidem peccatorum dura corda referantur, mentium secreta panduntur, & quicquid intrinsecus clausum tenetur, in palam rationabili manifestatione producit. Clavis inquam, quæ & conscientiam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad æternitatem mysterij saluta-

Petrus clauem potestatis: Paulus scientiæ accepit.

ris includit. Ambo igitur clauis à Domino perceperunt, scientiæ iste, ille potestatis. Diuitias immortalitatis ille dispensat, scientiæ thesauros iste largitur. Sunt enim scientiæ thesauri sicut scriptum est, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Ergo beati Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt. Verum inter ipsos quis cui præponatur incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, quia æquales sunt passione, & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putemus, quod vna die, vno in loco, vnius tyranni tolerauere sententiã. Vna die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent: vno in loco ne alteri Roma deesset: sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque constringeret. Dies ergo pro merito: locus pro gloria: persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandem loco martirium pertulerunt? In vrbe Roma quæ principatum, & caput obtineat nationum, scilicet vt vbi caput superstitutionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morerentur. Cuius autem meriti sint beatissimi Petrus &

Col. 2.

Petrus &amp; Paulus vna die, vnoque in loco passi.

**C** Paulus hinc possumus intelligere, quod cū Dominus orientis regionem propria illustrauerit passione, occidentis plagã ne quid minus esset vice sui Apostolorum sanguine illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martirium nobis contulit ad exemplum. Hodietna igitur die beati Apostoli sanguinem profuderunt, sed videamus causam quare ista perpeffi sunt, scilicet quod inter cætera mirabilia & iam magum illum Simonem orationibus suis de acris vacuo præcipiti ruina prostrauerunt. Cum enim idem Simon se Christum diceret, & tanquam filium ad patrem assereret volando se posse conscendere, atque elatus subito magicis artibus volare cœpisset, tunc Petrus fixis genibus precatus est Dominum, & precatione sancta vicit magicam leuitatẽ. Prior enim ascendit ad Dominum oratio quam volatus, & antè peruenit iusta petitio quam iniqua præsumptio. Antè Petrus in terris positus obtinuit quod petebat, quam Simon perueniret in cœlestibus quod tendebat. Tunc igitur Petrus velut vincum illud de sublimi aere deposuit, & quodam præcipitio in saxo elidens, eius crurã confregit: & hoc in opprobrio facti illius, vt qui paulò antè volare tentauerat, subito ambulare

Egessip. li. 3. ca. de exci. vrbis Hier.

non posset, & qui pennas assumpserat, plan-  
tas amitteret. Sed ne forte hoc mirum vi-  
deatur, quod magus iste praesente Apostolo  
per aërem aliquandu volitauerit, hoc pa-  
tientia Petri fecit. Permisit enim illum su-  
blimius ascendere, vt altius caderet, voluit  
cum in excelsum leuari ad conspectum om-  
niū, vt ruentem illum de excelsu oculi om-  
nium peruiderent. Hęc igitur iniquitatis est  
clatio, vt in altum se ferat, in sublime se eri-  
gat, sed sancta oratio omnem humiliat su-  
perbiam, vniuersam deicit vanitatem.

*In natali diui Laurentij martyris  
Homilia prima.*



Xistus pa-  
triarcha.


Xistus vr-  
bis Roma-  
nz Anti-  
stes.

**A**NCTVM est, fratres,  
ac Deo placitum, vt na-  
talem beati Laurentij  
praecipua deuotione ve-  
neremur, cuius radiati-  
bus flammis, victrix in  
hęc quoque diem toto  
orbe Christi coruscet Ecclesia. Qui cum in  
sede gloriosissimi patriarchae diaconatus  
fungeretur officio, puritate innocentis vi-  
tae, fortissimaeque mortis triumpho, Apo-  
stolico se consortio copulauit. Nec imme-  
rito eum Apostolorum supparem praedica-  
mus, cui & castitas animi leuiticum mini-  
sterium dedit, & plenitudo fidei martyrij  
cōtulit dignitatem. Quem venerabilis Xi-  
stus Romanae vr̄bis antistes, cum impietate  
saeculis mundi per tormenta superaret, &  
regnis esset caelestibus iam vicinus, vide-  
retque eum paterna de morte tristissimum,  
ita illum spiritu praescientiae compellasse  
narratur. Noli fili mœstus esse, post triduū  
me sequeris. Vnde apparet, charissimi, bea-  
rum Laurentium non de sacerdotis sui vi-  
doria habuisse tristitiam, sed doluisse quia  
non etiam ipse mundum cum suo pariter  
sacerdote vincebat. Noli (inquit) fili mœ-  
stus esse, post triduum me sequeris, hoc est, **D**  
noli tristis esse, velut apud taculum dereli-  
ctus. Nam nec te, fides vitaeque tua tali mor-  
te priuabit. Nulla te de meo transitu quō  
ego gaudeo, perturbet anxietas, quia mox  
& tu habiturus es de tua passione laetitiam.  
Vere beati Laurentij gloria singularis qui  
tantum de Deo suo consequutus est gratia;  
vt ei martyr de martyrio prophetaret, quē  
pro suorum praerogatiua meritorum ante  
victoriae laetificauit quam pugnae terretet.  
Ergo vt comperit ore sacerdotis & marty-  
ris se quoque omnimodis assumendum, cō-

**A**gregatis inopum turbis Ecclesiasticum cō-  
suetum religiosa liberalitate diuisit. Quā pro-  
fundum spiritalis viri & quam ecclesie con-  
siliū, vt & egenis consulere, & multitu-  
dine consumente quae dederat, inueniri nō  
possit quod raperet persequitor. Illam ni-  
mirum sequutus sententiam: disperdit, dedit  
pauperibus, iustitia eius manet in aeternum.  
Misericordiae fuit quod alimoniam paupe-  
ribus dedit, iustitiae autem quod vt vir pru-  
dentissimus procurauit, ne sanctorum sub-  
stantiam auaris manibus sacrilegus occupa-  
ret. Iustitia (inquit) eius manet in aeternum.  
**B** Quomodo non haec ei in aeternum mane-  
bit iustitia, quod & sancto impleuit opere,  
& gloriosissimo martyrio consecrauit: Hoc  
itaque dolore furor gentilis accensus crati-  
culam continuo parat ignitam, super quam  
cremandum Laurentium per membra di-  
scinderet, vt indignationis suae flammam im-  
pūis ignibus vindicaret. Ardet profecto to-  
tis visceribus fortissimus martyr & vritur,  
sed regnum caeli promissaque Dei fideli  
mente pertrahens, refrigerio conscientiae  
victoris exultat. Nec pœnali flexus incen-  
dio est, cuius in pectore insuperabili sancti  
spiritus flamma feruebat. Aut nunquid ce-  
dere poterat momentanea corporis visio-  
ni, cuius fides aeternum gehennae extingue-  
bat ardorem? Superatis itaque flammarum  
ministris, omne mundanae insaniae refrigit  
incendium, & ad hoc vsque diabolica pro-  
fecit intentio, vt & vir fidelis ad Deum su-  
um gloriosus ascenderet, & crudelitas per-  
sequentium cum suis ignibus consueta tor-  
pesceret.

Psalm. III.

*Homilia secunda de eodem.*



**S**CIENT patrum nostrorum, fra-  
tres charissimi, non incerta re-  
latione didicimus, cum venera-  
bilis Xistus Apostolicæ sedis sa-  
cerdotio fungeretur, & sanctissimo Lau-  
rentij Archidiaconi ministerio Romana  
floreret Ecclesia, inuidia ardente diaboli  
aduersus nomen & fidem Christi flamma  
durissimae persecutionis incanduit, atque  
vt perniciosius dominicum gregem feralis  
bestiae rabies insatiata lanicaret, nocen-  
di artifex, inimicus peruigilis prius mo-  
litor custodiam pastoris eripere. Et ideo  
Xistum ante omnes summum Domini sa-  
cerdotem furor gentilis aggreditur, vt Ec-  
clesiastica membra tam valido truncata ca-  
pite, velut munimine praesidij caelestis amo-  
to, crucis persequitor inuaderet. Sed ma-  
gnus ille Xistus, qui commissis sibi à Deo

Xistus sum-  
mus Do-  
mini sacer-  
dos.

ouibus affuerat pastor in terris, aderat patronus è cœlo. Denique sanctum Laurentium quasi iam pontificis sui solatio destitutum, ad subeunda supplicia manus pagana perquiriit, quem mirabilis Xistus aduersus omnia sæuientis mundi mala vaticinio prophetici sermonis armavit. Nam cum idē Laurentius passionem paternam vt piissimus filius inconsolabili mœrore deseret, Xistus præsentia sancti spiritus edocente futura dignoscēs, ait illi: Depone omnem, fili, de mea morte tristitiam. Nec enim diu mea te contristabit absentia, post triduum me sequeris. Quo responso mens deuota percepto, indubitata suscipiens optimo ab antistite Christi martyre veritatem, nihil magis præ omnibus curat, quàm vt auaritia persequenti quod de morte sanctorū contristabat Ecclesiam, de præda Ecclesiæ gaudium non haberet. Inuenit vir prudentissimus, vnde acrius suum possit torquere tortorem. Omnem igitur Ecclesiæ censum cūctaque sacri vasa ministerij ne ea sacrilegus macularet aspectus, cōuocatis inopum turbis, pia erogatione distribuit, vt futur⁹ martyr in retributione cœlesti pariter & mercede sui sanguinis, & tantæ liberalitatis præmio diraretur. Nō dubitans & in semetipso se fidem Christo suo, & Ecclesiasticas operas in pauperibus seruaturum. Propter quod protinus ad tribunal rapitur impiorum, vir simplicitate innocens, virtute fortissimus. Nihil sanè aliud deferens iudicandi, quàm viuæ mentis constantiam, & illæscæ conscientie puritatem, deuotam Deo offerens animam, & castissimum tradens persequenti corpus ad pœnam, illud Euangelicum seruans. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Excogitatur itaque in Laurentium ferale tormentum, vt qui metu mortis non mouebatur, acerbitate supplicij frangeretur, sed quem suarum confortabat multitudo virtutum, non poterat vincere magnitudo pœnarum. Paratur ergo craticula igne succensa, quæ triumphalis martyris & animum fatigaret, & corpus exureret. Sed ignara veni turba persequentiū, & diabolicis obsecrata tenebris, non videbat quod adustio illa membrorum, fidelis animi esset æterna purgatio, & corpus quod corruptentibus flammis præsens vita desereret, ad incorruptionem viuendi damnata morte transiret. Vere incomparabile salutaris fidei huius sacramentum, quo per tormenta beatitudo quaeritur, & flammis refrigerium præparatur, vt ait patriarcha David verbis martyriū dicens, transiuimus per ignem & aquam, &

Math. 10.

Psalm. 65.

A induxisti nos in refrigerium. Transibat per ignem & aquam beatus Laurentius, cū hinc cum mortifera mundi flama torreret, hinc cœlestis irrigui vitalis vnda perfunderet. Transibat per ignem & aquam, cum vim furentis incendi, diuini fontis clemētia temperaret. Ardebat ergo Laurentius, sed vincebat ignis ille de quo ait saluator. Ignem veni mittere in terram, & quàm volo vt ardeat. O nouum mirandumque certamen vniuersi eiusdemque viri! & flammis corpus vrebatur, & ardentis fidei calore mens ignita feruebat, sicut loquebantur ad inuicem Euangelici illi viti dicentes. Nonne cor nostrum erat ardens in nobis in via? Vbi ergo cor ardet flammam membra non sentiunt, vbi Christi ignis operatur, diaboli necesse est vincatur incensum, & vbi Dei spiritus feruet, frigida sit flamma mortalium. Et hinc est, charissimi, quod triumphum beati Laurentij totus vbique mundus consona hodie deuotione concelebrat, hinc quod insuperabilem fidem eius lætior Roma miratur, quia radiis æterni solis accensus, ignem sæculi patienter sustinuit, & confidenter euasit.

Luc. 11.

Mirandū in  
Laurentio  
certamen.

Luc. 14.

### Homilia tertia de eodem.

**B**EATISSIMI Laurentij, fratres charissimi, annua semperque noua festiuitas Ecclesiam Dei iugiter in gaudia lætitiæ spiritualis accendit, admonens vniuersitatem credentium, vt sicut ille, perfectæ deuotionis ardore sustentibus non cessit incēdiis, ita nos diuersarum tribulationū ignis, & malorū sæcularium flamma à Christi societate non moueat, vt ait ille mysteriorum cœlestium doctor, ac totius virtutis exemplum gloriosissimus Paulus, quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et vere nullis presentium persecutionum potest inclinari periculis, qui semel promissa omnipotentis Dei æterna largissimi redemptoris præmia, fide stabili, & inconcussa mente concepit. Neque enim potest arduum illud præcelsumque bonorum immortalium iter debilis animus & fides clauda conscendere. Ideo & fortissimum martyrem incumbentiū tormenta pœnarum, & sæuissimi persequutoris superare flamma non potuit, quia longe ardentius veritatis radiis mens eius accensa feruebat. Vnde nec potuit de infatigabili eius pectore calorem diuinitus infusum

Rom. 8.

RE. 43.

infusum corporeus ille & mortalium ministratus manibus ignis excludere. De hoc validissimo Christi milite, illud credendum est dictum, quod ante multa annorum millia pronuntiatus est per prophetam dicentem. Et si transeas per ignem flammam te non comburet. Ecce enim beatus Laurentius transiit per ignem, quo non adustus inhorruit, sed illuminatus effulsit, transiit per ignem momentaneum atque terrenum, sed flammam gehennae perpetuo exurentis euasit. Quid hoc beatius viro, qui miserantis Dei dispensante gratia arsit, ne arderet, ut ne videretur, exustus est? Qui si nullis esset ignibus ac supplicii traditus, fuerat quidem securitas libertatis, sed nulla extiterat gloria dimicantis. Ad hoc enim nos exemplis atque doctrinis in ecclesia sua Christus erudit, non ut nihil mali patiamur in mundo, sed ut mundum multimoda passione vincamus. Cecidit quodam variis tribulationibus coartatus ille clarissimus prophetarum patriarcha David dicens, Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Quae sententia etiam venerabili Laurentio conuenire manifestum est, cuius cor tanta in fide Christi magnanimitate concaluit, ut despectis proprii corporis cruciatibus infamissimo tortori suo, triumphatis eius ignibus laetus illuderet. Vere in meditatione eius insuperabilis exarsit ignis, qui odio perfidiae & amore veritatis accensus, appositam sibi extrinsecus flammam aut non sensit, aut vicit. Propter quod, charissimi exultemus & letemur in Domino, non dubitantes & persequatorem martyris pro ignibus quos accendit preparata impiis incendia sustinere, & ipsum beatissimum martyrem pro flamma quam pertulerit, apud omnipotentem Deum incorruptae lucis illuminatione fulgere.

*In natali diui Eusebii episcopi Vercellensis, cuius solennitas Calendis Augusti agitur. Homilia prima.*



**S**ANCTORUM patrum memorias religiosis conuentibus honorantes, fratres charissimi, & propria corum merita, & munita in eis diuina miramur. Qui idcirco nobis sunt venerabiles, quia praesentis vitae luce despecta contemptoque suorum corporum cruciatu, sequentem mundum Dei pro amore vicerunt. Sicut beatissimus hic pater noster dum pro assertione indisputabilis deitatis spiritu feruente consurgens Atrianis impietatibus oblustatur, & ecclesiam Dei

concertantium haereticorum procellis ac turbabinibus perturbatas, serenae fidei tranquillitate pacauit, & sibi aeterna praemia multimoda passione quaesuit, illius nimirum inconcussa sequens vestigia, ad quem Dominus ait: Tu es Petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt ei. Vere ac merito cunctis posteritibus honorandus ille, qui firmissimae petrae soliditatem sequutus inimicos Christi, & caelestis spiritus auctoritate confudit, & infatigatae patientiae fortitudine triumphauit. Nec inferni, sicut dictum est, aduersus eum porta praeualuit, qui sibi portae aeternalis ingressum regem gloriae concessum aperuit. Aut quomodo ei non pateret porta illa vitalis, qui plenitudine euangelicae lectionis edocuit, in patre filioque eius inscrutabilem uicem maiestatis asseruit sacramentum, edocens & ostendens quae esset in vno eodemque Dei filio, & susceptae carnis ratio, & naturalis privilegii deitatis? Sciebat profecto saluatore dixisse, *Ioan. 14.* ego & pater vnum sumus, & qui me videt, videt & patrem. Hac illum confessio & honorabilem terris, & caelo reddidit gloriosum, Sed necessarium nunc esse reor, ut occasione beati huius patris nostri, quem in tantam gloriam catholicarum ecclesiarum fides indeclinabiliter ab eo seruata prouexit, nos quoque propitio largiente deo salutaribus doctrinae dominicae testimonio imbuamur. Ait ergo Dominus. Ego & pater vnum sumus. *Ibid. 10.* Qui dicit sumus, solitarius non est, qui dicit vnum sumus, vtrique ab eo cum quo vnum est, non potest esse diuisus. Quod mihi nunc haereticum in patre & eius filio diuersitate conaris astruere, cum filius substantiae suae nos edoceret veritatem dixerit? Ego & pater vnum sumus: *Ibidem.* Qui & vnum dicit & sumus, nec separatione se diuidit, nec vnione confundit. Qui vnum cum patre est, nec perpetuitate a patre differt, nec virtute discordat, cumque sit cum patre vnum, de patre tamen natus asseritur, ne ut impius blasphemet Arius, aut creatura quaecunque filius, aut patri impar esse credatur. Audis ergo, o homo, Deum de Deo natum, sed in tantum hoc profundo habes quod fide credas, non habes quod discutias argumentis. Audis filium de patre natum, sed ne sexum aliquem possis in diuinitate rimari, ipse filius & verbum dicitur & lumen. Dicitur *1. Cor. 2.* etiam Dei virtus & Dei sapientia, ut aduersus non quasi per linamenta genitalium corporaliter creasse patrem, sed per ineffabile maiestatis secretum, de virtute produisse virtutem, & lumen manasse de lumine. Rursus ne verbum ipsum non substantiam veritatis, sed prolatiuum loquentis deiputares esse sermonem;

dicitur filius, vt in eo illius qui pater est & consonantiam esse disceres & affectum. Iterum quia lumen dicitur, ne forte eum velut radium solis, aut splendorem lucernæ, alieno putares lucere fulgore, ait de seipso beatus Euangelista Ioannes, cui arcanum Dei & videre & reuelare concessum est dicens, erat lumen verum. Verum lumen ait, vt scias illum non cuiuscunque creaturalis deficientisque luminis esse fulgorem, sed à vera luce veritatem esse quod lumen est. In tantum autem verum est lumen, vt non solum non egeat illuminari, sed illuminandi habeat potestatem. Illuminat enim vt legitur omnem hominem venientem in hunc mundum. Ait ergo Christus vt dictum est: **B** qui me videt, videt & patrem. Qui me, inquit, videt, videt & patrem, quomodo non & duo & vnum sunt, cum alter videatur in altero, & vnum vidisse, sit vtriusque cognitio? Et reuera, fratres, sicut videre filium, videre est patrem, ita intellecto patre, intelligitur & filius. Nam qui patrem credit & confitetur æternum, credat necesse est & filium coæternum. Sed iam videamus quis esse sit aspectus in filio, quo pariter videri asseritur & pater. Videt sine dubio in filio patrem, qui credit filium secundum incogitabilem deitatis naturam, ineffabiliter natum esse de patre. Nec posse aliud hunc esse qui natus est, quam est ille qui genuit. Videt in Christo patrem, qui opera Christi non extraneæ possibilitatis, sed paternæ credidit esse virtutis. Videt in filio patrem qui intendit illum sub communionem paterni nominis, non ingeniosæ artis industria, sed simplicis potestate præcepti, aquas in vina verterentem, creaturarum mutare naturas, vbertate etiam benedictionis suæ exesum panem fecundis esurientum moribus augmentantem. Multiplicado namque escas in ore mandentium, & panes reformando de micis fecit pene non esse mirabile quod manna fluxit è cælo. Quis non aduertat in Christo paternæ æqualitatis opus, quum videat eum autoritate dominantis terrere demones, fugare languores, oculos dare homini, nec dum figuratos in homine? Cuius etiam vestimenti simbrias occulto aditu mulier ægrota tangendo, velut furtiuam subripuit sanitatem, sed tanquam verus Deus, quem nullum humanorum pectorum poterat latere secretum, & egressam de se mox prodidit medicinam, & circumstantibus turbis credentis femine meritum publicauit. Videt in filio maiestatem paternam qui aspicit Christum non impetrantis gratia, sed iubentis imperio, & paternæ voluntatis as-

senfu, aut de lectulis suis mortuos, aut de tumulis suscitantem: Si diuinæ est operationis creasse hominem, eique dedisse vitam, quomodo non diuini est operis salutem reddidisse defuncto? Qui videt (inquit) me, videt & patrem. Quomodo, fratres, in patre filioque eius vnus esse poterat, & indiscretus aspectus, nisi esset ei vna & indiscreta substantia? Christus igitur natura Deus, natura & homo, in vtroque verus, in vtroque perfectus est, quia & humanitatem veraciter sumpsit à matre, & de patre habet naturaliter deitatem. Qui sic videt filium, videt patrem, quia cum Christum eundem Deum confitemur & hominem, necessario passiones homini, Deo mirabilia deputamus, vt intelligatur vnigenitus Dei, nec à paterna maiestate dispar, nec à materna carne dissimilis. Per hanc fidem, charissimi, à patribus nostris Ariana est confutata perfidia, qui vtique Atrius beati Ioannis euangelio contradicens, dum verbum Dei Deum, & apud Deum esse negat, infidelitatis suæ cæcatus obscuritate, nec patrem potuit videre nec filium, dumque factorem omnium facturam esse contedit, & intemporalis Deo temporalia conatur adscribere præsumptionis suæ furore confusus, vtriusque in Christo nature salutem perdidit sacramentum. At venerandus iste pater qui legerat dixisse Dominum: ego in patre & pater in me est, scies in hac doctrina personarum esse distinctionem, non nature distantiam, patris filioque eius, qui non vnus, sed vnum sunt, indissociabilem tenuit, & edocuit vnitatem: asserens pariter in Christo Domino nostro & passibilem carnem & impassibilem deitatem.

*Homilia secunda vnde supra.*



**A**D sancti ac beatissimi istius patris nostri, cuius hodie festa celebramus, laudes addidisse aliquid decerpisse est: siquidem virtutum eius gratia non sermonibus exponenda est, sed operibus comprobanda. Cū enim dicat scriptura; Gloria patris est filius sapiens, quantæ huius sunt gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia & deuotione lætatur. In Christo enim Iesu per euangelium ipse nos genuit. Quicquid igitur in hac sancta plebe potest esse virtutis & gratiæ, de hoc quasi quodam fonte lucidissimo omnium riuulorum puritas emanauit. Etenim quia castitatis pollebat vigore, quia abstinentiæ gloriabatur angustiis, quia blanditiis erat præditus lenitatis, omnium civium in Deum prouocauit affectum, quia pontificis

Ioan. 1.

Ibid.

Ioan. 14.

Ioan. 14.

Arij confutatur perfidia.

Ibid.

Ioan. 3.  
Ioan. 6.

Exod. 16.

Ioan. 9.

Matth. 10.  
Marc. 6.  
Luc. 8.Prou. 10.  
& 15.

1. Cor. 4.

administratione fulgebant, plures à discipulis reliquit sui sacerdotij successores. Bene & congrue in hac die quam nobis beati patris nostri huius ad paradysum transitus exultabilem reddit, præsentis psalmi versiculum decantauimus: In memoria æterna erit iustus. Digne enim in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transit angelorum. Dicit sermo diuinus: Ne laudes hominem in vita sua. Tanquam si diceret. Lauda post vitam, magnificam post consummationem. Duplici enim ex causavtilius est hominum magis memoriæ laudem dare quam vitæ, vt illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudatorem adulatio nocet, nec laudatum tentet elatio. Lauda ergo post periculum, prædica securum, lauda nauigantis felicitatem, sed cum peruenit ad portum. Lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Quis autem viuens tuto possit ac sine trepidatione laudari, qui & de præterito meminit se habere quod doleat, & de futuro videt sibi superesse quod timeat? Qui vero in hoc corpusculo positi debeant sibi quicquam vendicare de meritis, quos iterum dæmonum infestatio velut latronum obsidet multitudo, quibus per omnes vias supplantatores inuisi animarum laqueos tendunt, innumerabilium mortibus expaucendos? Nauigantibus enim nobis per hoc mare magnum & spatiosum, in quo sunt reptilia quorum non est numerus, animalia pusilla & magna, id est, diuersa genera inimicorum, qui secundum nostrarum virium quantitatem compensato nobiscum agone luctantur. In huius mundi itaque pelago valde nobis pertimescendum est, ne nauem nostram aut procella tempestatis abripiat, aut fluctus absorbeat, aut in æternam prædam pirata crudelis abducat. Aduersus hæc ergo multiforma sæculi mala, castigatis ac callis actibus resistamus. Beati autem patris merita iam in tuto posita securi magnificemus, qui gubernaculum fidei viriliter tenens, ancoram spei tranquilla iam in statione composuit, & plenam cælestibus diuitiis, & æternis mercibus nauem oprato in littore collocavit. Qui cõtra omnes aduersarios scutum timoris Dei, tã diu insatigabiliter tenuit, donec ad victoriam perueniret. Quid enim fuit totius vitæ illius cursus, nisi vnus eum vigili hoste confictus? Quãtis hic cæcis à via veritatis errantibus, & de summa iam in profundum rupe pendentibus amissum reddidit visum, & illum quo Christus videretur reparauit intuitum? Quantonum auribus surdis & infidelitatis

Psalm. III

Eccle. II

Psalm. 101.

A obturatione damnatis, ad percipiendam vocem cælestium mandatorum, pretiosum infudit auditum, vt vocanti Deo ad misericordiã responderet per obedientiã? Quantonos intrinsecus vulneratos angelici oris arte, & orationũ ab infirmitate curati? Quantonos per longam incuriam peccati labe resolutos, & quadam lepræ contagione persufos, castigacionibus, exhortacionibus expiãdo, Deo in se operante mundauit? Quantonum animas viuẽtes in corpore iam defunctas, & delictorum mole obrutas ac sepultas, ad emendationem tanquam ad lucẽ vocando Deo resuscitauit, vt Domini sui admirãdus imitator iam mortuas Deo econtrario mortificet vitali mortẽ peccato? Tũc in alia parte eã quã aperuerat salubritatẽ claudebat, ne eis res aliena concupiscibilis appareret, ne interiori homini maculã exterior culpa transmitteret, ne ad cor tenebræ per vias lucis intrarent, ne in vnoquoque prophetica illa interminatio completeretur. Mors (inquit) intravit per fenestras vestras. Ministeria enim aurium & oculorũ, fenestræ esse probantur animarum. Quãdo enim aperimus auditum mala & iniqua loquentibus ac damnabiliter obrestantibus, & quã Deo sunt cõtraria suadẽtibz, mors intrat per fenestras nostras, horror mortiferẽ noctis irrũpit, per quas sol iustitiæ intrare debuerat. Quando istæ peccati fenestræ apertæ sunt, ianua salutis & vitæ ac portæ paradisi clausæ sunt. Has iste vir beatus fenestras, multis seris diuini timoris obstruxit. De quantonum cordibus quos inhonestã iniquitas & impietas possidebat, fugauit luxuriã, deiecit iram, & extinxit inuidiam, & velut de antiqua domo barbaris hospitibus perturbatis reuocando illuc fidem, castitatem, iustitiã, misericordiam, habitatores pacificos intromisit, per quos in domicilium mentis caput horum bonorũ Christus intraret: & appositis pœnitentiæ medicamentis velut quadrivianum fœtentẽ, increpationum fremitu sulcitabar, & emendatione suscepta de mediis mortis faucibus erutos, temporariã resurrectione vitæ restituebat. Hæc itaque atque huiusmodi plura gerens quæ proferre per nos atque expedire vt dignũ est, nõ potest sermo pauperculus, meli⁹ vobis eã vester dicet affectus. Sũmme enim alacritatis instantia fuit cultor & custos animarũ, cupiditates rescãs, iras cõprimẽs, malicias extirpãs. His etiã magis vir iste tẽporibus necessarius fuit, quibus tanta iniquitas sumptis quõtidie (deficiente iustitia) viribus cõualescit. Et quidem ille in hac peregrinatione solo corpore constitutus.

Hier. 9.

Fenestræ animarum ministeria aurium &amp; oculorum sunt.

Ioan. 11.

cogitatione & auiditate in illa æterna patria conuerſatus eſt, & quaſi bonus ratiocinator velut ad centuplum manum porrigēs ſemper de ſiniſtra tranſmiſit ad dexteram, & in cœlo repoſuit ſudores ſuos. Nam & ſi hic opera eius videntur, illuc operum merita tranſierunt. Illius ergo in quantum poſſumus veſtigis inſiſtamus, quibus per illam nimis arctam viam ad cœli ampla feſtinans, qua eum ſequeremur, oſtendit.

*In natali diui Cypriani Episcopi & martyris Homilia prima.*



**S**ANCTI Cypriani feſtiuitatem ſicut omnibus notum eſt hodie celebramus, & natali, ſicut dicunt, imminente vindemia, natalem eius martyrij procuramus.

Conueniunt igitur vota noſtra & mundi. Mundus vindemiarum vbertate lætatur, nos ſanctorum paſſione gaudemus. Quæ quidem paſſio vindemiis comparanda eſt. Sicut enim vuarū expreſſionē vinum funditur, ita & ſanctorū martyrio vini vice ſanguis effunditur, niſi quod vua temporales fructus præſtat, paſſio ſempiternos. Recte ergo martyrium vindemiis comparatur, habet enim & ebrietatem ſuā, habet & calicem ſuum, de quo dicit propheta Dauid: Et calix tuus inebrians quā præclarus eſt! Et ipſe Dominus in paſſionis ſuæ exitu conſtitutus ait: Pater ſi poſſibile eſt, ſanctificet calix iſte à me. Et iterum propheta: Calicem ſalutaris accipiam, & nomē Domini inuocabo. Recte, inquam, calix martyrio comparatur, quia ſicut calix cum bibitur, omnis humor noxius vini calore decoquitur, ita & martyrij poculum cum hauritur, omnes peccatoris fæces paſſionis gloria temperantur. Vinum ergo quoddam ſalutare martyrij eſt, quod cordi lætitiā præſtat, calorem fidei, animæ puritatē. Vinū plane eſt ſpiritale, Dei illa vua quæ pro ſalute omnium pependit in ligno. Sicut enim botrus redditurus vinū prius in vinca quadam naturæ arte ſuſpeditur, ita & Chriſtus editurus vinum ſpirituale martyrij in cruce quadam prouidentia diuinitatis aptatur. Ipſe eſt plane botrus quem duo exploratores illi, hoc eſt, Ieſu Naue & Caleph filius Iephone in phalanga ad filios Iſraël propriis humeris detulerunt. Quod quidem factum iam tunc præfigurabat aduentum Domini ſaluatoris, Nam botrus in phalāga ſuſpen-

**A**ſus, in cruce Chriſtus appenſus oſtenditur. Duo autē in phalanga portantes vua, duo populi demonſtrantur, Chriſtianus vtiq; & Iudæus. Et ſicut mos eſt portantium, vnus præcedens, alter ſubſequēs, ita prior Iudæorum deſignatur populus, Chriſtianorū ſecundus. Et ſicut antecedēs quod portat nō videt, & retrorſum idē ſemper habēs quadam dorſi auerſione contemnit, qui autem ſequitur ſemper id oculis perſpicit, ſemper cuſtodit obtutibus, ſemper corporis vicinitate potitur, ita ergo Iudæus & Chriſtianus populus. Iudæus enim prior eſt, Chriſtum in lege portat & nescit, & retrorſum eum ponens quadam dorſi auerſione contemnit. Vnde ait propheta. Obſcurentur oculi eorum ne videāt, & dorſum eorum ſemper incurua. Chriſtianus vero ſequens populus Chriſtum ſēper oculis aſpicit, ſēper cuſtodit obtutibus, & quadā graduū fuorum vicinitate cōplectitur, & quanto eum ille populus prauo itinere poſt ſe relinquit, tanto eum iſte directo curſu feſtinat attingere.

Plalm. 68.

*Homilia ſecunda vnde ſupra.*



**N**Martyrio beatiffimi Cypriani, fratres chariffimi, vniuerſa nobiſcum Chriſti exultat Eccleſia, quā in omne gaudium & cœleſtis eruditione ſermo-

**C**nis inſtruxit, & muncere triumphalis ſanguinis decorauit. Fuit enim in eo, ſicut cōpertum habemus, & contra errores diaboli ſpiritualis ſapiētiae plenitudo, & aduerſum perſequentiones mundi Chriſtiani peſtoris inſtigata cōſtātia. Quis nō huiuſmodi virum quantis valet præconiis proſequatur, cuius eloquentia inſpirata diuinitus & Eccleſias docuit, & ſæculum confutauit? Vere hic mirabilis, atq; omnium vbiq; ſtudiis celebrandus, quē ſanctitas ſacerdotē, peritia doctorem, fides martyre cōſecrauit. Pretioſa, inquit Dauid, in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. Videte, chariffimi, in quātum venerabilis Cyprianus, etiam propheticam ſupergreſſus eſt laudem, cuius in conſpectu Domini nō ſolum mors, ſed & vita extitit pretioſa. Moriēdo nāque proprium Chriſto ſanguinem dedit, viuendo nihilominus cohortatione fortiſſima, innumeros cœlo martyres acquiſiuit. Quid hoc clarius ſacerdote, qui inter hominum turbas gloria cœleſtis cōuerſationis emicuit, atq; inter Angelicos cœtus, & ſua factus eſt & aliorum morte conſpicuus? Iuſtiſſime hic cum patriarcha Dauid cātavit Domino Deo ſuo dicēs: Cor meū & caro mea exultauerūt in Deo viuo;

Cyprianus omnium ſtudiis celebrandus.

Plalm. 115.

Plalm. 35.

Martyrium vindemiæ comparatur.

Plalm. 21.  
Marth 26.

Num. 13.

Exultauit itaque cor eius in Deo uiuo, cum morientis ac morituri saeculi vanitate despecta, totum se diuinis mancipauit obsequiis. Exultauit & caro eius in Deo, quae de hoc mundo non miseri corruptione languoris, sed piis pro religione suppliciiis consecretur migravit. Hic est ille Euangelicus paterfamilias, proferens de thesauro suo noua & uetera, qui ueteris nouique testamenti vnum atque idipsum mysterium praedicans Ecclesias Christi locupletissima disputatione diuinit. Incorruptibilis atque indefessus illius est hodie thesaurus, qui pecuniam Domini sui nummulariis foeneras quotidie in corde fidelium caelestium diuitiarum sanctam coquirit vlturam. Quid igitur, fratres, tanto speciosius viro, cuius haec est regula & mensura sermonis, ut inter varias hominum causas, motusque diuersos, nunc affectione patris, nunc autoritate doctoris colesceret humiles, superbos comprimat, negligentes arguat, increpet infideles. Tantoque denique decore sacerdotium vitamque suam vir fidelissimus adornauit, ut doctrinam suam subsequenter confirmaret operibus, dominicam illam sententiam tenens, qui docuerit & fecerit, hic magnus vocabitur in regno caelorum. Quam magnus hic quamque praecipuus in regno caelorum est, quem in omnem gloriam sermo propheticus, vita mirabilis, & mors Deo deuota sublimat. Nec immerito, fratres, tanto cum honore nominis eius memoria, per amplissima mundi spatia celebratur, quia per vniuersum orbem ad firmamentum fidei nostrae, & passio eius & doctrina profecit.

*In solennitate diuini Michaelis Archangeli,  
de eo quod scriptum est: Quis maior  
est in regno caelorum?*



I diligenter audistis Euangelicam lectionem, intelligere potestis quae ministris ac sacerdotibus Dei reuerentia debeat, vel qua ipsos clericos inuicem humilitatis sedulitate se oporteat praenire. Ait enim Dominus percontantibus discipulis quis eorum in regno caelorum maior esset futurus, statuto coram omnibus puerulo, quicumque humiliauerit se sicut puer iste, hic maior erit in regno caelorum. Vnde intelligimus quod humilitate peruenitur ad regnum, simplicitate penetratur ad caelum. Quisquis ergo cupit diuinitatis tenere fastigia, humilitatis ima sectetur. Quicumque vult fratrem praenire regna-

do, prius illum praeniat obsequendo, sicut ait Apostolus: honore inuicem praenientes, vincat eum officiis, ut possit vincere sanctitate. Si enim te non laetit frater obsequium meretur ut diligas, quod si forsitan laetit, magis obsequium meretur ut vincas. Hac enim nostrae Christianitatis summa est, ut amantibus vicissitudinem, laudentibus patientiam rependamus. Qui ergo fuerit patientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno. Non enim ad imperium caelorum peruenitur superbia, diuinitis praefectura, sed humilitate, pauperie, lenitate. Arcta enim & angusta est via quae ducit ad regnum. Quisquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilatarus, tanquam onustum & impeditum animal per angustum regni iter transire non poterit. Simul etiam ut se existimat peruenisse, sarcinam eius exigua porta non capiens, repercusso limine retrorsum redire cogetur. Tamen enim angusta est diuinitas porta caelestis, quam est camelo acus foramen exiguum. Vnde ait Dominus: facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum caelorum. Sicut enim camelum animal tortuosum atque deforme, exigua caeuerna praeterire non patitur: ita & diuitem auarum atque mendacem arcta caeli ianua minime intrare permittit. Nam ideo nudi in saeculo nascimur, nudi & iam accedimus ad lauacrum, ut nudi quoque & expediti ad caeli ianuam properemus. Quam autem incongruum & absurdum est, ut quem nudum mater genuit, nudum suscipit Ecclesia, diues intrare velit in caelum? Propterea adolescenti illi diuini in Euangelio a saluatore dicitur, qui iustus sibi videbatur & sanctus, & omnia mandata legis complectere, si vis perfectus esse, vende omnia tua & da pauperibus. Vnde ad eum enim nuda virtus apta caelo est, ut quamuis iustus, quamuis sanctus aurum vel diuinitas possidens, non possit esse perfectus. Tale enim voluit adolescentem illum Dominus ad paradysum redire, qualis Adae fuerat de paradysi sublimitate deiectus. Nudus enim Adae incolae paradisi fuit, denique post peccatum, nuditate suam peruidens, folio pudenda contexit. Prius enim quam peccaret honestatis erat colore vestitus, atque ideo nuditatem in honestate non natura instituit, sed delicti reatus inuenit. Nam & sancti Angeli splendidissimo habitu constituti, nunquid tunicis operiuntur & pallis? Sed quum sit in illis natiuitatis suae nuda substantia, vestiti videtur esse quod sancti sunt. Sic igitur & Adae custodiens honestatis Angelicae dignitatem, erat quidem nudus mundanis vestibus, sed

Math. 11.

Math. 13.

Math. 5.

Math. 18.

Humilitatis vestigia sectanda.

Rom. 11.

Christianitatis summa.

Math. 7.

Math. 19.

Comparatio.

Ibidem

Gen. 1.

immortalitatis erat splendore vestitus. Nil A prauum respiciebant eius oculi, nō cor eius turpe aliquid cogitabat, erat apud honestas mētes nuditas ipsa vestita. Sicut enim apud nequam homines turpis cogitatio: a concupiscentia vestibus non arceatur, ita apud sanctos viros honesta simplicitas, ad concupiscendum nuditate non trahitur. Sed sicut vitiosis ad corruptelam nuda sunt omnia, ita religiosis ad castimoniā operta sunt vniuersa. Quid autem ait euangelica lectio? Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundum maris. Pusillos hic non arate pueros, sed malitia paruulos dicit, sicut Apostolus ait: Malitia paruuli estote, vt sensibus perfecti sitis: Qui sunt isti nisi clerici idonei, monachi religiosi, vel laici? Quisquis igitur his irreuerens aut contumeliosus extiterit, hac beluina pœna plectetur, vt informi saxo religato illi ad collum precipitetur in mare. Sed videamus cur scandalizantibus Christianos ista pœna decreta sit, aut quid sibi velit ipsa sententia? Puto enim illam aliquod mysterium continere. Quasi vero non sufficeret, & in mare homini demergendo saxum quaecunque nō magnum aut enorme, sed molæ asinariæ lapidis religetur ad collum, vt cum perituro homine pereat res vsui necessaria. Sed puto hoc magis esse quod in scripturis asini figura populus gentium nuncupatur, qui clausis oculis circa ignorantia molam erroris sui gyro pertrahitur, & sine vlla cursus directione vestigiis in se saepe redeuntibus inuis vsui laborat alieno. Nonne enim tibi videtur molam asinariam voluere gentilis populus, quam diu in imperitiæ suæ labore versatur? Naturæ quidem vinculis alligatus vt verum Dei molat, Dominū cœli querat, sed operæ mentis cœcitate subsusus multum animi erigere ad Deū, cordis oculos leuare non possit ad cœlum. Sed quoniam mola asinaria saxum esse constat, videamus si & paganorum talis est mola. Talis est plane. Saxea enim mola est paganorum Iuppiter Herculesque lapideus, circa quos cæcis oculis frequenti errore circumuehant. Cæcos (inquam) dixerim eorum oculos qui putant se videre quod non vident. Aspicientes enim saxum Deum se videre confidunt. At tamen qui molam voluit, consummandi aliquando finem operis habet, exeundi spem gerit laboris. Cui vero mola asinaria ad collum suspenditur, portat lapidem qui portare debuerat iugum Domini. Alius ergo ad molam, cæcus ad lapidem,

\* Alias cō-  
surgunt.

gentilis ad saxum, qui adorat eum quem non vider nec agnoscit, Deus enim non in manufactis habitat, nec in metallo aut saxo cognoscitur. Hic ergo gentilis populus cū persecuotionem Christiano intulerit, hac pœna plectitur, vt cum sua sacrilega mola iudicandi sæculi fluctibus demergatur.

Ad. 17.

In natali sanctorum Tauricorum martyrum, Octauij, Aduenticij & Saluatoris.



VM omnium sanctorum martyrum, fratres, deuotissime natalem celebrare debemus, tum præcipue eorū solennitas tota nobis veneratione curanda est, qui in nostris domiciliis proprium sanguinem profuderunt. Nam licet vniuersi sancti vbique sint, & omnibus profint, specialiter illi tamen pro nobis interueniunt qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim quum patitur, non sibi tantum patitur, sed & ciuibus. Sibi enim patitur ad præmium; ciuibus ad exēplum. Sibi patitur ad requiē, ciuibus ad salutem. Exemplo enim eorum didicimus Christo credere, didicimus contumeliis vitam æternam querere, mortem didicimus non timere. Viderē ergo quid martyribus debeamus, in quo alter ortus est, vt alius saluaretur. Alter carnificem pertulit, vt Christum alter agnosceret. Alter morti addictus est, vt alius vita potiretur æterna, & ad postremum sanctus occisus est, vt peccator euaderet. Beati igitur martyres nec sibi vixerunt, nec sibi sunt mortui. Exemplum enim nobis reliquerunt, bene viuendo conuersationis, tolerando fortiter passionis. Nam ideo Dominus per totum mundum diuersis in locis pati martyres voluit, vt tāquam idonei testes nos præsentem quodam fidei exemplo suæ confessionis vigerent, vt humana fragilitas quæ prædicationis dominicæ aditu lōgiore vix credit, vel præsentem oculorū testimonio martyrio cōfederet beatorū. Cuncti igitur martyres deuotissime percolendi sunt: sed specialiter ij venerandi sunt a nobis quorum reliquias possidemus. Illi enim nos orationibus adiuuāt, isti etiam adiuuāt passione. Cū his autē nobis familiaritas est. Sæper enim nobiscū sunt, nobiscū morantur, hoc est & in corpore nos viuētes custodiunt, & de corpore recedētes excipiunt. Hic ne peccatorū nos labes assumat, ibi ne inferni horror inuadat. Nā ideo hoc a maioribus prouisū est vt sanctorū ossibus nostra corpora sociemur.

Martyrū  
exempla.

Martyres  
deuotissime  
me colēti  
vt defen-  
sores.

Matth. 16.

vt dum illos tartarus metuit, nos pœna non tangar: dum illis Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis ergo martyribus quiescentes euadimus inferi tenebras, eorum propriis meritis, attamen consocij sanctitate. Ait enim Dominus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non præualebunt ei. Si ergo Apostolo & martyri Petro inferni porta non præualeat, quisquis sociatur martyri, tartaro non tenetur. Martyres enim inferni porta non possidet, quoniam eos paradisi regna suscipiunt. Nam videmus eos utique iam regnare. Cernimus enim ab iis frequenter obsecrosos immundissimis demonibus homines liberari, ita vt cœlesti medicina & captiua anima de diaboli laqueis eruatur, & ipse diabolus vinculis igneis alligatus producat de sua captiuitate captiuus, vt qui prædam paulo ante ceperat, ipse subdatur in prædam. Hæc & alia potiora mirabilia per sanctos fieri omnibus notum est. Et ideo, fratres, veneremur eos in sæculo quos defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis ossibus parentum nostrorum iungimur, ita & eis fidei imitatione iungamur. In nullo enim ab ipsis separari poterimus, si sociemur illis tam religione quam corpore.

*Homilia eiusdem de martyribus.*



**S**UFFICERE nobis deberent ad profectum salutis nostræ martyrum exempla sanctorum, qui propter adititædam cœlestem coronam, omnibus se mandatis dominicis subdiderunt, & ita cunctis deuinxerunt se legibus saluatoris, vt propter antea actam vitam mererentur ad hanc martyrij gloriam peruenire. Nō enim illo tempore tantum perfecerunt præceptum Domini, quo confessionis supplicium pertulerunt, sed necesse est illos prius secundum Euangeliū vixisse Christi, vt Christi passionibus potirerentur. Necesse est enim, vt initia bona fuerint, quorum finis est optimus subsequutus. Et martyres eos non solum fuisse cum passi sunt, sed etiam martyres Christi fuisse cum viuerent. Martyr enim Latine testis dicitur, ac quotiescunque bonis actibus mandatum Christi facimus, toties Christo testimonium perhibemus. Vnde & crux Domini non illa tantum dicitur, quæ passionis tempore ligni affixione constructur, sed & illa quæ totius vitæ curriculo cunctarum disciplinarum vir-

Martyr.

atutibus coaptatur. De qua mihi videtur saluator dicere: Qui vult post me venire, tolla crucem suam & sequatur me. Nunquid enim omnes martyres qui sequuti sunt Dominum crucifixi sunt? Nunquid omnes virgines qui iuxta Apocalypsim sequuntur agnum Dei, crucifixæ sunt vt sequantur? Nunquid Paulus Apostolus crucifixus fuerat quum dicit, mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, pet quē mihi mundus crucifixus est & ego mūdo? Hoc autem dicit vt intelligas crucē nō ligni esse paribulum, sed vitæ virtutisq; propositum. Tota igitur vita Christiani hominis, si secundum Euangelium viuat, crux est atque martyriū. Sed hoc est quod in nobis difficile reperitur, vt omnes actus nostri secundum Euāgelium dirigantur, atque ideo quotiescunque voluptatibus volutamur, crucē saluatoris amittimus. Christus enim est castitas, pax, veritas, mansuetudo. Quomodo ergo potest castitati testimoniū perhibere corruptus? Aut quomodo potest pacem prædicare, cuius animus semper in lite est? Quo pacto etiam veritatem aut mansuetudinem qualiter seruabit inconstans? Quomodo (inquam) possumus ad martyrij gloriam peruenire, quum dicat Dominus, nolite possidere aurum? Nos etiam auri talenta recondimus. Nolite (inquit) possidere aurum. Hoc aurum habentibus dicit. Vnde si habentibus aurum possidere prohibet, nō habentium cupiditatem quæ pœna condemnat? Et si qui propria retinent amittere iubentur, illi qui aliena diripiunt quā grauius feriuntur? Sunt enim pleriq; fratres, qui cū humili loco geniti fuerint, & nullas à parentibus diuitias consequuti sint, tanta auaritiæ cupiditate iactantur, vt putent se sine causa natos, nisi aurū quoquo pacto possederint. Existimantes enim (sicut ait Sap. 15. Propheta) vitam hominum compositam ad lucrū, non dubitant vnde videlicet ex malo acquirere, atque ita huiusmodi homines dū lucrum auri quærūt, damnum salutis inueniunt. Requiritur, fratres, quousquisque est qui hoc non sit imbutus? Pauci admodum sapientes ab hac pestilentia se defendunt. Si negotiatorem cogites, propter auaritiā primus in culpa est. Si militiam tantum respicias, cupiditas est illi tota causa militiæ. Si officia singula perferueris, inuenies homines non honestate adducit ad obsequium, sed præda veluti ad negotiū pro-uocari. Omnes igitur penē lucris ac negotiis student, & cum primo surgūt diluculo, non cogitant nisi vt aliquid vndecunq; percipiant. Quod si aut honestas cōuicerit, aut

Luc. 9.

Apo. 14.

Gal. 6.

Matth. 10.

Sap. 15.

Tarat auaritiæ sectatores.

Cunctos  
agitat auaritia.

retruderit iudicantis autoritas, cur res alienas diripiant damnium se fecisse queruntur? Sine causa (inquiunt) militamus, sine causa laboramus, hodie domum referre nihil potui, iniquitas iudicis malè me facere non permisit. Cunctos igitur penè homines agitat auaritia, nullum de his quietum esse permittit. Hi enim qui nihil habent, cupiditate torquentur: illi qui diuitias possident, solitudine cruciantur. Nec ipsis enim benè est qui recondito auro incubant, imò ipsis est grauius. Semper enim sunt anxij, metusti, solliciti ne hoc seruus auferat, ne fur effodiat, atque ideo retrudentes illud tenebris, ita abscondunt ut omnium subterfugiat notionem, nihil ex eo proferentes aliquando ad vsum, ne apertio latebrarum sit causa prodendi. Seruât autem illud & non vtuntur. Seruati, inquam. Custodes ergo dixerim istos esse non dominos, & alienum atterendere diligenter, non proprium conuenienter expendere. Quid ergo, fratres, putatis habere aurum esse diuitias? Ego dixerim maiores esse diuitias, aurum non habere, pretiosior enim mens eius quæ aurum despicit, quàm quæ aurum requirit. Maiores planè sunt diuitiæ non habere aurum, sed aurum non habentibus eminere. Qui enim propriis abundat bonis, sæculi the-

A sauros non requirit. Bona enim sunt propria, honestas, sobrietas, misericordia, castitas, quæ bona omnia auro magis sunt pretiosa, ut sciatis, quia his ita viliora sunt metalla auri, talenta emi possunt, argenti vasa comparari possunt, honestas sola emi non potest. Honestas enim non emitur, sed acquiritur, quia non constat pretio, sed virtute. Tu igitur qui aurum possides, si placet bona inuicem conferamus. Tu cum peregrè proficisceris thesauri tui necessario domi remanent, quibus longè à te positus semper trepidus, semper incertus es, quum domum redieris non habeas quod habebas. Ita dum semper amissionem eorum metuis, apud conscientiam tuam nudus & pauper es. Ego autem quocumque iero meæ diuitiæ me sequentur, nec separari à me possunt bona, quoniam non terreno specu, sed thesauro pectoris retinentur. Tu quum recedis à sæculo relinquendo, tuas diuitias perdidisti, ego autem cum mihi de hoc mundo migrare contingit, diuitias meas mecum ad paradysum veho. Tuas diuitias post mortem, exemplo illius purpurati diuitis, ignis & tenebræ subsequuntur, meas diuitias exemplo Lazari sinus Abrahæ & beatitudo suscipiet.

Luc. 16.

*Finis Homiliarum de Sanctis.*





HOMILIAE  
**SANCTI MAXIMI**  
 EPISCOPI THAVRINENSIS  
 DE DIVERSIS.

*In traditione Symboli de expositione eiusdem Homilia.*

Iudi. 20.



**C**UM apud patres nostros, sicut liber Iudicū refert, quadam Israelitica tribus ciuili aduersum se praelio decertaret, nec propter consimile populū vnus habitū inter bellātes posset esse discretio, tribus illa cuius iustior erat causa pugnandi, quia merito per Dei auxilium victoriā prae sumebar, signum sibi certo in sermone constituit: vt quos vna armorū facies cōfunderet, secretioris verbi distingueret sacramētū. Quod beati Apostoli, vt ego reor, exēplū sequētes Ecclesie Dei quā aduersum militiam diabolici furoris armabant, mysteriū symboli tradiderunt, vt quia sub vno Christi nomine credentiū erat futura diuersitas, signaculū symboli inter fideles perfidōsque fecerneret, & alienus à fide atque hostis appareret Ecclesie, aut tanquā baptizatus nescisset, aut tanquam hæreticus corripisset. Credis, inquit, in Deum patrem omnipotentem. Credendus sine dubio est Deus pater omnipotēs, cuius sic virtus sentitur vt quātitas eius & qualitas ignoretur. Esse enim illius & posse non discutiendo assequimur, sed credendo. Quem autem credere debemus, edocet nos redemptoris nostri autoritas dicentis: Qui credit in me & in eum qui me misit, habet vitam æternam. Et alibi. Creditis in Deum & in me credere. Plus est, fratres, quod fidei oculis intruēmur, quam sensus possit videre carnalis. Credis, inquit, in Deum patrem omnipotentem. In Deo natura innascibilis, in patre vnigeniti veritas, in omnipotēte plenitudo virtutis ostēditur. Est namque per ingenitam deitatem omnipotens, & per omnipotentiam pater. Nec disquirendum qualiter sit pater: quia qualiter Deus sit aut omnipotens non po-

Ioan. 5.  
Ioan. 14.

test comprehendī. Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum. Quod Christus est factus qui filius erat, dispensatio est redemptionis humanæ, quod Dominus est, de proprietate naturæ est. Vnicus autem vel vnigenitus annūciatur & creditur, quia vnus ita est genitus, neque habet in natiuitate consortem. Filium audis non vt illum sexu aliquo editum putes, sed vt credas incomprehensibili maiestātē Deum prodiisse de Deo vt ait ipse: Ego à patre exiui & veni in hunc mundum. Qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine. Spiritum sanctum audis, vt partum illum mirabilem simul & inculpabilem recognoscas. Cæleste est enim quod spiritus agit: inuiolatum quod sanctus operatur. Nam cum vnigenitum Dei fieri hominem redemptionis nostræ necessitas flagitaret, hoc natiuitati suæ privilegium propriæ diuinitatis inuexit, vt de virgine naceretur. Qui enim veniebat inueteratam peccatis hominum reuocare naturam, nouam legē noluit habere nascendi. Vnigenitus igitur Dei factus est filius hominis, vt qui creator mundi erat, fieret & redemptor. Qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus. Nulla nobis sit de Christi cruce confusio, quia habemus de eius passione victoriā. Sicut enim sempiternus Dei filius non sibi sed nobis est natus: ita immaculatus Dei agnus non sibi, sed nobis est passus. Quis autem non mirificum aduertat esse mysterium, vbi ipse homo prædicatur qui Deus est, & vbi idem Dominus annūciatur qui asseritur crucifixus: Nec incogitata ei quod preemptus est, aut improvisa res accidit: qui diuinitatis suæ consilio idcirco suscepit hominem, vt pro homine possit occidi. Supplicium autem crucis elegit, vt sublimiorē victoriā pareret pœna deterior, & qui

Ioan. 16.

Mirificum  
mysterium.

vniuersitatis bono patiebatur quasi in con-  
 spectu mundi in altum subleuatus occum-  
 beret, simul vt qui crucifixum videbant,  
 mirabilia cerneret crucifixi. Nā satis abun-  
 deque gloriā patientis ostendunt repen-  
 tina solis obsecutitas, tremor terrarū, laxo-  
 rum diuisio, resurrectio mortuorum. Illud  
 autem quanti est testimonij, quod etiam  
 pariter crucifixus latro, memoriam sui in  
 cœlesti regno fieri à consorte supplicij pre-  
 cabatur? Hinc est, charissimi, quod illusio-  
 nes & probra quæ petulit Christus, crucē  
 mortemq; eius non suspiciis ingemiscimus,  
 sed continuis laudibus celebramus. Sepul-  
 tus est autem, quia consequens erat vt qui  
 mortuus fuerat, acciperet sepulturam. Sep-  
 ultus est Dominus vt ad consolationē se-  
 pultorum benedictionem corporis eius &  
 terra susciperet. Sepultus est, vt qui verē  
 mortuus cernebatur, verē rediisse à mortuis  
 crederetur. Tertia, inquit, die resurrexit à  
 mortuis. Si credidisti de Christo quod de-  
 decoris est, crede quod gloria est. Si credi-  
 disti quod mortis est, crede quod vitæ est. Si-  
 cut enim in passione mysteriū pietatis est,  
 ita in resurrectione operatio potestatis, vt  
 ait ipse: Potestatem habeo ponēdi animam  
 meam, & potestatem habeo iterum sumen-  
 di eam. Quomodo itaque non illi suppete-  
 bat vita post mortem, cui mori non fuit  
 conditio, sed potestas? Nec magnum sanē  
 est si dicamus, potuit Christus resurgere,  
 cum impossibile fuerit vt autor vitæ non  
 rediret ad vitam? Aut quomodo poterat in-  
 ferni legibus detineri, qui idcirco est mor-  
 tuus, vt mors amitteret potestatem? Nihil  
 ergo vltra de eius passionibus cōfundamur.  
 Nihil de eius morte trepidemus, cui & re-  
 surgendi potestas erat & natura viuendi.  
 Cuius autem dementia est illum non cre-  
 dere retulere, ad cuius præceptum de  
 tumulo sepultus emerit? Ascendit in cœ-  
 lum. Decebat fratres talis gloria hominem  
 qui de virgine nascebatur: nec impossibile  
 ei fuit cœlum ascendere, cui possibile fuit  
 inferos triumphare. Et necesse erat vt qui  
 ad mortem de regno venerat, post mor-  
 tem ediret ad regnum. Fuit in hoc, cha-  
 rissimi, salutatis & incomprehensa menti-  
 bus humanis inter cœlum terramq; cōmu-  
 nio: & sicut terra Dei filium se suscepisse  
 latata est, ita cœlum filium hominis se ac-  
 cepisse gauderet, vt cantatum est per Pro-  
 phetam: Latentur cœli & exultet terra.  
 Nam sicut manifestum est terram exulta-  
 re de Deo: ita dubium non est cœlum gau-  
 dere de homine. Sedet ad dexteram pa-  
 tris. Quod sedet Christus victoris munus

A est, quod ad dexteram patris sedet, diuini-  
 tatis est priuilegium, & indiscretæ confor-  
 tium charitatis. Et bene ad dexteram pa-  
 tris annunciat sedere in quo nihil volun-  
 tatis suæ diabolus qui totus est sinister in-  
 uenit. Inde vterus iudicare viuos & mor-  
 tuos. Necesse est, fratres, vt hominum ge-  
 nus ille discutiatur qui creauit, & ipse iudi-  
 cet qui redemit: iustumque est vt omni-  
 tens Dominus mortales suos quos diuini-  
 tatis virtute formauit, patris pietate sal-  
 uauit, iudicis examinatione discernat. Nam  
 quid esse potest æquius apud Deum, quā  
 vt quorum in sæculo fuit vita diuersa, eo-  
 rum post hoc sæculum merita distinguan-  
 tur? Viui autem iudicandi referuntur ac  
 mortui: vt omnium hominum esse apud  
 Deum cura credatur. Et in spiritum san-  
 ctum. Hæc est, charissimi, inoffensa regula  
 veritatis, vt quorum vnum nomen est, non  
 sit eorum diuersa confessio: & qui in cælo  
 apud se vnum sunt, à nobis non separen-  
 tur in terris. Nam sicut diuinitati nihil de  
 creaturis æquari potest, ita omnem diuisio-  
 nem & inæqualitatem natura diuinitatis  
 excludit. Secundum enim Euangelicam  
 veritatem sicut filius à patre exiuit, ita &  
 spiritus à patre procedit. Et sicut vnigeni-  
 tus filius Dei est, ita & spiritus sanctus Dei  
 est. Et sicut pater cui vult miseretur, & fi-  
 lius cui vult patrem reuelat, ita etiam spiri-  
 tus & inspirare legitur prout vult, & dona  
 cœlestium gratiarum diuidere prout vult.  
 Quomodo ergo non vnum esse cum patre  
 filioque credendus est spiritus, cui æquē  
 adiacet posse quod vult? Sanctam Eccle-  
 siam. Verē sancta est Ecclesia confitenda,  
 per quam & sanctificatio est data mortali-  
 bus: & crescente credentium numero om-  
 nium penē linguis in Dei laudes sanctior  
 mundus exultat. Sancta est Ecclesia, quæ  
 baptismi sacramento peccatorum conta-  
 gione deterfa, terrarum incolas transmittit  
 ad cœlum. Remissionem peccatorum. Cre-  
 denda est præcipue, fratres, peccatorum  
 remissio: quia hoc vnum est remedium  
 quod hominum genus à sententia perpetue  
 mortis absoluit. Idcirco vnigenicus altissi-  
 mi sumere dignatus est carnem, contentus  
 est crucem, vt te qui crimina tua euadere  
 & peccata non poteras, indulgentiæ face-  
 ret innocētē. Ideo immaculatus occisus est  
 agnus vt eius cruore humani generis macu-  
 la tergeretur. Videte, fratres, profunditatem  
 mysterij, videte altitudinem sacramēti: vbi  
 mors reddidit vitam, & peccantium sordes  
 sanguine sunt innocētis ablata. Hæc autem  
 remissio non te ad peccatum nutrit, sed ad-

Diabolus  
totus  
sinister.

Ioan. 17

Ioan. 3

1. Cor. 12

Sancta Ec-  
clesia con-  
fiteanda.

Nota alti-  
tudinem sa-  
cramenti.

Math. 27

Luc. 23

Ioan. 10

Psalm 95

moneret peccare iam meritas, qui te intelligis sine venia non potuisse saluari. Bonitas enim Dei indulgentia sua munere non nos armat ad culpam, sed abluat ad gloriam. Carnis resurrectione. Hic religionis nostrae finis: haec summa credendi est. Et reuera quis credens Deo possit de resurrectione dubitare, cum manifestum sit hanc solam Christo causam fuisse nascendi? Quae enim alia ratio, quae utilitas erat, ut perpetuus carnem dignaretur adsumere, nisi ut carnem perpetuitate donaret? Quae gloria esset Dei filium crucem non refugere, mortem expetere, perpeti sepulturam, nisi vitam mortalibus praestita resurrectione conferret? Possit autem hoc fieri facit diuinitas fidem, cui totum quod vult posse subsistit. Denique ut indubitata resurgendi exempla capiamus, ipse hic mundus amissa receptaque decoris sui specie & occidit & resurgit. Documentum nimirum futurae resurrectionis accipimus cum commendata sulcis frumenta in stipulam suam redeunt: & renouatis frondibus spoliata gelu nemora reuirescunt: cuncta etiam quae terra producit, aut semine aut radice multiplicata redduntur. Quae autem duritia cordis est non credere reformari hominem, cum omnia quae facta sunt reparentur? Hoc est, charissimi, symbolum, cuius signaculo sicut in primordio dictum est, fideles ab infidelibus secernuntur. Hoc est symbolum, cuius veritas vnumquemque credentem efficit Christianum. Hoc est symbolum quod & viuentes sanctificat, & mortuos reducit ad vitam.

*De non timendis hostibus carnalibus, & de gratijs post cibum agendis.*

*Homilia prima.*



REQVENTER admonui vos, fratres, ut dum licet, dum tempus in spatio est, salutem vestram omnibus modis consulere, & in hac vita breui, vitam vobis prouideretis aeternam. Sapiens enim quisque intelligit quod haec vita hominum non ad quietem data sit, sed ad laborem, hoc est, ut hic laboret, & in posterum requiescat, hic autem requies nulla est. Tantis enim malis haec vita repleta est, ut comparatione eius mors remedium puretur esse, non poena. Nam ideo breuem illam Deus fecit, ut molestiae eius, quia prosperitate non poterant, temporis exiguitate finirentur. Denique sanctus Iob dicit. Piraterium est vita hominis super terram, hoc est, siue quod homines in hac vita omnia experiantur mala.

Iob. 7.

**A** Piraterium enim Latine experimentum dici potest. Seu certe piraterium, quod in hac vita circa homines diabolus tanquam pirata defrauat. Piraterium enim habitaculum piratarum est. Tandiu ergo in piraterio sumus, quamdiu in hac carne positi, praedonum spiritualium tentationibus subiaceamus: quamuis in hac ipsa vita etiam carnales nobis, qui sunt barbari piratae non desunt, minus tamen eos timeo, qui & si auferunt patrimonia, non possunt auferre iustitiam: si aurum tollunt, Christum tollere certe non possunt: si diripiunt argentum, non possunt diripere saluatorem. **B** Quis igitur non festinat habere sibi Christum quem non possit ab eo nec praedo diripere, nec hostis auferre, nec experimentis separare? Qui enim habet Christum, hominem non vertitur inimicum. Quid enim facturus sapienter? Pecora eius abducatur? hoc etiam morbi lucis facere consuevit. Armenta diripiet? istud damnum abactores tolerando iam didicit. Ipsum fortassis, non illi admouet rædia, sed remouet: hoc enim illi intulit, quod maiore cum molestia febris afferret, praefertim cum dicat Dominus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Illi igitur spirituales plus metuendi piratae sunt, qui non solum corpora hominum, sed & animas spoliare consueverunt, qui non tam aurum mundi, quam aurum fidei auferre nituntur, qui non tam saeculi substantiam, quam Christi sapientiam deprædantur. Nam ipsi nobis spirituales hostes, hos carnales immittunt, ut probemur in tribulatione positi, quam simul confidentes in Deo, qui de solo ipso remedium postulemus. Sunt enim quidam qui in tribulatione positi dicant, malis artibus hostes vincere, iisdem eos artibus debere superari, desperantes de Deo, a demonibus victoriam flagitantes, miseri homines nesciunt quid faciunt, quid loquantur. Dum enim rebus suis metuunt, obliti sunt religionis ac fidei, qui res quidem suas forte non perdant, sed quod est amplius, suas animas perdiderunt. **D** Dicit sanctus Iob: Si bona excipiam de manu Domini, quare non mala tolerabimus? hoc est, si bonis superuenientibus iocundamur, quare non & aduersis accidentibus cõsortemur? Aduersa tolerare sapienti virtutis exercitium, insipienti prauaricationis est occasio. Dixi ergo frequenter, ut in hac vita breui vitam vobis prouideatis aeternam, quod doleo cur hoc facere cõtemnatis. Cui enim ieiunandum dicimus, praeter paucos nemo ieiunat. Cui elemosynas faciendum, maior auaritia vos cõstringit. **O**rare autem

Matth. 10.

Piratae spirituales plus metuendi.

Iob. 2.

& gratias Deo agere quid sit, pleròsque de vobis etiam arbitror ignorare, qui surgentes primo diluculo non nisi de prandio cogitent, cum pranderint, somno se tradent, nunquam diuinitati gratias referentes, quæ illis & prandium ad refectioem, & somnum dederit ad quietem. Vtique tu Christiane si es utilis, meminisse debes cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, num si aliquid de tuo cuicumque largiris, expectas ut tibi gratias agat, ut benedicat demum de quo ei humanitas sit tributa? Qui si fortè gratias non agit, quemadmodum à te denotatur ingratus. Ita ergo & à nobis expectat qui nos pascit Deus, ut pro præstitis ab eo efcis illi gratias referamus, & saturati donis ipsius laudes dicamus, Hæc enim beneficiorum est retributio diuinorum, ut cū refecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. Cæterum si accipientes diuina munera, taciti & immemores fuerimus tāquam ingrati & indigni eorum subministratioe fraudabimur: ut Deum quem beneficiis non cognouimus, malis ingruentibus requiramus, & aduersis stimulemur ad rogandū, qui prosperis gratias non egimus ad fruendum. Sicut nunc contigit ut qui in pace pigri fuimus ad laudes referendas, modo in tribulatione trepidi existimus ad pericula deploranda.

*Homilia secunda eiusdem  
unde supra.*

**S**ATI abundè dixisse me credo superiore dominica ad correptionem eorum qui diuinis muneribus perfruentes gratias non referunt creatori, & vtentes beneficiis cælestibus tanquam ingrati & indigni beneficiorum non remunerantur autorem. Ingrati, inquam, qui Deum nec quasi serui metuunt Dominum, nec quasi filij honorificant ut parentem. Dicit per prophetam Deus: Si Dominus sum, vbi timor meus? si pater, vbi amor meus? Hoc est, si seruus es, redde Domino timoris obsequium: si filius, exhibe patri pietatis affectum. Tu autè cum gratias non agis, Deum nec diligis nec vereris: Vnde aut contumax seruus, aut superbus es filius. Qui est igitur utilis Christianus, semper debet patri ac Domino suo laudes dicere, & in eius gloriam omnia procurare, sicut ait beatus Apostolus dicens: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei. Videte quale viri Christiani

Apostolus voluit esse conuiuium, ut magis fides Christi, quàm prandij sagina comedatur, & plus reficiat hominem dominici nominis frequens inuocatio quàm epularum multiplex & copiosa collatio, meliusque pascat esurientem religio quàm sagina. Omnia inquit in gloriam Dei facite. Omnes ergo actus nostros Christo vult socio vel teste compleri, hac scilicet ratione, ut bona ipso autore faciamus, mala propter ipsius cõubernium declinemus. Erubescit enim mala facere, qui scit Christum se habere participem. Christus autem in bonis adiutor est, in malis noster est conseruator. Ergo cū diluculo surgimus, debemus priusquam procedamus è cubiculo, gratias agere saluatori, & ante omnes actus sæculi, actus habere pietatis, qui nos quiescentes & dormientes in lectulis custodiuit. Quis enim nisi Deus dormientem custodit hominem? qui ita resolutus in somnū & oblitus sui vigoris humani à se alienus efficitur, ut nesciat quid ipse sit, vbi nam demoretur, adesse sibi certè ipse non possit. Necessarius igitur Deus adest dormientibus, quia dormientes sibi adesse non possunt, & à nocturnis insidiis genus hominum ipse custodiat, quia id temporis ad custodiendum alter nemo peruigilat. Debeo ergo illi gratiam, qui ut ego securus dormiam, ille peruigilat. Ipse enim nos Deus ituros cubitum quodam gremio quietis suscipit, & thesauro pacis recondito seruat, & caliginum quadam tuitione in lucem defendit, ut malitia inimicorum hominum repellatur tenebris, quæ non potest benignitate depelli, & pacem fessis præster obscuritas, quam non præstabat humanitas. Dum enim nescit homo, vbi suum aduersarium persequatur, pacem quam volens præstare noluist, præstat inuitus. Debemus ergo surgentes gratias Christo agere, & omne diei opus in signo facere saluatoris. Nonne cū adhuc gentilis esses, solebas signa perquirere, quæ signa quibus rebus essent prospera, magna inquisitione colligere? Iam nunc nolo erres in numero, scito quia in vno signo Christi omnium rerum est tuta prosperitas. Qui in hoc signo seminare cœperit, vitæ fructum consequetur æternæ. Qui in hoc signo iter facere aggreditur, ad cœlum vsque perueniet. In hoc igitur nomine omnes actus nostri dirigendi sunt, & ad ipsum totius vitæ nostræ cõmotio referenda, quia sicut ait Apostolus. In ipso viuimus & mouemur & sumus. Sed & cum vespere diem claudit, ipsi debemus per psalterium laudem dicere, & gloriam eius modulata suauitate

Ibid.

Christus in bonis adiutor: in malis conseruator est.

Beneficiorum retributio reddenda.

Malac. 1.

1. Cor. 10.

A. 172

Cōparatio.

suauitate concinere quo operum nostrorum consummato certamine, veluti victores requiem mereamur, & laboris quædam palma sit soporis obliuio. Hoc autem ut faciamus fratres, non solum docemur ratione, sed etiam admonemur exemplis. Nonne enim videmus minutissimas aues cum illucescentem diem aurora producit, in quibusdam nidorum cubiculis varia dulcedine personare, & id studiose agere priusquam procedant, ut creatorem suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant, & quemadmodum vnaquæque earum quoniam confessione nequit, modulis prodant obsequium, ita ut videatur sibi deuotius gratias agere, quæ dulcius personauit, hoc etiam peracto diei cursu similiter facere. Quid ergo sibi vult ista certis temporibus disposita cantilena & iugis intentio, nisi gratiarum quædam sit immoderata confessio? Pastori enim suo auis innoxia, quia sermonem non potest, suauitate blanditur. Habent enim & aues pastorem suum, sicut ait Dominus: Respicite volatilia cæli, quoniam non nent, neque merunt, & pater vester qui est in cælis pascit illa. At quibus tandem cibis pascuntur aues? vilissimis. s. & terrenis. Aues ergo propter viles escas gratias agunt, tu pretiosissimis epulis pascere, & ingratus es. Quis igitur non erubescat sensum hominis habens, sine psalmorum celebritate diem claudere, cum ipsæ aues ad gratificandum psalterij suauitate persultent, & eius gloriam non versus dulcedine personare, cuius laudem volucres modulata cantilena pronuntiant? Imitare ergo, frater, minutissimas aues, mane & vespere creatori gratias referendo. Et si es deuotior, imitare lusciniam, cui quoniam ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spacia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem vincens operi tuo adde nocturna curricula, & in somniem suscepti laboris industriam psalterij serie consolare. Et quia de his auibus mentionem feci quæ noctibus vigilant, nolo te imitatore esse nocturæ, quæ licet per noctem vigilet, per diem tamen pigra vel cæca est, quæ grandibus oculis tenebrarum caligines diligit, splendorem solis horrescit. Mirum enim in modum illuminatur obscuritate, luce cacatur. Istud animal hæreticorum figura est atque gentilium, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem saluatoris horrescunt, & grandibus disputationum oculis cernunt vana, non respiciunt sempiterna. De his ait Dominus: Oculos habent & non videbunt: in tenebris

Math. 6.

Nocturæ  
proprietat.Hæretico-  
rum figura.

Psalm. 115.

ambulantes. Sunt enim acuti ad superstitiones, habetes ad diuina, qui dum se putant subtilibus euolare sermonibus, tanquam nocturæ veri luminis splendore turbantur.

De auaritia, &amp; de eo quod scriptum:

Erant cis omnia communia,

Act. 4.

Homilia prima.



**E**RGOMVS in libro, qui Apostolorum actibus describitur, tantam sub memoratis viris deuotionem plebis fuisse: ita populi Christiani floruisse primitias, ut post acceptam fidem, nemo domum propriam sibi defenderet: & nemo suum aliquid vendicaret, sed iure fraternitatis essent illis cuncta cõmunia. s. ut qui eodem consortio religionis tenebantur, eodem cõsortio fruerebantur & vita hoc est, ut quibus erat vna fides, esset & vna substantia: & quibus erat cõmunis Christus, cõmunis esset & sumptus. Ne fas etenim putabant religiosi viri sibi participem non asciscere in substantia, qui particeps esset in gratia. Atque ideo fraternitatis charitate omnibus communiter utebantur, nisi quod maior est fraternitas Christi quam sanguinis. Sanguinis enim fraternitas similitudinem tantummodo corporis refert, Christi autem fraternitas vnanimitate cordis animæque demonstrat, sicut scriptum est: Erat autem credetium cor atque anima vna. Vere ergo frater ille est, qui tam corpore quam vnanimitate germanus est. Verus, inquam, est frater, cuius idem spiritus & voluntas in fratre est. Melior igitur est, (sicut dixi) fraternitas Christi quam sanguinis. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est, Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se communia cum æmulatione diuidit: hæc etiam propria cum gratulatione communicat. Illa in consortio despicit sæpe germanum: hæc assumit frequenter alienum. Tanta ergo (sicut dixi) illo tempore Christianæ plebis deuotio fuit, ut nemo domum suam diceret: nemo proprium aliquid vendicaret, sicut ait sanctus Lucas dicens: Et nemo quicquam ex eo quod possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Nemo enim, inquam, erat quisquam egenus inter ipsos. Beata igitur plebs, quæ dum plures in Christo habet diuites, nullum in seculo habuit indigentem: & quæ dum æternas cogitat diuitias, à fratribus temporalem repulit paupertatem. Vendebant enim (si-

Duplex  
fraternitas

Act. 4.

Ibidem.

Ibidem.

cut ait Scriptura) prædia & domos suas: & pretia venditorum ante pedes Apostolorum ponebant, vt erogarent prout cuique opus esset: videte sanctorum virorum fidem quem admodum propter Christum toto spoliabantur patrimonio, & nihil sibi reliqui faciebant. Non enim verebantur ne esurirent ipsi, dum timebant ne alius esuriret. Hæc igitur sub Apostolis fuit in plebe deuotio: modo quid simile reperimus? Et certe idem Christus in nobis, sed non idem est in nobis animus. Eadem in plebe fides, sed non in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alterius inopia non cogitat, vt illud sit quod ait Apostolus: Alius quidem esurit, alius ebrius est. Nam plerique Christiani non solum propria non distribuunt, sed etiam diripiunt aliena: Non solum inquam colligentes pecunias suas ad pedes Apostolorum non deferunt, sed etiam confugientes fratres suos protrahunt à pedibus sacerdotum. Nunc est illud tempus quod describit, beatus Apostolus dicens: In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum: & refrigescet charitas. Modo enim abundat auaritiæ iniquitas, quæ ante largitatis bonitate cessabat: & refrigescit fraternitatis charitas, quæ prius Christi amore seruebat. Tanta enim sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit, vt tunc in conuentu suo non aduenerit indigentia. Tanta autem modo christianitatis dissimulatio est, vt in cætu nostro vix inuenias locupletem. Locupletem autem vix inueniri dico, non tam facultatibus quam operibus. Ait enim Apostolus: Diuites sint in operibus bonis. Locupletem enim illum in Ecclesia intelligi voluit, qui diues est in Christo. Nam & ibi quod ait sub Apostolis neminem indigentem fuisse, ostendit vti que tanta eos gratia fidei fuisse præditos, vt omnes cælestium diuitiarum abundauerint largitate. Raro igitur hoc tempore inuenimus in Christiano populo locupletem: etsi plerique in domibus auro sint diuites, D tamen in Ecclesia iustitia sunt mendici. Dū enim circa pauperes non pro eo quod prævalent operantur, nec est hoc gratum quod offerunt: nec illud est satiabile quod referuant. Dicit Dominus ad Cain, cum offerret munera: Si autem recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti. Sic & tu Christiane non recte diuidis, qui de tanto auro tuo maiorem partem mammonæ referuas, quā Domino largiaris. Sic namque Ananias in Actibus Apostolorum dum putat se recte offerre, & non recte diuidit, pecuniam quam obrulit, perdidit: & quam domi referuauit, amisit. Pecuniam, inquam, pariter perdidit

A & salutem. Dum enim ex eo quod promiserat partem subtraxit, sacrilegij simul & fraudis condemnatur; sacrilegij quod Deū in pollicitatione fefellerit; fraudis quod de integris muneribus portionem quandam putauerit subtrahendam. Ait enim Apostolus Petrus: Non es mentitus hominibus, sed Deo. Si ergo, fratres, Ananias condemnatur, cum non totum dederit quod de suo ipse promiserat, quid censemus de eo qui non vult reddere quod alius repromisit? Videte ergo & vos fratres, quid promiseritis Deo, cum primum gratiam fidei perceperitis. Ecce abundant in ciuitate nostra hospites siue peregrini, facite quod polliciti estis, ne dicatur & vobis quod Ananias dictum est: Non mentiti estis hominibus, sed Deo.

*Homilia secunda eundem supra.*

**R**ETINET dilectio vestra, fratres, ante dies cum plebis eius quæ sub beatissimis Apostolis fuit, vnanimitatem largitatis quæ predicaremur, vsque ad Ananiam nos auaritiæ peruenisse, qui illo tempore in totius generis purissima vita tanquam ovis morbida solus inuentus est. Tanta enim infectus erat auaritiæ pestilentia, vt sanctus cum Petrus non tam emendate voluerit quam damnare. Legerat enim: Eiace de concilio pestilentem: & exhibit cum eo omnis contentio. Solus ergo in cætu sancto pestilens fuit qui cunctis contemptu pecuniæ, lucrum vitæ requireribus, ipse tantum lucrum magis pecuniæ mercatus est, quam salutis: & dum pretij sperat compendium, animæ reperit detrimentum. Ab Apostolis igitur Ananias auarus inuentus est: iam nostra excusatur humilitas. Minus enim mirandum est abundare sub nobis hoc vitium; cum sub Apostolis cœperit pullulare: & si illorum autoritas hæc in Anania emendare non potuit: nobis quid imputabitur si eadem in plerisque fratribus corrigere non valeamus? In Anania enim Petrus auaritiæ si potuisset corrigere non punisset, sed dum illum punit, alios corrigit. Voluit enim vt pœna ad vnum, metus autem ad plurimos perueniret. Exemplum ergo auaris omnibus in Anania propositum est, vt qui eiusdem criminis reus fuerit, eiusdem supplicij in iudicij die sententia feriat. Grande igitur malum est auaritia, imo malorum omnium est origo,

Duplici pœna Ananias plectitur.

Act. 5.

Ibidem.

Pro. 22.

Exemplum auaris in Anania propositum.

1. Cor. 11.

Math. 24.

1. Tim. 6.

Gen. 4.

ficut ait Apostolus: Radix autem omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentem errauerunt à fide. Vides ergo quia qui pecuniam appetit, fidē perdit: qui aurum redigit, gratiam prodigit. Auaritia enim cæcitas est: errorem religionis inducit. Cæca inquam est auaritia, sed diuersis fraudum oculata ingenis, non videt quæ diuinitatis sunt, sed cogitat quæ cupiditatis sunt. Semper quamuis diues sit, cogitat vnde, vel ex malo adquirere: toram vitam negotium putat: compendiorū etiam omnia supprimens inanis præstationis suæ scenus imponit. Erubescit vsuræ nomē: & lucrum non erubescit vsuræ. Semper ergo auarus alieno vitur: alieno se pascit damno: est illi præda, egestas alterius: est illi lætitia, stectus alienus, sicut nuper factum vidimus. Quot amissa deplorant, super quæ inuasa plerique gratulantur? Ecce senex pater captum deslet filium: & tu iam super eum velut seruulum gloriaris. Innocens rusticus perditum ingemiscit iumentum, & tu eo rus tuū excolere disponis: & fructus te putas posse capere gemitibus alienis. Ecce religiosa vidua tota suppellectile dispoliatam domum suam dolet: & tu eadem suppellectile domum tuam ornata esse lætaris. Dic mihi o Christiane, non compungeris: nõ constringeris: cum vides in hospitio tuo lachrymas alienas? Dicit scriptura sancta ad filios Israēl: A bestia captum ne terigeris: pollutum enim & contaminatum est quicquid fera cruenta contigerit. Et per hoc deterior bestia est quisquis sumit quod bestia superauit. Dic igitur mihi tu Christiane cur prædam relictam à prædonibus præsumpsisti? Cur laceratum & contaminatum, sicut ipse putas, tuis ædibus importasti? Cur quod hostilis superauit bestia, tu læuor bestia deuorasti? Aiunt plerique lupos leonum subsequi solere vestigia, & non lōge ab eorum venatibus aberrare, scilicet vt rabiem suam rapina fatient aliena: & quod leonum saturitati remanet, id luporum rapacitate consumatur. Sic & isti auaritiæ lupi prædonum vestigia subsecuti sunt, vt quod illorum rapacitati superauit, horum cederet feritati. Sed forsitan emisse te dicis, & ideo auaritiæ crimen euadis. Non ita solet constare emptio atque venditio. Bonum est emere, sed in pace, quod propria voluntate venditur, non in deprædatione. Respice contractus originem, venditionis autorem, pretij quantitatem: & intelligis prædæ magis, non vëditionis emptorem. Vnde enim barbaro auri gemmarumque monilia? Vnde pellito serica vestimenta? Vnde rogo

Romana mancipia sumis? Scimus ea com-  
provincialium nostrorum esse vel ciuium.  
Facit ergo vt Christianus & ciuis, qui ideo  
A emit vt reddat.

*Homilia prima de eleemosynis.*



**D**icit scriptura diuina: Sicut aqua  
extinguit ignem, ita eleemosyna  
extinguit peccatum Magna planè  
& cunctis ambiēda sententia, quæ  
hominibus penè iā mortuis & peccatorum  
suorum incendio arefactis, rediuuū quod-  
dam beneficium pollicetur, vt interuenien-  
te eleemosyna, sicut aqua inter mortuis,  
succus refrigerium arefcentibus infundatur:  
hoc est, vt miseri homines qui in mor-  
tem peccatis aruerant, ad vitam eleemo-  
synis reuiuiscant: sit que illis misericordia fons  
salutis, quibus auaritia fuerat mortis incen-  
dium: vt flammæ quas sibi peccando incen-  
derant, largiendo restingant: atque vti-  
liore commercio qui pecuniam quondam  
dederat vt adulterium perpetraret, nūc pec-  
uniam erogetur adulter esse iam desinat: &  
emat sibi quodammodo innocentiam, qui  
sibi emerat aliquādo peccatum. Dicit enim  
Dominus ad discipulos suos: Date eleemo-  
synam, & ecce omnia munda sunt vobis.  
Quamuis ergo pollutus, quamuis multis  
criminibus circumsepultus, si eleemosynas  
feceris innocēs esse cœpisti. Abstergit enim  
eleemosyna quod auaritia polluebat: & ma-  
culam quam res alienas diripiendo contra-  
xeras, tuas erogando purificas. Vide ergo  
quæ sit misericordiæ gratia, quæ vna & sola  
virtus cunctorum est redemptio peccato-  
rum. Videamus namque interpretationem  
ipsius diuinæ sententiæ, vt intelligamus cui  
rei eleemosyna comparetur. Ait enim: Sicut  
aqua extinguit ignem, ita eleemosyna  
extinguit delictum. Aqua ergo misericordiæ  
comparatur, sed aqua inuenio de fonte pro-  
cedere: necesse mihi est misericordiæ fon-  
tem quærere. Inuenio planè fontem mis-  
ericordiæ, fons de quo dicit propheta: Quo-  
niam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo  
videbimus lumen. Ipse inquam est fons qui  
in euangelio à Samaritana muliere, sicut le-  
ctum nuper audiimus, aquam postulat, sed  
peccata condonat: aquam puti reprobatur,  
sed fontem vitæ perennis indulget. Ait  
enim. Omnis qui biberit ex hac sitiet ite-  
rum, qui autem biberit ex aqua quam ego  
dabo illi, non sitiet in æternum. Aquam er-  
go saluator à muliere postulat, & sitire se si-  
mulat, vt sitientibus æternam gratiam lar-  
giatur. Neque enim poterat fons sitire: neq;  
in quo est aqua viua, poterat vndam terrenæ

Sicut Christi-  
stus nō po-  
tuit, sed sa-  
lutem.

facis haurire. Sitiebat ergo Christus? Sitiebat plane, non potum hominum, sed salutem sitiebat: non aquam mundi, sed redemptionem generis humani. Mirum igitur in modum fons super puteum sedens misericordiam ibidem fluentem producit: & mulierem sexto iam non viro, sed adultero fornicatam, viui meatus vnda purificat, nouo que admirationis genere mulier quæ ad puteum Samaritæ meretrix aduenerat, à Christi fonte casta regreditur, & quæ aqua perire venerat, pudicitiam reportat. Statim etiam indicante domino, sua peccata recognoscens, confitetur Christum, annunciat saluatorem: & relinquens aqua vasculum ad ciuitatem non fert hydriam, sed refert gratiam. Vacua quidem videtur reuerti onere, sed plena reuertitur sanctitate. Plena inquam redit: quia quæ peccatrix aduenerat, reuertitur prædicatrix. Et quæ hydriæ vasculum amiserat, Christi plenitudine reportabat in nullo ciuitati suæ inferens detrimentum. Etenim si aquam cuius non intulit, tamen fontem salutis inuexit. Sanctificata ergo per fidem Christi mulier domum rediit. De hac igitur dixisse propheta puto: Eiusmodi est iniqua via mulieris meretricis, quæ cum se abluerit, nihil se dicit fecisse prauum. De hac plane dictum est, quæ posteaquam est fonte abluta saluatoris, delictorum vitia non meminit, virtutem prædicationis assumit: & viua aqua abstergens maculas suas, ad Euangelizandum non conscientia peccati retrahitur, sed fidei calore compellitur. Nihil enim se dicit fecisse prauitatis, dum sit nuncia veritatis, & obliuione abnegat impudicitiam, dum deuotione prædicat castitatem. Hæc enim virtus Christi & Domini: vt quamuis peccator qui eius vnda se lauerit, denuo in virginem reparatus non meminerit ante quod fecerit: & re diuina natiuitate infantia innocentiam præferat: iuuentutis scelera non agnoscat: sitque virgo fide Christi qui fuerat adulter corruptione peccati.

*Homilia secunda vnde supra.*

**R**ETINET vestra dilectio ante dies aliquot cum sermonem ad vos de elemosynis faceremus primitus, nos originem misericordiarum querere voluisse: & reperto earum fonte virtutum ostendisse, quod mulieris Samaritanæ sordes melius Christi vnda diluerit quam Samaritæ aqua purgarit: & quod mundius misericordia deterferit peccata quam puteus. Mun-

A dius plane misericordia quam puteus detergit maculas, quia putei aqua tantum corporis cutem abluit: misericordiam autem bonitas, animæ interna purificat. Hoc etiam demonstrasse quod huic Euangelicæ mulieri illa prophetica meretrix conueniret, quæ posteaquam viua aqua se lauit, obliuione possessa prauitatis nitore puritatis exultat. Neque enim de meretrice huius mundi talem sententiam propheta diceret, cuius pollutio non solum aqua non diluitur, sed etiam pollut ipsa quod tangit, dicente Apostolo: Qui autem se iungit meretrici, vnum corpus est. Quod si vnum corpus tactu suo efficit: & in cohærentem sibi ignominie suæ membra transfundit, quomodo potest purificari ipsa cum polluat? Quæ ergo sit ista meretrix: quæ ista Samaritana mulier, cuius adulterij sordes fons Christi deterferit, sollicitius requiramus. Ego hanc mulierem Ecclesiam esse puto de gentibus congregatam, quæ & transactis annis quinque millibus, cum in sexto millesimo anno idolorum fornicationibus subiaceret: omnem ignominiam suam adueniente Christi fonte purgavit: & maculas quas adulterinis sacrilegijs contraxerat, fide saluatoris absterfit, ac relinquens sicut inanem hydriam priorem parium cursum, vniuerso orbi Domini annunciauit aduentum. Hæc inquam illa est meretrix, quæ posteaquam lora est, nihil se dicit fecisse prauum. Posteaquam enim Ecclesia baptismi nitore purgata est, diabolicæ impietatis non meminit: religione veritatis exultat: factaque de meretrice virgo non recordatur priorum: sed gloriatur in integritate. Ait ergo propheta: Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccatum. Sæpe quidem videmus hæc fieri, vt aqua effusa flammam restinguat incendia, sed è contrario interdum videmus, quod immensi ignium globi aquarum fluenta consumant, & veluti ab aquis accepta esca vehementium rediuiuis ardoribus conualescat, ita vt videatur aqua non extinxisse incendia, sed auxisse. Quænam est illa aqua quæ consumit flammam, nec ipsa consumitur à peccatoribus, sed gehennæ consumit incendia? Quæ dum per baptismum infunditur, & ipsa in hominibus, & tartari restinguat ardore. Viuit plane in hominibus, sicut ait Dominus: Aqua autem quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis, & reliqua. Mirum ergo in modum aqua Christus vna eademque operatione, & viuificat & extinguit. Viuificat enim animas, delicta restinguat: has lauari sui refrigerio reparat, illas gurgitis sui vnda consumit. Et quod ad maiorem baptismatis

Ioan. 4.

Pro. 30.

1. Cor. 6.

Mulierim:  
retrix Ec-  
clesia est de  
gentibus  
congrega-  
ta.

Eccle. 3.

Ioan. 4.

Pro. 30.

Baptismi  
sacramentū.

pertinet gratiam, apud superos mysterium celebratur, & apud inferos gehenna restinguitur: hic fluunt aquae, & illic tepescit incendium: hic in fonte homo mergitur, & illic de tartaro liberatur. Sed nec mirum si in baptismi sacramento aperiat infernum, tum tunc quoque referretur & caelum. Aperiantur enim haec elementa, ut ad lauacrum Christi conueniat libertas & gratia. Libertas enim resurrectoris tribuitur, gratia regnaturis. Illi erunt de pena: hi assumuntur in gloria. Illi qui erant serui peccati, liberi sunt iustitiae, hi qui angustiis saeculi tenebantur, paradisi amena percipiunt. In baptismo ergo Christi aperiantur caeli: aperitur & tartara. Inde ut spiritus sanctus adueniat: illuc ut misericordia saluatoris accedat: deferatur de caelo vita, mors à tartaro destruat. Ita igitur elemosyna extinguit peccata, sicut aqua baptismi gehennae extinguit incendium. Ergo elemosyna quodammodo animarum aliud est lauacrum, ut si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, superfit ei ut iterum elemosynis emundetur sicut ait Dominus: Date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis, nisi, quod salua fide dixerim, indulgentior est elemosyna quam lauacrum, Lauacrum enim semel datur & semel venia pollicetur, elemosynam autem quoties feceris, toties venia promeretur. Hi ergo duo misericordiarum fontes sunt; qui & vitam tribuunt, & peccata condonant. Qui utrumque custodierit, regni caelestis honore ditabitur: qui autem maculato fonte viuo ad misericordiam se fluenta contulerit, & ipse misericordiam consequetur.

### De hospitalitate Homilia.



**A**DVERTIT sanctitas vestra, fratres, Evangelicam lectionem: quemadmodum Dominus discipulis suis inter ceteras exequendas virtutes etiam hospitalitatis iura praescripserit. Ait enim, In quamcumque civitatem introieritis, interrogate quis in ea dignus est: & ibi manete donec exeatis, & reliqua. Sancta plane & divina sententia: quae & discipulis eligendi optionem primitus derulit, & facilitatem penitus amputavit. Providit enim modum statuendo, ne vir sanctus aut citus esset in iudi-

Marth. 10.

cando, aut levis in hospite comitudo. Sicut enim vobis permisit arbitrium: ita & voluit nos tenere constantiam. Quam enim reprehensibile est, ut vir qui Evangelium annunciat, & docet errandum non esse, ipse per diuersos incipiat oberrare: & domum cui pacem dixerat deserere: hospitem cui benedictionem intulerat contristare: Magna enim hospitalitatis est gratia, nec facile violanda: omnibus aperta est, omnibus parata est, & sanctos libenter suscipit: & peccatores tolerat patienter. Sed reperamus sanctam ipsam diuinamque sententiam. Si enim in litera placet, & in mysterio forsitan plus placebit. Ait igitur: ut cum intramus in civitatem, interrogemus quis in ea vel hospes dignus, vel idonea domus sit: & ibi maneamus donec dies perfectionis adueniat. Quae sententia altiore nobis tribuit intellectum. Non enim mihi videtur de huius saeculi hospite vel domo iussisse, nec tam diligenter inquirere, sed de illo magis qui nos usque ad diem exitus nostri possit inoffensos hospes, illasosque servare. Nam huius saeculi hospitem citò laedimus, citò offendimus: interdum ei & post triduum displicemus. Fidelis igitur domus & hospes dignus inquiri iustus est. Quae domus fidelior Ecclesia? Quis hospes dignior saluatore? Iste peregrinos ut filios suscipit: illa susceptos refouet ut insates. Iste hospitibus sicut experti sumus pedes lauare gestit: illa mensam parare festinat. Quos enim saluator viua aqua refrigerat, hos reficit caelestibus cibis Ecclesia. Hunc igitur hospitem Evangelista inquiri iussit: & usque ad diem exitus nostri cum hoc habitare praecipit, ne aliqua leuitate medio tempore aliorum forsitan emigremus, hoc est, qui semel in Christum credidimus, non iterum velut transgressores ad idola recurramus. Scriptum est enim: Nemo potest duobus dominis seruire: Dū enim vni placere gestit, alterum sentit iratum. Christum igitur hospitem deserere non debemus: quemadmodum & Petrus Apostolus cum suis similibus deserentibus aliis Dominum non reliquit. Sed dicamus quod ille ad saluatorem dixit. Domine ad quem ibimus? Verba vitae aeterna tu habes, & nos credimus. Ecce executor caelestium praecporum, qui quoniam Christi non mutavit hospitium, meruit cum Christo regni caelestis habere consortium.

Magna hospitalitatis gratia.

ibidem.

Marth. 6.

Ioh. 4.

## De defectu lune Homilia.



**E**T ipsi videtis, fratres, quod mea non cessat humilitas omni circa vos sollicitudine laborare, & ad frugem bonam vos tota festinatione conuertere: sed quãto plus laboro vobiscum, tantò amplius confundor in vobis. Cum enim video tot commotionibus meis nullum vos habere profectum, labor meus iam non gratulationi est, sed rubori. Dicit beatus Apostolus: Quis plantat vineam & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, &

Incepatio.

2. Cor. 9.

de lacte gregis non percipit? Ecce ego pascio gregem Christi, & gregis fructum extorquere non valeo: pascio gregem Domini, & nulla ex eo religiositatis alimenta percipio. Nulla enim me fidei eius dulcedo lætificat, sed quicquid ex eo profluit asperum & amarum est. Tunc enim pastor Christiani gregis lacte reficitur, quando bonorum operum eius candore lætatur. Quis enim, fratres, in vobis non grauer ferat, non tamen de omnibus dico. Sunt enim inter vos quos ad religionis cultum debetis habere exemplo. Quis inquam non molestè ferat, sic vos esse vestræ salutis immemores, vt etiam cœlo teste peccetis? Nam cum ante dies plerosque de vestræ auaritiæ cupiditate pulsauerim, ipsa die circa vesperum tanta vociferatio populi extitit vt irreligiositas eius penetraret ad cœlum. Quod cum requirerem quod sibi clamor hic velit, dixerunt mihi quod laboranti lunæ vestra vociferatio subueniret: & defectum eius suis clamoribus adiuuaret. Risi equidem & miratus sum vanitatè quod quasi deuoti Christiani Deo ferebatis auxilium. Clamabatis enim, ne tacentibus vobis perderet elementum: tanquã in infirmus enim & imbecillis, nisi vestris adiuuaretur vocibus, non posset luminaria defendere quæ creauit. Benè igitur facitis qui diuinitati exhibetis solatium vt vobis iuuantibus possit cœlum regere. Sed si vultis hoc plenius facere, cunctis & totis noctibus peruigilare debetis. Nã quoties putatis vobis dormientibus luna vim passa est, & tamen de cœlo non corrui? Aut nunquid semper circa vesperum defectum patitur, non aliquando & circa lucem laborat? Sed apud vos vespertinis tantum horis laborare consuevit, quando maioribus poculis caput mouetur. Tunc igitur apud vos laborat luna, quando laborat & vinum. Tunc inquam apud vos turbatur carminibus globus lunæ, quando calicibus turban-

Ironia;

**A**tur & oculi. Quomodo igitur ebrius videre potes circa lunam quid agatur in cœlo, qui circa te nõ vides quid agatur in terra? Hoc est planè quod ait Salomon dicens: Stultus sicut luna mutatur. Mutaris enim sicut luna: dum stultus & insipiens ad motum eius qui Christianus fueras, incipis esse sacrilegus. Sacrilegium enim creatori committitur, dum imbecillitas ascribitur creaturæ. Mutaris ergo sicut luna, vt qui paulò ante fidei deuotione fulgebas, postea perfidiæ infirmitate deficias. Mutaris sicut luna, dum cerebrum tuum ita exinanitur sapientia sicut lunæ obscuritas, te verò teterrimæ tenebræ mentis inuadunt: atque vtinã õ stulte sicut luna muteris. Illa enim citò ad plenitudinem suam redit, tu ad sapientiam nec serò cõuerteris. Illa velociter colligit quod amiserat lumen, tu nec tardè fidem recipis quam negasti. Grauior ergo tua quàm lunę mutatio est. Luna defectum luminis patitur, tu salutis. Quàm bene igitur scriptum est de sapiente: Et permanebit cum sole. Permanet enim sapiens eum sole, cum constantia fidei permanet cum saluatore. Sed dicit aliquis: Luna igitur non laborat? Laborat planè, negare non possumus: sed laborat cum ceteris creaturis, sicut Apostolus dicit: Quia omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Et infra. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis: & reliqua, liberabitur, inquit, à seruitute. Vides ergo quoniam luna nõ laborat carminibus, sed laborat obsequiis: non laborat periculis, sed laborat officiis: non laborat vt pereat, sed laborat vt seruiat. Vanitati enim creatura subiecta est, non sponte mutatur: tu de sensu tuo sponte mutaris. Illa in diminutionem sui conditione deducitur: tu in detrimentum tui voluntate pertraheris. Nolo igitur, frater, ita sis sicut luna cum deficit, sed esto sicut quando est plena atque perfecta. Scriptum est enim de iusto: Sicut luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.

Eccle. 17.

Stultus vt luna mutatur.

Psal. 71.

Sapiens est sole permanet.

Rom. 8.

Ibidem;

Ibidem;

Psal. 88.

## De eo quod scriptum est in Esaiã:

Caupones tui miscent aquam vino.

Esa. 1.



**N**ON incommodo ante dies paucos profecti sumus functionem hanc sacerdotalem vicè quandam negotij retinere: & quæstum esse non modicum hoc clericatus officium. Est quæstus planè non modicus,

vbi lucrum non pecuniarum, sed acquirunt animarum. Est magna negotiatio, vbi redemptio hominis constat, non annunciatione pretij, sed annunciatione præcepti. Præceptum enim Christi talentum quoddam est pretiosum, quo salus comparatur, quo vita redimitur: & magna est redemptio, cum & pretium datur, & pecunia non videtur. Talentum ergo magnum præceptum est saluatoris, quod commodati vice apud idoneos proficere potest: apud negligentes non potest deperire. Aliis enim cum multiplici gratia restituitur: ab aliis cum pœnarum vitura deponitur. Christus enim talentum quod commendat, necesse est vt requirat: & soluenti gratiam referat, non soluentem subdat iniuriis. Subdit plane iniurijs more mundi: vt debitor qui redhibitione substantiæ satisfacere non potest, satisfaciat vel corporis vltione. Hoc ergo talentum fratres nos prædicatione nostra vestris pectoribus commendamus: vt lucrum aliquod salutis vestræ Domino designemus. Rationem daturi sumus qualiter aut prædicatione nostra proficiat, aut obedientia vestra fructificet. Nonne enim sine causa euangelium annunciat: Apostolus clamat: sacerdotes loquuntur: in cuiuscunque aures vox sancta peruenerit, aut beatus erit deuotione, aut reus de contestatione. Loquimur enim beatitudinem credentibus, contestamur iudicium criminosis. Mercedem igitur est administratio sacerdotum. Vnde & Propheta dicit ad filios Israel: Caupones vestri miscent aquam vino. Non enim de ijs cauponibus Esaias sanctus loquitur, qui publicis ministerijs seruientes meram vini speciem fraudulenta aquæ colluione permiscerent (nec enim hoc ad beatum virum more iudicis sæculi pertinere poterat, cum corruptis tabernarum vasculis minus ebrioso potu populus vteretur) sed de illis vtique cauponibus loquitur qui præfunt ecclesijs non tabernis: qui sitientibus populis non concupiscentiæ calicem porrigunt sed virtutis, non ebrietatis ministrant poculum, sed poculum saluatoris. Istos ergo caupones propheta arguit & obiurgat: queritur eos vino aquæ speciem permiscere. Hoc increpat in eis: cum functionum diuinarum essent præfules: sectatores rerum facti sunt humanarum, sicut ipse ait propheta: Sectamini vnusquisque domum suam. Quisquis enim sacerdos re-

alicto pontificatus officio, mundi oblectationibus delectatur: hic aquam vino permiscet: hoc est rebus sanctis & feruidis inserit res viles & frigidas. Sed & sic possumus accipere, quod iidem Iudæorum sacerdotes aquam vino miscuerint: cum Dominum saluatorem non sicut Deum susceperent, sed sicut hominem iudicarent: & sinceræ ac meræ eius diuinitati turbidum quiddam ac sordidum inferre voluerint, dicentes ad eum. Quia cum sis homo, facis teipsum Deum. Et iterum: Nos ex prostitutione non sumus nati. Dum enim se ab adulterio prostitutionis excusant, illum in diuinitate natiuitatis suæ adulterare nituntur. Sed adhuc diligentius videamus quid sit quod ait: Permiscerent aquam vino. Legimus vinum in ecclesia specialiter abundare: sicut in euangelio dictum est: Vinum nouum in vtres novos esse condendum, hoc est in novos homines neophytos spiritus sancti gratiam conferendam. Si igitur pretiosa & spiritualis vini gratia abundat in ecclesia, aqua vilis & fetida nisi in Synagoga est referenda. Fetida enim synagoga aqua est, quæ baptismate suo peccata non diluit sed acquirit, quæ hominem non purificat proprio lauacro, sed polluit. Denique sicut in vini vtibus ecclesia honoratur: ita & cum aquæ vtres synagoga proicitur. Nam illa Agar quæ typum synagoga gestabat, de qua ad Abraam dicitur: Et ecce ancillam & filium eius, vtique cum eiecisset, non cum vini sed cum vtres aquæ de tabernaculis effugatur. Certe domus Abraæ erat diues, locuples, abundans, attamen nõ vinum, non oleum, non panem accepit quæ sunt vitæ alimenta firmissima. Et recte vitæ synagoga alimenta non accepit, quia vitam quæ est Christus ignorat, aqua sola æger pertrahitur, languidus sustentatur. Conueniens enim erat vt quæ viuens nõ merebatur alimoniam, vel solatium morientis acciperet. Arguuntur enim sacerdotes Iudæorum tur Ecclesiastico vino pretioso aquam synagoga abiectam iam & reprobam voluerint permiscere. Aqua enim in Ecclesia misceri non solet, sed mutari: sicut Dominus inuitatus ad nuptias hydrias plenas aqua non vino miscuit sed mutauit in vinum, ne quid enim in sancto conuiuio vilitatis Iudaicæ resideret, maluit naturam vertere quam adulterare substantiam.

Talentum  
præcepti  
est saluato-  
ris.

Ma. i.

Caupones  
ecclesiæ sūt  
retores.

Ag. t.

Ioan. 10  
Ioan. 8.

Lu. 5.

Vinum in  
ecclesia,  
aqua in sy-  
nagoga.

Gen. 24.

Ioan. 2.





I N D E X

R E R V M E T V E R B O R V M .

A

**A**bstinentia parco assueta victu, deliciarum cohibet appetitum. 107. c.

Adam in statu innocentiae poruit mereri. 46. b.

Adami per superbiam cupiditarem iter fecit ad miseriam: Christus per humilitatis fortitudinem viam paravit ad gloriam. 189. a

Adam primus, Adam secundus. 190. b

Ada inobedientia & superbia. 51. a

Adolescens, si virgine periculo penitentiam gessit, & non se continet; potest uxoris remedio sustineri. 478. b. c

A dorandus est solus Deus qui condidit non creatura quae servit. 41. b

Aduentum regni Dei quomodo petamus. 246. b. c

Aduentus Christi cur ab infidele praescriptus sit. 573. b.

Aerethorum egenus, temporalium abundantis quis dicatur. 16. b

Ager iste mundus est. 603. d

Agnes pedisse qua virginis matris. 647. c

Alexandria Ecclesia, quae semper fuit domus orationis, spelunca latronum. 423. c

Alexandriae Ecclesiae privilegium. 378. c

Alexandrinus Episcopus. 340. d

Amicitia vera quae sit. 18. c

Amores duo, ex quibus omnes prodeunt voluntates. 245. d

Ananias duplici poena plectitur. 692. a

Anastasio Episcopo Thessalonicensis. 340. d

Anatolius Episcopus Constantinopolitanus. 353. b

Anatolius. 364. d

Anatolius contra regulas canonicas consecratus Episcopus. 378. b. sacratissimas Nicenorum canonum constitutiones conatur infringere. ibid.

Angeli quomodo seruerint Christo. 207. b. c

Angeli hymnum Deo canentes. 268. a

Animae corpus debet esse subiectum. 33. b

Animam hominis divinae esse substantiae Priscillianistae asserunt. 484. a

Anni vitae nostrae & actionum temporalium qualitates, nec in natura elementorum, nec in stellarum affectibus consistunt. 150. a

Annus embolus malis. 404. c

Annus communis Hebraeorum erat duodecimum hoc est dierum. 354. 494. c

Antichristus debet regnare ante aduentum Christi. 549. a

Antiochena Ecclesiae dignitas. 378. c

Apostoli vnde dicti. 655. d

Apollinaris filium Dei ita veram humanam carnem credidit suscepisse naturam, ut in illa carne diceret animam non fuisse, quia vicem eius expleverit ipsa divinitas. 37. c. Apollinaris. 123. c

Aquila habitus. 631. d & 632. a & seq. 299. c. 319. b

Archimandrites. 299. c. 319. b

Arelas Constantina à Constantino nominata & Galliarum Matrimonium. 525. in fine & 526. a

Arelatenfis civitatis olim praetogariua. 525. a. inter Gallias prima Ecclesia. ibid.

Arelatenfis iurisdictionis controversia cum Viennensi. 527. a

Arma Christianorum. 31. b. 98. a

Arma Daemonum qualia sint. 243. b

Arriana caecitas intelligentiae oculis cernere nequirit illam vnitatem, qua creatori creatura confertur. 42. b

Arrius Dei vngentum eiusdem cum patre gloriae atque substantiae esse negavit, minoramque asseruit esse filij deitatem. ibid.

Arriana perfidia confutatur. 672. b

Arriani inter pacem & filium distantiam aliquam esse voluerunt. 210. d

Arrierror. 47. b

Ascensio Domini materia nostri gaudij. 105. d

Avaris exemplum in Anania propositum. 692. d

Avaritia morbus. 29. d

Avaritia quam perniciosam. 160. b

Avaritiae sectatores taxantur. 682. d

Avaritia cunctos agit. 681. a

Avaritia malorum est omnium origo. 692. d

Avaritia causa. 697. a

Avarorum & prodigorum egestas. 16. a

Aurum quid representet. 574. a

B

**B**aptisandi parvuli qui in captivitate deventurunt, & baptismum non reminiscuntur se consecutos. 350. d

Baptisati ab haereticis quod ibi desuit, debet conferri. 351. a

Baptisatos qui se agnoscunt, sed cuius fidei fuerint nesciunt per manus impositionem Catholicis copulandi sunt. 479. c

Baptisavit Petrus Apostolus in die Pentecostes tria millia virorum. 291. b. c

Baptisandi duo tempora à Romanis Pontificibus praefixa. Pascha scilicet & Pentecoste. ibid. d

Baptisandum omni tempore in mortis periculo, in obsidionis discrimine, in persecutionis angustia. H h

- Atijs, in timore naufragij.** 292. a. b  
**Baptismi iteratio vj vel errore facta subleuanda remedijs diligenti habita ratione ætatis aut periculorum.** 432. c  
**Baptisati ab hæreticis sola Spiritus sancti inuocatione per impositionem manuum confirmandi.** 432. in fine.  
**Baptisandum non est in natalibus martyrum.** 433. c  
**Baptismi sacramentum.** 701. a  
**Baptismus est quasi virginis uterus.** 46. d  
**Baptismus in die Epiphaniæ celebrari non debet.** 288. b. c.  
**Baptismus si quis receperit ignoret, necesse est renascatur.** 479. b  
**Baptisterium aqua vacuum paschali nocte hora baptisandi ex se repletur.** 405. b. c  
**Basilus.** 312. b. 326. c. c  
**Beata mens qua sit.** 129. b  
**Beneficiorum retributio reddenda.** 691. b  
**Bona quæ propria.** 684. a
- C**
- Alpha furor.** 148. b  
**Canonum decreta conseruanda.** 460. b. c  
**Captiui vxorem qui duxerit est inculpabilis.** 431. b.  
**Captiui reuersi liberam habent facultatem priores vxores in coniugium recipere.** 431. c  
**Captiuis cibos immolatiuis fame aut alio casu edere compullis pœnitentia conceditur.** 432. a. b  
**Caro nostra iugiter castiganda.** 224. d  
**Caupones Ecclesiæ sunt rectores.** 705. d  
**Celestiana hæresis.** 413. a  
**Centurionis fides.** 186. a  
**Chalcedonensi Concilio præest per vicarios Romanus Pontifex.** 364. a  
**Chalcedonensis Synodus iussu Pulcheræ conuocata.** 367. c. d  
**Chalcedonense Concilium pacem Ecclesiæ Catholicæ reddidit.** 392. a  
**Chalcedone Concilium à Pontifice Romano approbatum.** 392. d. 394. d  
**Charitas omnium virtutum mater.** 95. a  
**Charitas est virtus fidei Christianæ.** 115. d  
**Charitas facit omnia communi.** 125. d  
**siue ea non profunt cæteræ virtutes.** 126. c  
**Charitate & misericordia nihil contra diabolum efficacius.** 208. b  
**Christiana exercitia cur nobis tradita.** 243. d  
**Christiani omnes sacerdotalis officij sunt confortes.** 7. b  
**Christiani nonnulli religiose priusquam ad B. Petri Basilicam perueniant, superatis gradibus quibus ad suggestum aræ ascenditur, conuersio corpore ad nascentem se Solem reflectunt & curuatis ceruicibus in honorem se splendidi orbis inclinant.** 18. d  
**Christianitatis summa.** 678. a  
**Christianorum vita debet respondere ipsorum professioni.** 172. a  
**Christi in carnem venturi promissio.** 37. c  
**Christi Corpus non prius formatum quam animatum.** 60. in fine.  
**Christi incarnationis excellentia.** 69. a  
**Christi obedientia & humilitas.** 52. a
- Christi vera diuinitas & humanitas.** 109. d  
**Christi patientia & mansuetudo.** 135. d  
**Christi passio cur facta in festo paschali.** 150. d  
**Christi ineffabili gratia ampliora adepti sumus quam amiseramus.** 205. a  
**Christi in aduentu quales inueniri debeamus.** 553. d  
**Christi nati humilitas.** 558. b  
**Cur in præsepi ponatur.** ibid. d  
**prænunciatur à Prophetis.** 561. c. d  
**utriusque sexus curam habet.** 564. d  
**Christo quis offerat aurum, thus, myrrham.** 89. a  
**in Christo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes sepulti, omnes etiam sunt suscitati.** 169. a  
**Christus est sacerdos secundum ordinem Melchisedech.** 4. b  
**Christus quare specialiter pro Petro rogari.** 9. b  
**Christus cum esset diues, inops factus est, vt non sua paupertate dicaret.** 14. b  
**Christus quando maior & minor sit patre.** 42. d  
**Christus assumpsit formam serui sine sordibus peccati, humana prouehens, diuina non minuens.** 43. a.  
**Christus cur in Ægyptum delatus.** 74. a. b  
**Christus in passione sua se Deum ostendit.** 136. b  
**Christus ad se omnia traxit in cruce.** 149. b. & 157. a.  
**Christus cur noluerit se plangi à mulieribus.** 162. c.  
**Christus cur clamavit in cruce.** 184. d  
**Christus quid egerit inter Ascensionem & Resurrectionem.** 203. d. & 205. c  
**Christus diues in suis, pauper in nostris.** 248. d  
**Christus filius dilectus exponitur.** 260. b. c  
**Christus noctis tempore aduenturus.** 549. a  
**Christus omnium dominus.** 572. a  
**Christus cur baptisetur.** 582. b  
**Christus Deus & homo vnde dignoscatur.** 592. in fine & 593. a  
**Christus dicitur petra.** 618. c  
**Christus in bonis adiutor, in malis conseruator est.** 692. a. b.  
**Christus cur taceat.** 599. c. vincit cum iudicatur, ibid. d.  
**S. Christi & Susanæ similis iudicij causa.** 601. c  
**Cibis immolatiuis si quis fuerit ieiunius & manus impositione purgatur.** 479. d  
**Ciborum delectus quomodo obseruandus.** 242. c  
**Cibus & potus homini concessus, sanctus & mundus est in generis sui qualitate: quod si immoderata auditate sumatur, nimietas edaces & bibaces dedecorat, non cibi neque poculi natura contaminat.** 207. in fine.  
**Cicatrices cur Christus seruauerit.** 204. c  
**Clauis cæli lingua est Petri.** 657. a  
**Clerici suo nec alieno nomine scenus exercere non debent.** 283. d  
**Clerici Alexandrinæ Ecclesiæ sensui hæreticorum consonantes.** 424. a  
**Clerici à pseudoepiscopis ordinati ordinatio eorum rata habebitur si in ipsis Ecclesijs perseuerent.** 476. a.  
**Clericum transfugam metropolitanus redire ad suam Ecclesiam compellet.** 450. c  
**Clericum alienum inuito episcopo nemo debet suscipere.** ibid.  
**Clericus cuiuslibet ordinis delapsus in hæretico-**

# Index.

sum sectam & ad Catholicam fidem reuersus  
 in eo gradu quo erat remanere debet sine pro-  
 motione. 286. c  
 Clericus à dæmone inuasus. 299. a  
 Cælum crucis figura dispositum est. 607. d  
 Collectiones cur institutæ fuerint. 11. c. d  
 Communione priuari si sic moriantur status.  
 477. c  
 Concilia provincialia Episcoporum bina quotan-  
 nis celebranda. Quod si res difficilis emerferit ad  
 Romanum pontificem referenda. 450. a  
 Concilium in Italia celebrandum & in nullo alio  
 loco. 334. c  
 Concilium quando celebrari non possit. 360. b  
 Concupiscentia initium peccatorum, continen-  
 tia origo virtutum. 222. b  
 Confessio auricularis & secreta. 434. b  
 Conflictus Christianorum. 233. a  
 Coniugij non est duplicatio ancillam à thoro ab-  
 icere & vxorem accipere. 477. b  
 Consonantia testimoniorum de Christo. 558. a  
 Conscientia vt scrutanda. 103. a  
 Contentione in Concilio oborta, omnia ad Pon-  
 tific. Romanum referenda. 451. a  
 Continentium non tantum à cibis sed etiam erro-  
 ribus. 247. d  
 Continentia mater virtutum. 133. c  
 Cooperatores Dei sumus. 55. c. 110. a  
 Corona Papæ epithetum. 524. d. & 526. c  
 Corporis & sanguinis Domini perceptio quid  
 efficiat. 177. b  
 Coruus exanime Vincentii corpus tueretur. 268. d  
 Creare quæ non sunt maius est quàm creata mu-  
 tare. 580. b  
 Crimen suum commodis alienis impendere in-  
 honestum. 283. d  
 Crimina elemosynis redimuntur. 273. d  
 Crucis Christi efficacia. 157. c  
 Crucis sacramentum grande est. 607. c  
 Crux Christi non est erubescenda, quæ de  
 virtute diuini Concilij non de conditione pec-  
 cati. 135. c  
 Crux Christi cuius rei sacramentum. 143. c. 155. d  
 Crux Christi vnica spes nostra. 145. b  
 Crux in Ecclesia est arbor in nani. 605. d  
 Cyprianus omnium studiis celebrandus. 676. c  
 Cyrillus. 299. d. 344. d  
 D. Cyrillus & Leo contemporanei. 398. a

## D

**D**eeptio in Petro & Adam similis. 600. loco  
 616.  
 Definita quæ semel sunt in dubium non sunt re-  
 uocanda. 367. a  
 Delicia & epulæ Christianorum. 133. b  
 Deitatem Christi credere debemus quæ ante om-  
 nia secula in forma Dei æqualis est patri: hu-  
 manitatem etiam quæ nouissimis diebus in for-  
 ma serui unitus est homini. 79. d  
 Deus dat virtutem ne sub magnitudine gratiæ  
 succumbant infirmi. 2. b.  
 Deus quid nos moneat in bonorum collatione  
 2. c  
 Deus cur aliquibus voluerit impertiri opes. 10. b  
 Deus verbum vñ in nobis habitat. 68. b. c  
 Deus est author bonorum operum. 94. d

Deus charitas est. 126. d  
 Deus nihil à nobis supra vires exigit. 247.  
 Deus non mutatur miseratione. 307. d  
 Deus figulus. 604. a  
 Dexteræ patris filius Dei. 65. c  
 Diaboli tyrannis iuste destructa. 39. b  
 Diaboli astus & malitia in deceptione generis hu-  
 mani. 12. c. 58. b. 100. b  
 Diabolum ex se vel ex chao esse & propriam ha-  
 bere naturam, aiunt Priscillianistæ. ibid. d. &  
 485. a  
 Diabolus bene operantibus, magis infidiatur. 22. b  
 Diabolus in cruce victus. 162. d  
 Diabolus captus in morte Christi. 260. a  
 Diabolus nox omnium peccatorum. 549. b  
 Diabolus, leo feralis. 589. d. quomodo vincen-  
 dus. 592. d  
 Diabolus totus sinister. 688. a  
 Dignitates Ecclesiasticæ à quo potissimum conse-  
 rantur, & ad quid valeant. 1. a  
 Diligere Deum est amare iustitiam. 265. a  
 Dissentio inter nos & dæmones. 97. c. d  
 Diuini sacerdotij sacramentum non per genera-  
 tionum tramitem currit, nec quod caro & san-  
 guis creauit, eligitur: sed cessante privilegio pat-  
 trum & familiarum eos rectores Ecclesiæ acci-  
 pit, quos Spiritus sanctus præparauit.  
 4. b. c  
 Diuinitas Christi. 50. a  
 Diuitiæ quantum ad ipsas species earum atque  
 substantias pertinet bonæ sunt, & humanæ so-  
 cietati plurimum profunt, cum à beneuolis ha-  
 bentur & largis, nec illas aut luxuriosus ma-  
 digit aut auarus abstrudit, vt tam pereant male  
 conditæ, quàm insipienter expensæ. 19. d  
 Doctrinæ à moribus secularibus trahitur. 553. b  
 Doctrinam Euangelicam & Apostolicam retinere  
 nec ab ea vno quidem verbo licet dissidere,  
 357. a  
 Dominica dies cur nobis venerabilis & solennis.  
 939. c  
 Dominus cur iterit ad nuptias. 569. a  
 Donatus Nouatianorum Episcopus ad fidem Ca-  
 tholicam conuersus. 461. d  
 Dorus Beneuentanus Episcopus. 293. d  
 Dulcitus notarius. 311. d

## E

**E**cclēsia vniuersalis, debet omnibus florere vir-  
 tutibus. 6. c  
 Ecclesia non minuitur persecutionibus, sed auge-  
 tur. 228. a  
 Ecclesia nec rugam nec maculam cuiusquam er-  
 roris est habitura. 353. d  
 Ecclesia Dei corpus Christi. 334. c  
 Ecclesia sancta consistenda. 688. c  
 Ecclesiastici diuina militiæ aggregandi debent esse  
 immunes ab aliis rebus. 282. b  
 Ecclesiæ stabilitas. 4. d  
 Ecclesiæ Romanæ fidem nunquam hæretica cor-  
 rumpere prauitas, nec pagana potuit superare  
 perfidia. 5. d  
 Ecclesiæ ielunia auctore Spiritu sancto instituta.  
 220. b  
 Ecclesiæ & nauis comparatio. 607. d  
 Egeni qui erubescunt palam poscere ea, quibus  
 Hb ij

# Index.

- indigent, & qui malunt miseria ratic egestatis affligi, quam publica petitione confundi, sunt ab occulta necessitate subleuandi. 14. a. b
- Elementa tremuerunt Christo spiritum emittente. 138. a
- Elementa omnia glotiantur in resurrectione Christi. 626. a
- Eleemofyna vt saluet hominem. 11. c. d
- Eleemofyna facit omnes viles esse virtutes. 17. a
- Eleemofyna extinguit peccatum sicut aqua igne, 131. c
- Eleemofyna animarum est lauacrum. 701. a
- Eleemofyna fructus qui. 10. b. & 25. b. c
- Eleemofyna opera sunt charitas quae multitudinem peccatorum operit. 11. a
- Eleemofyna excruciant diabolum. 11. b
- Eleemofyna peccata delent, mortem perimunt, & poenam perpetui ignis extingunt. 16. d
- Eleemofyna praecellunt ieiuniis. 223. d
- Eleemofynis extinguntur peccata. 10. in fine.
- Embolismi necessitas. 404. d
- Emmanuel, nobiscum Deus. 42. a. 45. c. 66. b
- Ephesinum Concilium iussu Imperatoris congregatum. 320. d. 321. c. d. 322. b
- Ephesinum Concilium factum contrarium Canonibus. 333. a
- Ephesini Concilij acta illegitima. ibid.
- Ephesinum Concilium, non iudicium sed latrocinium. 368. a
- Epicarpus. 294. d
- Epiphanius. 328. d
- Episcopi de Sicilia terni singulis annis Romam sociandi synodo concurrere debent. 293. b
- Episcopi plurimi quod haeresim recipere noluerint sedibus pulsi, & in exilia deportati. 364. b
- Episcopi qui nec a Clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a prouincialibus Episcopis cum Metropolitanis iudicio consecrati episcopi non habentur. 475. a
- Episcoporum Galliae epistola egregia. 369. c
- Episcopus seruum alterius ad officium clericatus promouere non potest. 281. b
- Episcopus nullus iniuitus & non petens ordinandus. 449. b
- Episcopus ciuitatem suam deserens, maiorem sedem ambiendi causa illam obtinere non poterit, & sua priuari debet. 450. b
- Episcopus quis ordinandus. 457. d
- Episcopus, presbyter & diaconus debent cessare ab opere coniugali, non tamen repudiare coniugium. 476. c
- Esuries religiosa. 393. d
- Eusebius Episcopus Mediolanensis. 374. b
- Eutyches, in diuinis humana vacuabat. 248. b
- Eutyches communione a Flauiano priuatus. 296. c
- Eutychetis haeresis. 62. d. 63. a. & seq.
- Eutychetis impictas. 299. c. d. de iustissima ipsius excommunicatione. 300. b. c
- Excommunicationis sententia non temere ferenda est. 469. b
- F**
- Facultatū terrenarum nō tam possessio quam dispensatio nobis commissa est. 15. c
- Fatorum obseruatio superstitiosa. 58. c
- Fenestras animarū sunt ministeria aurium & oculorum: 674. c
- Festorum celebrandorum ratio. 53. a
- Fidelis & religiosus animus, ea quae sunt caelestia, concupiscit, & diuinarum promissionum audus, in amorem incorruptibilis boni, & in spem verae lucis se attollit. 6. b
- Fides sine charitate esse potest. 12. d
- Fides vna & eadem semper fuit. 43. c
- Fidei Ecclesiae Romanae praeconium. 5. d
- Fidei commendatio. 48. b
- Fidei difficultas. 49. b
- Fidei virtus in iis quae visui non subiacent futura est. 188. a
- Fides Catholica oblatrantium haereticorum spernit errores. 61. d. fides vana. 90. b
- Fides operibus declaranda. 91. b. 117. a. b
- Fides eadem nostra & antiquorum. 171. a. b
- Fides Ecclesiae Mediolanensis. 374. c
- Fidei efficacia. 399. loco. 615. b
- Fidem mirabilem magorum non terrena sapientia erudiuit, sed Spiritus sanctus instituit. 81. a
- Figura passionis Christi. 159. c
- Filij persona cur incarnata sit. 168. a
- Filius Dei consensu aeternus est patri. 41. d
- Flavianus Episcopus Constantiopolitanus. 197. b. 298. c
- Foeminae quae captis viris aliis nupserunt remaneantibus de captiuitate viris ad priores viros reuerri debent. 430. d. & 431. a. b. Si reuerri nolint ad priores maritos communionem Ecclesiae sunt priuanda & impiae habenda. ibid. d. & 432. a
- Foenetoris malum. 29. in fine.
- Foenoris iniquitas fugienda est, & lucrum quod omni caret humanitate, vitandum est. 30. a
- Foenus pecuniae, funus est animae. 30. a
- Fragilitas conditionis humanae facile in delicta probabitur. 90. c
- Fraternitas duplex. 694. c
- G**
- Geneua Episcopo Viennensi subiecta. 528. a
- Generaciones mirabiles omnium aetatum. 69. b
- Generaciones duae in Christo. 555. c
- Generatio Christi si narrari non potest, credi potest. 556. a. 562. in fine.
- Gloria vana in benefactis vitanda. 250. b
- Gradus Ascensionis ad beatitudinem. 262. c
- Gratia Dei, qua semper est vniuersitas iustificata sanctorum, aucta est Christo nascente, non coepta. 44. a
- Gratianopolis Viennae subiecta. 528. a
- H**
- Haeresicon catalogus. 62. a
- Haereses omnes in sua peruersitate damnandae, habent tamen singulae in aliqua sui parte quod verum est. 47. b
- Haereses diuersae circa incarnationem Verbi. 67. d
- Haeresis larere non potest. 255. c
- Haeretici prodendi sunt, magna enim est pietas impiorum prodere latebras. 14. c. 27. d
- Haeretici diaboli ministri. 26. a
- Haeticorum linguis diabolus vitur ad seducendos rectorum animos. ibid.

# Index.

**Hæreticorum sermo serpit, vt cancer, humiliter irrepunt, blandè capiunt, molliter ligant, latentè occidunt. ibid. b. Veniunt sub vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces. ibid. mentiuntur se Christianos. ibid.**  
**Hæretici paratiores docere, quàm discere. 67. c**  
**Hæretici fidei Catholicæ aduersantes, solo nomine sunt Christiani. 189. d**  
**Hæretici Saluatoris aduersarij. 598. d**  
**Hæretici eadem pœna qua & Iudas damnantur. 602. d.**  
**Hæretici ad superstitione acuti, ad diuina hebetes. 694. a.**  
**Hæreticorum ieiunia vana. 222. c**  
**Hæreticorum fraudulenta subtilitas. 299. b**  
**Hæreticorum nomina ad sacra altaria non recitanda. 355. a. 362. d**  
**Hæreticus se damnat cum de Ecclesia ipse se proiecit. ibid. c**  
**Herodes quid. 85. a**  
**Herodis & diaboli similis insidiandi furor. 89. a**  
**Herodis insania. 576. b**  
**Hæsitatio discipulorum de resurrectione Domini cur permissa sit. 203. c. d**  
**Hilarius Diaconus. 311. d. 315. c**  
**Hilarius ne acta Ephesini Concilij subscribere per vim cogeteret, effugit. 335. d. 337. d. 339. a**  
**Homo ad imaginem Dei conditus est, vt imitator esset sui autoris. 17. d**  
**Hospitalis gratia non violanda. 702. a**  
**Hostiæ spirituales quæ. 7. b**  
**Humana natura per Christum sublimata. 40. c**  
**Humilibus & obediens nihil difficile. 86. c**  
**Humilitatis Christi magnum exemplum. 92. a**  
**Humilitatis laus. ibid.**  
**Humilitas maxima sanctorum virtus. 598. b**  
**Humilitatis vestigia sectanda. 67. d**

## I

**Ieiunare Deo, & ieiunare hominibus qui dicantur. 584.**  
**Ieiunia nos contra peccata faciunt fortiores, ieiunia concupiscentias vincunt, tentationes repellunt, superbiam inclinant, iram emigant, & omnes bonæ voluntatis affectus ad maturitatem totius virtutis enutrient. 24. a. 33. in fine. 34. a.**  
**Ieiunia sine elemosyna, non tam purgatio animæ quàm carnis afflictio est. ibid. b**  
**Ieiunia e Spiritu sancto manant. 211. c**  
**Ieiunia, Deo gratia. 589. a. 596. b. c**  
**Ieiunij tempora ab Ecclesia per totum annum descripta. 33. c**  
**Ieiunio Israeliticæ tribus vires animi & corporis sibi reparauerunt in Philistinis. 95. c. d**  
**Ieiunio nihil potest esse efficax. 21. b**  
**Ieiunium Christianum. 106. a**  
**Ieiunium mensis Septembris cur institutum eiusque efficacia. 21. a**  
**Ieiunium licet in veteri testamento sit obseruatum, tamen etiam in nouo obseruandum est. 23. d.**  
**Ieiunium verum. 101. b. sanctum & spiritale. 119. c.**  
**Ieiunium tunc proficit cum abstinentia ieiunantis esuriem reficit indigentis. 223. d**  
**Ieiunium generale præfertur privato. 242. d**

**Ieiunium quatuor temporum cur institutum. 254. c.**  
**Ieiunium Christiani quale. 593. e**  
**Ieiunium corporale absque spiritali non prodest. 34. a.**  
**Ieiunans corpus ab escis, mens debet ieiunare a vitis. ibid. b**  
**Ieiunium est Apostolicæ traditionis per Spiritum sanctum, sancta obseruantia celebrandum. 216. c.**  
**Iesus infans cur Ægypto illatus. 78. a**  
**Ignorantia factarum scripturarum Eutychem hæreticum fecit.**  
**Imperatores Romani quando legum suarum relaxent seueritatem. 102. a**  
**Incarnatio Christi non fuit frustra dilata. 43. c**  
**Incarnatio Christi facta est Herode apud Indos rege, vbi legitima regum successione cessante & pontificum potestate destructa, alienigena obtinuerat principatum. 76. d**  
**Incarnationis mysterium expenditur. 35. c**  
**Incarnationis filij Dei necessitas. 37. d. 43. b. 61. c**  
**Incarnationis mysterium diabolo occultatum. 165. c. 189. a. b.**  
**Infans cuius est tantum vnus diei vita super terram, non est mundus à sorde. 35. d**  
**Infantia quam sit Christo gratia. 92. c**  
**Infantium simplicitas. 630. c**  
**Ingratitudinis est tacere Dei beneficia. 1. a**  
**Ingratitudo quàm perniciosa. 231. a**  
**Inhabitationis diuinæ experimenta. 94. d**  
**Inimicos diligere grandis est labor. 645. d**  
**Iniquitates dominus si obseruaret, nulli iudicium suum sustineret. 3. a**  
**Iniquus tam is est qui non iuuat afflictum, quàm qui oppremit infirmum. 276. a**  
**Iniuriarum remissio necessaria. 130. d**  
**Innocens nemo præ vitæ difficultate. 128. e**  
**Innocentes Martyrès Herodis iussu necantur. 73. a.**  
**Insidiator occultus plus nocet quàm hostis manifestus. 122. d**  
**Institutiones Apostolorum seruandæ sunt. 13. d**  
**Intercessio sanctorum. 20. d. 28. b. 34. d**  
**Intemperantia malum. 33. a**  
**Ioannes propheta tota admiratione suscipiendus. 653. d.**  
**Ioannes plus quàm propheta. 654. d**  
**Ioanni magna reuerentia exhibenda. 655. b**  
**Iudas non credidit Christum Deum. 136. d**  
**Iudæ desperatio. 140. b. 166. a**  
**Iudæ scelus. 155. c**  
**Iudæi dum solam carnis naturam in Christo aspiciunt tota se veritatis luce priuant. 65. in fine.**  
**Iudæi in excusabiles in passione Christi. 181. a**  
**Iudæi habent quædam vana ieiunia. 222. c**  
**Iudæorum excæcatio fuit gentium illuminatio. 74. b.**  
**Iudæorum vocatio ad resipiscenciam. 85. c**  
**Iudæorum scelus. 155. c**  
**Iudæorum duritia. 186. a. b**  
**Iudæorum mortifera obstinatio. 571. b**  
**Iudæorum arque Gentilium certamen. 578. a**  
**Iudæorum ingens in posteros impietas. 628. b**  
**Iudæorum puniitio. 241. b**  
**Iudicij extremi forma. 15. a**  
**Iulianus Aquileiensis Episcopus. 286. a. b**  
**Iulianus Episcopus Coensis. 311. d. 312. a**

# Index.

Iustificatio non meritis retribuitur, sed sola in baptismo gratia largitate donatur. 129. d  
 de Iustitia Dei, nemo presumat, & de ipsius misericordia nemo diffidat. 2. c  
 Iustus quum cecidit, non colliditur, quia Dominus supponit manum suam. 198. a  
 Iuuenalis Episcopus. 398. a. 417. a

## L

Laborantibus & vigilantibus, non otiosis & dormientibus prouenit regnum caelorum.

75. d. 86. b.

Lachryma tacite preces sunt. 617. c  
 Lacro fidelis. 614. a  
 Latronis magna fides. 399. loco 615. b  
 Latronis in cruce conuersio. 137. d  
 Latronum in cruce significatio. 142. d  
 D. Laurentij martyris excellentia. 234. d  
 Laurentij certamen mirandum, 668. a  
 Lectus noster communis est terrae huius amplissimum solum. 550. a  
 Legis supputatio Romanis ignota. 404. b  
 Leges priuatae non debent esse austeriores, quam publicae. 102. b  
 Libertas Christiana qualis sit. 242. b  
 Lex per Moysen data est, gratia per Iesum Christum facta est. 187. d  
 Lex vetus figuras & umbras, noua effectum habet. ibid. & 118. a.  
 Lumen illud verum toto mentis affectu debemus amplecti, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. 59. d  
 Luporum natura. 697

## M

Macedoniani, licet patri & filio tribuant aequalitatem, Spiritum tamen sanctum inferioris putant esse naturae. 210. d  
 Macedonius diuinitatem Spiritus sancti non recepit, sed in patre & filio unam potentiam, & eandem confessus est esse naturam. 47. b  
 Machabzorum fratrum martyrium. 232. a  
 Magi in Oriente stellam nouae claritatis viderunt lyderibus caeteris pulchriorem & illustriorem. 72. a.  
 Magi thus Deo, myrrham homini, aurum offerunt regi, uenerantes diuinam humanamque naturam in unitate. ibid. d. & 77. b  
 Magi cur per aliam viam reuertii sint. 77. d  
 Magi primitiae gentium. 78. b  
 Magi potuerunt de antiquis Balaam praenuntiationibus commoueri scientes esse praedictum, Orietur stella ex iacob, & exurget homo ex Israel & dominabitur gentium. 80. b  
 Magi gentium personam gerunt. 85. c  
 Magi quid. 85. a. tres Magi uide uenerunt. 88. c  
 Magi tres cur adoraturi ueniant. 373. d  
 Mali oderunt bonos quia improbi mores destabilliores sunt comparatione rectorum. 123. a.  
 Mandata Dei splendidissimum speculum in quo homo faciem suae mentis inspicit, & quam conformis imaginis Dei, aut quam dissimilis agnoscit. 130. c. d  
 Manibus eleuatis cur orare praecipiamur. 608. a  
 Manichaei execrabiles atque pestiferi ab amicitia

penitus abdicandi. 47. a  
 Manichaei negant Christum de Maria Virgine corporaliter natum, vere passum, sepultum & suscitatum. 47. a  
 Manichaei indignum putabant credere Deum Dei filium se inseruisse uisceribus, & maiestatem suam huic contumeliae subdidisse, ut naturae carnis immixtus in uero humanae substantiae corpore nasceretur. 82. a  
 Manichaei legem per Moysen datam & inspirata diuinitus oracula reiciebant, ipsaque Euangelicas & Apostolicas paginas quaedam auferendo & quaedam inferendo uolabant, multaque falsitatis volumina sub Apostolorum nominibus confringebant, quibus erroris sui commenta muniarent. ibid. c. & seq.  
 Manichaeorum impietas anathematizanda. 83. b  
 Manichaei uirandi. ibid.  
 Manichaei in honorem Solis ac Lunae die Dominico & secunda feria ieiunant. 108. b  
 Manichaei plurimi Romae detecti. 184. d. contra-maces exilio relegari. 285. a  
 Manichaeorum impietas. 26. c. 27. & seq. 81. in fine. 123. c.  
 Manichaeorum sacrificia tam obscena sunt quam nefanda. ibid. d. in fine.  
 Manichaeus quo tempore extiterit. 215. b  
 Manus imponere quid. 417. c  
 Maria sacro grauidanda foetu diuinam humanamque prolem prius concepit mente quam corpore. 35. d  
 Martianus imperator. 351. b. 356. c. 357. d  
 Martinus presbyter. 348. b  
 Martyrium uindictae comparatur. 675. c  
 Martyris occisio non potest esse redemptio mundi, accipit enim iustus, non dat coronam. 497. c  
 Martyrum solemnitates exhortationes sunt martyriorum. 270. a  
 Martyrum exempla. 680.  
 Martyres deuotissime colendi ut defensores. 680. d  
 Martyr quid significet. 681.  
 Maximus Donatista Episcopus conuersus ad fidem. 461. d  
 Mediator Dei & hominum Christus. 36. b  
 Mensura donorum caelestium non pendet de qualitate nostrorum operum. 2. c  
 Metropolitanis sua iura seruanda. 448. c. ordinare debent Episcopos irreprehensibiles non laicos, bigamos & uiduorum maritos. ibid. d  
 Metropolitanus Episcopus de electo quem est ordinaturus Episcopum ad Thessalonicensem Pontificem debet referre & Metropolitanum Prouinciales Episcopi facere. 449. c. d  
 Metropolitanus uenetiae. 452. b. 453. a  
 Metuin haereticum lapsi si conuerti fuerint recipiendi. 354. d. 361. d  
 Miraculorum magna gloria. 572. d  
 Miraculum quod Melitinae accidit. 405. b  
 Misericordiae opera saluant hominem. 15. b  
 Misericordiae tria potissimum opera. 20. b  
 Misericordia in pauperes quam grata Deo. 127. c  
 Misericordia Dei non abutendum. 132. b  
 Misericordia nihil contra diaboli dolos validius. 208. b.  
 Molere quid sit. ibid. d  
 Molentis officium. ibid. d  
 Molares lapides duo sunt testamenta. ibid. & 552. a

# Index.

<b>Monachi propositum propria voluntate susceptum non potest deserere absque peccato, aut putari debet satisfactione publica penitentia.</b>	
478. c. d.	
<b>Mulier meretrix Ecclesia est de genibus congregata.</b>	700. b
<b>Mulieres plangentes &amp; lamentantes Christum.</b>	162. b
<b>Munera magorum sunt mysteria.</b>	574. a
<b>Mutabile est non solum quod minuitur, sed etiam quicquid augetur.</b>	50. c
<b>Myrrha quid significet.</b>	574. a
<b>Mysteria tria vno die acta.</b>	568. a
<b>Mysterium magnum &amp; commendandum quod.</b>	577. a
<b>N</b>	
<b>Natalis Domini cultus mysticus.</b>	554. c
<b>Natiuitas corporea nihil abstulit, nihil contulit maiestati filij Dei, quia substantia incommutabilis nec minui nec augeti potuit.</b>	57. b
<b>Natiuitas Christi omnem intelligentiam superat &amp; cuncta exempla transcendit.</b>	69. b
<b>Natiuitas Christi mystica laudauit caelum &amp; terram.</b>	577. b
<b>Natura diuina &amp; humana in vna persona subsistit.</b>	41. a.
<b>Naturae humanae infirmitas.</b>	30. d
<b>Naturae duae in Christo.</b>	57. a
<b>Naturae diuinae &amp; humanae tanta est vnitatis facta communitio, vt quicquid ibi est Dei, non sit ab humanitate disiunctum, quicquid autem est hominis, non sit a deitate diuisum.</b>	60. d
<b>Neophyti vnde vocitentur.</b>	631. c
<b>Nero primus Christianorum persecutor.</b>	227. d
<b>Nestorius diuina ab homine diuidebat.</b>	248. b
<b>Niceni Concilij quanta autoritas.</b>	578. d. 521. c. & ibid.
<b>Noctuae proprietates.</b>	693. d. haereticorum figura. ibid.
<b>Nuptias &amp; procreationes filiorum adstrunt Priscillianistae esse peccatum.</b>	483. b
<b>O</b>	
<b>Odium fratrum omne bonum opus dissipat.</b>	645. a
<b>Odio non sunt habendi homines, sed eorum malitia.</b>	646. c
<b>Opera bona necessaria filijs Dei.</b>	55. a
<b>Opera Dei magis sunt credenda quam examinanda.</b>	557. a
<b>Operum commendatio.</b>	86. a. b
<b>Orandum pro haereticis.</b>	83. d
<b>Organa Sathanae.</b>	89. a
<b>Origenis opinio de anima damnatur.</b>	314. b
<b>Ouij &amp; tranquillitatis pericula.</b>	83. in fine.
<b>P</b>	
<b>Paganorum vana ieiunia.</b>	222. c
<b>Palastini Monachi.</b>	288. 408. d
<b>Parare viam Domino.</b>	652. c
<b>Pascha a passione nomen accepit.</b>	404. d
<b>Pascha secundum Hebraeos transitus dicitur.</b>	ibid.
<b>Pascha dies octauo die Calendae Aprilis celebratur.</b>	405. a
<b>de Paschatis die grauissima orta dissensio.</b>	ibid.
<b>Paschalis sollempnitas ceteris excellentior.</b>	124. d
150. b.	
<b>Paschalinus Episcopus Libybetanus.</b>	493. d
<b>de Paschatis die variae opiniones.</b>	406. b. c
<b>Passio Dominica purificatus corporibus &amp; animis celebranda.</b>	105. b
<b>Passionis Christi contemplatio quid praestet.</b>	164. 0
<b>Passionis dies vndecimo Calendae Maij occurrunt.</b>	404. d
<b>Passionis descriptio.</b>	648. c
<b>Patrum traditiones seruanda.</b>	15. b
<b>Paulus Presbyter.</b>	294. a. 295. b
<b>Pauli speciales virtutes.</b>	658. b
<b>Pauli praeconium.</b>	660. b
<b>Pauli vocatio.</b>	662. d
<b>Partus diuini qualitas.</b>	38. c
<b>Pauor discipulorum excusabilis.</b>	159. a
<b>Pauperes cur Deus esse permittit.</b>	244. b
<b>Pauperibus veterum subsidium est.</b>	14. a
<b>Paupertas Christiana semper diues est quia plus est quod habet quam quod non habet, nec pauet in isto mundo indigentia laborare cui datum est in omnium rerum domino omnia possidere.</b>	106. b
<b>Pax mundi qualis.</b>	56. a
<b>Pacis commendatio.</b>	54. b
<b>Pax cum Deo qualis sit.</b>	ibid. c
<b>Pax hominis &amp; vera libertas.</b>	56. c
<b>Pacis vniuersae tranquillitas non potest custodiri nisi si sua canonibus Nicenae synodi reuerentia inremerata seruetur.</b>	398. b
<b>Peccati remissio sine Spiritu sancti aduocatione non fit.</b>	273. d
<b>Peccatum in Spiritum sanctum cur sit irremissibile.</b>	271. a
<b>Peccatum nullum est sine delectatione, ideo cito acquiescitur deceptoriae voluptati.</b>	90. c
<b>Pentecostes ieiunium.</b>	220. a. & seq.
<b>Peregrini sunt Christiani.</b>	604. c
<b>Perfectionum vera iustitia.</b>	99. d
<b>Persecutionibus tyrannorum crescit Ecclesia.</b>	89. d
<b>Persecutio noua daemoris in Christianos.</b>	90. a
<b>Persecutionis Christianorum non vna causa.</b>	122. d
<b>Petrus in accepta fortitudine Petri perseuerans suscepta Ecclesiae gubernacula non reliquit.</b>	5. b
<b>Petrus non solum sedis Romanae praesul, sed omnium Episcoporum primas.</b>	6. a
<b>Petro &amp; eius successoribus quare collatum supremum sacerdotium.</b>	6. d
<b>Petrus vnus eligitur de toto mundo, qui &amp; vniuersarum gentium vocationi &amp; omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiae patribus preponatur.</b>	8. a
<b>Petrus dicitur Petra, super quam fundatur Ecclesia.</b>	8. b. c. explicantur illa verba, Beatus es Petrus quia sanguis & caro non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis.
	ibid.
<b>Petri conuersio.</b>	141. b
<b>Petri negatio.</b>	160. c
<b>Petrus &amp; Paulus quid Romae contulerint.</b>	225. d
<b>Petro supra ceteros post regni clares ouillis dominici cura mandatur.</b>	104. a
<b>Petrus a postolorum primus.</b>	223. d
<b>Petri confessio.</b>	229. a. b
<b>Petrus petra, super qua aedificata est Ecclesia.</b>	229. c
<b>Petri priuilegium.</b>	229. d
<b>Petrus vt etiamnum pascat Ecclesiam.</b>	230. b
<b>Petrus totius Ecclesiae princeps.</b>	230. c

# Index.

**Petto** quantum à Christo collatum. 237.d  
**Petrus** cur tacuerit. 617.c  
**Petrus** ter Christum negauerat & ter eum confite-  
 tur. 618.a  
**Petrus** dicitur petra. 618.c  
**Petrus** temerarius viator. 619.b  
**Petrus & Paulus** Ecclesiarum partes. 656.a  
**Petri** virtutes speciales. 656.c  
**Petrus** cur trepidauerit. 657.b  
**Petri** præconium. 659.d  
**Petrus** cur mergebatur. 660.a  
**Petrus & Paulus** vna die vnoque in loco passi. 659.b  
 & 664.b.  
**Petrus & Paulus** Ecclesiarum columnæ. 663.b  
**Petrus** clauem potentia, at Paulus scientia accepit.  
 663.c.d.  
 in Petro fides, in Paulo doctrina præcellit.  
 661.b.  
**Petrus & Paulus** magni apud Deum meriti.  
 661.e.  
**Petri** vocatio. 662.c  
**Photinus** Christum Deum de Deo ante omnia sæ-  
 cula genitum esse non credidit. 47.c  
**Pietate** carentes vacuis arboribus comparantur.  
 32.a.  
**Pius** maximè insidiatur diabolus. 123.b  
**Pilati** facinus & iudicium. 155.a  
**Piratae** spirituales valde meruendi. 690.c  
**Piraterium**. 690.a  
**Pœna** eorum qui cleemofynas non fecerunt.  
 32.a.  
**Pœnitens** nullum negotiationis lucrum exercere  
 debet. 478.a  
**Pœnitentia** lapsi instaurantur. 129. in fine  
**Pœnitentia** Iudæ infructuosa. 136. in fine,  
 & 147.a.  
**Pœnitentia** in Deum non cadit, qui secundum æ-  
 ternum placitum non potest aliud velle quam  
 voluit. 274.a  
**de Pœnitentia**. 434.b.c. 471.b.d. 472.a.d  
**Pœnitentia** dilata. 477.c  
**Pontificatus** qualitas quæ sit secundum ordinem  
 Melchisedech. 3.d  
**Pœnitentiam** suam non semper in passione Chri-  
 stus voluit ostendere. 178.b  
**Potestas** ligandi & soluendi transe quidem in alios  
 Apostolos & ad omnes Ecclesiæ principes, sed  
 non frustra vni Petro commendatur, quod om-  
 nibus intimatur & quare. 8.d. & seq.  
**Præcepta** moralia veteris legis per Christum abro-  
 gata non sunt. 176.a  
**Præfiguratio** Dominicæ passionis. 622.b  
**Prærogatiua** terrenæ originis non obtinet vnctio-  
 nem, sed dignitas cœlestis gratiæ gignit Antisti-  
 tem. 4.c  
**Presbyteri** aut Diaconi ordinatio celebranda die  
 dominico. 436.a  
**Presbyteri** aut Diaconi in aliquo crimine detecti  
 per manus impositionem non accipiunt reme-  
 dium pœnitendi. 476.b  
**Primatus** Romanæ Ecclesiæ. 465.b  
**Priscillianistæ** cur die natali Domini & die domini-  
 co ieiunent. 483. d. corpora humana dicunt  
 esse signenta dæmonum, eorumque opera  
 conceptionum femina in mulierum vteris figu-  
 rari. 485. c. Resurrectionem etiam negant.  
 ibid. Filios promissionis asserunt ex Spiritu

sancto conceptos, ibid. d. animas in cœlestibus  
 peccasse dicunt, & secundum peccati qualitatem  
 in hoc mundo accipere sortem bonam vel ma-  
 lam. 486.a. animas & corpora hominum fatali-  
 bus stellis adstringi opinantur. 487.a  
**Priscillianistarum** libri apocryphi. 488. d. & 489. a  
**Præiulia** Ecclesiarum patrum Canonibus & Ni-  
 cenæ synodi decretis instituta. 382. d  
**Prophetae** locuti sunt futura vt præterita. 180.c  
**Promissio** ad Abraham facta in Christo est com-  
 pleta. 71.b  
**Proterius** Alexandrinus Episcopus. 410.d  
**Proximi** quomodo efficiamur Deo. 634.c  
**Proximus** noster quis sit. 18.d  
**Puellaris** exempli norma. 648.a  
**Pueri** vt effici debemus. 92.d  
**Pugna** continua Christianorum. 23. b. 31.a  
**Pulcheria** Augusta. 316.a. 322  
**Pulcheria** Augusta Nestorianam & Eutyrianam  
 hæresim destruit. 352.a.b. Catholicos sacerdotes  
 de Ecclesiis suis iniusta sententia eiectos resti-  
 tuit. ibid. c  
**Pusilli** qui. 679.a.b

## Q

**Q**uadragesimæ obseruatio. 33.c.d  
**Q**uadragesimæ tempus. 96.d  
**Q**uadragesimæ sacratissimum ieiunium. 105.a  
**Q**uadragesimæ tempore viuendum sanctius. 102.c  
 113. b. 114. a. 121. c.  
**Q**uadragesimæ ieiunium cur pascha præcedat.  
 125.a.  
**Q**uinquagesimæ tempore quare non ieiunamus.  
 639.d.

## R

**R**auenius Arelatenus Archiepiscopus. 470.b  
**R**egni status optimus cum sempiternæ Trini-  
 tati vnius deitatis confessione seruitur. 296. b  
**Religiosi** principis exemplum. 633.d  
**Renatus** Presbyter. 311.d. 315.c  
**Reparatio** hominis maior quam creatio. 170.d  
**Resurrectio** Christi lætitiæ nostræ causa. 205.d  
**Resurrectionis** Christi multa documenta. 196.b  
**Roma** quæ erat magistra erroris, facta est discipu-  
 la veritatis. 225.d  
**Roma** sedes S. Petri caput orbis effecta latius præsi-  
 dens religione diuina quam dominatione terre.  
 226.a.  
**Romanorum** superstitio. 226. in fine.  
**Romana** fides annunciata in vniuerso mundo.  
 256. in fine.  
**Romana** Ecclesia supra omnes totius mundi Ec-  
 clesias principatum tenet. 525.d  
**Romani** pontificis præsentiam in conciliis necessi-  
 tas temporis nec consuetudo permittit. 365.d  
**Romanus** Pontifex præsidet Conciliis. 364.a

## S

**S**abellius vnitatem substantiæ in patre & filio &  
 Spiritu sancto inseparabilem sentiens singula-  
 ritati dedit, quod æqualitati tribuere debuit.  
 47.c.  
**Sacerdotale** nihil tam quam vouere Deo puram  
 conscientiam, & immaculatas pietatis hostias de  
 altari cordis offerre. 7.b

# Index:

Sacerdos contra interdicta faciens à suo officio subinouendus. 284. a  
 Sacerdotes sunt speciosissima Dei tabernacula & excellentissima corporis Christi membra. 3. b  
 Sacerdotes præcipue inter ceteros populos debent meritis pietatis excellere. 6. c  
 Sacerdoubus solis docendi & prædicandi concessum. 398. b  
 Sacerdotium & ecclesiastica officia viduarum mariti & quibus fuerint numerosa coniugia consequi non possunt. 283. a. b  
 Sacramentalitudo. 688. d  
 Sacrificium nullum factarius quam quod verus pontifex altari crucis per immolationem suæ carnis imposuit. 168. d  
 Sacrificium Missæ iterandum in festiuitatibus cum multitudo fidelium frequentior est. 436. c. d  
 Saluator quare in aliena sepultura ponatur. 610. a  
 Saluatore coruscante Antichristus fugabitur. 549. b  
 Salus nemini vniquam contigit nisi per Christum. 134. d. & 135. a  
 Salutis sacramenta per ordinem rerum digesta sunt. 288. d  
 Salutem dantis perfectiora sunt quam Saluatore rem promittentia. 176. a  
 Sancti orant pro nobis. 221. c  
 Sanctificare ieiunium quid significet. 588. c. d  
 Sanctorum amborum suffragia. 87. b  
 Sanctorum patrocinium. 216. d  
 Sanctorum mors pretiosa in conspectu Dei. 168. 227. d  
 Sanctorum meritis adiuuamur. 225. b  
 Sanctorum exempla imitanda. 647. a. s  
 Sanguis Christi tam potens fuit, vt si vniuersitas captiuorum in redemptorem suum crederet, nullum tyrannica vincula retineret. 168. c  
 Sapiens cum Sole permanet. 704. b  
 Sapientia Christi cæcitas facta est prudentibus mundi. 51. c  
 de Scripturis sanctis non aliter sapere quam Apostoli & patres nostri docuerunt. 357. a  
 Securus in hac vita nemo esse potest. 94. d  
 Sepulchrum patens. 609. c. d  
 Sepultura est requies Christiani. 604. d  
 Signa facta in morte Christi. 138. a  
 Simonis Cyrenæi mysterium. 156. a  
 Solem inchoatione diurnæ lucis exurgentem insipientiores quidam de locis eminentioribus adorant. 58. c  
 Soliditas fidei, quæ in Apostolorum principe laudata est, perpetua est. 4. d  
 Soliditas Petro concessa transit in suos hæredes 274. b. c.  
 Soluere Iesum quid sit. 310. 2  
 de Spiritu sancto quid sentiendum. 212. c  
 Spiritus sanctus etiam ante Pentecostem datus. 213.  
 Spiritus sancti dona septem. 215. c  
 Stella cur Magis apparuerit. 77. a  
 Stella quid mystice significet. 84. in fine  
 Stella dominicæ natiuitatis ministra. 575. d  
 Stephanus ab Apostolis ordinatus diaconus. 643. c  
 Studia Christianorum in Quadragesima. 118. c  
 Stultus vt Luna mutatur. 704. a

Subdiaconis carnale coniugium denegandum. 449. a  
 Superbia bonis operibus infidiatur. 106. d. 115. b  
 Symbolum per authoritatem Apostolicæ institutionis acceptum. 164. d. 255. d

## T

Talenrum præceptum est Saluatoris. 705. a  
 Tangere Dominum. 712. loco 612  
 Temeritas non increuit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis. 479. b  
 Temperantiæ modus ac bonus. 15. d  
 Tentari Christus permisit, vt cuius munimur auxilio, eiusdem erudiremur exemplo. 97. a  
 Tentatione omnes probantur, pericula tentationum. 128. c  
 Tharantasia Viennensi episcopo subiecta. 528. a  
 Theodosius Augustus. 296. a. 303. a  
 Theofaurus hominis quis. 250. c. d  
 Thessalonicenses antistites vicem Apostolicæ sedis semper impleuerunt. 447. b. & seq.  
 Thessalonicensis pontifex moderationem debet seruare in euocandis provincialibus Episcopis nec amplius quam duos de prouinciis appellare qui à statuto Concilij tempore ultra quinquagesimæ dies commorari non debent. 450. d  
 Thus quid significet. 574. a  
 Traditionis Apostolicæ authoritas. 222. a  
 Transfiguratio Christi quare facta sit coram discipulis. 258. e  
 Trinitatis diuinæ opera indiuisa. 217. b. e  
 de Trinitate quid sentiendum sit. 218. c  
 in Trinitate sancta nulla diuersitas. 210. d  
 Trophimus primus Arelatæ episcopus. 525. a. b

## V

Valentia Viennæ subiecta. 528. a  
 Velum templi scissum quid significet. 163. c & 185. d  
 Veniam pro illicitis postulans, debet à multis licitis abstinere. 477. d  
 Verbi & carnis indissolubilis copula non minus suscipienda in præsepe iacens quam in throno paternæ altitudinis confidens. 65. c  
 Verbum caro factum est, quomodo intelligendum sit. 57. c.  
 Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, nec caro naturam nostri generis reliquit. 307. d  
 Veritas corporis Christi in Eucharistia. 248. d  
 Verus lex in noua impletur. 28. c  
 Videre Deum quantæ sit beatitudinis. 265. b  
 Viennensis ciuitas. 525. b  
 Vigilandum est, si nolumus decipi, si superare volumus pugnandum est. 97. b  
 Vincentii martyris vita & passio. 267. a  
 Vincentius quantum extrinsecus multiplici penarum genere contritus ardebat, tantum intrinsecus exultante interiori homine dilatabatur. 267. c  
 Vinum in Ecclesia, aqua in synagoga. 706. e  
 Virgines sacre vim barbaricam percellæ. 461. a & 462. b

# Index.

Virginitas non est violata partu, vt nec fuerat temerata conceptu.	41. d. 69. c	Vngere caput quid.	585. b
Virginitatis propositum si puella propria voluntate susceperint, peccant si nupserint licet nondum fuerint consecratae.	478. d	Voluntas bona remuneratur.	101. c. d
Virtutes aliae absque misericordiae operibus non profunt.	16. c	Voluptatum terrenarum gaudia breuia & caduca sunt quae ad aeternitatem vocatos, a se mitis vitae conantur euertere.	6. b
Vita haec nostra in medio insidiatorum, in medio praetiorum est.	97. b	Vsuras clerici nec laici exigere debent.	283. c. d
Vita haec plena periculis, plena laqueis.	110. b	Vxoris & concubinae differentia.	476. d
Vita Christianorum respondere debet ipsorum professioni.	172. a		
Vita & mors duplex.	195. c		
Vlyssis fabula ficta non facta.	606. a		

X

Xistus Patriarcha.	665. b
Xistus Romanae urbis antistes.	ibid. c
Xistus summus Domini sacerdos.	666. d

FINIS.







S. PETRI  
CHRYSOLOGI  
ARCHIEPISCOPI  
RAVENNATIS, VIRI  
ERUDITISSIMI, ATQUE SANCTISSIMI,  
SERMONES.





# SANCTI PETRI CHRYSOLOGI

VITA EX CERTIS AVCTORIBVS  
conquifita & collecta.

**P**etrus Chryſologus in foro Cornelij quod Imolam vocant, honeſtis parentibus natus, à Diuo Cornelio illius ciuitatis Epifcopo, non modo ſanctiſſimis moribus, ac diſciplinis optime inſtitutus, ſed etiam ſacris altaribus oblatuſ eſt, ac conſecratus: nec ita multo poſt, beatiſſimo Sixto III. Pont. Max. à Deo præmonſtratus Eccleſiæ Rauennatiſ XXII. Archiepiſcopuſ adlegitur. Hic vir omni genere laudis excellens duobuſ Concilijs, quorum alterum Rauenna, Romæ alterum, Calij Symmachi Pontif. Max. itemque Theodorici Oſtrogothorum Regiſ iuſſu indictum eſt, interfuit ſubſcripſitque. Ad Chalcedonenſem præterea ſynodum aduerſuſ Eutychem hæreticum literas dedit, quæ adhuc extant. At vero quantum aurea quadam ingenij, atque eloquentiæ vbertate præſtiterit, vnde & Chryſologi cognomen conſecutus eſt, ex eiſ orationibuſ facillime exiſtimare licet, quæ & verbis, & rebus illuſtribuſ refertæ, ampliſ CLXXVI. quæſ quidem adhuc inuenerim, & legerim feruntur. Jſ quum Pontificio munere annos circiter LX. præſtantiſſime perfunctuſ eſſet, apud Forocornelieneſ IIII. Non. Decembris exceſſit è vita, anno fere quingenteſimo poſt natum humanæ gentiſ ſeruatorcm Ieſum Chriſtum. Sepultuſ eſt iuxta corpus glorioſi martyriſ Caſſiani: atque vno omnium conſenſu, inter diuſ relatuſ: cui etiam anniuerſarij honoreſ in teſtimonium Vite piæ, ſanctæque tranſactæ decreti ſunt.

---

## EXIMII DOCTORIS PETRI

CHRYSOLOGI VITA, EX IOANNE  
Tritemio religioſiſſimo viro Abbate Spanhemeniſi contexta.


**P**etrus Archiepiſcopuſ Rauennæ vir erudituſ, atque ſanctiſſimuſ, in vita multuſ coruſcans miraculiſ, in declamandiſ Homiliis ad populuſ excellentiſ ingenij fuit, multoſque tam verbo, quam exemplo ad veritatis tramitem conuertit. Multa ſcripſit pro ædificatione fideiũ: de quibuſ feruntur,

*Sermones & Homiliæ plures.*

*Lib. I. Ad Eutychem quæ incipit, Triftiſ legi triftiſ literaſ.*

*ſcripſit etiam Epiftolaſ aliaſ.*

Claruit ſub Martiano Auguſto, Anno ab orbe redempto, CCCCL.



## AD LECTOREM

**N** tibi Chryfologum, humaniffime Lector, non minus eloquētia fana, ac folida eruditione, quàm veruftate admirandum: cuius fcripta nondum Gallia viderat. Hic non multo poft S. Iōannem Chryfoftomum, atque plerōfque alios Chriftianæ Reipublicæ columina, vixit: Chryfoftomo autem perinde dictionis fuauiffima copia & fensus grauitate, atque nomine proximus eft. Ille enim os aureum ob eloquentiam raram, hic eadem de caufa χρυσοδωρος quafi fermo aureus appellatus eft. Neque temere cafu hunc tam eximio cognomine dignatum effe mirabitur, quifquis intuebitur parem phrafeos maieltatem, cum abfoluta eruditione coniunctam effe. Tanta enim vbique puritas dictionis citra affectationem, deductionem, translationemque verborum, citra violentiorem coactioremque interpretationem: vt tanquam è riuulo, limpidiſſima facilitate, tota fluat oratio. Adeò, vt ſi cum hoc quofdam neotericos πικρὸς ὀμιλιαντζεδφους, aut commentatores conſeras, Pygmeum Atlanti comparare videaris. Siquidem his plerifque præclarum effe apparet, inculto ac monſtroſo contextu, horrido ſtylo omnis generis vltro, citròque auctoritates ſcripturarum accerſere, veluti que centones confarcire ſine omni gratia. Nonnullis receptum effe dicendi illecebra lectoris animum retinere ſuſpenſum. Qui hoc ipſo pernicioſiores ſunt, quod elocutionis ornamentis, & dicendi virtutibus nimium indulgentes ſine conſilio quocunq; rapuit animi impetus, aut quod inanis perſuaſio dicat, eo feruntur. Nunc in ſuas conceptas opiniones plenis velis euagantes, nunc in contrarias ſententias maledicentiſſime inuehentes. Atque ita fit, vt vim ſcripturæ facientes, eam ſuis paradoxis accommodent: atq; violentis interpretationibus ſuis opinionibus, moribus & erroribus, tanquam Leſbiam regulam inclinent. Cum æquius eſſet & Chriftiana ſynceritate dignius ad ſacram ſcripturam, vel Lydium lapidem veritatem explorare affectus impotentiores retundere, atque inſuetas, parùmque pias opiniones corrigere: vt tandem ex illo barbarico cœno emergerent, atque è lethargo illo exitiali veritatis lumine illuſtrati expergifcerent. Quanto hic modeſtior ſacrarum literarum interpres? pia eloquentia & eloquenti pietate conſpicuus, comoda, ſynceræque interpretatione quoſque obſcuros ſcripturæ locos dilucidans: ita vt nihil inortum, nihil durius deductum, aut perperam explicatum inuenias, in quo ipſa ſanctitas, integritasque pariter ac exacta doctrina, vel cum quibuſlibet ſynceris diuinarum ſcripturarum doctoribus certare queat. Non ille temere & ſcite parum quoſlibet ſcripturæ locos congerit: verum prudenter & emuncto iudicio, vbi res testimoniis indiget, ſuo loco adhibet, ad ſuam ſententiam muniendam & confirmandam. Atque illud demum effe fructuofe ſcripturam interpretari. Hoc vtinam imitarentur huius æui partim concionatores, partim ſcriptores, & maiori cum auctoritate, tum gratia auditi, vberiorum verbi Dei meſſem demeterent. Hunc ergo authorem digniſſimum iudicauimus, quem perpetuo habeas præ manibus: cuius piis dogmatibus non mediocriter ad ſacras conciones inſtruendas iuuari poteris. Vale.



## AD LECTOREM.

**C**VM intelligeremus (humanissime lector) doctas diui Petri Chrysologi conciones non parum Christianis Ecclesiasticis subseruire posse, si omnia in eum ordinem congesta essent, quo sunt Ecclesiastico ritu in templis explicanda: volumus diligentiae nostrae nonnihil adhibere, ut tuum redimeremus laborem. Hunc itaque indicem tibi confecimus omnium Euangeliorum & Epistolarum, quae in Chrysologo enarrata inuenies.

*Die sancto natalis Domini.*

Euang. Luc. 2. Exiit Edictum à Cæsare.  
Sermone 175.

*Die sancti Stephani, Protomartyris.*

Sermo. 154. citra Euangelicam lectionem.

*Die sanctorum Innocentium.*

Euang. Matt. 2. Apparuit Angelus domini in somnis Ioseph. Serm. 150. 151. 152. 153.

*Die Circumcisionis Domini.*

Sermo. 155. citra Euangelicam lectionem.

*In Epiphania Domini.*

Euang. Matt. 2. Cum natus esset Iesus. Serm. 156. 157. 158. 159. 160.

*Dominica intra octauas Epiphaniae.*

Epistola Roma. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei. Ser. 108. 109. 120.

*Dominica tertia post octauas Epiphaniae, Dominica 4. post Epiphaniam.*

Euang. Matt. 8. Videns Iesus turbas multas. Serm. 19. 20. 21.

*Dominica quarta post octauas Epiphaniae.*

Euang. Matt. 13. Simile est regnum caelorum homini. Serm. 96. 97.

*Dominica in septuagesima.*

Epistola 1. Cor. 9. Nescitis quod si qui in stadio. Serm. 119.

*Feria quarta die cinerum.*

Euang. Mat. 6. Cum ieiunatis, nolite fieri, Serm. 7. 8. 22. 166.

*Feria quinta in capite ieiunij.*

Euang. Matt. 8. Cum introisset Capharnaum. Sermo. 15. 102.

*Feria sexta in capite ieiunij.*

Euang. Mat. 6. Attendite ne iustitiam vestram. Sermo. 9.

*Dominica prima in quadragesima.*

Euang. Matt. 4. Tunc Iesus ductus est. Sermo. 11. 12. 13.

*Feria secunda post dominicam primam.*

In Psalmum 40. Sermo. 14.

**A** *Feria quarta post Dominicam primam.*

Euang. Mat. 12. Tunc responderunt ei quidam. Serm. 37.

*Feria quinta post Dominicam primam.*

Euang. Mat. 15. Egressus Iesus venit in partes. Serm. 100.

*Feria quinta post dominicam secundam quadragesimae.*

Euan. Luc. 16. Homo quidam erat diues. Sermo. 66. 121. 122. 123. 124.

*Sabbato post dominicam secundam quadragesimae.*

Euang. Luc. 15. Homo quidam habuit duos filios. Sermo. 1. 2. 3. 4.

**B** *Feria tertia post dominicam tertiam quadragesimae.*

Euang. Matt. 18. Si peccauerit in te frater. Sermo. 139.

*Feria quarta post dominicam tertiam quadragesimae.*

Euang. Matt. 15. Tunc accesserunt ad eum. Sermo. 171.

*Feria quinta post tertiam dominicam.*

Euang. Luc. 4. Surgens autem Iesus de synagoga. Serm. 18.

*Feria tertia post dominicam quartam.*

Euang. Luc. 7. Ibat Iesus in ciuitatem quae vocabatur. Serm. 103.

*Feria sexta post quartam dominicam.*

**C** Euang. Ioan. 11. Erat quidam languens. Serm. 63. 64. 65.

*Dominica in passione.*

Euang. Ioannis 8. Quis ex vobis arguet me. Serm. 131.

*Feria quinta post dominicam in passione.*

Euang. Luc. 7. Rogabat Iesum quidam Phariseus. Serm. 39. 94. 95.

*Die sancto Paschae.*

Euang. Marc. 16. Cum transisset Sabbathum. Serm. 72. 73. 74. 75. 76.

*Feria tertia Paschae.*

Euang. Luc. 24. Dum haec loquuntur, Ii iij

stetit Iesus. Serm. 18.

*Feria quarta Pasche.*

Euang. Ioan. 21. Postea manifestavit se iterum Iesus. Serm. 78.

*Dominica prima post Pascha.*

Euang. Ioannis 20. Cum ergo fero esset die illo. Serm. 84.

*Dominica post Pascha.*

Euang. Ioannis 10. Ego sum pastor bonus. Serm. 40.

*Feria secunda in Rogationibus.*

Euang. Luc. 11. Quis vestrum habebit amicum. Serm. 55.

*Die dominica Ascensionis.*

Euang. Marc. 16. Nouissime recumbentibus illis. Serm. 83.

*Dominica prima post Pentecosten.*

Euang. Luc. 16. Homo quidam erat diues. Serm. 66. 121. 122. 123. 124.

*Dominica tertia post Pentecosten.*

Euang. Luc. 15. Erant autem appropinquantes ei. Serm. 168.

*Dominica nona post Pentecosten.*

Euang. Luc. 16. Homo quidam erat diues qui habebat. Serm. 125. 126.

*Dominica 16. post Pentecosten.*

Euang. Luc. 7. Ibat Iesus in ciuitatem. Sermo 103.

*Dominica 24. post Pentecosten.*

Euang. Matth. 9. Hic illo loquente ad eos. Serm. 33. 34. 35. 36.

*Die sancti Andree.*

Sermo 133. citra expositionem Euangelicam.

*Die sancti Thomae Apostoli.*

Euang. Ioannis 20. Thomas vnus ex cis:

A Sermo 84.

*Die Annunciationis.*

Euang. Luc. 1. mense sexto missus est. Serm. 140. 141. 142. 143. 144.

*Die sancti Ioannis Baptiste.*

Euang. Luc. 1. Fuit in diebus Herodis Regis. Serm. 86. 87. 88. 89. 90. 91.

*In festo sancti Petri.*

Sermo 107. citra expositionem Euangelicam.

*Die sancti Laurentij.*

Sermo 135. citra expositionem Euangelicam.

*Die sancti Matthei.*

B Euang. Mar. 9. Cum transiret inde Iesus, vidit hominem. Serm. 28. 29. 30.

*Die decollationis sancti Ioannis Baptiste.*

Euang. Marc. 6. Audiuit Rex Herodes. Serm. 172. 173. 174.

*De beato Luca Euangelista.*

Euang. Marc. 6. Conuocauit Iesus vndecim. Serm. 170.

*De vno Martyre.*

Sermo 129. citra textus expositionem.

*De vno Confessore.*

Sermo 128. sine expositione Euangelica.

Euang. Luc. 12. Noli timere pusillus grex. Serm. 22. 23.

C Euang. Luc. 12. Sicut lumbi vestri praecincti. Serm. 24.

*De Virgine Martyre.*

Sermo 134. sine textu Euangelico.

*Die dedicationis templi.*

Euang. Luc. Ingressus Iesus perambulabat. Sermo 54.



# INDEX LOCORVM SACRAE Scripturæ.

## GENESIS.

1. **B**enedicimus hominem ad imaginem  
& similitudinem nostram.,  
344.a
1. **E**t vidit Deus omnia quæcunque  
fecit, & ecce bonum valde. 253.c
3. **E**t vidit mulier quod bonum est lignum ad man-  
ducandum, & quod gratum oculis ad videndum  
& speciosus est ad intuentum. 71.c
3. **E**t cognouerunt quia nudi sunt, & consuerunt  
folia fici, & fecerunt sibi succinctoria. 280.c
3. **M**ultiplicans, multiplicabo tristitias tuas, & ge-  
mitus tuos, in tristitia & gemitu paries filios.  
115.c
4. **V**ox sanguinis fratris tui clamat de terra. 329.a
22. **A**ccipe filium tuum dilectum, & offeres mihi  
in holocaustam. 26.a
49. **N**on deficiet princeps ex Iuda, nec dux ex fe-  
moribus eius donec veniat cui reposita sunt &  
ipse expectatio gentium. 395.a
- E X O D I.**
11. **S**i pius toleris fratri tuo tunicam, ante Solis  
occasum reddes illi. 141.a
- D E V T E R O N.**
1. **N**on in solo pane vivit homo, sed in omni verbo  
quod procedit de ore Dei. 33.d
6. **N**on tentabis dominum Deum tuum. 34.b.85.c
35. **S**icut aquila protegit nidum suum, & super  
pulos suos confidit, extendens alas suas accepit  
eos, & suscepit eos super scapulas suas, dominus so-  
lus ducebat eos, & non erat cum eis Deus alie-  
nus. 428.b
- P S A L M.**
2. **Q**uare fremuerunt gentes & populi meditati  
sunt inania. 97.a
6. **I**n inferno quis constabitur tibi? In inferno quis  
misericordie locus? 175.a
8. **A**nima mea in manibus tuis semper. 97.c
9. **D**omine ne in ira tua arguas nos, neque in fu-  
rore tuo corripas nos. 119.c
10. **P**alpebra Domini interrogant filios hominum.  
54.c
12. **E**cce non dormitabit neque obdormiet, qui cu-  
stodit Israël. 54.b
13. **D**ominus de cælo prospexit super filios homi-  
num, ut videat si est intelligens aut requirens:  
Deum omnes declinauerunt, simul inutiles facti  
sunt: non est qui faciat bonum, non est usque  
ad mortem. 80.d
18. **I**n omnem terram exiit sonus eorum, & in  
fines orbis terræ verba eorum. 415.a
20. **C**omprehenderunt me iniquitates meæ, & non  
potui videre. 6.b
21. **S**uper vestimentum meum miserunt sortem.  
97.a
22. **D**ominus pascit me & nihil mihi deerit: in lo-  
co viridi ibi me collocavit: super aquam refectio-  
nis educavit me. 15.a
22. **E**t calix tuus inebrians, quàm præclarus est.  
352.a
30. **I**n manus tuas commendo spiritum meum.  
97.c
31. **B**eati quorum remissa sunt iniquitates, & quo-  
rum tecta sunt peccata. 7.c.88.d
34. **T**remor & timor venerunt super me, & ope-  
raverunt me tenebræ. 222.b
37. **I**niquitates meæ superposuerunt caput meum,  
& sicut onus graue granatæ sunt super me.  
116.a
37. **N**on est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ,  
non est pax ossibus meis à facie peccatorum meo-  
rum. 118.a
37. **I**niquitates meæ granatæ sunt super me, & lu-  
men oculorum non est mecum. 6.c.277.a
39. **S**acrificium & oblationem noluisti, corpus an-  
tem perfecisti mihi. 284.c
40. **B**enedices coronam anni benignitatis tuæ, &  
campi tui replebuntur ubertate. 195.b
43. **E**xurge, quæ obdormis domine: exurge, &  
ne repellas usque in finem.
48. **M**orientem diuitiæ non sequuntur. 430.c
49. **N**on accipiam de domo tua vitulos, neque de  
gregibus tuis hircos: quoniam meæ sunt omnes fe-  
ræ sylvarum, iumenta in montibus, & boues. 26.a
50. **A**mplius laua me ab iniustitia mea. 431.b

# Index locorum

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. 4.c  
 In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis  
 peperit me mater tua. 115.c  
 Auerte faciem tuam à peccatis meis. 54.c  
 Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor con-  
 tritum & humilitatum Deus non spernit. 113.d  
 54. Vespere & mane & meridie narrabo, & an-  
 nunciabo, & exaudiet vocem meam. 55.c  
 Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies  
 suos. 330.d  
 60. In petra exaltasti me, & deduxisti me, quia  
 factus es spes mea. 70.d  
 71. Descendit sicut pluuia in vellus. 365.c  
 80. Dilata os tuum, & adimplebo illud. 149.c.d  
 88. Tui sunt caeli & tua est terra, orbem terrarum  
 & plenitudinem eius tu fundasti. 127.b  
 95. Omnes dii gentium damoniam. 47.d  
 103. Amictus lumen sicut vestimentum. 218.a  
 Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit  
 eos de corruptela eorum. 270.c  
 105. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris  
 meis. 371.b  
 110. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in  
 consilio iustorum & congregatione. 345.c  
 115. Quid retribuam domino pro omnibus quae re-  
 tributum mihi? Calicem salutaris accipiam. 289.b  
 117. Haec est dies quam fecit dominus, exultemus  
 & letemur in ea. 428.d  
 Aperite mihi portas iustitiae, & ingressus in eas  
 confitebor domino. 144.d  
 118. Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me.  
 16. d  
 125. Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent.  
 110. d  
 126. Expecta dominum, viriliter age, & confortetur  
 cor tuum. 103. b. 190. c  
 132. Sicut unguentum quod descendit in oram vesti-  
 menti eius. 92. b  
 134. Omnia, quaecumque voluit dominus fecit in cae-  
 lo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis.  
 263. b  
 138. Quo ibo à spiritu tuo? & à facie tua quo fu-  
 giam? Si ascendero in caelum, tu illic es, si descen-  
 dero in infernum ades: si sumpsero pennas meas  
 diluculo, & habitauero in postremo maris. Ete-  
 nim illuc deducet me manus tua, & tenebit me  
 dextera tua. 4. b  
 139. Ecce nunc benedicite dominum omnes serui do-  
 mini, qui statis in domo domini. 38. b  
 140. Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi, &  
 à scandalis operantium iniquitatem. 70. d  
 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis

Viuens. 240.c

## PROVERB.

27. Homines sumus sub incerto viuentes, & nescimus quid pariat superuentura dies. 27. b

## ECCLES.

1. Generatio vadit, & generatio venit, & terra in aeternum stat. 115. d

## CANTIC.

4. Hortus clausus, soror mea sponsa, hortus clausus fons signatus. 371. c

## ESAI.

1. Filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.

Cognouit bos possessorem suum, & asinus praesepe domini sui. 360. d. 396. b. 402. b

Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? 251. a. 300. c

5. Vinea Domini Sabaoth domus Israël est. 280. c  
 Vae qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras. 308. d

7. Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium. 146. b

26. De nocte spiritus meus vigilat ad te Deus. 55. c

28. Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali. 70. d

55. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tonante se sine voce, sic non aperuit os suum in humilitate iudicium eius ablatum est, generationem eius quis enarrabit? 163. a

61. Praedicate annum domini acceptum, & diem retributionis. 281. a

65. Tota die expandi manus meas. 283. c

## HI EREMI AE.

1. Priusquam esses in utero noui te, & in vulua sanctificaui te. 366. c

7. Maledictus homo, qui spem ponit in homine. 372. b

## EZECHIELIS.

11. Auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum. 171. a

## O S E AE.

2. Sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus, & desponsabo te mihi in fide. 374. b

## O S E AE.

63. Euntes, inquit, discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. 80. c. 108. b

## A M O S.

8. Occidit illis Sol meridie, occidit illis. 198. d

## I O N AE.

1. Fugit Ionas à facie Dei. 96. b

# sacræ Scripturæ.

## EX NOVO TESTAMENTO.

### MATTHÆI.

2. **T**E faciente eleemosynam, nesciat sinistra quid faciat dextera tua. 24.b.c
3. Si filius Dei es mitte te deorsum. 34.a
4. Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant, 31.c.d.33.b. & seq.  
Venite inquit, & faciam vos piscatores hominum fieri. 73.b.123.a
5. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. 22.a  
Beati pacifici, quia ipsi filij Dei vocabuntur. 136.c  
Sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. 22.57.d.63.b  
Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. 98.c
6. Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est. 22.b  
Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas ut videantur ab hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, percipiunt mercedem suam. 17.a  
Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis, aut quid bibatis. 186.c.189.b  
Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurivit, &c. 28.a
7. In quo iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis. 371.a  
Oculus in se trabem non videns, videt in alio festucam. 355.c  
Lata & spaciosa via est que ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. 115.d  
Ex fructibus eorum cognoscetis eos. 256.b
9. Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi, sequere me. 73.d.78.b  
Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. 140.a  
Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? 81.d  
Ingressus Iesus domum principis, vidit symphoniam. 50.c
10. Ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur ab annis duodecim & tetigit subriam vestimenti eius. 88.d.91.b
11. Nemo novit filium nisi pater, neque patrem quis novit, nisi filius. 404.b  
Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. 6.d.277.d
12. In Beelzebub principe demoniorum eicit demonia. 81.c.171.b

13. Tunc iusti fulgebunt sicut sol. 218.b
13. Simile est regnum caelorum homini negotiatori quærenti bonas Margaritas, inventa autem una preciosa Margarita, abiit & vendidit omnia quæ habuit & emit eam. 122.b
13. Væ vobis scribæ & Pharisei, qui alligatis onera gravia, & imponitis super humeros hominum, ipsi autem nec vel minimo digito ea vultis movere. 277.c
15. Non sum missus nisi ad oves quæ perierunt domus Israël. 95.a.263.d
16. Tu es Christus filius Dei vivi. 207.d  
Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. 197.d  
Vbi fuerit thesaurus tuus, illic & cor tuum erit. 76.b
17. Domine misereve filij mei, quia lunaticus est, & male torquetur. 135.d  
Hoc genus demoniorum non eicitur, nisi in ieiunio & oratione. 32.b
18. Servæ nequam & piger, dedisses pecuniam meam & ego venissem, & excoissem eam utique cum iurav. 322.c  
Væ mundo à scandalis. 72.a  
In ore duorum vel trium testium stet omne verbum. 405.a
19. Simite parvulos venire ad me, talium est enim regnum caelorum. 65.a
20. Qui vult esse dominus, sit servus. 299.b
22. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. 163.c
23. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. 186.b
25. Esurivi & dedistis mihi manducare. 24.a.36.a.108.c.111.b.c
26. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. 70.a.113.c

### MARCI.

2. Cum præteriret Iesus, vidit Lani Alphaei sedentem ad telonium. 75.d
3. Et intrauit inquit, Iesus in synagogam & erac ibi homo habens manum aridam. 83.b
5. Venit ad Iesum quidam archisynagogus, nomine Iairus, & videns eum, &c. 85.c
6. Et Iesus abiit in patriam suam. 127.b  
Et circumbat Iesus castella in circuitu docens. 427.d
7. Et inde surgens Dominus abiit in partes Tyri & Sydonis, & ingressus domum, nesciit, scire voluit, & non potuit latere. 263.a
9. Si scandalizaverit te oculus tuus, aut manus tua abscinde, & proice abs te, melius est tibi sine oculo & manu venire ad vitam quam toto corpore ingredi in gehennam. 71.d

### LVCÆ.

2. Sexto mense missus est Angelus Gabriel in civi-

# Index locorum

- tamen Galilea, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph. 358.b
2. Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. 280.a  
Hic positus est in ruam & resurrectionem multorum. 234.c
3. Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. 39.b
7. Rogavit Dominum quidam Pharisaeus ut manducaret cum illo. 250.b
10. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis. 127.d  
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. 332.c
11. Date elemosynam, & ecce sunt vobis omnia munda. 111.c  
Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice commoda mihi tres panes, &c. 101.b  
Vobis autem dico amici mei, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, &c. 265.a  
Vae vobis inuisperitis, quia tulistis clauem scientiae ipsi non introiistis, & eos qui introibant, prohibuistis. 253.b
12. Cui plus est creditum, plus exigetur ab eo. 67.a  
Beati sunt serui illi, quos cum venerit, inuenerit vigilantes. 70.a  
Exhibunt Angeli Dei, & segregabunt malos de medio iustorum. 124.a
15. Quanti mercenarii patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. 3.c
17. Impossibile est ut non veniat scandala, & tamen illi per quem veniunt. Bonum est illi ut lapis molaris, &c. 72.a  
Intra vos est regnum caelorum. 103.c
19. Et ingressus Iesus perambulabat Hierico. 138.a
21. Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. 3.c  
Videte ficulneam, & omnes arbores cum producunt iam fructum: scitis quia prope est atas, ita & vos cum videtis haec fieri, scitote quia prope est regnum Dei. 280.b
22. Vos qui reseruerastis mecum manducabitis & bibetis in mensa mea in regno meo. 250.d
23. Ab hora sexta tenebrae factae sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. 198.d
- IOANNIS.
1. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. 16.c. 32.d. 132.a. 291.d
3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. 143.b  
Filij Dei sumus, & nondum apparuit quid criminus, scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus. 190.c  
Tu es Doctor in Israel, & haec ignoras? 225.d
3. Omnis qui crediderit, non morietur in aeternum, sed transibit de morte ad vitam. 343.a
- Ego sum panis qui de caelo descendit. 194.a  
Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 251.a
8. Si filij Abrahae essetis, opera Abrahae faceretis. 322.d
10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, nemo tollit eam a me. 97.b. 205.a. 288.a  
Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. 104.c  
Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum. 342.c
11. Miserrunt sorores Lazari ad Dominum dicentes, Domine, ecce quem amas infirmatur. 165.a
12. Cogitauerunt principes sacerdotum, ut Lazarium interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudeis, & credebant in Iesum. 177.a
14. Ego in patre, & pater in me est. 182.a  
Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. 137.a  
Pater, gratias ago tibi, quia audisti me. 171.c
15. Iam non dicam vos seruos, sed amicos. 269.b
17. Pater sicut tu in me, & ego in te, ita & isti in nobis vnum sunt. 409.
- ACTORVM.
15. Nunc ergo quid tentati Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus. 277.d
- AD ROMANOS.
1. Euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientes cor eorum: astimantes se esse sapientes, stulti facti sunt. 275.c
2. Nomen Dei per vos blasphematur in gentibus. 188.d
5. Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen. 186.b
6. Quod mortuus est peccato, semel mortuus est, quod autem vixit, deo. 199.d  
Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. 186.b  
Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gloria. 79.a
7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in lege peccati. 118.b
9. Voluntati eius quibus resistit. 263.b
10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. 145.a. 188.a.b
12. Obsecro vos, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuam. 285.c
13. Non est potestas nisi a Deo. 68.b
- AD CORINTHIOS I.
2. Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae preparauit Deus diligentiibus se. 65.a. 191.a
3. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis. 225.c. 241.c

# Index locorum sacrae Scripturae.

4. *Mulieres in Ecclesia taceant.* 218.c  
 5. *Deum erat in Christo mundum sibi reconcilians.* 213.c  
 6. *An nescitis quia Angelos indicabimus.* 188.a  
 7. *Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.* 406.a  
 11. *Neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in domino.* 261.b  
 13. *Et si distribuero omnem substantiam meam pauperibus, & si tradidero corpus meum igni ut ardeat, Charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* 310.c  
 14. *Mulieres in Ecclesiis taceant.* 68.d  
 15. *In momento, in ictu oculi, mortui resurgent.* 90.d  
*Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.* 181.a
- AD CORINTHIOS II.**
2. *Quibusdam sumus odor mortis in mortem, quibusdam autem odor vitae in vitam.* 234.c  
 2. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* 167.a  
 5. *Vetera transierunt, & ecce facta sunt omnia nova.* 194.d
- AD GALATAS.**
2. *Vino autem iam non ego, vivit vero in me Christus.* 242.c  
 4. *Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem, Abba pater.* 180.d  
 5. *Caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ut non quae vultis, illa faciatis.* 118.b
- AD EPHESIOS.**
2. *Gentilis populus habebat spiritum aeris huius. Aeris spiritus qui nunc operatur in filiis dissidentiae.* 136.b
5. *Fratres, nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed repleamini spiritu sancto.* 233.a  
*Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* 261.c  
 6. *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed adversus spiritualia nequitiæ in caelestibus.* 28.b
- AD PHILIPPENSES.**
1. *In nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & infernorum.* 368.a.b.372.c  
*Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, sed etiam ut patiamini pro eo.* 349.c  
 2. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratu est, esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* 96.c
- AD COLOSSENSES.**
3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, cum autem apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria.* 106.a.190.c  
 21. *Consepulcri estis ei in baptismo.* 217.d
- AD THESSALONICENSES.**
5. *Spiritum nolite extinguere.* 67.d
- AD TITUM.**
6. *Radix omnium malorum est avaritia.* 76.a
- HEB.**
10. *Iustus ex fide vivit.* 191.b
- I. IOAN.**
3. *Qui odit fratrem suum, homicida est.* 137.b  
 4. *Charitas cooperit multitudinem peccatorum.* 249.b  
 4. *Charitas ex Deo est: sine Deo ergo est, qui non habet charitatem.* 137.b





# S. PETRI CHRYSOLOGI

ARCHIEPISCOPI RAVEN-  
NATIS DE DVOBVS FILIIS,

Prodigo & Frugi.

## SERMO PRIMVS.



**H**ODIE nobis Dominus A. patrem cum filijs duobus vocauit, & produxit in medium: vt im-  
mensum suæ pietatis in-  
dicium, sæuam Iudaicæ  
gentis inuidiam, reditum  
supplicem populi Christiani, pulchram  
panderet per figuram. *Homo quidam habuit  
duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri:*  
*Pater da mihi portionem substantiæ quæ me con-*  
*tingit. Et diuisit, inquit, illis substantiam.*  
Quantum pius pater, tantum hæres im-  
paciens: qui patris fatigatur ad vitam;  
qui patris, quia tempus audire non po-  
test, niritur auferre substantiam: hic ipsam  
prærogatiuam filij meruit non habere, qui  
ea quæ patris erant, noluit possidere cum  
patre. Sed quæramus quæ res filium ra-  
puit hos ad ausus, ad petitionem tantam  
fiducia quæ leuarit. Quæ res? illa scili-  
cet, qua cælestem patrem sciebat nullo  
claudendum sine, concludendum tem-  
pore nullo, nulla mortis potestate solu-  
endum. Et ideo cupit viuendi libertate gau-  
dere, qui ditari noluerat facultatibus de-  
cedentis. Denique illam fuisse huius peti-  
tionis offensam genitoris largitas com-  
probauit. *Et diuisit, inquit, illis substan-*  
*tiam.* Petente vno, ambobus totam sub-  
stantiam mox diuisit, vt scirent filij, quod  
ante tenebat pater, non fuisse auaritiæ,  
sed amoris: prouidentia, non inuiden-  
tia, non dedisse. Tenebat pater seruare  
substantiam filijs, non negare, & manere  
ea pignoribus cupiens, non perire. Beati  
filij quorum tota est in patris charitate  
substantia. Beati quibus manet tota in ob-

Luc. 15.

sequio patris, in patris cultura possessio.  
Cæterùm facultates vnitate scindunt,  
fraternitatem separât, cognationem spar-  
gunt, parentum perdunt & violant cha-  
ritatem, sicut ex sequentibus elucescit.  
*Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me  
contingit. Et diuisit, inquit, illis substantiam.*  
*Et non post multos hos dies, congregatis omni-*  
*bus adolescentior filius peregrè profectus est in*  
*regionem longinquam, & ibi dissipauit sub-*  
*stantiam suam, viuendo luxuriosè. Et posteaquam*  
*consumpsisset omnia facta est fames valida in re-*  
*gione illa, & ipse cepit egerere, & abiit, & adhesit*  
*vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam*  
*suam, vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ven-*  
*trém suam de siliquis, quas porci manducabant, &*  
*nemo illi dabat. Ecce quid facit cupiditas ad*  
*ensum præceps. Ecce quemadmodum sine*  
*patre census nudauit filium, non ditauit:*  
*census filiū tulit è gremio patris, ciecit de*  
*domo, exemit patria, spoliauit fama,*  
*exiit castitate. Quod vitæ, quod morum,*  
*quod pietatis, quod libertatis, quod est glo-*  
*riæ, nil reliquit. Ciuem denique in pere-*  
*grinum, filium in mercenarium, in ege-*  
*num locuplerem, liberum mutauit in ser-*  
*uum, iunxit porcis à patre piissimo quem*  
*seiuinxit, vt seruiret cœnoso pecori, qui*  
*pietati sanctæ parere contempsit. Con-*  
*gregatis, inquit, omnibus adolescentior. Ado-*  
*lescentior iste plane non ætate, sed cen-*  
*su: qui congregauit bona patris, & abiit*  
*longè plus mente, quàm loco: vt dato, nõ*  
*accepto precio misere se vèderet seruitu-*  
*ti. Sic mercator ad talem contractum per-*  
*uenit, qui parentum debirum nescit sol-*  
*uere, qui vicem nescit redhibere generan-*  
*ti. Est penes patrem dulcis conditio, libe-*

ra seruitus, absoluta custodia, timor lætus, blanda vltio, paupertas diues, secura possessio. Namque ad patrem labor respicit, fructus redundat in filios. *Dissipauit, inquit, substantiam suam. Quæ composita fuerant patre moderante, prodigente filio dissipantur: vt vel tarde sapiat patrem custodem, non incubatorem fuisse substantiæ. Viuendo luxuriose. Mortalis est ista vita, quia moritur virtutibus, qui vitiis viuuit, sepelitur famæ, perit gloriæ, qui manet turpitudini: crescit infamiz. Et postquam consumpsisset omnia, facta est fames valida in regione illa. Luxuriæ, ventri, gulæ, fames tortor apponitur: vt ibi vltrix pœna sæuiat, vbi pœnalis reatus exarserat. Facta est fames valida. Ad talem finem semper voracitas tendit, ad talem peruenit terminum fugienda voluptatis effusio, Et ipse cœpit egere. Filium data facit egere substantia, quæ diuitem negata seruabat: vt penes se deficeret habendo, qui penes patrem abundauerat, non habendo. Et adhaesit vni cuiusdam regioni illum, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos. Sic inuenit, qui se negat patri, qui se committit extraneo: vt sentiat se verum iudicem, qui fugit indulgentissimum prouisorum. Affectionis desertor, pietatis refuga, deputatur porcis, porcis addicitur, porcorum traditur seruituti, porcorum pascua lutulenta percurret, inquieti gregis teritur & maculatur excursu, vt sentiat quàm miserum sit, amarum quàm sit, quietis paternæ beatitudinem perdidisse. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Quàm crudele ministerium, quia neque conuiuuit porcis, qui viuuit porcis. Miser, qui porcorum deficit, & esurit in saginam. Miser, qui squallentis cibi cupit, nec impetrat qualitatem. His edocti, instructi talibus, maneamus in domo patris, matris in gremio perduremus, cognatorum constringamur amplexibus, viscera nos paternæ constringant, ne nos ad supradicta mala pertrahat adolescentiæ miseranda libertas. Szpiat nos paternæ reuerentia, matris componat affectio, cognatorum custodiamur affectibus. Inter propinquorum lumina non valent delicta versari. Propinquorum quot oculi, tot lucernæ. Dies est aspectus matris, Sol patris rutilat in vultu. Vnde viuienti inter tot virtutum duces, criminum tenebræ propinquare non possunt. Sed mensa patris nos alit virtutis cibo, salutis epulo, delicijs honestatis & gloriæ. Et quia latius nos de hac*

A parabola dicere cogit proluxa series lectionis, quis sit pater in donando facilis, facilius in recipiendo: quis sit frater fratris tristissimus in salute, quis sit adolescentior abscessu insipiens, sapientissimus in regressu: sequenti sermone vobis communibus inquiremus.

## DE EISDEM,

## SERMO II.



**L**uxuriosum filium, filium patris possimi desertorem, quæ perculerint mala in tantum, vt fame tabidum porcorum dederit seruituti: superiore, quo valuimus, sermone perstrinximus. Nunc eius reditur, nunc eius poenitentiam, meliore iam voto, verbis lætioribus profequamur. *In se, inquit, reuersus dixit: Quanti mercenarij patris mei abundant panibus, &c.* In se reuersus est, in se antè redit, vt rediret ad patrem, qui à se antè recesserat, cum recessit à patre. A se migrat, & ab homine totus transit in bestiam, paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus. *Quam- Luc. 15. ti mercenarij patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo.* Fames reuocat, quem saturitas exularat: fames illi patrem dedit sapere, cui copia tulerat sentire genitorem. Et si tantum præstitit vel inuita fames, probare quid voluntarium possit conferre ieiunium. Oneratus venter ad vitia cor deponit, premit mentem, ne supernam valeat sentire pietatem. Corpus, inquit, quod corrumpitur, aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Vnde & Dominus: attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. *Luc. 21.* Vacuandus est ergo venter moderatione ieiunij, vt exoneratus animus possit ad alta pertendere, conscendere ad virtutes, possit ad ipsum pietatis authorē totus aliger peruolare. Hoc Elias probat, qui dominici continuatione ieiunij defæcatus à carnali pondere, mortis victor euolauit ad cœlum. *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Iacubat qui dixit, surgam: intellexit lapsum, sensit ruinam, iacere se turpis luxuriæ: respexit in lubrico, & ideo exclamat: *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Qua spe? qua fiducia? qua confidentia? qua spe? Illa qua

pater est. Ego perdidit quod erat filij: ille, quod patris est, non amisit. Apud patrem nō intercedit extraneus, intus est in patris pectore ipse qui interuenit, & exorat affectus. Vrgentur patris viscera iterum filium genitura per veniam. Ibo ad patrem reus, sed pater viso filio cooperit mox reatum, dissimulat iudicem, qui magis vult implere genitorem, & sententiam citō verit in veniam, qui redire cupit filium, nō perire.

*Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam illi:*

*Pater: peccavi in cœlum & coram te.* Confessio

patrem pandit, genitorem loquitur pœnitentia.

*Peccavi in cœlum & coram te.* Cui peccatur in cœlo, nō terrenus pater est, sed &

cœlestis, ideo adiecit: Coram te. Cui in cœlo, & in terra, ante oculos sunt omnia quæ geruntur.

*Peccavi in cœlum, & coram te,*

*& iam non sum dignus vocari filius tuus.* Peregrè profectus est iste, & in regionem longinquam fugit, sed accusatores suos, sed testes suos, diuini patris oculos nō refugit. Hoc David clarius aperit, sic dicendo: Quo ibo: à spiritu tuo? & à facie tua quò fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades: si sum-

*Psal. 138.*

psero pennas meas diluculo, & habitauero in postremo maris. Etenim illuc deducet me manus tua, & tenebit me dextera

tua. Videri iste per totum mundum nuda Dei oculis delicta consistere: non cœlum, non terram, non maria, non abyssum, non ipsam noctem, Deo velare posse peccata. Sentit quātum sit sceleris, mali quantum, in ipso Dei peccare conspectu, & ideo, clamat: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Vnde & iste adolefcentior similiter vociferatur, & clamat: *Peccavi in cœlum, &*

*Psal. 50.*

*coram te, & iam non sum dignus vocari filius tuus.* Non dicit: Non sum dignus esse filius tuus, sed non sum dignus vocari filius tuus: quia vocari ad gratiam pertinet esse ad naturam. Audi Apostolum dicentem: D

Ab eo qui vos vocauit in gratiam suam. Hic ergo adolefcentior, quia perdiderat quod erat naturæ, iudicat se quod est gratiæ non mereri. *Fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* Ecce, potestatis suæ filius quo deuenit? voluptas luxuriæ, adolefcentiæ libertas, ecce filium quò promouit? *Fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* Vt locatione annua seruitus innouetur, vt labore iugi conditio conducta deteratur, vt die toto in opere suspirèt miserè verna mercedis, vt sit semper venditor sui, nec vnquam negare suam valeat seruitutem. Et hoc petit, quia qui penes extraneū seruam senserat libertatem, penes patrem credit sibi futu-

*Galat. 3.*

ram liberam seruitutem. Iam nūc fratres, vellem lectionis huius aperire mysterium, si non me reuocaret istius vilitatis intentio, quia vos video non quasi nostra audire debito cum dolore, sed quasi extranea intellectu transuolare festino. Nostra, nostra & omnibus profutura nobis semper loquitur Christus, & ob corrigendos nos mystica frequentat exempla dominus, qui pater suorum voluit esset seruorum: qui magis amari voluit, quàm timeri? qui panem vitæ se dedit ipsum, qui sanguinem suum in poculum salutis effudit. Præteritis comparationibus præsentis corrigit, & futuros: ne bonum patrem, ne genitorem pium deferentes, ad mundi longinqua, & nimis peregrina tendamus: ibiq; viuendo luxuriose, substantiam totam salutis dissipemus, & vitæ omnibûsq; consumptis famem spei grauissimam perferamus: & sic nos primario regionis illius, hoc est, desperationis auctori diabolo iam tradamur: & ille nos mittat in villam suam, hoc est, ad huius seculi illecebras conuales: mittat ad pascedos porcos, eos videlicet qui proni semper in terra viuunt ventri, & æstus carnis in volutabro luti temperant, in cœno premunt, refrigerant in gurgite vitiatorum. Quod autem mercenarios suos mittat ad porcos, facit hoc insatiata crudelitas, quæ contenta nō est homines criminosos fieri: nisi eos vitiōri duces, criminum faciat & magistros. Cum eos tales fecerit, non sinit eos ex ipso porcorum cibo, pastiq; saturari: vt esurientes vitia plus delinquant, luxuriosos fatietas capere non potest: voluptas nescit expleri. Vnde nos cum bono patre sumus, permaneamus apud genitorem pium: vt & diaboli laqueos possimus euitare, & bonis patris iugiter perfruamur. Profunda post scrutabimur: quia communioni & moribus plus debemus.

DE EISDEM,

SERMO. III.



Hilij luxuriosi abscessum, regressum, culpam, pœnitentiam percurrimus hætenus sermone geminato: occursum modò patris, bonitatem patris, patris ineffabilem misericordiam prosequamur. *Surgens, inquit, de- Luc. 15. nit ad patrem suum, cum autem esset longe, vidit illum pater suus, & misericordia motus est, &*

accurrit, & cecidit super collum eius, & osculatus est illum. Surgens, venit ad patrem suum. Surrexerit iste mentis & corporis de ruina: surrexit de profundo inferni, cœli alta contingens: apud cœlestem patrem filius surgit plus de venia, quam corruit de reatu. *Surgens venit ad patrem suum.* Venit non gressu pedum, sed mentis incessu: longinquus terreni itineris non indiguit: quia compendia vitæ salutaris inuenit. Diuinum patrem nescit viarum cursu querere: qui fide quærens, mox sibi illum inuenit esse præsentem. *Surgens venit ad patrem: cum autem esset longè: Quomodo longè est is, qui venit? quia nondum peruenit.* Iste qui venit, venit ad pœnitentiam, sed nondum peruenit ad gratiam: venit ad domum patris, sed nondum peruenit ad gloriam pristini, vel habitus, vel honoris. *Cum autem esset longè, vidit illum pater suus.* Vidit pater ille, qui in altis habitat, & humilia respicit, & alta à longè agnoscit. *Vidit illum pater suus.* Pater vidit illum, vt & ille patrem posset attendere: patris visus illustrauit filii venientis aspectum, vt tota fugaretur obscuritas, quæ circumfusa fuerat de reatu. Non sunt tales tenebræ noctis, quales illæ sunt, quæ de confusione veniunt peccatorum. Audi Prophetam dicentem: *Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui videre.* Et alibi: *Iniquitates meæ grauatae sunt super me.* Et post: *Et lumen oculorum meorum non est mecum.* Nox sepelit hesternum lumen, peccata sensum, animum membra confundunt. Nisi ergo cœlestis pater, redeuntis filii radiasset in vultu: & totam confusionis caliginem respectus sui lumine sustulisset, nunquam diuini vultus vidisset iste filius claritatem. *Vidit eum de longè, & misericordia motus est.* Mouetur misericordia, qui loco non potest dimoueri, accurrit, non progressu corporis, sed pietatis affectu. *Cecidit super collum eius.* Non lapsu viscerum, sed compassionis. *Cecidit super collum eius.* Vt erigeret sic iacentem. *Cecidit super collum eius.* Vt amoris onere, onus tolleretur peccatorum. Venite ad me, inquit omnes qui laboratis, & onerati estis. Tollite onus meum super vos, quia leue est. Videtis quia filius iuuatur istius patris onere, non grauatur. *Cecidit super collum eius, & osculatus est eum.* Sic pater iudicat, sic emendat, sic peccanti filio dat oscula, non flagella. Delicta non videt vis amoris, & ideo pater peccata filii redemit osculo, clausit amplexu: ne nudaret pater filii crimina, pater filium ne foedaret. Pater sic curat fi-

lii vulnera, ne filio cicatricem, næuum filio ne relinquat. Beati, inquit, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Si adolescentis huius factum displicet, horret abscessus: nos à tali patre nullatenus discedamus. Aspectus patris fugat crimina: expellit noxam: cunctam nequitiam & tentamenta propellit. Certè si abscessimus: si substantiam patris totam luxuriosè disperimus nos viuendo: si quicquid vsquam commisimus facinoris, & delicti, si ad impietatis præurum totum, totam venimus ad ruinam, surgamus aliquando, & ad talem patrem, tali inuitati redeamus exemplo. *Cum autem videret eum, misericordia motus est, & accurrit, & cecidit super collum eius, & osculatus est illum.* Rogo quis hic desperationis locus? Quæ hic excusationis occasio? hic simulatio quæ timoris? Nisi fortè timetur occurfus: terret osculum: turbat amplexus, & caperet ad vindictam, non recipere ad veniam pater creditur, cum filium trahit manibus, claudit gremio, ligat laertis. Sed hanc cogitationem debellatricem vitæ, salutis inimicam expugnant nimis, nimis auferunt quæ sequuntur. *Dixit autem pater ad seruos suos, cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum aureum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* His auditis adhuc moramur? adhuc non redimus ad patrem? *Cito proferte stolam primam, & induite illum.* Sustulit filii crimina, qui non sustulit nuditatem: hinc est quod à seruis antè vestiri voluit filium, quàm videri: vt soli patri nota esset nuditas: quia pater solus videre filii non poterat nuditatem. *Cito proferte stolam primam.* Pater hic, qui in secundis esse non passus est peccatorem, plus de venia, quàm de iusticia gaudium vult habere. *Cito proferte stolam primam.* Non dixit, vnde venis? fuisti vbi? vbi sunt quæ tulisti? quate tantam gloriam tanta turpitudine commutasti? sed: *Cito proferte stolam primam, & induite illum.* Videtis, quia delicta non videt vis amoris. Tardam misericordiam pater nescit. Delicta qui discutit, prodit. *Et date annulum in manu eius.* Paterna pietas contenta non est innocentiam reparare solam, nisi pristinum restituit & honorem. *Et date calceamenta in pedibus eius.* Quàm pauper rediit qui ditatus abscesserat, & de tota substantia calceamenta in pedibus non reportat.

Psal. 112.

Psal. 20.  
Psal. 37.

Matt. 11.

*Date calceamenta in pedib. eius. Ne vel in pede A* remaneret deformitas nuditaris: certè vt calceatus anterioris vitæ rediret ad cursum. *Et adducite vitulum saginatum.* Communis vitulus non sufficit, nisi fuerit pinguis, nisi fuerit saginatus: vitulus pinguis restatur paternæ pinguedinem charitatis: *Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est.* Historiam loquimur adhuc, & iam cogitamus arcanum nudare mysteriũ. Mortuus filius vituli suscitatur ex morte, & vnus vitulus totius familiæ funditur in faginam. Sed differendum est vt senioris do- B  
lorem vetustum, vetustiore[m] fratris inuidiam prosequamur.

## DE EISDEM,

## SERMO III.

**D**E iunioris filij reditu & salute gaudentes, senioris flebiliter pandimus, & dolemus inuidiam, qui summum frugalitatis bonum extremo zeli malo perdidit, & liuoris. *Erat, inquit, filius eius senior in agro, & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & choros, & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; respondit, frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem & nolebat introire. Erat, inquit, filius eius senior in agro. Erat in agro terram percolens, se desertans, duritiam soluit cespitis, perdurat affectum, sentes eradicat & gramina, stimulos inuidiæ non euellit. Sic in segete cupiditatis fructum zeli colligit, & liuoris. Et cum veniret, inquit, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & choros. Inuidũ fugat symphonia pietatis, chorus charitatis excludit, & quem venire ad fratrem, & appropinquare domui, vocat ratio naturæ hunc peruenire zelus non sinit, liuor non patitur introire. Inuidia malum verustum, prima labe, antiquum virus, sæculorum venenum, causa funeris. Hæc in principio ipsum angelum eiecit, & deiecit de cælo. Hæc de Paradiso hominem principem nostræ generationis exclusit. Ipsa hunc seniore[m] fratrem paterna secluserit è domo. Hæc Abrahæ progeniem, populũ sanctitatis, ad auctoris suæ cædem, ad mortem sui Saluatoris armauit. Inuidia intestinus hostis, non carnis quatit muros, non elidit septa membrorum, sed in ipsam cor-*

dis arierat arcem: & antequam viscera sentiant, ipsam dominam corporis animam prædo capit, & adducit inclusam. Si ergo volumus cœlestem mereri gloriam, si Paradisi beatitudinem possidere, si æterni patris inhabitare domum, si volumus rei cœlestis parricidij non teneri peruigili fide, luce spiritus terras inuidiæ pellamus, & excludamus insidias, inuidiam totis armorũ cœlestium viribus comprimamus: quia sicut nos Deo iungit charitas, à Deo inuidia sic seiuungit. *Pater ergo illius egressus cepit rogare ipsum.* Cor patris anxium variis arctatur motibus filiorum, & inter diuersos pignorum casus genitoris pietas stupefacta discurret; quia videt fratrem fratris reditu mox fugari, & salute alterius sibi alterum mox perire, ac mœrorẽ longum breui gaudio pensatum inuidiæ liuore turbari. O zeli tumor, duos nõ capit domus ampla germanos. Et quid mirum fratres? Fecit inuidia, fecit vt mudi tota duobus esset angusta fratribus latitudo, namque ipsa Cain iunioris erexit in mortem, vt esse solum zeli liuor faceret, quem primum fecerat lex naturæ. *At ille respondens dixit patri suo, Pater ecce tot annis seruis tibi.* Sic sapit qui patris audet iudicare pietatem. *Ecce tot annis Gen. 4*  
C *seruis tibi.* En patri filius nascendi beneficia qua seruitute compensat. *Nunquam mandatum tuum præterui.* Hoc tibi non tua innocentia, sed patris venia dedit, quia multa charitate delicta filij maluit tegere, quã nudare. *Et nunquam mihi dedisti hædum, vt cum amicis meis epularer.* Fratri inuidus animus gratus esse non potest patri: & paternæ largitatis memor non est, qui est fraternæ immemor charitatis. Hædum sibi datum negat, qui substantiæ partem totam tempore diuisionis accepit. Tunc enim cum frater iunior dari sibi substantiæ peteret portionem, pater ambobus totum fratribus mox diuisit; Euangelista dicente, *D diuisit illis substantiam.* Sed inuidus simulat semper: mentitur inuidus semper. *Et nunquam mihi dedisti hædum, vt cum amicis meis epularer.* Amicos paternos suos esse non computat: hos non amicos, sed extraneos credit: à quibus vidit in patris gratiam se amari. *Sed posteaquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti vitulum saginatum.* Hic rediisse fratrem dolet, non dolet periisse substantiam, nec dani causa queritur, sed liuoris: qui fratrem redeuntẽ de suo decorare debuit: non debuit de perduto sic fœdare. In filio est substantia patris tota: & ideo nil pater perdidit, filium cū recepit. Frater credidit danũ, qui rediit.

conspicit cohæredem. Et quando inuidus non avarus, quando quicquid habet alter se computat perdidisse? *At ipse dixit illi fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem, & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. O quid facit vis amoris: quâuis malo filio non esse nescit, non esse non potest pater: videt filium degenerasse animo: videt paternæ pietatis, paterni generis nil habere, & tamen nuncupat filium: suadet effectum: ad gratiam, vel spem reuocat largitatis, dicendo: Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Hoc est dicere: Patere filium rediisse patri, permitte patri filium suscepisse: nec ille aliud quam patrem quæsiuit, qui veniens non filij, sed loco mercenarij voluit collocari, dicens: Pater peccauim in cælum, & coram te: & iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Sint tibi omnia, illi sufficit pater: & ne quid tibi de præsentibus, de veteribus, existimes imminutum: illi noua, & futura perquiram. Certè si consilium patris sequeris, & præceptum, participa præsentia cum fratre: vt cum ipso tibi communia sint futura. Gaudet ergo, & inuentum gaude: vt ille te gaudeat non perisse. Sed iam sermonem historicum cõcludamus: vt postea quæ sunt mystica, quæ profunda, Christo reuelante pandamus.*

DE EISDEM,  
SERMO V.



Allidi debitoris est & inuerecundi, sæpe pacta nõ soluere: & patiētissimum creditorum longa & artificio cauillatione protelare. De abscessu, de reditu luxuriosi filij. Quintus est hic sermo nobis, qui historicum sensum, sicut promissimus ad mysticam & singularem deitatis intelligentiam, conabitur attollere. Vos orate: vt quia in tanto credito sunt minus per me idoneus debitor, per Deum vobis idoneus solutor existam. *Homo quidam habuit, inquit, duos filios. Posteaquam Christus nostræ carnis suscepit oves, & Deus induit exuias humanas: veraciter se Deus hominem vocat: Dominus patrem verè se duorum nuncupat filiorum: quia humanitati permixta deitas, deitati cõsociata pietas, miscuit hominem & Deum: quæ dominum vniuit in patrem. Hic ergo homo, Pater hic duos filios habuit conditoris pōtificio, non necessitate generantis, duos*

L. 10. 13.

A filios habuit, quos non emeruit esse, sed iussit: quia Christus sic in oculis nostris fuit homo: vt Deus semper in maiestatis suæ maneret arcano. *Duos filios habuit. Duos scilicet populos, Iudaicum, Gentilemque: sed Iudaicum seniore: prudentia legis fecit: Gentilem paganitatis stultitia reddidit iuniorem. Quia sicut sapientia dat canos: ita quicquid viri est, tollit insipientia. Hunc ergo iuniorem mores præstitere, non ætates: seniore illum non tempora facerent esse, sed sensus. Et dixit, inquit, adolescentior ex illis patri. Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Cognitorem peccatoris non voce petit iste, sed voto: quia à Deo bona, malæ reportat propria voluntas in nobis, denique iste cum patre possessor totius sortis, ad patrem propria voluntate peruenit dicendo, Da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et quæ est ista portio? quæ est, habitus, Sermo, Scientia, Ratio, Iudicium, quæ hominem præ cæteris animantibus in terrena habitatione contingunt, hæc est, iusta Apostolum, lex naturæ. Et ideo diuisit illis substantiam, dando iuniori quinquæ ista quæ diximus, beneficia naturæ: seniori quinquæ legis libros diuinitus inscribendo: per quæ substantia impar merito, numero par esset, humanum teneret ista ordinem, diuino illa subsisteret instituto: vtraque tamen lex filios utrosque ad notitiã patris perduceret, ad reuerentiam sui seruaret authoris. Et non post multos dies, inquit, congregatis adolescentior omnibus peregrè profectus est in regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Diximus iuniorem non tempora fecisse, sed mores, & ideo dixit: Non post multos dies. Quia cum principio ipso mundi festinauit gentilitas ad idolorum patriam: ad longinquam diaboli regionem animo est peregrinatus, non loco: & per clementiã vanis est peruagata cogitationibus, necnon est corporeis motibus iactata per terras: namque coram patre sine patre erat: & cū in se esset non erat secū. Hinc est quòd luxuriosus per desiderii secularis eloquentiæ, per scholarū lupanaria per triuia sectarū, dissipauit Dei patris dementi disputatione substantiam. Et cum consumpsisset coniecturis quicquid erat sermonis, scientiæ, rationis, iudicij, egestatem summam, famem magnam cognoscēde veritatis miserimus substinebat: quia philosophia quærendæ diuinitatis indixit laborem: veritatis inueniendæ fructum contulit nullum. Hinc est quòd adhærebat primario regionis illius, à quo*

mittebatur in istud sæculum, hoc est in vnam multarum superstitionum vllam: vt pasceret porcos, id est dæmones qui dicunt domino. Si eiicis nos, mitte nos in porcos. Vt pasceret dæmones thure, vitinis, sanguine, falsarum responsionum mercedem pro tali labore relaturus. Occidebatur pecus: vt quod viuus nil scierat, diuineret occisum: & loqueretur ex fibris mortuum, quod nunquam fuerat ore prolocutum. Verum cum nil diuinum nil salutare profuturum, nil gentilis inueniret in talibus: desperas de Deo, de prudentia, de iudicio, de futuris, ab schola ad ventris se deponebat ingluuium, cupiens saturari de siliquis, quas porci manducabant. Hoc norunt Epicurei: qui cum Platonicas & Aristotelicas percurrerent scholas, nullamque illic aut diuinitatis, aut scientiæ inuenirent disciplinam, Epicuro se tradunt ultimo, desperationis & voluptatis auctori. Et manducant siliquis, hoc est, voluptatibus corporis malè dulcibus inhiant, & pascunt dæmones qui semper corporum vitis saginantur & sordibus: quia sicut Domino qui se iungit, vnus spiritus est: ita qui se iungit diabolo, est dæmon vnus. Sed hic iunior quamuis cuperet, non tamen saturabat de siliquis istis vëtre suum. Quare? quia nemo illi dabat diabolus, quidem volebat per famem scientiæ, per voluptatum difficultatem, Gentilem reddere audidiorem ad illicita perquirenda, ad perpetranda delicta: sed Deus pater idè permisit venire Gentilem, vt erroris occasio salutis fieret argumentum: namque Diabolum sic reliquit, vt perderet: & Gentilem sustinere passus est famem, vt rediret. Redit autem ad patrem, & clamat, *Pater peccavi in cælum, & coram te.* Rediisse iuniorem ad domum patris, & clamare Deum patrem vox Ecclesiæ quotidiana testatur: quæ dicit, *Pater noster qui es in cælis, Peccavi in cælum & coram te. Peccavi in cælum, dum in cælo Solem, Lunam, Sidera, deos esse blasphemar: & hæc eadem profanat adorando. Et iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenariis tuis.* Hoc est dicere, quia non mereor iam filij gloriam, vel veniæ consequar pro mercenario labore mercedem, Et cui honor scobolis perit, saltem vitalis maneat in quotidiano pane substantia. Sed pater occurrit, & occurrit longè. Cum adhuc impij essemus, Christus pro nobis mortuus est. Occurrit pater occurrit in filio, cum per ipsum de cælo descendit, & peruenit ad terras. Pater in-

quit, qui me misit, mecum est. *Cecidit super collum eius.* Cecidit, cum per Christum diuinitas tota nostra decumbit, & incubit in carne. *Et osculatus est eum.* Quando quando misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatz sunt se. *Dedit stolam primam.* Illam quam Adam perdidit, immortalitatis gloriam sempiternam. *Posuit annulum in manu eius.* Annulum honoris, titulum libertatis, insigne pignus spiritus, signaculum fidei arham cælestium nuptiarum: audi Apostolum, *Desponsauit vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et calceamenta in pedibus eius.* Vt essent calceati pedes in prædicatione Evangelij, vt essent beati pedes euangelizantium pacem. *Et occidit et vitulum saginatum.* Illud de quo David cantabat, *Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas.* Occiditur patre vitulus sic iubente: quia Christus Deus Dei filius occidi, sine patris voluntate nõ poterat: audi Apostolum, *Qui proprio filio non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum.* Hic est vitulus qui in epulum nostrum quotidie ac iugiter immolatur. Sed frater senior, sed senior filius veniens ex agro, populis legalis, messis quidem multa, operarij autem pauci: audit in domo patris symphoniam, audit choros, & introire non vult. Hoc quotidie oculis nostris inuermur. Nã venit Iudæus ad domum patris, id est, ad Ecclesiam stat foris per inuidiam, audit Dauidicam citharam personare, audit ex cõcentu Prophetico symphoniam, ex populorum vario concentu choros audit, & introire non vult per inuidiam stas foris. Dũ gentilem fratrem pristinis iudicat & horret ex moribus, ipse paternis bonis se eximit, ipse se paternis excludit gaudiis. *Quod autem dixit: Ecce tot annis seruis tibi, & nunquam mandatum tuum præterui, & nunquam dedisti mihi hædum.* Tacendum potius, quàm loquendum esse iam duximus, quia Iudæus loquitur: & non facientis verba sunt, sed tumentis. Pater egreditur, & dicit filio, *Fili, tu semper mecum es.* Quomodo? per Abel, per Henoch, per Sem, per Noë, per Abraham, per Isaac, per Iacob, per Moysen, per omnes sanctos, per quos Iudaica generatio in Evangelio lecta deriuatur, cum dicit: *Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob.* Et omnia mea tua sũt. Quomodo? quia tibi lex, tibi prophetia, tibi templum, tibi sacerdotium, tibi sacrificia, tibi regnum, tibi munera, tibi (quod est super omnia) natus est Christus.

Sed quia tu per inuidiam perdere vis fratrem, paternas epulas, patris gaudia dignus es non habere. Angusto sermone res latissimas, non vt voluimus, aperire potuimus: sed scientie vestre, intellectui vestro lata sunt, quae in sermone nostro videntur angusta. Non sit haec ingrata, simplex & inculta collatio, quae nos res mysticas & excelsas non narrate, non declarare, sed aperire compulit, & explanare.

## IN PSALMVM XCIX.

## SERMO VI.



Voniam redeunte filio iunioris familia tota choros egit, coeleste cecinit symphoniam, conuenit & nos hodie Psalmum sumere, dare tympanum, ponere organum, citharam tægere, & ad tatum Dei Patris gaudium melodiam Dauidicam personare: *Iubilate Deo, inquit, omnis terra.* Quod est: quod intelligentia huius exultationis inquit? Quid est, quod post tanta deitatis, terribilia, tam mirifica praecipua terra nunc vocatur, & inuitatur ad iubilum? *Iubilate, inquit, Deo omnis terra.* Quid est, quod posteaquam terribilis Deus mitissimi pastoris elegit officium, personam pastoris induit: vt vagos populos, palantes plebes, dispersas longè, lateque gentes, velut errantes oues in vnum pastor misericors congregaret, immo vt nationes feras, praedam mortis, carnis cibum, potum sanguinis, bestiarum furorisitientes, ad vsum lactis, ad cibum graminis, ad omnium totam duceret & redderet lenitatem, terrae omni pastorem mandat, & imperat disciplinam, dicendo, *Omnis terra iubilate Deo.* Sicut militem tuba terribilis producit ad bellum, sic oues ad pascua dulcedo iubilationis inuitat. Bellandi ergo fremitum pastorali lenitate mitigare conuenit, vt gentes tam mitis gratia saluaret, quas diu peremerat feritas naturalis. Quod autem pastoralis bonus esset reditus, ad terras veniret Christus, clamauit ipse hodie, Ego sum pastor bonus, Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Hinc est quod adiutores, quod socios ad curam totius orbis ipse magister inquit, dicendo, *Iubilate Deo omnis terra.* Hinc est quod oues suas Petro vice sua, vt pasceret ad caelum remeaturus commedat. Petre, inquit, amas me? pascere oues meas. Et vt tenuia redditus primordia non cogeret potestate, sed pietate portaret, repetit, Petre amas me? pascere agnos meos. Commē-

A dat oues, ouium commendat germina, quia fecunditatem pregris sui pastor praeficius nouerat iam futura. Petre amas me? pascere agnos meos. Istis agnis collega pastoris Petri Paulus, pie pastu plena lactis vbera porrigebat, dicendo: Lac vobis potum dedi, non escam. Sensit hoc Rex beatus: & ideo probalaru clamar, Dominus pascit me, & nihil mihi deerit: in loco viridi ibi me collocauit: super aquam refectionis educauit me. Post iuges ergo bestiarum gemitus, post tristem sanguinis vitae euangelicæ pacis ad pascua iam redeunti, versiculus sequens lætitiā annuntiat seruituti. Erat homo peccati seruus, erat captiuus mortis, erat in acipium demonum, erat idolorum vernula, erat vitiorum verbero, erat criminum compeditus. Sic malis dominis talibus, tantisque exhibebat homo malam & miseram seruitutē. Quando homo non sub peccato tristis? Quando non sub morte lugens? Quando non sub demonibus pallens? Quando non sub idolis tremens? Quando non sub vitiiis suspectus? Quando non sub criminibus desperatus? Et ideo homo dabat extrema suspiria: quando tales, tam crudeles dominos sustinebat. Propheta ergo videns nos à talibus liberatos, & reuocatos ad obsequium creatoris, ad patris gratiam, ad vnus boni domini liberam seruitutem, merito exclamat: *Seruite Domino in lætitiā: intrate, inquit, in conspectu eius in exultatione.* Intrate, non loco, sed corde. *Intrate in conspectu eius in exultatione.* Quia quos eiecerat reatus, quos expulerat conscientia, gratia reducit, intromittit innocentia. *Intrate in conspectu eius in exultatione.* Qui ingreditur in conspectu eius in exultatione, est à reatu liber, est de premio per securus. Tamen quid est quod hortatur? quod suadere nititur hic Propheta? *Intrate in conspectu eius in exultatione.* Quis in conspectu Dei liber? diuinis in oculis quis mentitur? Quis exultans ante terrorem maiestatis supernæ? Archangeli tremunt, paudent angeli, potestates metuunt, in faciem caeli prouunt seniores: elementa fugiunt, soluuntur saxa, montes defluunt, terra tremat, & homo terræ quàm intrepidus intrabit, & adhuc consistit exultans: vnde est quod Propheta hoc nos debere facere sic praesumit? vnde est? Ex eo quod sequitur. *Scitote, inquit, quod Dominus ipse est Deus.* Quia Dominus ille Deus est, qui fuit in carne nostra pusillus: hinc est quod ille Dominus Deus est, qui fuit in cunabulis nostris capax: dulcis in gremio,

1. Cor. 3.  
Psalm. 22.

Ioan. 10.

Ioan. 21.

mitis in habitu, in nostro contubernio blandus. Et ideo, *Intrate in conspectu eius in exultatione.* Quia totum pauorem diuinitatis, totum metum iudicis in habitum nostrum dedit, prouidenti locauit aspectu ut ingressus non pœnas iudicis metuat, sed parentis præsumat amplexum. Et quomodo non exulcet, qui genitorem reperit, quem timuerat cognitorem? *Intrate in conspectu eius in exultatione: scitote quod dominus ipse est Deus. Ipse fecit nos, & non ipsi nos.* Inanis est patris, matrisque labor, nisi in germine affuerit opus, & auctoritas conditoris. Manus tuæ, inquit, fecerunt me, & plasmauerunt me. Et alibi. Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Ergo quodd nascimur, quodd sumus, non debemus ipsi nobis: quia totum debemus auctori. *Nos autem populi eius, & oues pascuæ eius.* Probatum est in prouerbis sæpissimè: quia cœlitus venerit pastor, qui errantes oues, & lethali gramine sauciatas, superno iubilo vitalia reuocaret ad pascua. *Intrate, inquit portas eius in confessione.* Sola est confessio quæ nos fidei facit introire per ianuam. *Atria eius in hymnis: confitemini illi, laudate nomen eius.* Diximus, quodd nobis esset iam positus intra domum patris, assumenda cœlestium canticorum spiritualis symphonia: ut sit nobis in ingressu confessio, sint in attris hymni, sit laus in penetralibus, ubi tota deitatis inhabitat plenitudo. *Confitemini illi, laudate nomen eius. Confitemini illi, quia Deus est, laudate nomen eius.* Per quod saluati sumus: & in quo cœlestis, terrestris, infernaque, genu flectit, & diligit Dominum Deum creatura. *Quia suauis est dominus. Unde? quia in aeternum misericordia eius.* Verè suauis est per quam solam torius mundi amarissimam dignatus est auferre sententiam. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Et usque in seculum seculi veritas eius.* Deus enim salua veritate miseretur: qui sic dat peccatis veniam, ut iustitiam in ipsa miseratione, rationeque custodiat: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Psal. 118.

Ioan. 1.

IN ILLVD MATTHÆI, CVM  
ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes,  
&c. Et de hypocritis.

## S E R M O VII.



B I Deus dominum mutauit in patrem, voluit charitate magis quàm potestate regnare, & amari maluit, quàm timeri: paterno

monuit affectu: ne quid nobis de labore iustissimo deperiret. Euangelista sic ait: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: Mat. 6. exterminant enim facies suas, ut videantur ab hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam.* Hypocritis subtile malum, secretum virus, venenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis. Aduersa omnia nituntur viribus suis, armis suis pugnant, impugnant palam: vnde & cauentur tam facile, quam videntur. Hypocritis secura simulat, fallit prospera, curiosa mētitur, & crudeli arte virtutes truncat mucrone virtutum: ieiunium ieiunio perimit, oratione orationem euacuat, misericordiam miseratione prostermit. Hypocritis cognata febris frigidus populo propinat ardorem. Quod corporibus est hydrops, hypocritis animabus: hoc est hydrops bibendo sitit, hypocritis inebriata sitit. *Exterminant enim facies suas, ut videantur hominibus ieiunantes.* Hypocritis dum cupit captiuare oculos, oculis fit ipsa captiua. *Exterminant enim facies suas.* Et si facies exterminatur, ornamentum corporis quod manebit? Vere sicut Dominus dixit: Si lumen quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Hypocrita, sit licet, tibi facies inculta, neglecta curis, tristis vultus, exterminatus aspectus: & apud Deum fructum ieiunij perdidisti. Hypocrita, elaborasti ieiunij: ut labor tibi ieiunij non prodesset. Hypocrita abstinentiæ fluctus intrasti, continentia concendisti vndas, enastisti ieiunij pelagus, & in ipso portu ieiunij naufragasti: quia non comparasti lucrum, sed mercatus es vanitatem, qui de Dei credito humanum negotium perfecisti. Hinc est quod Deo redditurus es rationem, qui ab hominibus percepisti miseræ fraudis vsuram. Fratres fugiendum est virus, pestilentia cauenda, quæ de remediis creat morbos, conficit de medicina languorem, sanctitatem vertit in crimen, placationem facit reatum, generat de propitiatione discrimen. Hypocritis qui fugerit, vincit: qui incurrerit, cadit. Fugiamus hypocritis, fugiamus fratres: sit nostrum de simplicitate ieiunium, de innocentia sit sanctum, de puritate purum, de sinceritate sincerum, sit hominibus occultum, ignotum diabolo, Deo notum. Thesaurum qui non abscondit, prodit: virtutes proditæ non manebunt. Virtutes sicut proditores suos deserunt: sic suos instant custodire custodes. Ergo ieiunium quod contra vitia prima virtus est nobis,

in arce pectoris collocetur: quia illo in interioribus præfidente, vitia nos quaterere in exterioribus non valebunt. Hoc Christus, vt Christianus habere possit, hortatur cū dicit: *Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Cū dicit, unge caput tuum, & faciem tuam laua: non vt coma capitis illecebrosus redundet vnguento, serius magister iniungit: neque faciem nitescere solito vult lauacro: sed habitu prandentis vult celari ieiunium Christiano, quia Christianum vendicare non vult artifici mœrore ieiunium. Sed ad cœpta redeamus. *Unge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris ab hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito.* Sic non voluptuosos indulget aspectus, sed vultus qui simulatur, excludit: facies mœrore deiecta inuitat famem, non ieiunium voluntarium profitetur. Si vult, quare tristis? Si non vult, ieiunus quare? Merito tali pœna viuut, qui sibi facit de virtute vitiū, mendacium de veritate, de mercede stipendium, de remissione peccatum. Agricola si non impresserit cultrum: si sulcum non defoderit: si non exciderit fentes: si gramina non euulserit: si in tuto semina non locarit: sibi mentitur, non terræ: nec terræ facit damnum, sed sibi non facit fructū: & ita se vacuat, ita decipit, impugnat ita: qui terræ manu fallaci mœritur. Quid faciet? quid habebit? quid inueniet? qui Deo, esuriēte carne, hypocrisis luxuriantē, mentitur: quia agricolæ fecimus mentionem, sciat ille sustinere se labore in cassum se nihil habiturum: qui premens ieiunij aratrum, & abscondens gulæ gramina, atque eradicans luxuriæ fentes, misericordiæ semina nulla iactauerit. Hoc Dominus aperire voluit, qui de ieiunio docens, mox ista subiicit, *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi arugo & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur. Sed thesaurizate vobis thesauros in celo: vbi neque arugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.* Quid tam paternum? quid sic veniens de amore? quod tam prouidum de charitate consilium? nihil tibi perire vult, qui tua in thesauris cœlestibus vult reponi. Quam securus dormit, qui Deum suorum meruit habere custodem, quàm nescit curas, quàm deponit angores, quàm non est anxius, quàm seruatorum caret fastu, qui sua patri seruanda committit. Quomodo paterna seruat affectio, timor non potest sic seruare seruilis: pater

A cum dat sua filiis, non minuit commandata filiorum. Quid sit pater, nescit: nescit se filium, qui non credit patri. Tineam non excludunt claustra, sed claudunt, & generant, non repellunt: rubiginem nutriunt seruata, non vitant: quia quod de re nascitur, non vitatur. Vbi est necessitas, fures deesse non possunt. Qui ergo inter tineas, rubiginem fures, sua ponit: exponit quæ sua sunt, non reponit. Sicut de vestimente tinea, rubigo de metallo, de necessitate fures nascuntur: ita de diuitiis auaritia, cupiditas de quæstu, de habendo habendi ardor acquiritur. Qui ergo vult auaritiam vincere, diuitias proroget, non reponat. B Præmittamus fratres thesauros nostros in cœlum, sint vectores pauperes, qui possunt sinu suo quæ nostra sunt ad superna portare. Nemo de fraude dubitet baiulorum: tua est ista transuectio, per quam nostra ad Deum Deo fideiussore portantur, cui est omnis honor, & gloria, virtus & imperiū, & gratiarum actio in omnia sæcula sæculorum, Amen.

## DE IEIUNIO ET ELEEMOSYNA.

## SERMO VIII.

C Vbernator prudens à littore cū nauim soluit, cū mare transiturus intrat fluctus, domus, patriæ, coniugis, pignoriū curas deponit, & ita totus mente, corpore, sensu, nauticis laboribus occupatur, vt & fluctuum possit superare discrimina, & stationem lucrosi portus periculi victor intrare: Sic nos fratres ingressi iter abstinentiæ, ieiunij pelagus, quadragesimæ viam, nauim corporis nostri soluamus à littore mundano: secularis patriæ renuntiemus curis, in crucis arbore tota mētis vela tendamus: virtutum funibus, sapientiæ remis, gubernaculis disciplinæ, nauigij nostri muniamur incessum, & subducti tertris speculemur cœlum: vt ducatu signorum cœlestium inter liquidos calles latētis viæ inoffensum tramitem tenere possimus: ac si gubernante Christo, flante Spiritu sancto, euectis voluptatum spumis, superatis vitiorum fluctibus, decursis criminum procellis, transuectis scopulis peccatorum, atque omnium delictorum naufragiis euitatis, Paschæ portum, lucrum vitæ, gaudia resurrectionis intremus. Verum quia per campos nudos, per falsos vortices, per incertas sollicitudines, acturi sumus viam, nobis tota est escæ & potus portanda substantia imponamus, abun-

dantem misericordiam nostræ sitarchiæ A  
 profuturam. Fratres, esurit ieiunium, ieiunium sitit, quod non pietatis cibo pascitur, quod potu misericordiarum non rigatur. Alget ieiunium, ieiunium deficit, quod non eleemosynarum vellus tegit, quod non misericordiarum operis vestimentum. Fratres, quod est terris Ver, hoc misericordiam scimus esse ieiunio. Sicut Verni flatus tota facit germina florere camporum : ita misericordia tota ieiunij semina producit in florem, in cœlestem messem totam ieiunij facit fructificare virtutem. Quod oleum lucernæ est, hoc ieiunio pietas, sicut lucernæ lumen olei pinguedo succendit, & moderato pastu facit illud ad totius noctis solatium perlucere : sic pietas facit splendere ieiunium, & ad totam radiare continentiarum claritatem. Quod diei sol est, hoc eleemosyna noscitur esse ieiunio. Sicut iubar solis clariorem perficit diem, & totam nubium dispergit obscuritatem : sic eleemosyna ieiunij sanctificat sanctitatem, totamque cupiditatis mortem lumine pietatis excludit. Ac ne multis immerer, quod est anima corpori, ieiunio largitas hoc habetur. Sicut enim mortificatur corpus à corpore, anima cum recedit : ita mors est ieiunij largitatis abcessus. Est quidem ieiunium vitiorum mors, vita virtutum. Est ieiunium pax corpori, membrorum decus, ornamentum vitæ. Est ieiunium robur mentium, vigor animarum. Est ieiunium castitatis murus, pudicitiarum propugnaculum, ciuitas sanctitatis. Est ieiunium schola meritorum, magisterij magisterium, disciplinarum disciplina. Est ieiunium Ecclesiasticæ viæ viaticum salutare. Est ieiunium inuictus Christianarum militiarum principatus. Sed in his virtutibus ieiunium tunc viget, tunc vincit, tunc triumphat, cum duce misericordiarum pugnat. Misericordia & pietas ieiunij sunt alæ, per quas tollitur, & portatur ad cœlum, sine quibus iacer, & volutatur in terra. Ieiunium sine misericordia simulacrum famis est, imago nulla est sanctitatis, sine pietate ieiunium occasio est auaritiæ : non est propositum parcitatis : quia parcitas ista quantum siccatur in corpore, tantum tumescit in sacco. Ieiunium sine misericordia non est veritas, sed figura : ubi autem misericordia, ibi & veritas : Probante Propheta, cum dicit. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Ieiunium sine misericordia non est virtus, sed hypocrisis, dicente Domino : Vos autem cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritarum tristes,

exterminant enim facies suas, vt videantur ab hominibus ieiunantes. Qui non ieiunat pauperi, Deo fingit : qui ieiunans prandium suum non erogat, sed deponit, cupiditati probatur ieiunare, non Christo. Ieiunantes ergo fratres prandium nostrum reponamus in manu pauperis, vt seruet nobis manus pauperis, quod venter nobis fuerat perditurus. Manus pauperis, Abrahæ sinus est : vbi quicquid pauper acceperit, mox reponit. Thesaurus cœli est manus pauperis, quod suscipit ne in terra pereat, reponit in cœlum. Thesaurifate, inquit, vobis thesauros in cœlo. Manus pauperis est gazophylacium Christi : quia quicquid pauper accipit, Christus accipit. Da ergo homo pauperi terram, vt accipias cœlum. Da nummum, vt accipias regnum. Da micam, vt accipias totum. Da pauperi, vt des tibi : quia quicquid pauperi dederis, tu habebis : quod pauperi non dederis, habebit alter. Clamat Deus, *Os. 6.* Misericordiam volo. Qui quod vult Deus, Deo negat à Deo sibi quod desiderat, vult negari. Misericordiam volo. Homo petit Deus sed tibi, non sibi. Misericordiam volo. Humanam misericordiam petit, vt largiatur diuinam. Est in cœlis misericordia, ad quam per terrenas misericordias peruenitur. Domine, inquit, in cœlo misericordia tua. Diciturus causam in iudicio Dei, patronam tibi misericordiam, per quam liberari possis, assume. Qui de patrocinio misericordiarum certus est, de venia fit securus, de absolutione non dubitet. Misericordia non solum causam præuenit, anticipat cognitorem, sed etiam sententiam reuocat, absoluit addictos. Quod *Iona 3.* Niniuitarum probant, quos iam sententiarum subiectos, poenarum traditos ad victimam stantes, morti deditos, misericordia sic rapuit, sic tenuit, sic præuenit : vt maluerit Deus deduci sententiam, ne misericordiarum quid negaret. Stabat quidem & tunc pro causa ieiunium, aspergebat cineres, sternebat cilicium, dabat gemitus, fundebat lachrymas : & quod non poterat excusare verbis, luctibus temperabat, sed non valuit mutare sententiam, nisi perorans misericordia subuenisset. Misericordia & peccatores liberat, & restituit sanctos : quia nisi affuisset misericordia etiam *2. Reg. 11.* David cum adulterat, amiserat prophetiam : & Petrus cum negat, Apostolici *Mat. 26.* ordinis perdiderat principatum : & Paulus cum blasphematur, remanserat persecutor : fatetur hoc Paulus cum dicit, Qui primus blasphemus fui, & persecutor, & iniurio-

fus: sed misericordiam consecutus sum. **A** Fratres per misericordias pauperū misericordiam paremus, vt possimus esse de pœna liberi, de salute securi. Beati, inquit, misericordes: quia ipsi misericordiam consequuntur. Gratis misericordiam sperat ibi, qui hic non fecerit misericordiam. Qui facit misericordiam, currit ad præmium: qui non facit misericordiam, decurrit ad pœnam.

*IN ILLVD MATHÆI, ATTENDITE NE IUSTITIAM VESTRAM FACIATIS CORAM HOMINIBUS, &c. Et de elemosyna.*

SERMO IX.



**A**git nobiscū Deus, agit in hoc sæculo, ne quid nobis pereat in futuro: sicut ex ipso lucet principio lectionis. *Attendite, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habetis apud patrem vestrum, qui in cœlis est.* Et quomodo quod fit ab hominibus, coram hominibus non fit? Parentis iustitiæ later sensus, publici operis quod secretū? Qui potest celare radios solis, iustitiæ poterit occultare fulgorem. Iustitia lux rerum conciliis non velatur obscuris. Iustitia cum sibi facto claret, omnes illustrat exemplo. Et quid est quoddam Dominus coram hominibus fieri nō vult; per quam statum capiunt res humanæ? Et vbi est illud? Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrum qui in cœlis est. Quomodo iustitiā vult celare, cuius opera vult sic elucere? Fratres hic præceptio cœlestis vult instantium tollere, auferre pompam, vanitatem demere, summouere inanem gloriam: sic iustitiam vult celare. Iustitia, quæ per se sibi abundat ad gloriam, spectaculum populi, vulgi laudes, fauores hominum, mundi gloriam non requirit: à Deo genita cœlū spectat, in oculis agit diuinis, supernis virtutibus mixta semper à Deo solo, vt glorificetur, expectat. Sed hæc est iustitia, quæ ex Deo est: illa verò iustitia quæ est hypocrisis, iustitia non est, mentitur oculis, fallit aspectum, videntibus illudit, decipit audientes, seducit turbas, trahit populos, famam vēdit, emit clamorem, fit sæculo, Deo non fit, mercedem rapit præsentem, præmium nō querit in futuro, cæcat oculos, cæca ipsa non videns vult videri, propter quam cæcitatem Christus præsentem sic inchoat in

præcepto *Attendite*. Hoc est, ne gestiatis attendi. *Ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Quare? *Ne videamini ab eis.* Et si visi fueritis: quid? *Mercedem non habetis apud patrem vestrum, qui in cœlis est.* Fratres, hic Dominus non iudicat, sed exponit, pandit cogitationum dolos, secreta mētium nudat, iniuste iustitiam tractantibus modum iustæ retributionis indicit. Iustitia, quæ se humanis oculis locat, diuini patris non potest expectare mercedem: voluit videri, & visa est: voluit hominib. placere, & placuit habet mercedem quam voluit: præmium quod habere noluit, non habebit. Quare de causa sunt hæc præmissa, ex sequen-

tibus audiamus. **B** Cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te: sicut hypocrita faciunt. Bene tuba, quia talis elemosyna hostilis est, nō ciuilis, non misericordiæ dedita, sed clamori: seditionis vernula, nō alumna pietatis: ostentationis nundinatio, non cōmercium charitatis. Elemosynam quisquis ostentat, insultat. Tu, inquit, cum facis elemosynam, noli tuba canere ante te: sicut hypocrita faciunt in Synagogis & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Audistis quemadmodum notat elemosynam in cōuentu, in plateis, in triuiis, non impensam ad leuamē pauperum, sed hominum propositam ad fauorem, vt probentur misericordiam vendere, non donare. Fugienda est hypocrisis, fugienda fratres quæ captiua gloriæ verecundiam pauperum non releuat, sed fatigat: quæ de gemitu inopis pompam suæ gloriationis inquirat, quæ suam laudem dilatat pauperis ex dolore, quæ de miseria petentis famam suæ ostentationis expandit. Sed dicit aliquis. Ergo in conuētu, in plateis, in triuiis, neganda est misericordia? non præbendus est victus? Plane, & in omni loco, & in omni tempore facienda est misericordia, præbendus est victus, nuditas est tegenda: sed sic quomodo docuit misericordiæ author, vt misericordia nō terræ sit nota, sed cœlo: non hominibus insinuata, sed Deo. In plateis, in triuiis suū pietas habet secretum: è contra platea, triuium est, cum in secreto facit hypocrita nil secretum. Fratres, Deus monendo sic vora culpam, non loca, sensum, non opera: studium, nō datorē: arguit largientem ad suam famā, non ad pauperis famam: iudicat nō vbi facias, quando facias, sed qualiter facias, quia Deus de cordibus, nō de manib. facta metitur & de sensu, non de locis operum colligit qualitatem. Misericordiam coram solū vult fieri, qui solius est misericordiæ,

& remu-

& remunerator, & testis, & qui dicit: *Esu-*  
*riui, & dedistis mihi manducare. Vult in*  
*paupere sibi dari: & qui vult sibi dari, vult*  
*quod datum est se debere, & qui vult se*  
*debere quod datum est, vult largientibus*  
*nil perire. Deus parua poscit, maxima red-*  
*diturus. Vnde homo si in paupere Deo*  
*fræneras, testes homines non requiras: fi-*  
*des arbitros non requirit. De accipientis*  
*fide disputat, qui sine mediatoribus nil*  
*dat: qui credita diffamat, vitæ verecundia*  
*debitorem. Ergo homo daturus Deo, da*  
*secreto: vt quod dederis, non sit oneris, sed*  
*honoris. Ob hoc ad te venit tuus ditator*  
*in paupere, vt eum non dubites accepta*  
*reddere, qui tibi gratis dedit habere quod*  
*dares. Quam verò in paupere sit verecun-*  
*da paupertas, quod largitatis tuæ quærat*  
*secretum, aperit ipse, cum dicit: *Te autem**  
*faciente elemosynam, nesciat sinistra tua quid*  
*faciat dextera tua. Putas quam vult nescire*  
*alterum: qui te ipsum qui facis, vult aliqua*  
*tui parte nescire? *Nesciat sinistra tua quid fa-**  
*ciat dextera tua. Sicut sunt nobis in dexte-*  
*ra parte virtutes, ita nobis pars vitiorum in*  
*sinistra. Ergo vt opus est dextera, quod fa-*  
*cit tacitus dator, quid facit dator garru-*  
*lus, hypocrisis est sinistra. Hypocrisis do-*  
*lus simulatio, fraus, mendacium, elatio, tu-*  
*mor, iactantia, insistant nobis, & immi-*  
*nent à sinistris. Quoties ergo nobis cum*  
*bonitate, pietate, cum misericordia causa*  
*est, nesciat hoc sinistra. Sinistra est, quæ*  
*nobis animarum prælia semper indicit: &*  
*ne virtutes in effectum veniant, elaborat.*  
*Ne sit pietas, impietas agit: ne elemosy-*  
*na vindicet, cupiditas pugnat, furti auaritia,*  
*ne misericordia conualescat, ne inno-*  
*centia, puritas, simplicitas, sanctitas reg-*  
*ner, hypocrisis sola confiligit, quam Chri-*  
*stus à nobis tali prædicatione secludit: *Te**  
*autem faciente elemosynam, nesciat sinistra tua*  
*quid faciat dextera tua. Fratres, in hoc sæcu-*  
*lo fugiamus quæ à sinistris sunt, si in futu-*  
*rum à dextris desideramus altare, & audi-*  
*re. Venite benedicti patris mei, percipite*  
*regnum, quod vobis paratum est ab origi-*  
*ne mundi. Homo, da in terra pauperi, quæ*  
*tibi manere vis in cælo. Homo, commilita*  
*hic pauperi, si vis ibi regnare cum ipso*  
*Domino nostro Iesu Christo, qui est be-*  
*nedictus in sæcula sæculorum, Amen.*

## IN PSALMVM XXVIII.

## SERMO X.



Mnes qui arduas operum sub-  
 leuât, & solantur angustias,  
 probant ad solatium laboris  
 datam nobis naturaliter can-  
 tilenam. Hinc naturæ cantu  
 superant marina discrimina, hinc immen-  
 sa pondera adducunt leuamine cantico-  
 rum, hinc viantes colles arduos facit trans-  
 cendere vox sonora, hinc præliatores ipsos  
 præcedens cantus subire concitat amara  
 bellorum. Ac ne multis, omne quod duri  
 est operis, quod laboris, dulcis vincit & ef-  
 ficat cantilena. Sic nos fratres Quadragesi-  
 mæ ieiunio cantica diuina iungamus, vt  
 abstinentiæ pondus cœlestis temperet, &  
 subleuet symphonia, pronocante nos ad  
 hæc Dauide beato, qui dum fistula pecus  
 charum mulcet, & oblectat in pascuis, câ-  
 tu dura didicit superare bellorum: cantu  
 meruit ductare populos ad salutem, cantu  
 valuit vocare gentes, reducere Iudæos,  
 fugare dæmones, Dei filios ad superni pa-  
 tris obsequium conuocare, sicut bene in-  
 uirtans eius cecinit melodia. *Afferte Domi-*  
*no inquit, filij Dei. Putasne cœlestes taliter*  
*appellat iste virtutes? aut homines Dei*  
*aprat in filios? & terrenam carnem cœle-*  
*stem subleuat ad naturam? *Afferte Domino**  
*filij Dei. Homines fratres, homines nun-*  
*cupat hic Propheta, quos Dei filios alibi*  
*sic decantat. Ego dixi Dei estis, & filij ex-*  
*celsi omnes. Audiuimus fratres quos non*  
*rulit diuina dignatio, quo paternitas extu-*  
*lit nos superna credamus nos Dei filios:*  
*respondeamus generi, viuamus cœlo. pa-*  
*træ similitudine referamus, ne perda-*  
*mus vitis quod sumus per gratiam con-*  
*secuti. *Afferte Domino filij Dei. Videtis, quia**  
*cœlestis pater sentit amorem donis, datis*  
*effectum, probat muneribus charitatem.*  
*Et reuera fratres, filium se nescit, visceri-*  
*bus caret, naturam negat, ingratus est pa-*  
*tri, qui authorem vitæ suæ non obsequiis*  
*placat, non deuincit cultu, muneribus nõ*  
*honorat. *Afferte Domino, filij Dei. Videamus**  
*quid sit illud, quod nos tanto patri*  
*hic Propheta commonet, & hortatur af-*  
*ferre. *Afferte Domino filij Dei afferte Domino**  
*filios arietum. Hoc est torum quod expetit,*  
*quod requirit, ouium foetus, vile terreni*  
*pecoris germen, stratos per viam partus*  
*semina effusa per campos, diuino patri, vt*  
*diuina soboles offerat, admonetur. Aut*  
*fortè Iudaicas victimas, sacrificia cruenta,*

balantes sub cultris hostias, creator omnium  
*Psalm. 19.* nunc requirit Deus? Et ubi est illud quod  
 dixit? Non accipiam de domo tua vitulos,  
 neque de gregibus tuis hircos: quoniam  
 meæ sunt omnes feræ sylvarum, iumenta  
 in montibus, & boues. Cognoui omnia  
 volatilia cæli, & species agri mecum est.  
 Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim  
 orbis terræ, & plenitudo eius. Et si ista re-  
 pulit, quos arietum filios sibi deposcit af-  
 ferri? Ad Abraham loquitur: Accipe filiū  
*Gen. 22.* tuum dilectū, & offeres mihi in holocau-  
 tum. Atque Abraham maturus ad innocen-  
 tiam, grandævus ad fidem, perfectus ad  
 hostiam, paratus ad holocaustum, affere-  
 bat filium suum, filium arietis: imò se im-  
 molabat in filio: sanctificabat mētem suā:  
 lætificabat fidem suam: ut esset idē victi-  
 ma & Pontifex: Sacerdos & sacrificium:  
 patris erat passio ibi tota, ubi filius immo-  
 labatur, ignavus filius sistebatur: nescius  
 filius aptabatur vincētis, ut tolleret de pas-  
 sione martyrium: præmium de pœna pa-  
 tris, de conflictu patris raperet coronam.  
 Denique patris suspensa est dextera, patris  
 gladius est remoris: quia non quærebatur  
 mors filij, sed patris charitas probatur: nec  
 experebatur sanguis filij, ubi tota victima  
 in patris dilectione constabat, scriptura di-  
 cente: Nunc scio, quia diligis Deum: quia  
*Gen. 22.* non perpecesti vnigenito filio tuo propter  
 me. Abraham diximus arietem, ut Isaac a-  
 rietis filiū probaremus ac si luceret, quos  
 arietum filios Propheta vult domino nos  
 offerre. *Afferte Domino filios arietum.* Filios  
 Patrum, Patriarcharum, Prophetarū, A-  
 postolorum, Martyrum, Confessorum,  
 Christianus modo ut afferat, admonetur:  
 quando grex dominicus fidei laxatur in  
 pastum: quando agnos suos cælestis pastor  
 ad ouile dominicum vult deferri: ne di-  
 sperfi per inculta gentium, luporum de-  
 uorentur incurfibus. Sed quid admoneat  
 vox diuina, planius iam loquamur. *Afferte*  
*domino filios arietum.* Afferte domino bapti-  
 zandos, afferte quos fides concipiat, non  
 caro: afferte quos Dei gratia generet, non  
 mundana natura: afferte quos agnos præ-  
 ster innocentia non habeat pecoris hebe-  
 tudo: afferte, afferte, quos spontē venire  
 aut necessitas vetat, aut ætas impedit, aut  
 ignorantia retardat, aut tenent vitia, aut  
 delicta remorantur, aut spectatio decipit,  
 aut fallit confusione paupertas, adducite  
 volentes, attrahite volentes, facite vobis  
 de aliena necessitate mercedem: seruum  
 catechumenum si habet dominus, addu-  
 cat, ut habeat tam fidelem filium pater of-

ferat, non retardet: ut cui præsentem vitā  
 præstitit, conferat & futuram. Vir coniu-  
 gem deducat ad fidē, ne quod vnum est in  
 carne, spiritu sit diuisum. Amicus amicū  
 attrahat ad salutē, ut de gratia diuina hu-  
 manam comprobet charitatem. Peregrin-  
 um ciuis, possessor hospitem Dei ducat  
 ad mensam: ut sine suo sumptu de diuinis  
 copiis sit humanus. Attrahite nolētes: ne-  
 mo dicat nō vult: quia & Abraham, ut of-  
 ferret filium colligauit: & Loth angeli, ut  
 subtraherent flāmis, extractum manibus  
*Gen. 2.*  
*Gen. 1.* sustulerunt, & Petrū Dominus ut iret ad  
 martyrium quo nolebat, auxiliij sui virtute  
 præcinxit dicēs, Præcinget te alius, & de-  
 ducet quo tu non vis. Et pater cælestis nō  
 solum volētes suscipit, sed attrahit &  
 nolentes, dicente filio. Nemo potest ve-  
 nire ad me, nisi pater qui misit me, attra-  
 xerit illum. Quomodo se Christianum cre-  
 dit, qui nō Christo annosa & vetera ducit?  
 Aut quomodo domū suam iudicat ouile  
*Ioan. 6.* Dei, ubi non pascuale germen Dei pecus  
 dat balatum? Obsecro & obtestor fratres  
 charissimi per Dominū nostrum, ut in hoc  
 vigiletis omnes, quatenus his dieb. nullus  
 à Dei gratia, nullus à generatione diuina  
 relinquatur extorris, quatenus quod aliis  
 Deus est per suā gratiā collaturus, vestrum  
 crescat, & redūdet in gaudium. Homines  
 sumus sub incerto viuētes: & nescimus  
 quid pariat superuentura dies. Agamus ergo  
 dilectissimi, ne serui, ne filij, ne coniu-  
 ges, ne parentes præuenti morte, & præ-  
 senti vita careant, & non perueniant ad  
 futuram.

DE IEIUNIO ET TENTATIONIBUS CHRISTI,

SERMO XI.



Qvod curiositas humana, quod  
 veterum labor, quod sapientia  
 mundana quærens, & diu quæ-  
 rēs, nō potuit inuenire, hoc scire  
 & nescire facile præstitit lex diuina. Vnde  
 malū, culpa vnde, vitiorum vis vnde, vnde  
 eriminū furor, vnde corporum bella, vn-  
 de conflictus animæ, vnde vitæ tempestas  
 tanta, vnde mortis naufragium tam cru-  
 dele nesciret homo, nisi Dei lex diabo-  
 lum prodidisset? Diabolus mali author, ne-  
 quitia origo, rerum hostis, secūdi hominis  
 semper inimicus, ille laqueos tēdit, lapsus  
 parat, foucas fodit, aptat ruinas, stimulat  
 corpora, pungit animas, cogitationes sug-  
 gerit, immitit iras, dat virtutes odio, vitia  
 dat amoris, errores ferit, discordias nutrit,

pacem turbat, affectus dissipat, conscindit unitatem, sapit malum facis, bonum nil, violat diuina, humana tentat. Hinc vsque ad Christum tetendisse tentator temerarius sic refertur. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuruit: & accedens tentator dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Audientes ista in Deum non vadant, non crimentur naturam, non contumelientur auctori, non accusent carnē, de anima non quarantur, non imperent tempora, astris non impurent, infamare desinant innocētiā creaturæ, malum sentiant accidens, non creatum, & creatorem boni Deum, diabolum inuentorem mali: ac sic ascribant diabolo mala, bona Deo, declinent mala, faciant bona, habituri in bonis adiutorem Deum, qui dat posse quod iubet & quæ præcipit, facit ipse: quia sicut diabolus impellit mala, sic Deus deducit ad bona. Nemo ergo quasi concreatis sibi vitiis obsequatur, & quod est criminis esse putet naturæ, sed fumat cum Christo arma ieiunij, criminum propellat impetus, prosternat castra vitiorum, & de ipso auctore mali sumat Christo dimicante victoriam, Diabolo victo vitia nil valebunt: quia extincto tyranno soluta acies sunt tyrāni. Audi Apostolum dicentem. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduersus spiritualia nequitiae in cœlestibus. *Tūc, inquit, Iesus ductus est in desertum à spiritu.* Non à diabolo, vt esset diuinitus cursus, nō humanus incurfus, vt esset spiritus præscientiæ, inficiria non esset humana: & esset potestas Dei, potestas non esset inimici. Diabolus semper primordia boni pulsat, tētat rudimenta virtutum, sancta in ipso ortu festinat, extinguere, sciēs quoddam ea subuertere fundata non possit. Hoc non ignorās Christus diabolo se quærenti patienter indulgit, vt inimicus laqueo suo ipse teneretur, & caperetur inde, vnde capere se putabat, sicque à Christo victus, cederet Christianis. *Et cum ieiunasset, inquit, quadraginta diebus & quadraginta noctibus.* Videris fratres, quia quod quadragesimam ieiunamus, non est humana inuentio, autoritas est diuina, & est mysticum, non præsumptum: nec est de terreno vsu, sed de cœlestibus est secretis. Quadragesima quatuordecas quadratam fidei cōinet disciplinam, quia semper est quadrata perfectio. Quaternarius numerus & denarius quæ in cœlo, & in terra teneant sacramenta, quia aperire modo non vacat, explicemus domini cœpta ieiunia. *Et cum ieiunasset qua-*

*draginta diebus, & quadraginta noctibus.* Homo, Deus in te ieiunat, in te esurit: imò ieiunat tibi, tibi esurit, qui sibi sicut nescit manducare, sic non potest esurire. Ergo cum propter te ieiunat Christus, te esurit. *Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuruit.* Hoc non est infirmitatis signum, sed est insigne virtutis: quia cum dicit, postea esuruit. Quadraginta diebus & quadraginta noctibus, probat in illo esuriem non fuisse, esuriem sentire: & vincere, est laboris humani: diuinæ virtutis est esuriem nō habere. Ergo Christus non ieiunio laceffit, non esurit fame, sed esuriuit Christus, vt tentandi materiæ diabolus inueniret, quia ad ieiunium non audebat accedere, quia sic ieiunantem, Deū non hominem sentiebat. Tunc sensit hominem, tunc mortalem credidit, tunc eum putauit posse tentari, quando eum esurire callidus explorator inspexit. *Et accedens tentator dixit.* Accessit tentatis dolo non obsequētis affectu. Accessit peius impudens quam recessit, sed esurienti quid obtulerit, audiamus. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Lapidem esurienti offert, humanitas talis est semper inimici: sic pascit mortis auctor, sic inuitus vitæ. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Diabole, fallit te prouisiō tua. Potest famem vertere in saturitatem, qui potest in panem lapides immutare. Quid illi cōsiliū tuum, cui sua sufficit virtus? *Dic vt lapides isti panes fiant.* Diabole, & non prodidisti, & tuum dominum non pauisti. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Miser malus vis esse, sed non potes: cupis tentare, sed nescis: esurienti tenera offerre, nō dura debuisti: famem non asperis palpare, sed blandis, in ediam non horridis virgere debueras, sed gulosus. Istit nō modò Dei filium, sed hominis filium tu laqueare non posses. Ad præsentiam Christi deperire tibi artes tuas tentator intellige. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Potest de lapidibus panes facere, qui aquas cōuertit in vinū. Sed signa fidei sunt præstanda, non dolis: credenti danda sunt, nō sunt danda tentanti: & faciēda sunt ad perentis salutem, non ad facientis iniuriam. Diabole, tibi vt quid signa, cui nil subuenit ad salutem? cui totum restat ad pœnā cui & signa proficiunt ad ruinam? Sed accipe responsum, vt te intelligas, & subiciaris auctori. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Audi patris verbum verba salutis nostræ esurire, non panem, & agere vt homo semper viuat cœlesti verbo, terreno pane non semper: ac si Deo viuat, vt sui nescius sit

laboris: quia verè illa vita est, quæ sudorè A  
nescit, dolores non habet, non habet finè.

DE EISDEM,

SERMO XII.



Voniam ieiunij venum, &  
tèpus bellorum spiritualium  
cernimus aduenisse: sicut  
Christi milites, deposito cor-  
poris, animèq; torpore virtu-  
tù procedamus ad campum: vt mèbra quæ  
sunt nobis hyemali ocio mollita exercitio  
cœlestiù roborentur armorum: dedimus  
corporis annù, demus animæ dies: impen-  
dimus nobis tempora, tempus deputemus  
authori: viuamus Deo paululù qui sæculo B  
viximus totum: seponamus domesticas  
curas, Ecclesiæ maneamus in castris, vigi-  
lemus in acie Christi, summum cubilium  
non quæramus, iugamur fortibus, ab am-  
plexib. separemur mollibus, amor nos te-  
neat triumphorum, paruulorum non auo-  
ceat blandimenta, auribus nostris insonet  
vox diuina, familiaris strepitus nostrù non  
cõfundat auditum, cib. parcus de cœlesti  
sumatur annona, terreni luxus copix non  
quærantur, in poculis sobrietatis mensura  
seruetur, vires ebrietas nõ eneruet. Desti-  
pendijs quicquid exuberat, cõmilitõ pau-  
per assumat: pestilens effusio nil perdat, in  
conflictu habebis auxilium, esurientè sau-  
cium quem cibabis. Sic muniti fratres, in-  
stituti sic, indicemus bella peccatis: statua-  
mus criminib. pugnam, conflictum vicijs  
nunciemus, securi de victoria: qui nec ar-  
ma cœlestia hostes poterunt superare ter-  
reni, nec diuino regi aduersa poterunt cõ-  
traire mundana; nec in procinctu fidei cõ-  
stitutos præuenire poterit inimica subuer-  
sio, neque cautos vigilantes, sobrios, dia-  
bolus perturbare suis superuentionibus  
præualebit: certè neq. nos taliter armatos  
publico conflictu prouocare audebit: do-  
lis appetere non præsumet. Animus in  
cœlesti specula perseueret: diaboli frau-  
dulenta & occultas deprimat, & declinet  
insidias. Est quidem diabolus per se ne-  
quam: sit tamen nequior prouocatus. Au-  
di Apostolum dicentem: Diabolus sicut leo  
rugiens circuit quæres quem deuoret. Ie-  
iunantib. nobis diabolus esurit, qui nostris  
semper saturatur ex culpis. Ille cibum no-  
strum deducit in crapulam: potum nostrù  
in ebrietatem diffundit: vt mentem faciat  
amentem, carnem luteam reddat, corpus  
animi domicilium, animæ vas, murum spi-  
ritus, virtutum scholam, Dei templum, in  
scenam criminum, in vitiõrum pompam,

1. Pet. 5.

voluptatum redigat in theatrum. Capit il-  
le satietatem, voluptatem percipit: exple-  
tur epulis: quando nos luxus soluit, libido  
stimulat, pompa rapit, impellit ambitio,  
vrget ira, furor implet, succendit inuidia,  
cupidas inflammat, curæ sollicitant, lites  
vexant, lucra capiunt, vsuræ vincunt, chi-  
rographa ligant, premunt sæculi, elidit  
aurum. Quando moriuntur virtutes, viuunt  
vitia, voluptas effluit, honestas perit, mise-  
ricordia deficit, abundat auaritia, regnat  
cõfusio, succumbit ordo, prosternitur dis-  
ciplina. Ista militant aduersum militem  
Christi: istæ sunt satanæ cohortes, istæ dia-  
boli legiones, ista sunt quæ mûdum sepul-  
chris obsederunt, debellauerunt populos,  
vastarunt gentes, orbem totum duxere ca-  
ptiuù. Ista sunt quib. nullus per se potuit  
obuiare mortalis: & ideo ad vincenda ista  
Deus venit ipse: cœli rex ipse descendit:  
ipse victor singularis aduenit, ieiuniù qua-  
dragesimæ statuens in procinctu: vt qua-  
terna decade ieiunij quadraturam mundi  
totâ muro inexpugnabili cõmuniret. Ieiu-  
niù fratres, scimus esse Dei arcem, Christi  
castra, murù spiritus, vexillum fidei, casti-  
tatis signù, sanctitatis trophæum. Hoc A-  
dam seruauit in paradiso: què inde detra-  
xit gula. Hoc in arca custodiuit Noè, mû-  
dum ebrietas cum demersit. Per hoc Loth  
Sodomiticù restinxit incendium: qui per  
ebrietatem incesti est adustus incendio.  
Hoc Mosen diuini feruoris fecit lumine  
perducere, quando comessatio & ebrietas  
Israëliticù populù simulacrorù tenebrauit  
erroribus. Hoc Eliam peruexit ad cœlum:  
quãdo Achab impium ebrietas ad inferna  
deiecit. Hoc Ioannè in natis mulierù fecit  
esse maiore, quãdo temulentia Herodem  
principè imperio mulierù reddidit homici-  
dam, Quadragesimæ ieiuniù fratres ve-  
tustas diaboli prodidit, & patefecit insi-  
dias. Diabolus namq. qui māducantè con-  
tèperat Christù bibentem velut hominè  
cõputarat: vbi ieiunatè vidit, suspicatur  
Deum, Dei filium cõfiteatur. *Si filius Dei es,*  
*inquit, dic vt lapides isti panes fiant.* Sic dicendo  
diabolus hominè vult mōstrare, non Deù:  
non cibum parare vult, sed vult amputare  
ieiunium. *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes*  
*fiant.* Post ieiunium, panem non diuina vir-  
tus, sed infirmitas humana disquirat, nec  
sic lacescit fame Deus, vt ad prouidendum  
sibi cibù, quod est suæ potestatis, addicat.  
Ex sequentib. itaque diabolus aperit quid  
conetur. *Si filius Dei es, mitte te dorsum.* Satis  
hominem probare vult, cui non assensum  
prouidit, sed ruinaam: humana conditio ad

Gen. 3.  
Gen. 7.  
Gen. 19.  
Exod. 2.

4. Reg. 4.

Mat. 6.

Mat. 4.

ascensum difficilis, facilis inuenitur ad lapsum. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Erras diabole: nec tentare nosti: cadere non potest Deus. *Tunc ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei. Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.* O ausus diaboli, Deo dicit, adora me: sed sensit mox virtutibus Deum, pœnis iudicem, supplicem præmiis quem quærebat: nam Christi nomine, nomine ieiunantis cœpit ab obsessis corporib. effugari, & dare tremēs illi gloriam, cui superbus callidē irrogarat iniurias: ieiuniis vicit, vt nobis vincendi vires, vincendi formam taliter largiretur. Hoc, ait, genus non eiicitur, nisi in ieiunio & oratione. Ieiunemus ergo fratres si volumus imitari Christum, si volumus fraudulentas diaboli superare versutias.

Mat. 17.

## DE EISDEM,

## SERMO XIII.

**E**CCE tempus quo miles procedit ad campum, recurrit ad Dei ieiunia Christianus. Ecce tempus quo carnis otia, quo mētis ignauia, quo ventris cura, & tota est familiaris obsequij deponenda torpedo. Ecce tēpus quo in armorum cœlestium meditatione, animæ & corporis exercendæ sunt vires. Ecce tempus quo residente Christo, astātib. angelis, nostra luctaminis exercenda est fortitudo. Nunc est tempus quo gula cum ieiunio, abstinentia cum crapula, cum luxuria castitas, cum perfidia fides, pietas cum impietate, patientia cū furore, cupiditas cum liberalitate, misericordia cum auaritia, humilitas cum superbia, sanctitas cum reatu, Christo remunerante cōfligit. Si quis ergo spectante Deo, cœlesti resonante iam tuba, angelico insistente occurfu, cubiculi irretitus illecebris, enervatus mollitie plumarum, resolutus in totum iugalib. blandimentis, ad exercitium virtutis venire neglexerit: perdit luctaminis præmium, virtutis gloriā, certaminis palmam, iustitiæ coronam: desertoris etiā crimine multabitur in futurum. Hodie fratres Christus rex noster cōmilitones suos de Euangelico allocutus est tribunali, indixit hostibus bella, promisit præmia pugnaturis, retulit bellorum causas, inimicorum dolos prodidit, & conatus: vbi, & quando, & quomodo confligendum sit nobis triumphali constitutione signauit. Et quamuis solus possit obtinere victoriā, propter nos tamen, & nostram formidiniē, adesse tota iussit præsidia de supernis.

**A** Qui ergo ista noluit audire, qui statuta regis nostri talia, & tanta, scire contempnit, iudicare si non ipse se exiit nostræ militiæ sacramentis, & cœlesti contubernio reddidit, & fecit extorrem. At vos fratres, qui sequi vultis in hoc quadragesimæ ieiunio, ieiunij dominici formam pugnatos vos, sicut prædiximus, cōtra vitiatorum turmas, contra acies criminum, contra informes concupiscentiarum formas, cōtra dæmonum totas aërias, totas diffusas, & innumeras legiones, triumphatos vos ex ipsis quæ dominicum ieiunium subsequuntur, tentationib. approbate. Vbi enim Dominus, quadragesimæ ieiunium in defesso illo virtutis suæ aggressus est documento, mox diabolus occurrit pugnaturus dolis: quia ieiunanti viribus obsistere non valebat. Quantum enim crapulationi deditis dominatur, & ebriis, orantes timerētum, tantum refugit ille ieiunos, dicente Domino. Non eiicitur nisi in ieiunio, & oratione. Sed qua fraude diabolus tentare ausus sit, audiamus: *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Audistis quid de ieiuniis ipse sentiat, & iudicet inimicus. *Si filius Dei es. Videtis quia iam nō hominem, sed Dei filium credit, quem liberum à ventris conspexerat seruitute. Sensit. sensit diabolus ieiunium cunctis virtutib. anteferri. Ioanem viderat vrbium delicias squalentis eremi habitatione mutasse, molliciem carnis vestræ asperitate calasse, agrestis cibo mundi totam frænasse luxuriam. Et quod solum deitatis insigne est, hominibus dimisisse peccata. Et tamen non ei dixit: *Si filius Dei es. At vbi Dominum vidit iugiter ieiunantem, proclamat. Si filius Dei es. Errat diabolus, qui contra Dominum astutiæ suæ nequitias, & argumenta iaculatur. Si filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant. Quid est quod ieiunante Christo deitatis signa tota in sola panis promissione perquirere?**

**D** Et quem Dei filium cōtinua ieiunij significatione præsentit, esse Dei filiū de prouisione panis, de cura ventris desiderat approbare? *Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.* Quare non dixit: *Si filius Dei es, dic vt homines, aut angeli, aut aliquid aliud fiant, sed dic vt lapides isti panes fiant?* Signum panis petit, qui signum ieiunij pertimescit. Signū panis petit, vt ieiunij tremēdum sibi refugiat signum. Panē malus ingerit consolator, vt virtutem mutet, vt propositum violet ieiunantis. Sed videamus quid respōderit de pane, panis qui de cœlo descendit. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.*

Mat. 17.

Mat. 4.

Dicit.

Quam verè viuìt in verbo Dei, Dei verbum. Quam verè panis non indiget pane. Quam diuinè lapides conuertit in homines, qui de lapidibus Abrahæ filios ad iudicium suæ maiestatis exuscitat. Et quia impudens inimicus nescit semel vinci, ad multiplicem vinctis triumphum. *Statuit Dominum super pinnaculum templi, & ait: Si filius Dei es, mitte te deorsum.* O signum, mitte te deorsum: conuenientius dixerit, si filius Dei es, ascende ad celum: cum sit hominis vtique ad ima cadere, Dei sit ad superna conscendere. *Si filius Dei es, mitte te deorsum.* Sic suis suadet, sic suis prouidet semper: sic suos eleuat, vt de alto præcipitet validius in ruinã. *Si filius Dei es mitte te deorsum.* Consiliis suis se diabolus prodit. *Mitte te deorsum.* Lapsus quærit, præcipitia imperat, & tali consilio per Africam martires facit, sine clamore, dicendo, si vis martir esse, mitte te deorsum, vt eos impellat de alto ad mortem non de humili tollat, & eleuet ad coronam. Et sicut se diabolus consiliis suis prodit, ita responsione sua dominus se releuat, dum ait: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Se vtique Dominum, se vtique Deum intelligi voluit, hæc dicèdo, qui non de pinna templi tantum se dedit ad terram, sed è cælis se ad inferos vsq. iactauit, vt non cadentium forma, sed esset

Deut. 6.

resurrectio mortuorũ. Aduertite fratres, si possit sæuus inimicus, quãuis sæpè victus, homini cædere, qui audit & sentit dominum Deum, & tamen adhuc tentare non desinit. *Posuit eum super montem excelsum, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & ait illi hæc omnia tibi dabo, si procedens adoraueris me.* Hæc dicit, nõ quod possit dare, sed fallere: nec promissa conferre, sed ipsa auferre promissionibus, quæ habentur. *Hæc omnia tibi dabo.* Offert quæ Dei sunt Deo, auctori quæ auctoris sunt, repromittit: suadet vt adoret ab omnib. adorandus, & cæcatus ausibus suis ante iudicium iudici quemadmodum simplices deciperet, confiteretur: cui Dominus non tam testimonio legis, quam diuinitatis suæ respondet imperio, *Dominum Deum tuum adorabis.* Tu Dominum Deum illum, cui genu flectunt omnia non solum cælestia & terrestria, sed etiam inferna. Adorabis ergo tu in inferno stridens & eiulans eum, quem ad te adorandum modò temerarius desertor inuitas. Itaque diabolus toties, & taliter repperussus à Domino circa nos seruos eius modò toto furore discurrit: & sic Christus milites suos, ita ille suos alloquitur, & armat ministros. Dicit ergo diabolus, tem-

Deut. 6.  
Phil. 2.

pus nõ modo grauiter ieiunij obseruatione debellat, per gulam, per crapulam, per ebrietates, per luxuriã, homines attentare non possumus: armate lites, seminare discordias, excitate odia, concitate iras, inspire mendacia, extorquete periuria, suggerite blasphemias, vaniloquia diffundite, infundite dolos, cooflate auaritiã, lucra turpia prouidete, vt quod venter modò ad luxuriã non depedit, vel sacculus claudat, & reponat ad pœnam. Cauete ante omnia ne misericordia, ne eleemosyna, ne humanitas præteritos labores nostros debeat, præsentis auferat, tollat futuros. Sed nbs fratres, & nostri regis agnoscentes monita, & quæ diabolus suis mandauerit audientes, ieiunia nostra sine lite, sine clamore, sine ira, sine dolo, sine simulatione cum tota misericordia, charitate, pierate, peragamus: vt Dominus Christus, qui spretis pecorum cruentis victimis, spiritus contriti & contribulati cordis sacrificium requisit, cum silentio pacis ieiunij nostri hostias placatus & propitiatus assumat.

## IN PSALMVM XL.

## SERMO XIV.

**R**æliorũ peritis militaris turba personat disciplinam, imperitis tãtum terrificum dat clamorẽ: vt magistra bellorum dat suis vires, hostib. dat pauorem. Qui sine tuba dimicat, miles non est: ferrus furore, non prælio: virtute nõ agit, sed periculo: querit perire, non vincere. Hoc diximus, vt Christi miles intelligat, cœlestis quare prouisa sit cantilena. Constituti in campo sæculi pugnam cum diabolo, cum vitis sustinemus. Quoties ergo nobis intonat propheticus clangor, toties nos in pace cautos, & in acie fortes, & in prælio reddit inuictos. Namque hodie beatus Psalmista ad intelligentiam nos supernam cõuocat per clamorem. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Et quæ est intelligentia, vbi est professa paupertas? Vis est intelligentiæ, si rimetur viscera, si deprehendat occulta, si tecta nudet. Verũm subiecta oculis, exposita in publico, ingesta rebus, non est intelligere, sed videre. Nuditate algidus, tabidus fame, siri aridus, lassitudine tremens, defectu luridus, quod egenus sit intelligere quis labor? Et si labor intelligentiæ nullus est, vnde est intelligentiæ fructus? Oremus fratres, vt ipse nobis intelligere intel-

ligenda concedat, qui se intelligi in paupere, sic demonstrat: quod ipse qui cœlum tegit, sit nudus in paupere, quod in esuriente esuriat saturitas rerum, quod siciat in siciente fons fontium, intelligere quomodo non magnum est? quomodo non beatum intelligere, quod ei sit ampla paupertas, qui angustum est cœlum? qui ditat mundum, quod egeat in egente? quod frustum panis, aquæ calicem dator omnium queat? quod se Deus amore pauperis sic deponat, ut non adsit pauperi, sed ipse sit pauper? hoc cui videre dederit Deus, ipse videt. Sed quo modo aut in se transfuderit pauperem, aut se in pauperem fude-

Math. 23.

rit, dicat ipse iam nobis: Esuriui, inquit, & dedistis mihi manducare. Non dixi, esuriui pauper, & dedistis illi manducare: sed esuriui ego, & dedistis manducare mihi. Sibi datum clamat quod pauper acceperit, se manducare dicit quod comederit pauper: quod bibit pauper, sibi testatur infusum. O quid agit amor pauperis, gloriatur in cœlo Deus: vnde pauper erubescit in terra, & hoc reputat in honorem sibi, quod pauperi computatur iniuria. Dixisse suffecerat, dedistis mihi potum, sed premitit, esuriui, sitiui: quia paruus fuisset amor pauperis quod pauperem suscepisset, nisi & passiones pauperis suscepisset: & certe verus amor non nisi passionibus probatur. Verus amor est fecisse suas angustias angustias: nimis est quod sapit Deo pauperis cibus, qui totius creaturæ bona non esurit, sagnatum se in esca pauperis prophetizat in regno cœli coram omnibus angelis in conuentu resurgentium. Quod Abel passus sit quod seruauit mundum Noë, quod Abraham fidem suscepit, quod Moyses legem tulit quod Petrus crucem resupinus ascendit, Deus tacet, & hoc clamat solum quod comedit pauper. In cœlo prima est esurientis annona, prima stipendia pauperis tractantur in cœlo; erogatio pauperis prima diuinis scribitur in diurnis. Beatus cuius nomen toties Deo legitur, quoties ratio pauperis recitatur in cœlo: Sed istius beatitudinis audiamus & fructum:

Exod.  
Gen. 15.  
Gen. 6.  
Gen. 4.

*In die mala liberabit eum Dominus.* Qui se nouit per mala sæculi vitam docere, eleemosynæ semper secum auxiliū ducat, ad præsidium sibi turmas pauperum vocet, in partu pauperum largus prorogator exuberet, pauperem frequenter domum, non trepidet erogando, deficere nescit cui porrigit manum parcus acceptor: exhausti thesaurus is non potest, de quo sufficit nūmus. *In die mala liberabit eum dominus.* In die mala

A illi Deus liberator assistet, qui à malis pauperem liberarit. In angustiis illum Deus clamātem audiet, qui pauperem cum clamaret, audiuit: Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit. Videbit diem malum, qui diem iudicii sine aduocatione paupertatis intrauerit. Sine causa accusant peccata, quem pauper excusat. Excusari non potest, quem fames pauperis accusat. *Dominus, ait, conseruet eum & viuificet eum.* Non dixit, conseruat & viuificat: sed dixit conseruet & viuificat: sed dixit conseruet & viuificet. Dixit, non ut denunciantis vox sit ista, sed rogantis. Qui audiuit rogantem egenum, ecce audit orbe toto pro se Ecclesiam sic rogantem. *Dominus conseruet eum & viuificet eum.* Conseruet, ne rapiatur ad pœnam: viuificet, ut resurgat à mortuis, & recipiat vitam. *Et non tradat eum in manu inimici eius.* Cuius inimici? nempè diaboli, ipse est inimicitiarum princeps: despicit inimicos, qui ipsum inimicitiarum calcarit authorem. *Dominus autem adiuuet eum super lectum doloris eius.* Exequitur Propheta omnes arumnas fragilitatis humanæ. *Dominus autem adiuuet eum super lectum doloris eius.* Quis est lectus doloris nostri, nisi corpus nostrum? in quo anima iacet, & iacet dolens, & dolet, quæ cœlum repetere cupiens premitur corporis terra. *Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.* Istum non versat in stratum, sed in strato versat infirmus. Caro ergo est, quæ versatur & versat. Ipsa est ergo quæ in aduersis voluitur, in prosperis versat, Dominus ergo versat stratum nostrum, quando nobis aduersa vertit in prospera: & quia in lecto doloris, hoc est in lecto corporis animus voluebatur egrotus, ipse qui voluebatur, proclamat. *Ego dixi domine misereve mei sana animam meam, quia peccavi tibi.* Quia per consensum carnis sentit animi se contraxisse languorem, ut anima sanatur, implorat: & misericordiam petit fidens, quia in pauperem misericordiam fecit. Beatus qui scenerando pauperi ipsum sibi iudicem præstitit debitorem.

#### DE CENTVRIONE.

#### SERMO XV.

**A** Vdituri estis hodie fratres, quæ admodum cohortis Romanæ Centurio dux factus est militiæ Christianæ, & merito, quia ante cœpi docere quàm credere. *Venit, inquit, Iesus Capharnarum, & accessit ad eum Centurio rogans, &*

*dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam & curabo eum: & respondens Centurio, ait, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus: nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit, & alij, Veni & venit: & seruo meo, fac hoc: & facit. Videtis Centurionem antequam discipularus subire officium, locum magisterij fuisse sortitum. Præbet enim petendi formam, dat normam credendi, fidei pandit causas, virtutum commendat exempla, qui nondum Christianæ scholæ ingressus est disciplinam. *Accersit ad eum Centurio rogans eum.* Hoc est sapere, non rogare. *Puer meus iacet in domo.* Causas pueri quasi magister agit: verè Centurio, qui stipendia terrena centenarium cœli mutauit in fructum, & seruitutem militiæ sæcularis in diuinam sustulit dignitatem. *Domine, puer meus iacet in domo.* Qui vocat Dominum, fatetur suam fideliter seruitutem, Et quomodo hic Centurio, qui sic agnoscit Dominum, puerum suum ausus est profiteri, quasi nesciens serui peculium ad Dominum pertinere? Aut ignorat communia qui docet tam secreta, tam profunda? *Puer meus.* Meum dico, quia iacet: si tuus esset Domine non iaceret. Probat hoc Prophetæ, cum dicit: Ecce nunc benedicite Dominum omnes serui Domini, qui statis in domo Domini. Qui statis non iacetis: ait, stant serui tui, hominum serui iacent. Puer meus qui iacet, vt tuus sit, furgat: meus, quia paralyticus: vt tuus sit, iam sanetur. Meus, quia malè torquetur: vt tuus sit, iam non sit in pœna Domine, tuos seruos non decet malis subiacere: iniuria est tua, tuorum pœna seruorum: tuos seruos possidere non debet vis malorum: serui tui & si patiuntur mala, non patiuntur ad pœnâ, sed subeunt ad coronas. Aduersa illis non sunt necessitatum causæ, sed sunt causa victoriæ. Serui hominum sunt, qui mala patiuntur inuiti: quia illis in desperatione sui domini nequeunt subuenire. Tu autem Domine, cui virtutes seruiunt, curationes parent, obtemperant sanitates, quomodo computabis seruum tuum, quem seruum tantorum conspicias esse morborum? Nota est circa malos bonitas tua: pietatem tuam etiam impij consententur: clamant exteri misericordiam tuam. Hunc tuum dicere, quem iacentem tua benignitas non requirit? *Iacet in domo, & malè torquetur.* Hinc est quod offerre eum, & offerre tibi, pœnæ non sinit magnitudo: ne familiaris infirmi-*

Psal. 113.

tas publicè & dolori sit, & pudori. Mouit Centurio iudicem talia, & tanta dum perorat: & sic mouit, vt ad seruum suum cœli Dominum ipsum ire velle, perficeret. *Ego, inquit Christus, veniam & curabo illum.* Fratres non Centurio ad pietatem pietatis traxit auctorem: neque ad hoc ille ire compulsiu Christum, ad quod venerat Christus: sed Centurio magis sic sentire, sapere sic docetur, quare ad seruum in seruo venerit Christus: quare ad hominem in homine venerit Deus: vtique vt leuaret iacentes, elisos erigeret, solueret compeditos, & eos quos iam nemo nec asferre, nec offerre poterat, ipse operis sui vector clementissimus baiularet. Sed iam quid responderit Centurio audiamus. *Domine, inquit, non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Dedit debitum de humilitate responsum, & ipsum esse Dominum singulari pauore signauit, deducere dum veretur ad animæ suæ domum, ad secretum cordis sui, ad tectum suæ conscientiæ, ad penetrabile mentis, in quo familia cogitationum incondita & confusa versatur: nec patitur aulam pectoris humani sine vitiorum strepitu in sinceritatis silentio permanere. Magistro ergo timore respondit: *Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Hinc est quod Petrus vbi Christum rerum cognouit auctorem, exclamauit dicens: Exi a me Domine quia peccator sum. Sic eum Petrus exire à se rogat, quomodo Centurio eum ad se supplicat non venire: agit vterque ne indignitas hospitij in hospitis manet iniuriam. *Non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Hoc benedictum esset antequam Deus hospitium nostræ carnis intraret: at nunc quid sic Centurio tectum suum Christum verat intrare, quem totum videt intra tectum sui corporis iam manere? Fratres Centurio iam videbat in Christo corporis sui formam, sed passiones in illo sui corporis non videbat. Natus est in carne Christus, sed natus est de Spiritu sancto: accepit hospitium carnis, sed in aula virginis: vt & veritas esset corporis humani, & de pollutione humani corporis nil haberet. Benè ergo Centurio tectum suum indignum iudicat Christo: quia sub singulari tecto manebat nostri corporis Christus: iuxta illud Prophetæ, *Vigilauit, & factus sum sicut passer solitarius in tecto, sed dic tantum verbo, & sanabitur puer meus.* Centurio iste cum sine lege esset, nihil sine lege egit, dicit: *Dic tantum verbo.* Quia dictum erat, dixit, & facta sunt. Et si omnia perfecta sunt dictu, quomodo

Luc. 3.

Psal. 110.

*Psal. 142.* dictu solo vnus infirmitas non curetur? **A** illi quid aberat qui vbique erat? vt homo videbatur in locis, sed vbique videbat vt Deus: videbar vtique, & desperatos videbat, quibus ibat diuina remedia largiturus: ibat ad eorum curam, quibus humana iam defecerat cura: sicut hodierna probatum est lectione. *Cum venisset, inquit, Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo, habentes demonia, de monumentis exeuntes saui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Lubet scisse, & vidisse Dominum quid mali, quid periculi illis haberetur in locis: & ideo illuc esse, vt sic desperatis, afflictis sic miseris subueniret. Occurrerunt ei duo demonia habentes, de monumentis exeuntes.* In monumentis sedem fecerant mortis authores. Attendite quæ scuitia, quis furor, quæ rabies dæmonum erga humanum genus: quamuis breue tempus hominum ferre non possunt: contenti non sunt morti homines, sed viuos homines gestiunt sepelire: se sepulchris mandant, vt homines redigant in sepulchra: pascuntur cadaueribus, putredine faginantur: deliciantur fetore, quibus tota voluptas est homines interire. Sed sentiamus quid machinantur fraudibus, quid moliantur malis, quorum crudelitas modum non habet in aperto. Quid faciunt isti quando diuitias ostentant, vt auaritiam serant? vt inserant superbiam, pompam proponunt, singularitatem venditant vt quod est communione, excludant? vt iram nutriant, causas colorant? vt pietatem violent affectibus dan querelas? philosophiam fingunt, vt faciant nihil scire homines plus quaerendo? deos multos figurant vt Deus, qui vnus & verus est, nesciatur? *Occurrerunt ei duo, demonia habentes.* Quando ad duos homines dæmonia multa, ad vnum legionem totam significant conuenisse: hoc ideo facit, vt docear cauendos esse dæmones, non timendos, simulque monstrat, quã sit potentia Christi singularis quod nomine solo Christi fugatur omnis dæmonũ multitudo. *Occurrerunt ei duo demonia habentes.* Exhibiti non volentes venerunt imperantis iussu, non suo ausu, attracti sunt inuiti, nõ sua sponte currentes: deniq. ad præsentiam Christi homines excut de monumentis, & versa vice captiuos fuerunt, à quibus fuerant captiuati sistunt pœnis, quorum cruciatibus torquebantur: aptant ad sententiam, à quibus addicti fuerant iam sepulchris. *Occurrerunt ei duo demonia habentes saui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Videtis quia dæmones venientibus ad Christum præcluse-*

*Psal. 106.* vsu, sed de virtute faciendi: verbum de quo dictum est, Misit verbum suum, & sanauit eos. *Dic verbo tantum.* Quia iste credidit in verbo omnes manere virtutes. Verbu tuu domine sanitas est: verbum tuum vira est verbum tuu vbi accesserit, inde confestim fugit dolor, infirmitas mox recedit, verbu in quo Petrus cum laxaret retia, piscium multitudinem cepit, sine quo & ignorantia noctem pertulit, & nullum fructum peruigil piscator inuenit. Domine, inquit, laborantes per totam noctem nihil cepimus, sed in verbo tuo laxabo retia. Et quasi non sufficeret quod de verbo egerat, verbo præstari posse quod postulat, rebus altruit, commendat exemplo. *Nam & ego homo sum sub potestate positus habens sub me milites, & dico huic, vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Nam & ego homo sum.* Hoc est dicere, tu Deus. *Sub potestate positus.* Hoc est, tu ipsa potestatum potestas. *Habens sub me milites.* Hoc est tu virtutes. *Et dico huic, vade, & vadit.* Hoc est, dic infirmitati, vade, & vadit. *Alij, Veni & venit.* Hoc est dic sanitati veni, & venit. *Et seruo meo, fac hoc, & facit.* Ille puer meus erit & tuus seruus, cu receperit sanitatẽ. *Audiat: quid audiat? Sanus factus es, iam noli peccare: faciat iustitiam, vt liberetur à paralyti omnium peccatorum, & possit psallere: cum Propheta: Conuertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam de morte? oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo Domino in regione viuorum. Fratres imitetur Centurionem, qui ad centesimum fructum desiderat peruenire. Ne ergo leuiter Centurionis huius prudentiam transeamus, hodie de ipso dicta sufficiant: quia mysterium permagnum est, quo ludæus geritur in figuram.*

*Luc. 5.* dic sanitati veni, & venit. *Et seruo meo, fac hoc, & facit.* Ille puer meus erit & tuus seruus, cu receperit sanitatẽ. *Audiat: quid audiat? Sanus factus es, iam noli peccare: faciat iustitiam, vt liberetur à paralyti omnium peccatorum, & possit psallere: cum Propheta: Conuertere anima mea in requiem tuam quia Dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam de morte? oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo Domino in regione viuorum. Fratres imitetur Centurionem, qui ad centesimum fructum desiderat peruenire. Ne ergo leuiter Centurionis huius prudentiam transeamus, hodie de ipso dicta sufficiant: quia mysterium permagnum est, quo ludæus*

## DE DVOBVS DÆMONIACIS,

## SERMO XVI.



Christus quod transfretat maria, quod loca circuit, non est res humani desiderij, sed causa est salutis humane. Ambulat Christus, non vt videret loca, sed vt homines, qui varijs casibus perierant, inueniret. Qui loca fecerat, quid noui videret in locis? Aut

illi quid aberat qui vbique erat? vt homo videbatur in locis, sed vbique videbat vt Deus: videbar vtique, & desperatos videbat, quibus ibat diuina remedia largiturus: ibat ad eorum curam, quibus humana iam defecerat cura: sicut hodierna probatum est lectione. *Cum venisset, inquit, Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo, habentes demonia, de monumentis exeuntes saui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Lubet scisse, & vidisse Dominum quid mali, quid periculi illis haberetur in locis: & ideo illuc esse, vt sic desperatis, afflictis sic miseris subueniret. Occurrerunt ei duo demonia habentes, de monumentis exeuntes.* In monumentis sedem fecerant mortis authores. Attendite quæ scuitia, quis furor, quæ rabies dæmonum erga humanum genus: quamuis breue tempus hominum ferre non possunt: contenti non sunt morti homines, sed viuos homines gestiunt sepelire: se sepulchris mandant, vt homines redigant in sepulchra: pascuntur cadaueribus, putredine faginantur: deliciantur fetore, quibus tota voluptas est homines interire. Sed sentiamus quid machinantur fraudibus, quid moliantur malis, quorum crudelitas modum non habet in aperto. Quid faciunt isti quando diuitias ostentant, vt auaritiam serant? vt inserant superbiam, pompam proponunt, singularitatem venditant vt quod est communione, excludant? vt iram nutriant, causas colorant? vt pietatem violent affectibus dan querelas? philosophiam fingunt, vt faciant nihil scire homines plus quaerendo? deos multos figurant vt Deus, qui vnus & verus est, nesciatur? *Occurrerunt ei duo, demonia habentes.* Quando ad duos homines dæmonia multa, ad vnum legionem totam significant conuenisse: hoc ideo facit, vt docear cauendos esse dæmones, non timendos, simulque monstrat, quã sit potentia Christi singularis quod nomine solo Christi fugatur omnis dæmonũ multitudo. *Occurrerunt ei duo demonia habentes.* Exhibiti non volentes venerunt imperantis iussu, non suo ausu, attracti sunt inuiti, nõ sua sponte currentes: deniq. ad præsentiam Christi homines excut de monumentis, & versa vice captiuos fuerunt, à quibus fuerant captiuati sistunt pœnis, quorum cruciatibus torquebantur: aptant ad sententiam, à quibus addicti fuerant iam sepulchris. *Occurrerunt ei duo demonia habentes saui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Videtis quia dæmones venientibus ad Christum præcluse-*

Ioh. 14.

rant viam: transitum denegarant. Etenim A  
dæmonum ista cura, ne ad Deum homi-  
nes possint reditū inuenire. Non enim ali-  
ter possunt homines possidere, nisi eos ab  
auctoris sui societate subducant. Ita *ut ne-  
mo possit transire per viam illam.* Hinc est quod  
Christus factus est via. Ita *ut nemo possit tra-  
sire per viam illam.* Illam, non istam. Ego sū,  
inquit, via. Ut ad viam per viam, ad Deum  
per Deum veniētibus obfistere vis dæmo-  
num non valeret: ad Deum nisi per Deum  
potest perueniri. Sed iam quid dæmones  
clamauerint, audiamus. *Quid nobis & tibi fi-  
li Dei?* Hoc est dicere: vitæ auctor quid tibi  
cum mortuis? **B** Habitor cæli quid tibi cū  
sepulchris? Odor paradisi quid tibi cum  
fœtore. Quos de cælo deiecasti, quos de  
paradiso exclusisti, quibus nunc tollis vr-  
bes, regiones habitabiles negas, permitte  
inhabitare nos vel sepulchra: & si nos per-  
secutione tanta digni sumus, tu tanta non  
es dignus iniuria. *Quid nobis & tibi?* Quid?  
quod iudici, & reo: quod vindici, & pœna-  
li: quod Regi, & desertori. *Quid nobis & ti-  
bi fili Dei?* Hoc dicunt possessori fures, hoc  
domino prædones, tenent spolia, prædam  
gestant: & quid sibi cum eo sit qui sua re-  
poscit, interrogant. *Quid nobis & tibi fili Dei?*  
**C** *Quid? ut reddatis homines, mundum re-  
stituatis auctori: & veniente creatore scia-  
tis vobis in creaturis amplius nil licere.*  
*Quid nobis & tibi fili Dei? Venisti ante tempus tor-  
quere nos? Quid nobis & tibi? Et vobis cum  
hominibus quid? Quid nobis & tibi fili Dei?*  
Agnoscent, agnoscent Deum, iudicem  
consententur, clamant iudicium se debere,  
& de tempore præscribunt. *Quid nobis & ti-  
bi fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos? Au-  
ctori temporum tempus opponunt. Venisti  
ante tempus torquere nos? De tempore sic que-  
runtur, quasi ipsum cum tempore fecerint,  
ut viuos condiderint in sepulchris. Venisti  
ante tempus torquere nos? Tempus abscondit,  
præuenit mortem, sepelit viuos crudelitas  
immatura: & de tempore queritur, quasi  
ante tempus habere debuerit: & non ut  
exorta est mox puniri: de tempore causa-  
tur nequitia sæculi indurata. Malis patien-  
tia brevis est, bonis tarda ultio: quod læsis  
longum est, angustum est ad lædētes. Erat:  
inquit, non longè ab eis grex porcorum multorum  
pascens. Dæmones autem rogabant eum dicentes,  
Si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Digna  
petit indigna seruitus. *Mitte nos in gregem  
porcorum.* De monumentis mitti se preca-  
tur in porcos nequitia: quia fœtores amit-  
tere nescit, sed mutare. *Mitte nos in gregem  
porcorum.* Cœnum petunt ruentes cælo:*

post æthereas habitationes ambiunt volu-  
tabra porcorum. *Mitte nos in gregem porcorum.*  
Grex in gregem mittitur, ut prodatur dæ-  
monum multitudo: ut appareat hoc duos  
portasse homines, quod numerositas non  
valuit sufferre porcorum. *Ait illis, Ite, et illi  
exeuntes abierunt in porcos: & ecce impetu abijt to-  
tus grex per præceps in mare, & mortui sunt in a-  
quis.* Traditur vile pecus non pro voluntate  
dæmonū, sed ut tali facto innotescat, quo-  
modo in homines sæuiunt, quomodo que-  
runt mortes hominum, qui sic porcos ut  
perderent quæserunt. Dæmones omne  
quod est, agitur, mouetur, viuunt, ardent  
perdere, nō habere. Ne quis ergo talis fie-  
ri homo præsumat, humano generi inimi-  
citia verus, fixa ira, malitia destinata est.  
Dæmones nisi vinc̄ti non cedunt, lædere  
non valent nisi iussi. Traditur ergo vile pec-  
cus, ut luceat dæmonib. in homines nil li-  
cere, quibus in porcos iussum est ut lice-  
ret. Nos ergo aut vitijs nostris facimus, ut  
illi accipiant potestatem nocendi, aut vir-  
tutibus subiecta nobis dæmonum colla  
Christo triumphante calcemus.

## DE DÆMONIACO,

## SERMO XVII.



Enisse Dominum trans fretum  
in regionem Gerasenorum, & *Marc. 5.*  
exeuntem ei de nauī statim occur-  
risset hominem de monumentis  
habentem spiritum immundum, catenis  
& compedibus vinc̄tum. Euangelico ho-  
die sermone cognouimus, qui domici-  
lium haberet in monumentis. Auctor mor-  
tis, mortis incubat mansiones: & humanæ  
necis audis, quos crudelitate sua occide-  
re non potest: viuos gestit feraliter func-  
rare: sæuit, furit interitus nostri auarus  
exactor: cui pœna est quod homo nascitur:  
**D** quod tardius moritur, cruciatur: hominis  
hanc ipsam breuissimam vitam amanda-  
re horrida nititur per sepulchra: confu-  
sus hostis, & ad vtrumque peruersus in-  
gerit sepulchris viuos, mortuis apponit  
cibos, mera fundit, ut & viuos ene-  
cet, & mortuos inquietet. Catenis &  
compedibus vinc̄tus tenebatur homo:  
vinc̄tus alieno crimine, & habitatoris sce-  
lere habitaculum innocens torquebatur.  
Diaboli culpa hominis redundabat ad  
pœnam: & prædæ miserijs prædo sagi-  
nabatur inclusus: nec facientem, sed  
patientem miserabilis exponit inuidia.  
Huic morbo cupiens dominus subuenire,

transfretat mare: hoc est, fluctuantis mundi terminos corporis nostri nauigio transmittit, ad littora peruenit salutis nostræ repleta naufragijs, & regionem cæcis ignorantia tenebris infusam lucis suæ splendore perfundit, callidi hostis deprehensurus infidias: ipsumque principem nequitia spiritualis cum suis legionibus regia potestate fugaturus, vt tandem reddat liberos, quos diu tenuit potestas inimica captiuos.

*Videns, inquit, Iesū à longè, cucurrit, & adorauit eū, & clamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili Dei summi? Adiuuro te per Deū, ne me torqueas.* Ad nutum Christi conuersus est

*Math. 4.* **T**IEUS. Cucurrit, & adorauit eum. Quid est diabolus, quem trina tentatione prouocabas ad lapsum, quem promissione regni vt te adoraret subdolos ambiebas, nunc tremēs & miserandus prolaberis, & adoras? Ecce qui honores omnes regni promittebat & gloriæ, habitare factidis corruptione cadauerum reperitur in tumulis. Sic, sic iste decipit eum promittit: vt ad inferna secum pertrahat, eum de supernis se consolantes fallax promissor illudit. *Quid mihi & tibi fili Dei summi? Nam & modò vt adulator, non vt deuotus & obsequens hic adorat, euadere cupiēs pœnam, prædam perdere pertimescens. Credit infelix vt eum, quem tentatione vincere, quem muneribus nequiuuit inflectere, possit adulatione pulsare: sed ille consueuit victos absoluere, reuocare captiuos, nec acquisitos, sed conditos à se sibi restituere terminos, hostem libera virtute percellere, nec factione pellaci inimicum suorum requirere possessore. Et clamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili Dei summi? adiuuro te per Deum, ne me torqueas. Quid agit? quid patitur fragilitas* **D**

humana talibus & tantis subiecta miserijs? Ecce diabolus patrona voce hominis hominem periturus inclamat: & tota membra hominis hosti suo suam militant in ruinam. *Quid mihi & tibi Iesu fili Dei summi? Quid mihi & tibi? quod puniendo, & iudici: quod regi & desertori, quod inuafori & Domino. Quid mihi & tibi Iesu fili Dei summi? Si agnoscis filium, utique non nescis hæredem: si hæredem nosti, hæreditatem rapere cur præsumis? Adiuuro te per Deum, ne me torqueas. Timer tergiuersator, & simulat: faterur filium, sed ne Deus intelligatur solita arte contendit: adiuurat Deum per Deum, vt alterum videri ipsum faciat, vt*

**A**stantium decipiat & fallat auditum. *Interrogabat eum Iesus, quod tibi nomen est? Interrogat, non ignorat, sed implet iudicem: seruat ordinem cognitoris, nomen interrogat, vt de conditione discutiat, iudicet de reatu, addicat de crimine, Deum esse data sententia perdemonstrat. Respondit legio, quia multi sumus. Christi interrogatio nostram ignorantiam sic depellit: nobis aperit quod latebat: ad vnum legio. Euidens est desidia militis, si deserat acie, si gressum retrahat, si conflare permissat, vbi vnum numerofo hoste fortiozem peruidet esse captiuum. Ad præsentiam regis isti quid sunt, qui vt vnum, & nec dum tyronem caperent, toto cohortis suæ agmine conuenerunt? vbi essent si vexillum ibi iam crucis, si Christi signa vidissent? Age Christiane, incede securus, manus tanta, & tam multa quæ sic metuunt inermem procul fugiet, si videat, si sentiat, si cognoscat armatum. Deprecabantur eum spiritus dicentes, mitte nos in porcos. Vide vbi satanas sedem desiderat collocare, de sepulchris in porcos semel infectus putredine, habitacula foetida & immunda perquirunt: sordibus delectatur, & coeno, qui utique semper foetore criminum, & squalore pascitur vitiorum. Sed sic est odor eius tartareus & crudelis, vt cum nec porcorum natura sufficeret sustinere: denique demergi in mari & fluctibus maluit deperire, quam eius immunditiam pati, & putredinem tolerare, aut quid possunt præsumere dæmones, qui nec porcos quidem contingere prævalent nisi eos potestas diuina permiserit? Miser est, qui relicto iudice, frustra carnificis requirit fauorem: qui nec vexare, nec pœcere, nec minuere potest tormenta, nec addere: sed facit totum addictus ipse verberato ad ius, & arbitrium iudicantis.*

DE SOCRO PETRI,

SERMO XVIII.



**H**Odierna lectione didicit attentus auditor, quare cæli Dominus, restaurator vniuersorū, terrenas & seruales intrauerit mansiones. Sed nihil mirum si ad omnia dignanter accessit, qui clementer venerat omnibus subuenire. *Cum venisset, inquit, Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem. Videtis quæ res ad domum Petri inuicauerit Christum: utiq; nō* *Math. 8.* **d**iscumbendi voluptas, sed iacentis infir-

mitas: non prandendi necessitas, sed salutis occasio, diuinæ virtutis opus, non humani pompa conuiuij. In domo Petri non vina, sed lachrymæ fundebantur: turbabat ibi familiam non cura cõuiuij, sed cura languentis: febris ibi, non edacitas æstuabat. Vnde illuc Christus non epulas percepturus, sed vitã redditurus intrauit, Deus quærit homines, non humana, cœlestia dare cupit, non concupiscit inuenire terrena, Christus ergo recepturus nos, nõ nostra quæsiturus aduenit. *Cum venisset, inquit, in domum Petri, vidit focrum eius iacentem, & febrientem.* Ingressus in domum Petri Christus ad quod venerat, vidit, non aspexit qualitatem domus, non occurrentium turbas, non salutantium pöpam, non familiaræ cõcursum: certè non ipsum preparatio- nis ornatum, sed inspexit gemitũ languentis: febrientis atēdit incēdium, vidit periculum desperatæ: & statim manus ad opus suæ deitatis extendit: nec ante ad humana discubuit Christus, quam mulier quæ iacebat, confurgeret ad diuina. *Tenuit, inquit, manũ eius, & dimisit eam febris.* Videtis quomodo dimittit febris, quem tenuerit Christus vbi nõ stat infirmitas, vbi auctor salutis assistit: accessus illuc mortis nullus est vbi viuificatoris ingressus est. *Tenuit, inquit, manũ eius.* Quæ necessitas rangendi erat, vbi inerat ius iubendi? Sed Christus tenuit manũ mulieris ad vitam, quia Adam de manu mulieris acceperat mortẽ. *Tenuit manum eius.* Vt quod manus præsumētis amiserat, manus repararet auctoris. *Tenuit manum eius.* Vt acciperet indulgentiam manus, quæ carpserat de morte sententiam. *Et surrexit, inquit, & ministrabat ei.* Et Christus mulieris indigebat obsequio, & mulieris prouectæ ætatis, senectutis summæ filijs aggruatæ: sic in domo Petri nõ erat vernula, non minister, non familiaris, non propinquus, certe non vxori quæ matris obsequium præueniret? & ad summam Petrus ipse causas suæ verecundiæ non videbat, vt hoc anus, hoc socrus faceret magistro, discipulus quod debebat? fratres Christus ab illa humanum non exigebat obsequium, cui ministerium diuinitatis impenderat: sed ministrare illam ad indicium redditæ sanitatis admisit. Christus sic fugat morbos, vt vires pristinas mox reducat: vbi curat ars: ibi infirmitatis refidet lassitudo: vbi sanat virtus, ibi languor vestigium non relinquit. Sed in hac lectione quid spiritualis intelligentiæ lateat si scire volumus, verborum nosculos non quæramus: qui maturitatis fructũ quærit, despicit amœna camporũ:

A violæ, rosæ, lilia, narcissus, grati flores, sed gratior panis. Quod est odor naribus, hoc est, auribus sermonis ornatus, quod dat panis vitæ, hoc scientia dat salutem. Seponenda est ergo eloquentiæ voluptas, quando scientiæ depositur fortitudo. *Cum venisset, inquit, Iesus in domum Petri.* Ad domum Petri venit Christus, vt domus Petri veniret ad Christum: tunc ad domum Petri venit Christus, quando habitacula nostræ carnis intrauit. *Cum venisset Iesus in domum Petri.* Quæ est domus Petri? illa de qua dicit Dominus. Et tu Bethlehem domus Iuda, non es minima in principibus Iuda, ex te enim exiet dux, qui reget populum meum Israël. Vnde & Apostolus: Ex quibus Christus secundum carnem, qui est Deus benedictus in sæcula. *Cum venisset in domum Petri, vidit focrum eius iacentem, & febrientem.* Vidit synagogam iacentem in perfidiæ suæ tenebris, decumbentem sub suorum sarcina peccatorum: vitijs ad phrenesim vsque febrientem: & ideo tenuit manum eius, quia non tantum verbo, sed & manibus Iudaicæ gentis operatur salutem: audi Prophetam, Deus autem Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ. *Tenuit manum eius.* Vt antè Prophetarum sanguine manus eius munda- retur, quàm ministracionis ecclesiasticæ sumeret sacramentum. *Et surrexit & ministravit ei.* Hinc est quod erecta est quæ iacebat, & ministrat Christo, dum sanctificat manus suas modò in operibus bonis, quas antè malis operibus polluebat. *Vespere, inquit, factõ obtulerunt ei multos, dæmonia habentes, & eiciebat spiritus verbo.* Hoc humanitus quomodo intelligi potest, vt contempto die, vespere multos & male faucios salutis auidi ad salutis remedia batiularent? Sed vespere est, cùm finitur dies sæculi: mundus à luce temporum cùm declinat. Sero lucis redditor venit, vt nobis gentibus, qui in nocte venimus sæculorum, diem redderet sempiternam, *Vespere autem factõ, obtulerunt ei multos, dæmonia habentes.* Vespere, hoc est, nouissimo tempore nos gentes offert Deo Apostolorum pia & solennis deuotio: & pelluntur à nobis dæmones, qui nobis idolorum cultus imperabant: audi Prophetam: Omnes dij gentium dæmonia. Ignorantes enim vnum Deum innūmeris dijs seruibamus sacrilega & sordidissima seruitute. *Et eiciebat spiritus verbo.* Quia ad nos Christus carne non venit, venit verbo: vbi ergo venit fides ex auditu, auditus per verbum, nos fecit liberos dæmoniacæ seruitute:

Matth. 1.

Matth. 5.

Rom. 1.

Psal. 75.

Psal. 95.

Rom. 10.

tute: dæmones reddidit ex impia dominatione captiuos. Hinc est quod dæmones sub manibus nostris torquentur imperantibus nobis, qui nos subijciebant lignis, lapidibus adijciebant, & vacuas quotidie figuras inani timore vexabant. Modo est fratres, ne nos infidelitas ad eorum reuocet seruitutem: non laqueemur augurijs, non diuinatione fallamur, non capiamur fortibus, non à manibus inducamur non seducamur mortibus, non pestibus anhelantibus captiuemur: sed nos, nostrósque actus commendemus Domino: committamus patri, credamus Deo, quia tempus hominum sicut Deus agit: & idèd sicut pater actus dirigit filiorum, & vt Dominus curam familiæ non relinquit.

DE SCRIBA CUI CHRISTVS  
sequi se non permisit.

SERMO XIX.

**H**odie Euangelista sic cepit, *Videns, inquit, Iesus turbas multas circa se, iussit ire trans fretum.* Quoties circa Dominum se indocilis turba diffundit, & iactatur in conscientiz procella, quietem deserit, petit fluctus portu deserit, naufragia intrat, ad excelsa contendens mergitur in profundum, tunc Christus hoc mare talibus turbatum turbis transfretari iubet. *Videns, inquit, Iesus turbas multas circa se, iussit ire trans fretum.* Non vt fugeret homines qui hominū venerat ad salutem, sed insipientibus inducias dat credendi: errantes vt reuertantur, expectat, patientiam præbet: & veniam, qui non vult proferre sententiam: sustinet contumaces, qui vult non perdere, sed saluare quod fecit. *Accedens, inquit, vnus ex Scribis, ait illi, Magister sequar te quocunque ieris.* Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incautè sequi. Sed ad omnia posse quis promittit? Dixisset cautius, sequar te quocunque iusseris: humanius certe, quocunque volueris. *Sequar te quocunque ieris.* Sic dicit qui inter se & Dominum quid interfit, ignorat: sic dicit qui Christum Deum non intelligit, sed magistrum. *Sequar te quocunque ieris.* Petrus per mare sequitur, sed submergitur: ad passionem sequitur, sed negat. Et si Petrus sic deficit, sic succumbat ad pauca, iste qui est qui se ad omnia sequi Dominum sic promittit? *Sequar te quocunque ieris.* Sic dicit iste, quasi posset cum Christo subire conflictum, ignominiam crucis adire per glo-

riam, intrare mortis arcem, mortem mortificare, per mortem penetrare ignotos tartari sinus, dirumpere inferni vincula, sæculis iam duratas animas oblitus ad lucem proprie reuocare per corpora, concutere terram, saxa scindere, sepulchra reserare, educere sepultos ab inferis, testes suæ resurrectionis afferre. Adhuc adiciat iste ire quocunque vadit Christus, superfedeat humeris angelorum, conscendat caelos, confideat patri, apicem teneat omnium cælestium dignitatum, ad ista Christus, ad hæc Dominum, scriba stultus, superbus vernula sequi se Dominum cur promittit? Sed accipit à Christo tam dignum pro tanta præsumptione responsum. *Vulpes foueas habent, & aues cæli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.* Quid est hoc? Vulpes viribus infirma, calliditate potens, inuentrix doli, fraudis artifex, simulationis magistra, simplicitatis vacua, plena strophis, auium domesticarum prædo, testis familiaribus inimica: meritò hæc Christus in typū format Herodis principis Iudæorum, qui pristinae libertatis oblitus, sub Romana potestate cõsistens, dominabatur arte: calliditate regnabat, imperabat fraude, præfidebat dolis, simulatione pollebat: & quia ab exteris gentibus non valebat referre prædam, familiarem plebem, vernaculos populos, velut aues domesticas deuorabat. Probat hoc Christus quando Herodes mandat. *Ite, dicite vulpi illi.* Verè vulpis, qui regnum dolis rapit, <sup>Luc. 13.</sup> quod nec nascendo meruit, nec viuendo. Hic ergo Herodes in cordibus Scribarum vsque ad necem Christi foueas sibi suorum scelerum collocavit: nec reliquit locum vbi Christus caput suum quoddam Deus est, reclinaret. *Vulpes foueas habent, & aues cæli nidos.* Aues hic quoque appellat dæmones in aère volitantes, qui & ipsi in peccatoribus Scribarum malitiz suæ nidos fecerunt: vbi tota nequitiz suæ germina procrearent. Hinc est quod vbi se diabolus Iudæ animo immiscuit, mox & concepit doli fructum, & crimen peperit proditoris. Videtis, quia Scribam Christus non repulit volentem, sed fingentem prodidit, & horruit præsumptentem. Aut quare Christus, aut quare pietatis auctor, largitor salutis, istum venire volentem prohiberet, qui mox alium discipulum ire cupientem retinuit, ne abiret? *Alius, inquit, discipulus ait, Domine, permittite mihi primum ire & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi, sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Nunquid sic Chri-

stus negat vltimum pietatis obsequium? A  
 vetat extremum munus parentibus quod  
 debetur? Non pietatis obsequium negat,  
 sed diuinam præponit humanis affectibus  
 feruitutem, audite quid discipulus dixerit:

*Permitte mihi primum ire, & sepelire patrem  
 meum.* Hoc ei non primum esse debuit, sed  
 secundum: terrenus pater coelesti postpo-  
 nendus est patri. *Sequere me, & dimitte mor-  
 tuos sepelire mortuos suos.* Hoc est dicere, me  
 sequere ad contumeliam passionis, vt me-  
 cum possis ad resurrectionis gloriam per-  
 uenire. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.*  
 Fidei filius ad domum perfidiæ cur redi-  
 ret? Salutis proles perditum cum perditis  
 cur defleret? Resurrectionis pignus ad se-  
 pulchra genitoris quid curaret. *Sequere me  
 & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Quo-  
 modo mortui sepeliunt mortuos suos: Frat-  
 res, ipse dixit. Ego sum vita. Quod est

Ioan. 14.

anima corpori, hoc est animæ Christus,  
 sine anima corpus non viuit, non viuit a-  
 nima sine Christo: recedente anima mox  
 corpori fætor, corruptio, putredo, ver-  
 mis, cinis, horror, & omnia visu detestan-  
 da succedunt: discedente Deo, confestim  
 venit in animam peccatorum fætor, cor-  
 ruptio criminum, vitiorum putredo, con-  
 scientiæ vermis, vanitatum cinis, infide-  
 litatis horror, & fit in corporis sepulchro  
 viuo funus animæ iam sepultum. Acce-  
 debat ad causam, quod cadauer perfidiæ  
 perfidis agebatur obsequijs & impietatis  
 ministerio pietas curabatur. *Ingressus, inquit,  
 Iesus domum principis, vidit symphoniam.* Nun-  
 quid tales piaculum de pietate non fa-  
 ciunt, qui ad luctum musicam, ad funera  
 suorum extranea lamenta conducunt: vbi  
 vero planctus non est, ibi est emptæ & mer-  
 cenaria cantilena. Mortuum non artifex  
 fistula, sed simplex plangit affectio. Chri-  
 stus ergo discipulum suum non deesse vo-  
 luit exequijs paternis, sed prophanis lucti-  
 bus noluit interesse.

Matth. 9.

*Iesus domum principis, vidit symphoniam.* Nun-  
 quid tales piaculum de pietate non fa-  
 ciunt, qui ad luctum musicam, ad funera  
 suorum extranea lamenta conducunt: vbi  
 vero planctus non est, ibi est emptæ & mer-  
 cenaria cantilena. Mortuum non artifex  
 fistula, sed simplex plangit affectio. Chri-  
 stus ergo discipulum suum non deesse vo-  
 luit exequijs paternis, sed prophanis lucti-  
 bus noluit interesse.

## DE SEDATA MARIS tempestate.

### SERMO XX.



Celestia lectiones sic diuino  
 dispensantur arcano, vt & peri-  
 tis scientiam conferant altiorē:  
 & simplicibus salutaris intelli-  
 gentiæ gratiam largiantur. Ascendente, in  
 quit, in nauiculam Christo, fecisse morum  
 magnum refertur auctore tempestas. *Ascen-  
 dente, inquit, eo in nauiculam, secuti sunt eum dis-*

Matth. 8.

*ascendit, inquit, eo in nauiculam, secuti sunt eum dis-*

*cipuli eius, & ecce motus magnus factus est in ma-  
 ri, ita vt nauiculâ operiretur fluctibus ipse autem  
 dormiebat. Mare quod pedibus Christi tu-  
 mentia terga submisit, strauit in plano ver-  
 tices suos, motus frenauit, astrinxit fluctus:  
 & per liquentem viam saxa soliditate ser-  
 uiant, modò quid est quòd vsque ad pericu-  
 lum sui sæuit, furit, contendit auctoris? quid ipse  
 Christus futurorū præsciens, præ-  
 sentium sic videbatur ignarus, vt instâtem  
 procellam, tempestatis horam, tempus  
 periculi non caueret: sed inter vigilantes  
 omnes tunc solus teneretur in somno,  
 quando imminebat sibi, suisque tam gran-  
 de discrimen? Fratres, gubernatoris peri-  
 tiam non probat temperies serena, sed  
 procellosa tempestas: blandiente aura, na-  
 uim regit vltimus nauta, in confusione  
 ventorum, primi quæritur ars magistri.  
 Hinc est quod discipuli posteaquam vide-  
 runt sibi industriam nauticorum deperiisse,  
 in se maria sæuire, se fluctus petere, ad-  
 uersum se ventorum turbines conuenisse:  
 ad ipsum gubernatorem rerum, vectorem  
 mundi, elementorum magistrum trepidi  
 confugerunt, petentes, vt sedaret fluctus,  
 periculum summoueret, salutem redde-  
 ret desperatis. Denique vbi iussio sola ad-  
 dixit mare, recussit ventos, tulit turbines,  
 dedit quietem, nauigantes ipsum esse om-  
 nium sentiunt, credunt, fatentur aucto-  
 rem. Sed iam quod intus est proferamus.  
 Vbi Christus Ecclesiæ suæ nauim mare se-  
 culi transfretaturus ascendit, gentium fla-  
 bra, Iudæorum turbines, persecutorum  
 procellæ, vulgi nubes, dæmonum nebu-  
 læ, sic ruerunt, vt totius mundi fieret vna  
 tempestas: Regum spumabant vndæ, fer-  
 uebant potestatum fluctus, sonabat rabies  
 traditorum, populorum gurgites rotaban-  
 tur, perfidiæ norabantur scopuli, mugie-  
 bant littora Christiana, lapforum nau-  
 fragia vexabantur, & erat totius mundi  
 vnum discrimen, vnumque naufragium.  
 Tunc discipuli accedunt ad Dominum, & suscita-  
 uerunt eum, dicentes: Domine salua nos peri-  
 mus: & dicit eis Iesus, quid timidi estis modicæ  
 fidei? Suscitatus ergo à discipulis Christus,  
 mare, hoc est, mundum, corripit: tran-  
 quillat orbem, reges mitigat, potestates  
 placat, sedat fluctus, componit populos,  
 Romanos efficit Christianos, ipsosq; exe-  
 cutores verbi Christianæ fidei reddidit,  
 qui fuerat persecutores nominis Christi-  
 ani. Hanc tranquillitatem seruante principi-  
 pes Christiani, Ecclesia tener, habet Chri-  
 stianitas, gentilitas admiratur. Tunc, in-  
 quit, surgens imperauit ventis & mari, & facta*

Ioan. 6.

est tranquillitas magna. Porro homines illi mirati sunt dicentes, qualis est hic, quia & venti & mare obediunt ei. Discipuli sunt hi, qui accedunt ad dominum, qui suscitant eum, qui saluare se humili supplicatione deposcunt: homines verò dicuntur, qui elementa Christo taliter obedisse mirantur. Verè homines sunt, & sæculi homines, qui mirantur ad obedientiam Christi mundum sic esse conuersum, qui templorum vertices velut vndarum tumores stupet sic esse deiectos, qui idolorum spumas, dæmonum vident turbines sic fugisse: quos atronitos reddit Christiani nominis toto orbe profunda & diffusa tranquillitas. Et verè fratres, dormiente in morte Christo, in Ecclesia magna est exorta tempestas: resurgente à mortuis Christo, Ecclesiæ reddita est, sicut scriptum est, tranquillitas magna. Modo nos dormiētem in nobis Christum toto præcordiorum gemitu, fidei voce, Christianis lachrymis, ploratu alto, apostolicis clamoribus excitemus, & dicamus: *Domine, salua nos perimus.* Et quia lectio aptè temporari conuenit, & sicut scriptum est: Aquilo durus ventus nomine autem dexter vocatur: qui nobis gentes sic feras, sic amaras aduectat: hic ergo Aquilo ventus durus per dextrum, per Africum, per Austrum, per Eurum diffundit se Christi turbine, maria confundit, delet aëra, montes deiecit, sorbet vrbes, prouincias mergit, totius orbis cogit. Vnum esse naufragium. Hinc est quod nauicula Christi nunc tollitur ad cælum, nunc in trepidationum ima descendit, nunc Christi regitur viribus, nunc formidine iactatur, nunc operitur fluctibus passionum, nunc confessionum remigijs enatat. Sed nos fratres iterum atque iterum clamemus. *Domine salua nos, perimus.* Et reuera fratres, si essemus vnum, & humanum corpus, si eos qui pereunt nostra esse viscera crederemus, afflictione iciunij, precum gemitu, effusione fletuū, iugiter clamarem: *Domine, salua nos, perimus.* Et studeremus nobis in nostris fratribus subuenire: nec furente gladio sanguinis nostri mare videremus in terris, nec tanta corporum, sed nec animarum iam naufragia sentiremus, atque humili voce precaremur. *Domine salua nos perimus.* Nec tamen vlla compassio, pietas vlla, vllus pauor, quicumque pudor nos, vel compunctio exfuscat ad dolorem Dei, Dei est quod vrgemur malis, quod verberamur semper, quod gentes valent, quod ruit grādo, quod rubigo inficit, quod impietas potest, quod dominantur morbi, quod sæ-

uit mors, quod tremet tetra: nos tamen nec tremimus, nec timemus, nec declinamus à malis, nec appetimus bona. Avaritia furit, anhelat pompa, iniquitas placet, aliena delectant, sed nostra pereunt: Dei flagella veniunt, sed nostræ prouocant culpæ. Si Deus iustus, vtique nostri misericors. Fratres reuertamur ad dominum, vt reuertatur ad nos Deus: renunciamus malis, vt respondeant bona: seruiamus Deo bono, vt non malis gentibus, & potestatibus iniquis seruiamus, Christo Domino, ac gubernatore nos auxiliante, honor cuius & maiestas sine fine permanet in sæcula sæculorum. Amen.

DE EADEM,  
SERMO XXI.



Voties Christus nostra dormit in nauis, & ignauitæ nostræ somno soporatur in corpore irruit procella tota confusione ventorum, sæuiunt minaces vndæ, & dum spumosis fluctibus sæpius eleuantur & decidunt, amara nauigantibus gignunt expectatione naufragia: sicut præfens Euangelistæ lectio declarat, dicens: *Et ait illis Iesus illa die, cum sero esset factum transeamus contra, & dimittentes turbam, assumunt eam, ita, vt erat in nauis. Et ait illis Iesus illa die. Quia die illa nempè quæ iuxta Isaiam, cōsurgit confringere terram: Illa die, quæ tota mundanæ lucis claritas vesperascit: illa, quæ imminente tentationum nocte crebrescunt imagines fugiendæ vanitatū. Cum sero esset factum. Serò tunc est, cum tempus extremum, & hora nouissima sensibus humanis confusiones rerum nunciant, quæ procedunt. Transeamus contra. De terrenis ad cœlestia: de præsentibus ad futura. Et bene contra, quia diuina semper contraria sunt humanis: dum ista subiectos attrahunt ad fragilitatem, ad virtutem illa qui sequuntur, attollunt. Et dimittentes turbam. Dimittunt turbam, qui popularem auram & vulgum deserunt incerto semper iudicio peruagantem: neq; addicti rumoribus humanis à virtutis itinere retardantur, sed de bono conscientia stabiles, & securi laudum, & derogationum mēdaces fluctus Christo comitante pertranseunt. Et assumunt eam, inquit, ita, vt erat in nauis. Quid hoc? Aliter est Christus in cœlo, aliter habetur Christus in nauis, aliter in maiestate patris, aliter in hominis humilitate sentitur, aliter cœternus patri, aliter ætatum nostrarum gradibus cernitur temporalis,*

aliter nostro dormit in corpore, aliter in sui vigilat spiritus sanctitate. *Assumunt eum, ita, ut erat, inquit, in nauim.* Laus fidei est, ita Christum recipere ut est, & habetur in nauim, hoc est in Ecclesia: vbi natus, vbi adoleuit, vbi passus, vbi crucifixus, vbi sepultus, vbi ascendisse in cœlum, patris ad dexteram confedisse, vnde viuorum & mortuorum iudicem esse venturum singularis salutis est confiteri: qui taliter in nauim nostra Christum confessus assumpserit, & si tunditur fluctuum scandalis; non tamen periculis mergitur, & operitur vndarum. *Et facta est, inquit, procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita ut adimpleretur nauis.* Et facta est procella magna: non ausa est explorare domini dormientis virtutem, sed discipulorum pulsare fidem, timorem prodere, ut auctori suo quantum seruitutis deberet, ostenderet. *Et erat, inquit, in puppi dormiens.* Ad dormientem confugiunt vigilantes: & credunt obistere fauentibus elementis eum, cui somnum dominari sua compassione conspiciunt: contemplantur irruisse taliter humanæ necessitatis soporem, ut nec fragore maris, nec clamore fluctuum, nec extremo imminente naufragio potuerit suscitari. Et vbi est illud: Ecce non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israël: Per se non dormit, neque sibi dormitat maiestas expertis lassitudinis, quietis ignara: sed totum per me mihi agit, qui quoties specie sui actus, sui vultus immutat, toties nostrarum varietates arguit, & culpas animarum: audi Prophetam dicentem, Palpebræ eius interrogant filios hominum. Videte quem admodum Dei oculi clauduntur, ne videant eos, ut vindicent, qui delinquant: Auerte inquit faciem tuâ à peccatis meis: & iterum parent, ut currentes incitent, lassescentes erigant, respiciant supplicantes. Hic ergo domini somnus explorat discipulorum fidem, dubitationem prodit: & modicæ eos credulitatis aperit esse, qui nō modo in se tantum, sed in ipsum auctorē credunt posse elementa consurgere. *Fluctus, inquit, mittebat in nauim.* Quia dominicam nauem, quantum extrinsecus quatit, & infundunt vndæ gentium moles: tantum intrinsecus tumidi hæreticorum irruunt & deserviunt fluctus. Hanc tempestatē beatus Paulus se pertulisse declarat, cum dicit: Foris pugna, intus timores. *Ita ut adimpleretur nauis.* Meritō spumosis fluctibus Euangelistæ refert fuisse nauem repletam: cum tot pænæ hæreses Ecclesia patiarur, quot diuinæ legis legimus esse

quæstiones. *Et erat, ait, ipse in puppi dormiens super ceruicale, & excitant eum, & dicunt ei, Magister, non ad te pertinet: quia perimus? & exurges, comminatus est vento, & dixit mari: tace & obmutescere & cessauit ventus, & facta est tranquillitas magna. Et ait illi, quid timidi estis? necdum habetis fidem? Dum factum pandit lectio, tempus commendat exemplo. Siquidem magna, & satis grauis imminet procellosa tempestas, dum se vndique furens, ac perniciosus ingerit turbo ventorum: maria mugiunt: ipse quoque insulz funditus subruuntur, & tristi sonitu littora vniuersa feriuntur. Sed quia, ut diximus, Christus nostra dormit in nauim, accedamus ad eum magis fide, quam corpore: & pulsemus eum plus opere misericordiæ, quam desperantium tactu: suscitemus non insolenti strepitu, sed clamore spiritualium canticorum: non murmuratione improba, sed supplicatione perurgili: demus Deo aliquid temporis vitæ nostræ; ne totam diem infelix ista vanitas & sollicitudo miseranda cōsumat: ne noctem totam perniciosus somnus & inanis sopor expendat, sed itidem pars diei & noctis ipsi temporum deputetur auctori. Vigila homo, vigila, habes exemplum, ut quod tibi gallus impendit hospiti, tu tuo exhibeas creatori, præsertim cum tibi ille insonat profuturus, cum te ad opus suscitatur, cum diem nūciat iam vicinum: quanto magis hymnis cœlestibus te Deum de superna sede tuam suscitare conuenit in salutem, audi Prophetam dicentem: De nocte spiritus meus vigilat, ad te Deus. Et Psalmista: Manibus meis nocte corā eo, & non sum deceptus. *Lucia LXX. Psal. 76. Psal. 54.* Diei verò tria tēpora idem Psalmista Deo admoner deputanda, dicens: Vespere & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Per quæ tria tēpora dum Daniel Deo sedulus supplicaret, impetrauit non solum præscientiam futurorum, sed & captiua diu gentis suæ meruit libertatem. Dicamus ergo quod Propheta: Exurge, quare obdormis domine: Exurge, & ne repellas vsque in finē. Dicamus cum Apostolis: *Magister, non ad te pertinet, quia perimus?* Et verè magister, quia non solum factor est omnium elementorum, sed etiam moderator & tector est, qui cum nos audierit, cum fuerit euigilare dignatus, planabuntur vndæ, & tumidi fluctus sternentur, & colles: venti diffugient, peribit procella, & tempestas ista quæ imminet, & magna tempestas in tranquillitatem maximam commutabitur.*

Psal. 12.

Psal. 10.

Psal. 50.

2. Cor. 7.

Psal. 26.

Lucia

LXX.

Psal. 76.

Psal. 54.

Dan. 6.

Psal. 43.

DE TERRENORVM CVRA  
despicienda, de que seruo vigili.

SERMO XXII.

**R**æmia statuuntur his semper quibus certamina dura proponuntur, ac pro magnitudine certaminis, præmij proponitur magnitudo. Hinc est quod discipulis suis Christus regnum ponit in præmio, vt in certamine non cedant periculis, nõ timori: pericula despicit, qui tendit ad regnum: victoriæ cupidus nescit timere. *Nolite timere, inquit, pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Grex pusillus mundo, magnus Deo: pusillus, quia gloriosos vocat eos, quos instituit ad ouium innocentiam & mansuetudinem Christianam: pusillus grex est, qui non de magno minuitur, sed crescit de pusillo: pusillus grex nascentis Ecclesiæ sic designat infantiam, quã venire ad regni sui insulas incrementis cælestibus mox promittit. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Adiecit quid faciendum sit regnatura. *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam: facite vobis sacculos, qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in cælo.* Vendite quæ possidetis: non potest dominari omnibus, nisi is qui proprijs non tenetur: deiecit mentis est, qui familiaris rei meminit cum vocatur ad regnum: iacens animus plebeius nummulum thesauris regalibus antepone: pauper sensus paruis incubans, perdit magna: & inhians temporalibus, deserit sempiterna. *Vendite, inquit, quæ possidetis, & date eleemosynam, facite vobis sacculos, qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in cælo.* Homo tali monitu Christus te ditare voluit, non nudare: manere tibi tua voluit, non perire: perpetuari, non vacuari sacculos imperauit: iussit te transferre, nõ perdere. *Thesaurum non deficientem in cælo: quo fur non appropriat, neque tinca corrumpit.* Plus consilio patris agit, quam iure dominantis: inter insidias latronum & tinearum morsus, quare tua recondas, obiurgat: peruigiles noctes, dies anxios, sollicita tempora, ne tibi ipse facias, commoneris. Auri cultos, seruator argenti, securitatem non habet: nescit quietem: & cui deest securitas, quies perit: pœna diues est ille, non sensu. *Thesaurum non deficientem in cælo.* Hoc est dicere, vbi ego sum, ibi ponite: date mihi: ego seruo. Homo dat patri, credo

Iuan. 14.

A Deo: quia & hæredi pater, & Deus homini creditum non negabit: tenere tua non potest, quia sua dedit. An humanis indiget, qui diuina largitur? an est nostrorum cupidus, qui nos suorum fecit hæredes? certe quibus regnum contulit, quid negabit? O homo si sic permanurus es, quæ tua sunt hic reponere: si illuc iturus es, hic quæ tua sunt cur derelinquis? Qui relinquenda seruat, alienorum custos est, non suorum. Si in hac vita, qua peregrini sumus, viuimus, & modicum temporalem esse pauperem dolet, tristem, inhonorum esse: quale est in perpetua patria inter æternos ciues, de contemptu dolorem, de ignobilitate pœnam, de nuditate opprobrium sustinere: & nunc addici pœnis, quando alij promouentur ad regnum? quando pauper ducitur ad confessum Dei, & diues trahitur ad consortium punitorum? Heu quàm lamentandæ vices, quando desperati penes homines possidebunt spem diuinam? & humanis bonis præditi bonis cælestibus fraudabuntur. Et hoc facit thesaurus, qui cor hominis, aut per eleemosynam leuat ad cælum, aut per auaritiam demergit in terram. Et ideo dixit: *Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.* Homo mitte, & præmitte thesaurum tuum in cælos, ne cælestem animam demergas in terram. Aurum de profundo terræ, anima ab excelsis cæli. Melius proinde est ad sedem animæ deferri aurum, quàm in sepulchro auti anima demergatur. Exutus ergo totis diuitiarum curis, & iam per omnia expeditos militare sibi in sæculo iubet, quos regnare donauit in cælo. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat à nuptijs.* Sint lumbi vestri præcincti: ibi præcingenda est virtus, vbi voluntas est comprimenda. Nescit vincere vitia corporis, virtutis cingulum qui deponit. Cincti ergo castitatis baltheo, quod est insignis militiæ Christianæ, fluxam carnis detruncemus ignauitiam: & regis nostri expectatione peruigiles infomnem, somnũ sacculi nesciamus. Non dormiunt, inquit, nisi cum malè fecerint. *Et lucernæ ardentes in manibus vestris:* Beati, in quorum manibus bonorum operum lucent lucernæ. Sic enim luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona vestra opera: & magnificent patrem vestrum qui est in cælis. Et vt lucerna ante oculos, opus bonũ in mētribus sic refulget. Non portati tantũ lucerna lucet, sed multis, & opus bonum dum factũ in vno lucet.

Prob. 4.

Matth. 5.

multos illustrat exemplo. Lucerna repellit noctium obscura, opus bonum malitiae fugat tenebras. Accendamus lucernam bonis operibus in manibus nostris, si volumus coram Domino & hominibus nos lucere. *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat ad nuptias.* Quia semper nuptiarum amicæ sunt faces: luminum testimonio celebratur castitas nuptiarum. Sicut enim fugit lucem illicita quæ præsumit, sic multiplici coruscat in lumine licita, qui requirit. *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat ad nuptias.* Homines sunt, qui more debite seruitutis indefessis excubijs aduentum sui domini prætolantur: qui verò sic ventri seruiunt, ut diuinam nesciant seruitutem: & de carnis voluptate solliciti sollicitudine occursum dominici perdidit, homines non vocandi sunt, sed iumenta. *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat ad nuptias.* Ex quo ad desponsandum suam Ecclesiam Christus aduenit, thalamus ornatur sponsæ: & ornatur auro fidei, argento sapientiae, virtutum gemmis, sanctitatis velis, verecundiae rosas, lilijs castitatis, pudoris violis: & ad alta caeli pudicitiae templum, fastigium virginitatis attolitur: nec defunt Psalmorum citharæ Prophetica organa, Apostolorum voces, totaque symphonie caelestium nuptiarum. Satis seruus somni est, qui tali & tanto clamore non ad caelestis regis nuptias suscitatur. *Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat ad nuptias: ut cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei.* Veniens pulsat, corda bene conficiunt aperit, malè conficiunt claudit: iusta mens patet ad præmium: iniusta, quia non meruit, se præcludit. Vigilemus ergo dilectissimi, ut beatitudinem quæ sequitur, consequamur. *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus inuenerit vigilantes.* Sufficiant beatitudinis hæc promissa, sed quia Christus ipsius beatitudinis eloquitur charitatem, differamus hodie, ut plenius audiamus, quid suis filiis promiserit talis pater.

DE TERRENORVM CVRA  
despicienda.

SERMO XXIII.



Vidistis hodie quemadmodum Dominus pastorali iubilo clangorem tubæ caelestis adiunxit, ut diu inclinatas ouium mentes ad diuina tolleret, caeleste protinus pro-

A moueret ad regnum. *Nolite, inquit, timere pusillus grex, quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Acquisiuit humilitas, superbia quod amisit: & grex pusillus ac mitis, totas & varias edomuit propria mansuetudine feritates, pusillus grex vicit ac fregit tot genera bestiarum, quot diuersitates subdidit iugo Christi nationum. Grex pusillus ac mitis diu contentus occidi, diu deuorari passus est, donec gentilis saeuitia sanguine satiata, vel carnibus, Euangelici pabuli suauitatem, & diuini fontis flucta degustans, totum contagium seculi euertaret, & pastum: atque in hominem rediret ex bestia, qui ex homine fuerat dilapsus in bestiam. Hoc sensisse ante Prophetas, hoc Apostolos implese, hoc pertulisse martyres constat: attestante illo qui dicit: *Prop- Psal. 43.* ter te mortificamur tota die: æstimati sumus ut oues occisionis. Ut verò iste grex noui ordinis aggredere prælium, ubi viuit ille, qui fuerit occisus: qui occubuerit, vincit: inuenit animam, qui amittit: imitatus est suum regem, illam ouem: illum secutus est agnum, qui sicut ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram ton- *Esai. 53.* dente se, non aperuit os suum: tacet, qui volens patitur: clamat, qui laniatur inuitus: Nec potest de morte conqueri, qui mortem dignatus, non coactus assumit. Potestatis insigne est, cum pro multis volens quis moritur: nolens cum moritur, est necessitatis extremæ: quia venit de contemptu mortis alterum, alterum de conditione naturæ. Christus ergo sicut ouis, & volens & tacens tondetur: ut regat illam, quæ Adâ primus intulit nuditatē: velut agnus occiditur, ut peccatum totius mundi immolatus, absoluat: ponit pro ouibus animam suam, ut impleat & pietatē pastoris, & curam. Tibi ergo rex, tibi sacerdos, tibi pastor, tibi sacrificium, tibi ouis, tibi agnus, tibi totum factus est, qui fecerat totum. Et qui sibi nunquam, tibi toties immatur, propter te varias monstratur in formas, qui manet vnica suæ maiestatis in forma. Et quid plura: dat se tibi Deus homo, ut ferre potes, quia ut est, tu nõ potes sustinere. Sed audiamus iam quid pusillo gregi talis promiserit pastor. *Nolite, inquit, timere pusillus grex, quia cõplacuit patri vestro dare vobis regnum.* O bonitas effusa, O inaudita pietas, O ineffabilis affectio, in societate sensus pastor oues assumit, atque ad consortium dominationis seruos dominus asciscit: ad participatum regni rex gregem populi totius admitit: sic, sic dat, cui deficere census, cui regnum minui, vacuari potestas

non potest largiendo. Prouidenter autem cepit Dominus, dicendo: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Promissionem regni sine timore seruilis status audire non sufficit, quia qui libertate vix dignus est, capere non valet infulas principatus. Dominus ergo seruatorum mentes tali voce confirmat, ne eos repentinus promissi regni profernat auditus. Regnum velle seruum crimen est: adire periculum, temeritas non timere. Sed hoc ad Christum quantum est? aut quam mirum, quod dat seruis regnum, quod sibi seruos facit in dominatione consortes, qui seruorum pedes lauat, ut extrema seruis seruiat seruitute? Veniant, huc, veniant, qui discutiunt potestatem eius, & tunc de eius æquitate contendant, cum potuerint tantam capere, loqui, æstimare pietatem: nec iam calumniemur, si se in nostro corpore patre minorem dicat, qui non dicto, sed & facto, cum pedes lauat seruatorum, sed subdidit, & subiecit pedibus seruatorum. Homo iam tibi parce, quia ut tibi parcas, tuos Deus lauit, tuos tenuit, tuos amplexatus est pedes. Sed ad cæpta redeamus: *Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Ecce qui dat, dare loquitur patrem, nunquid largitatem suam denegat, sic dicendo? Absit, non potestatem minuit, sed pandit affectum, sic dicendo: Non distantiam facit, sed patris, suamque voluntatem monstrat, firmat unitatem. Quod autem dixit, complacuit: & non dixit, placuit, munus edocet Trinitatis: quia quod erga nos filio placuit, hoc complacuit Trinitati. *Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Post tantam ergo Dominus largitatem, post suam gratiam tibi copiosius collatam, abiecta & vilia pecunia seruitutis iubet abiicere regnaturum. *Vendite quæ possidetis, & date elemosynam.* Plebeium cultum regia non admittit potestas, augustus honor non nisi diademate confertur, & purpura. Abiicere ergo debet habitum seruitutis, qui se regem credit diuinitus consecratum. Hinc est quod rex supernus illum, qui cum indigna veste maiestatis eius ausus est intrare conuiuium, ligari, præcipitari, detrudi in tenebras iussit exteriores: quia deformitas inuitati ad inuitantis redundat iniuriam. Peculia quoque pristinae libertatis iam diuitiis iam regis ditatus opibus, qui referuat, captius miseria se nescit esse felicem. Est consuetudinis, est animi felicitas, ut adscitus ad regnum, quod fuit proprium, quod priuatum, mox parentibus, mox propinquis,

A ciuibus indigentibus liberaliter prorogare: ne sic mendicus animo, qui censu functus, & honore. Tali ergo prouidentia dominus, consilio tali, vilia & caduca iubet ut vendamus, ut largiamur, ut donemus, qui in cælesti regno omnia quæ in cælo, & quæ in terra sunt, volumus possidere. Sed si vis seruare tuorum precia prædiorum, & sæculorum fortè condita te delectant, fac tibi sacculos quales ille præcepit, qui iam cupiditatis tuæ custos est & prouisor. Denique, ut vidit, quod duriter dixit. Vendite quæ possidetis: mox adiecit, *Facite vobis sacculos, qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in cælis.* Iterum contristatus es: quia quod habes, in cælis cogis collocare. Rogo crede Deo tuo, qui seruo credis: & magis Deo, quam homini commenda. Sed si times, ne quid inde præsumat, ne quid dispergat pietas largitoris, signa fidei annulo sacculos tuos: ut tali custode dormias tu securus: quia ubi ille est, ibi locus nullus est furi. Non poterit tibi tuam pecuniam denegare, qui tibi omnia sua contulit, qui te regni sui & honore ditauit, & gloria.

## DE SERVO VIGILII.

## SERMO XXIV.

**S**emper & ad omnia vigilias esse salutare nullus ignorat: quia re vera plus vigilare, plus viuere est. Nam quid tam mortis simile, quam dormientis aspectus? quid tam vita plenum, quam forma vigilantis? Indulgendum somno est, ut corpus reparet, non resoluat: & vires reuocet, non eneruet. Semper ergo ad omnia vigilias esse salutare nullus ignorat. Quæ ars, quod opus, quod tempus, quæ potestas, quod officium, non vitæ lucra lucubratione perquirat? Hinc est quod rex in procinctu peruigil callidi hostis præcauet, & euitat insidias: tunc in castris miles superuenientes nocturnos impetus cauta pernoctatione propellit. Sic nauta vigilando diffusis itineris incertas vias intrat, & calles transit inuiuis, & vestigio furtiuo ad lucrosi portus votiuam peruenit mansionem. Hinc pastor adiungit noctes diebus, & totum sibi tempus denegat dormiendi: ne qua lupis suffragante somno, grassandi in gregem præbeat occasio. Sic viator solers per auras noctis æstus solis præuenit: actūque diem prouidentius deputat mansio-

*Pfal. 117.  
Luc. 6.*

ni. Hoc Propheta sciens non die solo, sed de nocte tota clamabat ad Dominum: Domine Deus salutis meae in die clamaui, & nocte coram te. Quid plura? Ipse Dominus pernoctat in oratione Dei: ut ante nos oratione liberet, quam redimat passione. Et si pro seruis dominus vigilat: meritò pro seipfis seruos, vigilare sic iubet.

*Luc. 12.*

*Præcincti, inquit, sunt lumbi vestri, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando veniat à nuptiis: Sint lumbi vestri præcincti.*

Nouus ordo vigiliarum, nouus habitus imperatur. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Nil de vestitu, nil de calcamentis, nil de ipsius occursum apparatus serui vigiles admonetur, sed tota in præcingendis lumbis mandatur cura, tota in constringendis lumbis statuitur vis præcepti, addito lucernarum solatio tantum, sine quo nec noctis aperitur obscuritas, nec venientis diei clarescit aspectus. *Sint lumbi vestri præcincti: & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Cingulum quidem est propriè indicium seruitutis: quod & discursus expeditos reddat, & faciat obsequentes. Sed dixisse suffecerat, estote præcincti: cur lumbos potissimum nominat? cur tanta iubentis reuerentia lumborum facit magnopere mentionem.

Quæris quare? quia in lumbis est tota corporis causa, ex lumbis tota carnis negotia suscitantur, in lumbis tota est humani lapsus, humanæ fragilitatis occasio. Inde venit quod virtutis ignaros reddit, efficit segniores. Hinc est ergo quod principaliter dominus lumbos nostros astringi iubet baltheo castitatis: & totum carnis nostræ pendulum, fluidum, resolutum, constringi mandat cõtinaua zona virtutis: ut carne succincta ad domini occursum liber, velox, expeditus nostræ mentis reddatur incessus. Hæc tamen audiens homo scire debes, quia non retardat ab occursum Dei caro: quia ipse occursum, officij ipsius est inseparabilis comes, si tu eius componas sarcinas, si reueles onera eius, si pèdula & sinuosa inuolucra eius tu prouidus viator astringas. Quid plura? Erit tibi salubre contubernium, si tu eius deses & resolutus non fueris institutor: quæ admodum autem debeas æquare sarcinas eius, eius pondera iniusta moderari, Apostolus edocet, sic dicendo: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auariciam, quæ est idolorum seruitus. Constringen-

*Col. 3.*

da est ergo caro continentia cingulo, ne effusa vitii, ac toto peccatorum grauata pondère, supernis & cœlestibus insistere non possit incessibus. Bene ergo dominus adiecit: *Et lucernæ ardentes in manibus vestris.* Quia semper ad innocentia testimonium lucernæ nocturno portantur in tempore: & sicut vitii amica semper sunt tenebræ, ita lucernæ semper inimicæ criminibus: sociæ semper boni operis sunt lucernæ. Sed in manibus sanctorum ipsa bona opera sunt lucernæ, dicente Domino: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & magnificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et verè portant lucernas suas, verè vomentis operum, verè misericordia vnguento inflammant lampades suas, quæ cum loco, proposito, studio, latitant: opere, virtute coruscant, ac splendent toto orbe terrarum: Et quia expectationis suæ Dominus satis tristes, satis anxios nouerat mores: ne quis superaretur tædio, ne quis lassesceret tarditate, ne quis longæ expectationis fatigatione succumberet, perseuerantibus beatitudinem cœlestem cœleste promittit obsequium. *Beati, inquit, serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes.* Et ne ipsius beatitudinis qualitas haberetur incerta, mox adiecit: *Amen dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis.* Præcinget se Deus, & faciet seruos discumbere, & ministrabit eis. En mutatio inaudita rerum, en terribilis correptio dominationis, en pauenda conuersio seruitutis: quia parum per seruus assistit in domini sui expectatione succinctus: & sustinendi fidem breui fatigatione portauit: cui ut talionem redderet, dissimulat se in ipsa diuinitate diuinitas. *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis.* Discumbenti homini Deus astat, & astat in cœlestibus: epulanti seruo seruit Dominus, & seruit accinctus: pueris suis, ministris suis ministerium facit Christus: & facit in patris iam gloria constitutus. Homo calumniaris: est adhuc quod detulerit patri, qui tibi in terra lauando pedes, extremum representauit obsequium, & repromittit in cœlestibus nouissimam seruitutem? Crede hæretice, & tu illi stude reddere talionem. Ille tibi in cœlestibus parat conuiuium se ministro, & tu illi in terra non desinis continuas ingerere & generare blasphemias: faciet & ille transicus suos, quia transiens ministrabit illis: de dominatione ad fidelium suorum pia transiet & mi-

da est ergo caro continentia cingulo, ne effusa vitii, ac toto peccatorum grauata pondère, supernis & cœlestibus insistere non possit incessibus. Bene ergo dominus adiecit: *Et lucernæ ardentes in manibus vestris.*

Quia semper ad innocentia testimonium lucernæ nocturno portantur in tempore: & sicut vitii amica semper sunt tenebræ, ita lucernæ semper inimicæ criminibus: sociæ semper boni operis sunt lucernæ. Sed in manibus sanctorum ipsa bona opera sunt lucernæ, dicente Domino: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & magnificent patrem vestrum qui in cœlis est. Et verè portant lucernas suas, verè vomentis operum, verè misericordia vnguento inflammant lampades suas, quæ cum loco, proposito, studio, latitant: opere, virtute coruscant, ac splendent toto orbe terrarum: Et quia expectationis suæ Dominus satis tristes, satis anxios nouerat mores: ne quis superaretur tædio, ne quis lassesceret tarditate, ne quis longæ expectationis fatigatione succumberet, perseuerantibus beatitudinem cœlestem cœleste promittit obsequium. *Beati, inquit, serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes.* Et ne ipsius beatitudinis qualitas haberetur incerta, mox adiecit: *Amen dico vobis, quia præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis.* Præcinget se Deus, & faciet seruos discumbere, & ministrabit eis. En mutatio inaudita rerum, en terribilis correptio dominationis, en pauenda conuersio seruitutis: quia parum per seruus assistit in domini sui expectatione succinctus: & sustinendi fidem breui fatigatione portauit: cui ut talionem redderet, dissimulat se in ipsa diuinitate diuinitas. *Præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit eis.* Discumbenti homini Deus astat, & astat in cœlestibus: epulanti seruo seruit Dominus, & seruit accinctus: pueris suis, ministris suis ministerium facit Christus: & facit in patris iam gloria constitutus. Homo calumniaris: est adhuc quod detulerit patri, qui tibi in terra lauando pedes, extremum representauit obsequium, & repromittit in cœlestibus nouissimam seruitutem? Crede hæretice, & tu illi stude reddere talionem. Ille tibi in cœlestibus parat conuiuium se ministro, & tu illi in terra non desinis continuas ingerere & generare blasphemias: faciet & ille transicus suos, quia transiens ministrabit illis: de dominatione ad fidelium suorum pia transiet & mi-

*Mat. 5.*

grabit obsequia: ad te de misericordi patre seuerissimum transibit in iudicem. *Et transiens ministrabit illis.* Confitētibus, expectantibus ministrabit epulas, ministrabit & tibi, sed dignam de tua negatione sententiam. *Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, bsati sunt serui illi.* Si in secunda & tertia vigilia venerit: vigilias mundus plures, tres tantum vigilias nouit expectatio Trinitatis: quare tamen à secunda cœpit, & tacuit primam? Quia prima iam vigilia in ortu dominicæ natiuitatis excesserat. Probant hoc pastores, qui dum supra gregem suum vigilant, gregis ipsum pastorem in præsepio inuenire, videre, tenere merētur & authorem, sed quæ sit secunda & tertia vigilia requiramus. Sicut utique prima vigilia est sui ortus in carne, ita secunda est vigilia, qua nostra redit & refuscitatur in carne. Denique vt ad resurgentem veniat, annuas excitat, & euigilat mundus. Tertia vigilia est illa, qua expectatio tota nouissimo uenientis finitur aduentu: vt sicut ille resurrexit nobis, ita nos illi iam perpetuam refurgamus ad vitam.

DE TERRENORVM CVRA  
despicienda.

SERMO XXV.



Lut. 12.

Odie Dominus Euangelici gregis pusilla & tenera primordia quam blāda exhortatione sit consolatus, auditis. *Nolite timere, inquit, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Aufert spes anxias, dubios tollit euentus, omnemque propellit, & excludit timorem, quando in exordio ipsa regnum nascentibus pollicetur. *Quoniam complacuit patri vestro dare vobis regnum.* Quis de victu, quis de vestitu, quis de plebeio censu, & uernalis cespitis uilitate suspirat, de regno certus, de dominatione securus? Satis sibi inuidet qui eleuatus ad summa, ipse se ad humilia deiicit, ad egena deponit. Sed scire cōuenit, pater iste qui est, vel qualis est, vel quod regnū suis filiis repromittit. Quis sit iste pater, quotidie te cōfiteente cognoscis, cum clamas: Pater noster qui es in cœlis. Qualis autē sit, ipsa operum magnitudine peruidisti: ex nihilo fecit cœlū, terrā solidauit ex liquido, montes statuit ad stateram, maria intra legitimis terminos sola præcepti auctoritate conclusit. Verum si regni, quod promittit pusillis, desideras

Mat. 6.

A nosse qualitatem, ipse aperit, sic dicendo. *Mat. 19.* Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnū cœlorum. Esse in cœlo mirum est: in cœlo viuere, est maiestatis. Iam regnare in cœlo quāri sit, sensus definit æstimare mortalis: & tamen homo, quod æstimare nō potes, percepisti. A postolo sic dicente: Quod oculus nō vidit, nec auris au- *1. Cor. 2.* diuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præparauit Deus diligētib. se. Et quod te mereri dubitas, habere te, & possidere iā cogeri confiteri. Quid ergo cū terra illi qui possidet cœlū? Quid illi cum humanis, qui adeptus est iam diuina? nisi fortē placent gemitus, eliguntur labores, amantur pericula, pessima mors delectat, & illata mala bonis sunt gratiora collatis. Sed videamus quod dat pater tantus consilium regnataris. *Vendite quæ possidetis, & date elemosynam.* Si victuros vos, si regnataros, si vos iam diuites esse creditis in supernis, vbi futuri, quo migraturi, vbi regnaturi estis: vos illa quæ uestra sunt iam præcedāt: opes miserarū misericordia computate: quæ humana sunt in diuina conuertite. Et ne cui forsitan deesset euectio ad portanda illa quæ dimittitis, angariatus est pauper: ferunt pauperes onera nostra, & volentes ferunt: quia tali nō deprimuntur pondere, sed leuantur. *Vendite quæ possidetis, & date elemosynam: facite vobis sacculos, qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, vbi fur non appropriat: neque tinea corrumpit.* Facite vobis sacculos, qui non ueterascunt. Videtis, quia pater iste ditare vult filios, non nudare. *Facite vobis sacculos, qui nō ueterascunt.* Nouo modo, imō, cœlesti modo, qui hūc audit, uēdēdo comparat, recondit erogando, dū amittit, acquirit. Quam cupit pecuniā perdurare, perpetuare sacculos diuitiarum, condita permanere, qui dicit, *facite vobis sacculos, qui non ueterascunt.* Ecce docet auaritiā, qui cœperat suadere cōtemptum. *Facite vobis sacculos, qui non ueterascunt.* Et qui thesaurizantes tēporaliter arguebar, ad totum cupiditatis fomitem iubet sacculos sine fine perquiri. *Christe, quo te pertrahit amor tuorum? vt auarum lucrificas, facis eū quod desiderat, nō quod oportet, audire: sacculos imperas: æternos thesauros, qui nō deficiant, vis parari, vt avarus dum consueta percurrat ad lucra, aut virtutē capiat, aut à virtute capiatur.* Verē pater es, qui cum tuis quibuscumq. paruulis sic agis. Namq. & nos interdum nostris paruulis petentibus noxia, ingerimus salutaria sub specie noxiorum: fallentes insipientiā, non decipientes affectum. *Dixisti. Facite vobis sac-*

C

D

los, qui non veterascunt, thesauros non deficientes in celo. Sacculus cur paratur? quid ibi claustra, vbi ipsa custos est innocentia? ibi quid signaculum, vbi fraudis suspicio non habetur? Si & in celo sacculis opus est, cura non amittitur, sed mutatur. Dōine, tu vidisti, quia in thesauris tota fides, tota spes in sacculis sit auaris: & ideo impuerriles in celo sacculos vis parari, vt qui te non sequitur ad celum, sequatur saltem sacculos suos. Auare, fac tibi sacculos & fac iubente Deo: quia votis tuis annuit diuina maiestas. Sed fac tibi sacculos erogando, quia quicquid pauper acceperit, pater celestis suscipit. Et vbi recondit? in celo. Et ne forte perdidisse te doleas vel vsuram, centuplum in celesti faenore recipies, quicquid in celo paupere transmiseris perfecte. Vsuram mundi centum ad vnum, Deus vnum accipit ad centum: & tamen homines cum Deo nolunt habere contractum. Sunt forsitan de cautione solliciti? Quare? Nonne homo homini exigue chartulæ obligatione constringitur? Deus tot, & tantis voluminibus cauet, & debitor non tenetur? Sed dicis, esto quod debeat, quo exigente restituet? seipso, quia non potest ille mentiri: idem ipse est, & executor & debitor. Non erit in reddendo durus, qui profusus est in largiendo. Crede homo Deo quod tibi Deus dedit: maiora reddere vult, cum vult debere largitor.

At talem nullum profus eximit hæc figura, quæ dum loquitur ad dispensatorem, omnibus vno interrogante, respondit: Si est quisquam, quia à Deo nil acceperit, diffusionem dispensationis, dispensatoris officium non timebit. Homo si hoc ipsum quod das, accepisti, accepisse te quod habes, quomodo tu negabis? De celestibus conditis, de horreis diuinis rationem reddet, præstabit causas Ecclesiæ prorogator. Et quantum maius suscipit creditum, tantum maius se debitum non dubitat redditurum, dicente domino: Cui plus est creditum, plus exigetur ab eo. Et alibi: Potentes potenter tormenta patientur. Quantum altius ascenderit homo, lapsus, tantum altius caderet. Quid altius celo? De celo cadit in celestibus, qui delinquit: desperatus incurrit, qui in ipsis dominantis oculis offendit: & excusatione caret, qui facinus ipso iudice teste committit. Aut quam defensionem sperat, quem testimonium cognitoris accusat? Sic diabolus cum esset angelus, & in celo, & coram Deo semper clarissimus versaretur, & fulgens, dum Dei tentat aures, dum in Dei superbit aspectu, lapsus ad terram, ad tartara deiectus, in diabolus mutatur ex angelo: & qui erat minister veniæ, factus est dux pœnarum. Hinc est quod Apostolus nostri ordinis hominem commonet, ne incidat in superbiam & laqueum diaboli. Dispensator ergo diuini verbi, & celestis doctrinæ prorogator, qui ante dominum stat iugiter, versatur inter altaria semper neque à Dei oculis recedit vnquam, qui peccatorum causas, dolores populi suscipit, offert, ingerit preces, accipit, refert, restituit impetrata, ex homine torus in angelum substitutus, non potest nisi in ipsa Dei facie inter sanctorum sancta peccare: vt inde sibi sumat crimen, vnde aliis veniam consueueuerat reportare. Denique Nadab & Abiud sacerdotes filij Aaron sacerdotis, dum contaminare externo igne altaria præsumunt, ipsius altaris consumuntur incendio: vt fumeret de sacrificio pœnam, qui fecerant de propiciatione peccatum, quod peccatum illis suscitaret ebrietas: nam vini odor odorem fugarat incensi, & ebrietatis ignis flammam prouocarat altaris: vnde quia alienati vino alienum portauerant ignem, mox diuino igne referuntur extincti. Ebrietas in alio crimen est, in sacerdote sacrilegium: quia alter animam suam necat vino, sacerdos spiritum sanctitatis extinguit, dicente Apostolo: Spiritum nolite extinguere. Merito inter cetera quæ in dispensatore

## DE FIDELI DISPENSATORE,

### SERMO XXVI.

**Q**uod hodie dominus interroganti Petro respondisse legitur, per figuram ad Apostolos ipsos, ad doctores tantum, & ad eos qui Ecclesiis præfident, dictum, multorum persensit audicus. Interrogat Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Cui respondit dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? Beatus seruus ille, quem cum venerit dominus, ita inuenient facientem: Verè dico vobis, quod super omnia quæ possidet, constituet eum. Quod si dicat seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere pueros, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & disidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ecclesiæ quidem præfules ista quam primum similitudo cōstringit, sed hominem nullum, mor-

Luc. 12.

Luci. 10.

1. The 5

malo arguit hodiernus sermo, vini con-  
demnat insaniam, dicendo: *Quod si dicat  
seruus ille, moram facit dominus meus venire: &  
cœperit percutere pueros, & ancillas, & edere &  
bibere, & inebriari.* Propriè dixit, edere &  
bibere, & inebriari, & percutere. Ebrietas  
cædis mater, parens litium, furoris geni-  
trix, petulantia deformiter est magistra:  
hanc qui habet, se non habet: hanc qui ha-  
bet homo non est: hanc qui habet, non  
peccatū facit, sed est ipse peccatū. Ebrietas  
est dæmon blādus, venenum dulce, ra-  
bies voluntaria, inuitatus hostis, illecebra  
honestatis, & pudoris iniuria: hanc nullus  
nouerit Christianus, ne auditu quidem  
sacerdos attingat: ne qui est forma virtu-  
tum, vitiorum inde fiat, & inueniatur exē-  
plum. Verum quia ad nos, & ad Ecclesia-  
sticos viros satis dictum est, quemadmodū  
cūctos teneat respōsio saluatoris, quod nō  
fit qui à Dei dispensatione inueniatur ex-  
traneus, perquiramus Apostoli dictū: Nō  
est potestas nisi à Deo. Si à Deo potestas  
omnis, à Deo rex etiam dispensationis re-  
giæ adeptus est dignitatem. Sic dux, sic  
miles, sic prouinciarum rectores, sic vrbiū,  
rationem reddituri sunt omnes isti, si in vl-  
lo creditæ potestatis excessere mensuram:  
si Rex iustitiam custodiuit, si æquitatem  
tenuit, si potestatem moderatus est, si mi-  
sericordiam non omisit, si tenuit sic pon-  
deris sui libram, vt in neutram partem po-  
testatis suæ trutina perpensa declinatet, si  
omnium curam gessit, si ciuium procura-  
uit quietem, si sic temperauit censum: vt  
neque militi sufficientia desset, neque tri-  
butarius lassaretur. Et dux præstabit Deo  
causas, si sequentibus se præbuit virtutis  
exemplum, si in excubiis peruigil, si in dis-  
cursib. indefessus, si pacem omnium pro-  
prio labore perquisiuit. Rationem reddet  
& miles, si paruit imperatis, si concussit ne-  
minem, si accepta stipendia iustissimo la-  
bore pensauit. Index quoque iudicij sui  
supernum iudicem sustinebit. Et tu qui  
dominus es domus tuæ, dispensatorē posi-  
tum plusquam dominum volo credas: vt  
exhibeas coniugi simplicem charitatem,  
doctrinamque ei quam didiceris in Eccle-  
sia prudenter infundas: cui Apostolus in  
Ecclesia tacere præcepit, & domi discere  
te docente, dicens, Mulieres in Ecclesiis  
taceant: si quid autem volunt discere, do-  
mi viros suos interrogent. Filiis impendas  
affectum sobrium, sollicitam curam, eol-  
que fideliter in domini enutrias discipli-  
na. Seruis victum, & vestitum debitum  
reddas, remittas culpas, minas temperes,

Rom. 13.

1. Cor. 14.

A imperes disciplinam, & habeas eos fratres  
progenie cœlesti, quos subditos mundana  
possides seruitute. Vos quoq. serui debe-  
tis domino fidem in ipsa quam geritis ser-  
uitute: quia qui pio & puro corde carnali  
domino debitum non reddet obsequium,  
Deo antè qui corda videt, quàm homini  
tenetur obnoxius: qui te parem fecit per  
gratiam, quem conditio ferat disparem vil-  
litate seruili. De diuite quid dicam? qui  
quanto plus habet, tantò amplius debet.

*Desunt nonnulla.* Denique simul red-  
dit, simul tradit alteri: quæ si noluerit red-  
dere, singulis committat per partes. Et tu  
pauper commissam tibi dispensationem  
non paruam paupertatis existimes, si pa-  
tienter feras, si ingratus non sis, si sis vel in  
ipsa necessitate sobrius & frugalis, si danti  
agas gratias, non danti non ingeras bla-  
spemās iniurias: si tantum quæras, quan-  
tum dat misericordia, non quantum cupi-  
ditas importuna compellit. Certè & tu  
pauper qui libenter petis, da etiam tu li-  
benter petentibus. Sed fortè dicis, non ha-  
beo: sit dandi animus, & facultas non deerit  
largiendi: pone adueniēti sellam tuam,  
pone mensam tuam, candelabrum, lucer-  
nam: certe ex eo quod accepisti gratanter  
appone. Sic Elias, Sic Elisæus dum  
declinant ad viduarum vacuas & inopes man-  
siones, copiose quod viduis deerat, supple-  
uerunt. Adiecit autem dominus ad con-  
firmationem similitudinis huius, dicendo:  
*Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini  
sui, & non se preparauit, & non fecit secundum  
voluntatem eius, vapulabit malis: qui autem non  
cognouit & fecit digna plagis, vapulabit paucis.*  
Ille quidem qui per conscientiam peccat,  
meritò grauius soluit conscientia: pœnas:  
sed & iste per ignorantia: culpas, plagas  
ignorantia: non vitabit: Deum sicut con-  
temnere non licet, sic non licet ignorare.

1. Reg. 17.  
4. Reg. 4.

## DE SCANDALO TOLLENDO.

## SERMO XXVII.

**I**N procinctu belli semper  
vigiliae sunt militū distri-  
butæ: vt insidiis nil liceat,  
nil pateat dolis. Perni-  
ciosissimus nimis est re-  
pentinus hostis, nam aut  
inscios præuenit, aut in-  
cautos præoccupat, aut opprimit dormiē-  
tes. Hinc est quòd Christus rex noster an-  
te sæcula per totam sæculi noctem milites  
suos præ mādatis vigiliarū vicib. commo-

nuit contra diaboli, id est, veteris hostis subtilissimum dolum: contra latentes imperus vitiorum: contra criminum insidias irruentes, contra scandala quæ nobis variis oriuntur ex causis, contra tentamenta præsentis vitæ, contra vrentes acies sæcularium pressurarum, taliter admonendo:

*Matth. 26. Luc. 12.* Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Et statuens qualiter vigilaretur: adiecit. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi, quos, cum venerit, inuenerit vigilantes. Et plane beati, quia qui vigilant & anticipant dolos hostium, de domini sui gloriabuntur aduentu. Hodie tamen dominus ipsas nostrorum ducum contra scandala exuscitauit, & armauit excubias: dicendo ad discipulos: *Impossibile est vt non veniant scandala.* Hoc est, impossibile est vt nõ veniant hostes. Et primum fratres scire nos conuenit scandala hæc quid sint. Scandalorum genera sunt diuersa, & prima sunt illa quæ diaboli fraus pariturit. Secunda sunt, quæ generat calliditas humana. Tertia sunt: quæ parit ipsa ex nobis suspicax & incauta natura. Et à diabolo sunt illa quæ fallunt specie, quæ prætentant bona, cum mala inferant: sicut illud ad Adam, cum nobis humana abstulit, dum diuina promittit. Et illud, quod

*Gen. 3.* per Petrum: Non tibi hoc erit domine: triumphum crucis vacuare cõtendit, cum feruere se nimio amore mentitur. Nam cum dominus loqueretur passionis suæ glóriam: respondit per Petrum, Non tibi hoc erit domine: venenum quam dulce serpentis: ante facit militem regis sui negare victoriam, seruus ipse dominum quam negaret: vnde dominus seruum post se mittit, scandalum remittit auctori: dicendo ad Petrum, Vade post me: & diabolo, Satanas scandalum mihi es. Et verè post dominum vadit Petrus, quia vt eum sequeretur ad cœlum, crucem resupinus ascendit. Sed & illud est scandalum tale quod fecit Iudæis. Nam lapidem firmandis vestigiis latum, in totam sulcauit, & exasperauit offensam: & totius fundamenti petram vertit in scandalum, vt esset miseris ad ruinam. Ecce pono, inquit, in Sion lapidem offensionis & petram scādali. Hinc est quod Psalmista anxia supplicatione deposcit: Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem. Et quia trāsilerat offensam, scandalum vicerat, taliter gloriatur. In petra exaltasti me, & deduxisti me, quia factus es spes mea. Diximus primum ge-

*Esa. 8. Esa. 28. Psal. 140. Psal. 60.*

nus scandali: dicamus & secundum quod de humana calliditate diximus euenire. Scandalum populo Israëlitico Balaam diuinator obiecit, quando bellatoribus non cum ferratis viris, sed cum puellis toto lenocinio fucatis occurrit: vt arma verteret in luxum, triumphum mutaret in infamiã, & in reatum reatus deuocaret vitores: & ad summam prophanaret totam de turpitudine sanctitatem. Hinc est quod cum Moyses, tali norauit sententia cum puniret. Et Balaam, inquit, diuinum occidite: quia hic misit scandalum ante filios Israëli.

Scandalum molitus est Ieroboam, qui ex auro vaccas populo in Deos figmento miserabili collocauit, ne Deum viuum, ne verum templum, ne diuinam legem, ne legitimos reges, ne patrios ritus quæreret: sic populus mancipatus errori scandalum facit iuxta Apostolum: cum quis idolis immolata quasi nihil nocitura manducat, & insensatos lapides, & ligneos Deos, qui neque sanctificare, neq. pollere quid possunt, tali facto æstimat debere contemni. Sed quod ille fidei arbitratur exemplum, fit ignorantibus erroris occasio: quia non ad contemptum, sed ad cultum prouocat nescientes, & conuiuium religionis rideri facit inficiis, quos sciens studio derisionis

absumit. Vnde bene Apostolus cõcludit, & aperit. Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Tertium genus est scandali, quod nobis nostris generatur ex sensibus, cum fallimur oculis, cum decipimur auditu, capimur odore, & sapore vitiamur. Vnde Eua vetiti & lethalis cibi sic gustu est fauciata, sic visu. Et vidit, inquit, mulier quod bonum est lignum ad manducandũ, & quod gratum oculis ad videndum, & speciosum est ad intuentum. Bene ergo dominus adiecit scandalizare sensus ipsos, dicendo: Si

*Gen. 3. Marc. 9.* scandalizauerit te oculus tuus, aut manus tua, abscinde, & proijce abs te: melius est tibi sine oculo & manu venire ad vitam, quam toto corpore ingredi in gehennam. Et quamuis dominus lapsus, & vitia iusserit sic nos secare, non membra: tamen si hoc Eua mater humani generis sic fecisset: melius sine oculo & manu in vitam venisset, quam totam posteritatem suam lamentabilem misisset in mortem. Cauere ergo oportet nos fratres, ne scandalum faciamus alij, ne vel ipsi alio faciente patiamur. Scandalum est quod offendit sensus, quod mētem turbat, quod confundit intelligentiæ puritatem. Scandalum est, quod diabolum fecit ex angelo, quod ex Apostolo reddidit proditorem: quod

quod inuexit peccatum mudo, quod hominem deduxit ad mortem: audi dominum dicentem, *Ve mundo à scandalo.* Scandalum sanctos tentat, fatigat incautos, incautos deiecit, confundit omnia, conturbat omnes: & licet in presenti loco dominus de scandalo suæ passionis loquatur, & Iudam denotet per quem venit ipsum scandalum scandalorum: tamen ne quis in hoc deueniret, admonuit, dicendo: *Impossibile est ut non veniant scandala: ve tamen illi per quem veniunt. Bonum est illi si lapis molaris appendatur collo eius, & proiciatur in mare, quam scandalizet unum de pusillis istis.* Quare non lapis, sed lapis molaris: quia lapis molaris dum triticum terit, dum farinam fundit, à polline furfurem dum fecernit, panem piè laborantibus subministrat. Bene ergo illi, qui eligit minister scandali magis esse, quam pacis, ad collum lapis alligatur molaris: ut hoc illum ad mortem trahat, quod illum trahere debuisset ad vitam: quia sensus ad vitam datos, mortis conuertit in scandalum, suadendo aliud videre, aliud audire, aliud sentire, aliud sapere, quam erat in Christo, quam erat in scientia salutaris. Hinc angularem lapidem, hinc adiutorij lapidem, hinc lapidem sine manibus abscissum, quod est Christus: sic pusillorum circuit & traxit ad scandalum: ut non panem vitæ: sed panem lachrymarum conficeret, & doloris: sicut Propheta restatur, dicens: Qui manducatis panem doloris. Bene ergo illi, sicut alibi dixit: Ut mola asinaria alligetur collo eius: & inde sumat prænam, unde sumpsit & sensum, & exequetur iumentis insipientibus, qui noluit hominibus superna sapientibus comparari.

Math. 18.

Luc. 17.

Isa. 58.  
1. Reg. 7.  
Dan. 2.Psal. 126.  
Marc. 16.

DE MATHÆO ET CHRISTO  
cum publicanus manducante,

## S E R M O XXVIII.



Vòd si virtutibus cognata paupertas, terrena & cælestis comprobatur disciplina, Athleta ad luctamen nudus accedit, confli- git cum fluctibus nauta nudus, miles in acie non nisi expeditus assistit: qui tendit ad philosophiam, totum quod in reb. est: antè, contemnit. Est ergo virtutibus cognata paupertas: & si paupertas virtutum parens, virtutum socia sic habetur, sapere conuenit: quare Christus ad virtutis officium pauperes sic elegit. Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes, germanitas cõ-

A binata, imò congeminata paupertas, in Apostolorum, principes eliguntur, pauperes sensu, loco humiles, viles arte, obscuri vita, labore communes, addicti vigiliis, fluctibus mancipati, negati honoribus, iniuriis dati, præsidio retis, solo piscium captu victum, vestitumque conquirentes. Sed in istis quantum vilis mundanus videbatur aspectus, preciosas tantum animas Dei intuitus tunc videbat. Erant sensu pauperes, sed innocentia locupletes: loco humiles, sed sanctitate sublimes: viles arte, sed simplicitate preciosi: obscuri vita, sed vitæ merito perlucentes: labore communes, sed proposito singulares: addicti vigiliis, sed ad cælestes victorias iam vocati, fluctibus mancipati, sed fluctibus non demersi: negati honoribus, ditati magis honoribus, non negati: iniuriis dati, sed iniuriis non relict: captores piscium, sed piscatores hominum iam decreti. Venite, inquit, & faciam vos fieri piscatores hominum: ut vitalis escæ iactu, ut homo cælestis verbi, de mortis gurgite animas ad lucem tollerent sempiternam. Captores piscium sunt hominum piscatores: de labore transeunt ad laborem, quia labor nescit lascescere meditatus. Omnia quæ de vsu veniunt, non fatigant. Virtus exercitio perseverat. Hinc est quod Apostolos suos Christus humanis laboribus exercere voluit, ut eos indefessos redderet in diuinis: voluit eis Deus manere fortitudinem, de exercitio præstare virtutem: & quia fructus provenit ex labore, voluit eos labores non perdere, sed mutare: ipse antè illis vsum laboris indulsit, qui postea eis tolerantiam dedit virtutis. Hinc est quod regna, gentes, carceres, vincula, tormenta, mortes, sæuientes homines terris omnibus sic vicerunt. Diximus quod in Apostolis amica virtutum, Deo chara sit electa paupertas. Matthæum de telonio diuitem, de vsuris locupletem, lucris ferculi onustum quod in Apostolatam Christus elegerit, quid dicemus? Hodie Matthæus de seipso sic cepit. *Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio.* Matthæum nomine: *Et ait illi sequere me.* Matthæus publicanus generat nobis non parvam suis quæstibus quæstionem: & magnum nobis negotium sua negotiatione proponit. Sed dicit aliquis. Quam quæstionem? Quod negotium? Deus suscipit pauperes, sed diuites non repellit. Habentes suscipit, & ad se attrahit non habentes. Abraham diues, diues Iob, David diues. Et quid Abraham beatius? Quid fortius Iob?

Mat. 4.

Mat. 9.

Luc. 16.

Gen. 14.

Quid David sanctius? Nam & Abraham post terrenos mœrores pijs animas, & reuolantes ad cœlum in gremium suæ consolationis includit. Et Iob in ipsis diuitiarum machinis diabolus & ipse vicit, & nobis vincendi eum reliquit exemplum. Abraham sic possedit diuitias, vt eas sæpè & oblatas contemneret & calcaret indultas: & sic diligeret possidere diuitias, non à diuitiis possideri: habere eas ad largitatis materiam, non ad cupiditatis incendium. Sed ad hæc responderetur, fuerunt sanctis innocentes diuitiæ, vt pote à Deo datæ, non turpiter acquisitæ: concessæ ad vsum vitæ, non ad mortis vsuram. Matthæum verò publicanum diuitiæ sic cupiditatis publicant magistrum, fornace avaritiæ sic coquebant, sic alligabant vinculis cautionum, sacculorum ponderibus sic premebant, vt leuari ad innocentiam, ad iustitiam surgere, ad virtutem progredi non valeret. Vnde & federe eius erat iam subsidere, non sedere. Hunc ergo talem ad sua cur vocauerit Christus, cur elegerit ad diuina, nisi queratur altius, facit altissimam quæstionem, & non tantum quæstionem, sed & scandalum: sicut illo tempore circumstantium patefecit intentio. Quomodo enim infirmitas non laboraret humana, quando videbat apud Christum pecuniam sic valere, vt daret fraudulento fidem, veniali gratiam, cupiditatis magistro officium largitatis, doctori scœnoris magisterium sanctitatis, publicano sæculi cœleste secretum? Vrebat videntes, quod vsura quæ vastat terram tollebatur ad cœlum, & hæc quam detestantur homines Deitas aduocabat. Sic autem sensisse tunc videntes aperit Matthæus ipse, qui dicturus vera de se, non potuit hæc tacere. *Cum autem Iesus discumberet in domo, ecce veniebant multi Publicani & peccatores, & discumbebant cum eo & discipuli eius. Pharisei autem videntes, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? Et hoc dicebant Pharisei, vt esset magnum malum, quod & malis poterit displicere: & si erat nefas publicanos Christo participes vel in cibo esse: diuinis sociare quid erat publicanum? Fratres, in quæstione hac ingenium laboraret interpretis, si non ipse dominus, cui sit ipsa quæstio, totum quod est quæstionis auferret. Repetamus ergo ordinè lectionis: Christus quare ad Matthæum venit, audiamus: *Cum transiret, inquit, Iesus. Non dixit, cum staret ibi: transiuit, & pertransiuit inde Iesus, ne Matthæus remaneret ibi: transiuit inde Iesus,**

ne Matthæus ibi taliter permaneret. *Vidit hominem. Non dixit, vidit Matthæum: quia in Matthæo hominem liberarat, hoc est, homines quos pecunia possidebat, seruire Deo nequeunt, pecuniæ seruientes. Non potestis, inquit, Deo seruire & mammonæ. Veni, sequere me. Non dixit, affer ad me, quia Matthæum, non Matthæi sacculos requirebat. Veni, sequere me, Hoc est, deponere pondera, dirumpere vincula, solue laqueos. Me sequere. Quærete, perde vsuram, vt te valeas inuenire. Sed iam Phariseis quid responderit, audiamus: *Non est opus, inquit, sanis medicus, sed malè habentibus. Ecce quare ad Matthæum venerat Christus, vt avaritiæ curaret vulnera, vt saniam sanaret vsuræ. Euntes, inquit, discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. Misericordiam voluit, vt Matthæus, quod tulerat per miseriam, in misericordias prorogaret: & inde redimeret pœnam, vnde comparauerat culpam. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Sic dicens, non repule iustos, sed iniustos, qui se iustos mentiebantur, exclusit. Christus ergo quod ad peccatores venit, peccata delere voluit, nõ peccatorib. voluit commanere. Quod est dare vitam mortuo, hoc largitatem tribuere est auaro. Itaque Christus quod Matthæum vocat, non est illa pecuniæ ratio, sed est ratio tota virtutis. Denique Matthæus mox factus est terræ pauper, vt diues haberetur in cœlo.**

## DE EISDEM,

## SERMO XXIX.



VM Matthæum publicanum Dominus ad apostolatus fastigium euocat & extollit, dat manum lapsis: spem restituit desperatis, reddidit vitæ, quos sibi iam mors detinebat addictos. *Cum preteriret, inquit, Iesus, vidit Leui Alphaei sedentem ad telonium. Sedebat utique, quia stare non poterat pondere cupiditatis oppressus, & ipsa totus conscientia fraudis incuruus. Aurum natura graue, grauius fit avaritia nimis. Hinc est quod plus habentem deprimit, quam ferentem: & vehementius aggrauat corda, quam corpora. Nascitur in terra profunda, sectatur ipsa montium fundamenta, perq. ima venarum cœcis discurrat anfractibus, & dū suam semper repperdat ad naturam, cœlestes animos ad inferna deponit, obscurat sensus semper, alta mē-*

tium semper in terrena demergit. Aurum erogare bonum, reponere malum, contēnere validum, fugere persecutum: quod sicut vincere virtutis est, ita felicitatis est euasisse. Auri furor ardentius humano feruot in pectore, quam caminus torus ignescit incendiis: & acrius homines dissoluit in terra, quam soluitur in calore flammaram. Crudelitatis dominus, sæuus hostis, amando lædit, nudat vitando, ipsum etiam captiuat aspectum, fidem frangit, violat affectum, vulnerat charitatem, turbat quietem, adimit innocentiam, docet furtum, suadet fraudes, imperat latrocinium. Et quid plura? Hoc est, quod Apostolus dixit, Radix omnium malorum est auaritia. Est commutatio sane vna, si homo prudēs illud antè mittat ad cœlū, quam mutatur ab illo, vt stultus, in tartarum. Mittat per manum pauperis, quia quicquid propter Deum pauperi dederit, ad cœlum sine dilatione transmittit. Meritò Matthæum dominus talibus vinculis absolui cupiens præpeditum suscitatur, dicendo: *Sequere me.* Hoc est, me sequere de supernis ad superna tendentem, & non aurum de inferis ad inferna mergentem. Vbi fuerit thesaurus tuus, illic & cor tuum erit. Aurum patriarcharum stirpem, progeniem sanctam, tantam germanitatis singularem coronam aded corrupt: & totius reddidit pietatis extorrem, vt Ioseph Ægyptiis, fratrem barbaris, innocentem noxiis, ingenuitatem traderent seruituti. Sic siccauit mentes, sic corda depreffit: sic quod in eis fuerat humani sensus, ferinam in rabiē commutauit: vt non offensam Dei, non sancti patris dolorem, non proprii sanguinis sensum meminisse permiserit. Intuere quid auro grauius, quod cum mores hominum perdit, perdit & naturam. Aurum Iudaicum populum sic suo captiuauit aspectu, vicit illecebris, specie perdeceperit, vt hoc esse Deum crederent, & Deum verum, Deum tot beneficiis cognitum denegarent: sic conuertit homines in iumenta, vt vituli caput, caput suum crederent, & omnium rerum capiti caput pecudis anteferrent. Attendite quàm sit pernicies ista fugienda, quæ cum mores hominum, honestatem, vitamque perdiderit, ipsum quoque Deum voluit homini & contēdit auferre. Hoc est, quod Iudam fecit esse proditorem, vt hominem cogeret Deum negare, videri germanum sui sanguinis, distrahere conditorem, & ipsum sanguinem taxare precio, quem sponte dominus erat nostrum largiturus in pre-

ciū. Sed ne multa super hoc generent exempla fastidium, trāseamus ad reliqua. *Sequere me, & surgens secutus est eum.* Sæpè legitur & in hosse vilis virtus, sæpè in aduersario comprobatur, Matthæus nõ subtrahitur operi, sed mutatur: & telonium suscipit magis, quam relinquit: vt mansura Deo, non homini peritura conquirat, vt non trigessimum in quadragesimum, quinquagesimumque nummum tristis redigat supputator: sed trigessimum in sexagesimum, & centesimum gaudij fructum lætus recondat diuinis commodis profuturum. *Et surgens secutus est eum.* Generosus animus, qui sic ea quæ magna putarat, facile, & quasi nulla contempsit: apparet illum per ignorantiam lucra ante præsentia conquisisse, à quibus vt se sensit, & vidit liberum, sic raptus est ad diuina. *Et factum est, dum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores discumbebant cum Iesu & discipulis eius.* Discumbebat Iesus plus in Matthæi mente, quàm signate: & epulabatur non cibus, sed reditu peccatoris, vt reuocaret conuiuio, collegio, humanitatis affectu, dulcissima sui confabulatione discumbentes, quos sciebat posse iudicis agnita potestate dissolui: percelli terrore maiestatis suæ, de nuda mox præsentia posse prosterni, velatus humano corpore, qui homini voluit subuenire. Occultauit dominum, qui seruis dignatus est fiduciam non negare: maiestatem texit, qui fragilem studuit parentis amore completi. Sed offenduntur Iudæi, dicentes: *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester?* Miraris Iudæe, cur miscetur conuiuio peccatorum, qui propter peccatores & nasci voluit, & non recusauit occidi: oblatras pro peccatorum vinum bibat, qui pro peccatoribus suam sanguinem fudit. Et si vis posse amplius, suscepit ipse peccatum, ne perderet peccatores in se sententiam suam iudex reuertit, vt amasse se peccatores proderet magis soluendo debitum, quam donando. Sed talibus ipsum dominum respondisse sufficiat. *Non necesse habent sani medico sed malè habentes: non enim veni vocare iustos, sed peccatores.* Et quis non erat ægrotus, ipsa generis humani sic ægotante natura? Ad omnes ergo venit, qui omnes, malè habentes, vt curaret inuenit, sed planè mori meruit, qui medicum contempsit ne se accusaret, vel confiteretur ægrotum: sed dicti sui dominus aperit mox figuram, dicendo: *Non enim veni vocare iustos; sed peccatores.* Non hic

Pfal. 13.

dominus iustos respuit, sed superbos: & eos notat, qui cum non sint, esse se iactant iustos. Et ubi erant iusti? Cùm iuxta Prophetam: Non erat qui faceret bonum, non erat vsque ad vnum. Vt intelligant ægritudinem, medicum, vt curentur, admittant, confiteantur se peccatores: vt modo Christus parens & coniuua, largiatur veniam: ne post iudex ferat in contumaces debitam sine fine sententiam.

DE EISDEM,

SERMO XXX.



Math. 9.

Odierna Euangelica lectio Matthæum publicanum sic in Apostolum cõmutauit, vt qui erat fraudator pecuniæ, fieret gratiæ distributor: & de impietatis schola ad pietatis magisterium perueniret, fieretq. doctor misericordiæ, qui auaritiæ fuerat institutor. *Dum transiret Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine.* Cùm transiret inde Iesus, bene transiret inde: transibat Iudæam, vt veniret ad gentes: præteribat synagogam, vt Ecclesia permaneret: prætergredebatur carnis patriam, vt deitatis suæ remearet ad sedem. In Christo fratres trãsitória est carnis iniuria, in quo diuinitatis honor est sempiternus. *Dum transiret inde, vidit hominem.* Vidit plus diuinis oculis, quam humanis. *Vidit hominem.* Vt peccata hominis non videret. Vidit opus suum, vt despiceret opera peccatorum. Vidit illum Deus, vt ille videret Deum. Vidit illum Christus, vt ille pecuniæ latebras amplius non videret. Vidit illum Christus sedentẽ, quia pressus cupiditatis pondere, surgere non valebat. Fratres, deterius sedebat in telonio publicanus iste, quàm paralyticus: de quo antè diximus, iacebat in lecto. Quia ille carnis patiebatur paralytim, iste mentis: in illo fuerat compago turbata membrorum, in isto totus ordo fuerat sensuum dissipatus: ille iacebat captus carne, sedebat corpore & animo iste captiuus: ille doloribus succumbebat inuitus, iste vitiiis voluntarius seruiebat: iste sibi innocens auaritiæ videbatur in crimine, ille se cognoscebat inter vulnera peccatorum: iste luctorum cumulabat peccata, ille dolorum gemitibus peccata debebat. Merito igitur paralytico dicitur, confide fili, dimittuntur tibi peccata tua, quia compensarar delicta doloribus: publicano autem

Math. 9.

A dicitur. *Veni, sequere me.* Hoc est, vt sequendo me repares, quod consequendo pecuniam perdidisti. Sed dicit aliquis: Quare publicanus, qui maior videtur, in crimine, maior habetur in munere? Nam mox Apostolatus certa præditus dignitate, non solum ipse accepit, sed aliis indulgentiam tribuit peccatorum: totum orbem splendore Euangelicæ prædicationis irradiat, & paralyticus sola dignus venia iuratur. Vis nosse quare plus consecutus sit publicanus? Quia iuxta Apostolum, ubi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. Simul vt publicanus gentilis populi typum teneat, paralyticus Iudaici populi sit figura, qui hodièque malæ valetudinis tenetur in lecto, vt nisi portatus fuerit fide gentium, oblatus Christo miseratione sanctorum, Christum populi crudelitate saluatus, ad domum fidei, ad domum patriæ non potest peruenire. *Et discumbente eo in domo, ecce Veniebant, inquit, multi publicani & peccatores, & discumbebant cum eo & discipuli eius. Videntes autem Pharisæi dicebant discipulis eius, quare cum publicanis & peccatoribus magister vester manducat?* Arguitur Deus, quare inclinatur se homini, quare coniacet peccatori, quare esurit pœnitentiam, quare sicut reditum peccatorum, quare acceptat misericordiæ fereula, quare sumit poculum pietatis. Fratres, venit ad prandium Christus, venit ad conuiuium vita, vt faceret secum conuiuere morituros: iacuit resurrectio, vt de sepulchris surgerent, qui iacebant: decubuit indulgentia, vt peccatores leuaret ad veniam: venit ad humanitatem diuinitas, vt ad diuinitatem veniret humanitas: venit iudex ad reorum prandium, vt humanitas præueniret reatus sententiam: venit ad languentes medicus, vt reficeret conuescendo defessos, inclinavit pastor bonus humeros suos, vt ouem perditam saluaret reportaret ad caulas. Sed hoc Pharisæus detestatur & arguit, qui prandium dominicum putat non virtutis esse, sed ventris: non spiritus, sed carnis: non diuinæ bonitatis, sed voluptatis humanæ: terreni luxus, non gratiæ cœlestis. Sic, sic se videt, qui Deum non videt. Quis arguit medicum iacentibus coniacentem, nisi humanæ salutis inimicus? quis pastorem subnixum lasso pecori reprehendit, nisi qui lucrosi gregis amorem nescit? quis iudicem de pietate iudicat, nisi ille, qui fuerit desperatus? quis communionem Dei, nisi sacrilegus spernit? indulgentiam quis, nisi cru-

Rom. 6.

delis horrefcit? *Quare magister vester cum publicanis & peccatoribus manducat?* Et quis est peccator, nisi qui se peccatorem negat? Magis ipse peccator est: & vt verius dicam, ipse iam peccatum est, qui se iam non intelligit peccatorem. Et quis iniustus, nisi qui se iudicat iustum? Legisti Pharisee, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quamdiu sumus in mortali corpore, & fragilitas dominatur in nobis: & si actu peccata vincimus, vincere peccata cogitationum non possumus, & iniustitias fugere: qui si corpore possumus euitare, & si conscientiam malam deuincere valemus, culpas negligentiae, ignorantiae peccata quemadmodum possumus abolere? Pharisee confitere peccatum, vt Christi venire possis ad mensam: vt sit tibi panis Christus, & panis ipse frangatur in tuorum veniam peccatorum: vt fiat tibi poculum Christus, qui in tuorum delictorum remissionem funditur. Pharisee prande cum peccatoribus, vt possis prandere cum Christo: agnosce te peccatorem, vt tecum prandeat Christus: intra cum peccatoribus conuiuium domini tui, vt possis non esse peccator: intra domum misericordiae cum Christi venia, ne cum tua iustitia extra domum misericordiae puniaris exclusus: agnosce Christum, audi Christum, audi dominum tuum, audi caelestem medicum calumnias tuas peremptorie confutantem. *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Si vis curam, agnosce languorem. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Si cupis misericordiam, confitere peccatum. Euntes, inquit, discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium.* Christus misericordiam vult, & non sacrificium: aut quod sacrificium quæret, qui vt te quæreret, sacrificium factus est ipse? *Non veni vocare iustos, sed peccatores. Non repulit iustos, sed quia sine Christo innocēs non haberet in terris. Non veni vocare iustos, sed peccatores.* Sic dicendo, non repulit iustos, sed quia omnes reperit peccatores: audi Psalmistam, Dominus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Fratres simus, simus peccatores confessione nostra, vt Christi venia non simus peccatores.

DE PHARISÆORVM ET  
Discipulorum Ioannis ieiunio,  
SERMO XXXI.



Onitas virtutum mater, malicia origo vitiorum virtutes comitatur gloria, inhæret vitii cognata confusio: sicut vitia teguntur dolis, ita illustratur libertate virtutes. Hinc est quod Christus virtutū lux agebat liberè, loquebatur purè, præstabat vt Deus, patiebatur vt parens, vt dominus arguebat: Iudæi verò viperinum germen, genitricis mors, genitoris occisio, dum perimunt Christum, synagogæ marris vterum diruperunt. Verè sicut scriptum est: Progenies viperarum summittebant capita, adulabantur lingua, vulnera dabat dolis, blasphemis venena fundebant: & quasi non sufficeret ad odium contemptus, despectus ad iniuriam, sic Christum persequebantur insidiis, tentabant dolis, interrogatione pulsabant, appetebant contumelias, & tota cupidi simulatione vallabant, obuiuebant curandos sabbatho: vt si non curasset, fieret de impossibilitate contemptus: de lege maneret calumnia si curasset. Interrogabant, in qua potestate faceret sua iussione virtutes, vt si dixisset, deitatis, inuidiam commouerent: si tacuisset, artis magicæ crimen inferrent. Dicebant enim in Beelzebub principe dæmoniorum eiecit dæmonia: & sicut hodie lectum est, apud discipulos in magistrum notam de publicanorum conuiuio componebant: apud magistrum discipulos ieiunij nescios, gulæ deditos accusabant: sed discipulis de magistro, magistro de discipulis odiorum causas, discordiæ semina liuore iactabant. *Accesserunt, inquit, discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* Et cū discipulis Ioannis, quæ societas Phariseis: nisi quia iunxerat inuidia: quos disunxerat disciplina. Hic iam sua perdit iura zelus: iunxit disjungere consuetus. Iudæi postponi Moysen domino non ferebant: discipuli Ioannis Christum nolebant Ioanni vllatenus anteferri: sic in Christum fremebant vtrique liuore communi. *Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui nō ieiunant? Quare? quia penes vos est de lege, nō de voluntate ieiunium: ieiunium non ieiunantē respicit, sed lubentē. Et quis vobis ieiunij fructus est, qui ieiunium ieiunatis inui-*

tum? Ieiuniū est fingulare sanctitatis ar-  
 trum; colit corda, eradicat crimina, euellit  
 delicta, vitia subruit, charitatem ferit,  
 copiam nutrit, parat innocentiae messē.  
 Discipuli ergo Christi in tota sanctitatis  
 segete constituti, & virtutum manipulos  
 colligentes, habentes panem iā noui fru-  
 ctus, inueterata non possunt ieiunia ieiunare:  
 quæ iactantur verbis, pallore proponuntur,  
 venditantur defectu, placent humanis oculis,  
 non diuinis. *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Respondit Dominus, Nunquid possunt filij sponsi ieiunare, quandiu cum illo est sponsus? Quid est hoc?* Interrogatus Ioannes spon-  
 sum esse sic restatus est Christum. Qui ha-  
 bet spōsam sponfus est: amicus autem spō-  
 si qui stat & audit eū, gaudio gaudet pro-  
 pter vocem sponsi. Cōuenienter ergo disci-  
 pulis Ioānis magistri sui voce respondit,  
 vt vel illi crederent, & non cogere tem-  
 pora sponsi læta tristis intrare ieiunij: quia  
 qui quærit sponsam, ieiunia seponit: relin-  
 quit austerā, totum se dat gaudiis, epulis  
 indulget, totus blandus, totus amabilis, to-  
 tus festiuus incedit: & facit totum quod  
 sponsæ tenera requirit affectio. Christus  
 ergo qui tunc Ecclesiam desponsabat, in-  
 dulgebat se mensis: conuiuāntibus se non  
 negabat: humanum, comem, blandum se  
 pia charitate reddebat: donec diuinis hu-  
 mana coniungeret, & faceret de terrena  
 societate cœleste cōsortium. Adiecit Do-  
 minus dicens: *Nemo immittit commissuram  
 panni rudis in Vestimentum veteris, tollit enim ple-  
 nitudinem eius a Vestimento, & peior scissura fit.*  
 Antiquæ legis supellectilem dicit Iudæi-  
 cis studiis attritam: corruptis sensibus, se-  
 ctis scissam: impuris actibus absoletam.  
 Pannum rudem Euangelij nuncupat in-  
 dumentum. Sed audi pannum non scissu-  
 ræ partem, sed principium texturæ. Tunc  
 enim primum regalis indumenti tela de  
 Christi vellere texebatur, de vellere quod  
 dabat agnus: Agnus Dei qui tollit pecca-  
 ta mundi. Texebatur autem regium vesti-  
 mentum, quod in purpureum fulgorem  
 cruor tingeret passionis. Meritò ergo  
 Christus hunc pannum rudem Iudæicæ  
 vetustati prohibebat immitti: ne peior  
 scissura fieret, si Iudæicam vetustatem no-  
 uitas scinderet Christiana. Et geminat e-  
 xemplum, dicens: *Neque mittunt Vinum nouū  
 in Vtres veteres, alioquin rumpunt Vtres, & Vi-  
 num effunditur, & Vtres pereunt: sed Vinum no-  
 uum mittunt in Vtres novos, & ambo conseruan-  
 tur. Vtres veteres Iudæos vocat: novos v-  
 tres nūcupat Christianos: quia sicut vtres*

Ioan. 3.

Ioan. 1.

A pellium ab omni squallore purgantur, &  
 pigmentis liniuntur odoratis, vt saporem  
 vini possunt inuiolabilem custodire, ita iei-  
 unis corpora humana ab omni carnaliū  
 delictorū squallore purgantur: & fiunt vt  
 res diuinis torcularibus apti: vt de prælo  
 crucis accipiant vinum nouū: & incorru-  
 ptā nouitatem conseruent. Sed hoc sicut  
 accipiunt Christiani, ita Iudæi nisi Chri-  
 stiani fuerint, non habebunt: qui corrupti  
 vitiis, & inueterati malis, vinū nouū quod  
 ad Euangelij verbum, sic acceperint, & rū-  
 puntur, & fundunt. Agnoscendum est er-  
 go, quia Christus per exēpla hæc non disci-  
 pulos suos noluit ieiunare, sed noluit iei-  
 unium verum fraudulēto miscere ieiunio.

B

DE EO QVI HABEBAT  
 manum aridam,

SERMO XXXII.



Mnia signorū Christi opera  
 stupenda virtutum, non hu-  
 manitus, neque casu, sed di-  
 uina procuratione credenda  
 sunt euenisse: sicut hodie no-  
 bis Euangelicum demōstrauit eloquium.  
 C *Et intravit, inquit, Iesus in synagogam: & erat ibi* *Mar. 3.*  
*homo habens manum aridam.* Christus quidem  
 ingreditur synagogam, sed Iudæus nec re-  
 cipit intrantem, nec agnoscit præsentem,  
 nec operantem cecatus intelligit. Cernite  
 quàm nihil sit præsentia corporalis, vbi fue-  
 rit mentis miserāda separatio, sicut contra  
 nihil officit absentia corporalis, vbi corda  
 fuerint sociata per fidem. *Et erat ibi homo,*  
*habēs manum aridam.* In hoc homine omniū  
 hominum imago figuratur: in hoc geritur  
 cura cunctorum: in hoc vniuersorum sani-  
 tas diu expectata reparatur. Auerat enim  
 manus hominis magis stupore fidei, quam  
 siccitate neruorum: & plus culpa consciē-  
 tiæ, quàm debilitate carnali. Antiqua ni-  
 mis ista erat, & quæ in ipso mūdi principio  
 contigerat ægritudo, nec arte hominis aut  
 beneficio poterat hæc curari, quæ ista Dei  
 fuerat indignatione cōtracta, tetigerat ve-  
 rita, incōcessa præsumperat: cum se ad ar-  
 borem sciendi bonū, malūq. porrexerat,  
 authore indigebat, nō qui malagma impo-  
 neret, sed qui posset illatā relaxare senten-  
 tiam: & ignoscēdo resolvere, quod religa-  
 uerat indignando: In hoc homine nostræ  
 tātū geritur vmbra sanitatis: perfectā autē  
 salus nobis referuatur in Christo, quia tūc  
 ariditas nostræ man<sup>9</sup> miserāda dissoluitur,

Gen. 3.

cum cruore perfunditur dominicæ passionis: cum in illo vitali ligno crucis extenditur: cū carpit fructuosam de dolore virtutem: cum totam arborem salutis amplectitur: cum clavis domini corpus affigitur, quo nunquam ad arborem concupiscentiæ, & aridæ redeat voluntatis. *Observabant inquit, Pharisei si sabbathis curaret, ut accusarent eum.* Ad infamiam iudicis, & nequitiam cognitoris, quæritur de cura crimen, de pietate aecusatio, reatus de virtute, de salute supplicium. Sed mirum nō est: semper offendunt bona malos, pia impios, sancta profanos: aut quando non lascivius disciplinam, virtutem vitiosus, innocentiam criminofos accusat? Observabant solliciti sacerdotes sabbathis non si peccaret, sed si curaret: ut accusarent eum. Amatores criminum inuigilant, insidiantur in accusatione virtutum: quasi contra salutem, non pro salute sabbathum sit prouisum. Si sabbathis curaret, obseruant: tali legis interprete, non dico laborat nimis, sed funditus expirat ægrotus. Sabbathum nō impiè curam denegauit infirmis, sed tota pietate aliquoties quietem præstitit fessis nimio labore mortalibus. *Et ait homini habenti manum aridam: surge in medium.* Professor debilitatis propriæ: supernæ pietatis exactor: testis diuinæ virtutis: Iudaicæ incredulitatis assertor. *Surge in medium.* Ut quos non compungit virtus tanta signorum, quos non opera tantæ salutis inclinant, vel debilitatis tantæ miseratio constringat, & mitiget. *Tunc dicit eis, licet sabbathis bene facere, an male, animam saluam facere, an perdere?* Hoc dicendo; bonitatem commendat operis sui: & illorum malitiæ conceptæ conscientiam accusat: quia cum ille hominem saluum facere corpore; animoq; gestiret, illi eum accusandi studio perdere moluntur: qui & patiebantur eum sabbathis curare: insidiantes animo vtrum curaret, ut cum curasset, sensus sui malignitate damnarentur: & essent tali patientia, quam ipsa malitia nequiores: & plus furentes dolo, quam tali iudicio dementes. *At illi tacebant: & circumspiciens eos cum ira, contristatus super cecitate cordis eorum.* Circumspiciens dixit, non conspiciens, id est, non tantum faciem ut homo intuens, sed ut Deus corpora, corda, mentes, sensus, præterita, præsentia, futura contempletus. *Circumspiciens eos cum ira, contristatus.* Irascitur ut dominus, contristatur ut parens, dolet ut homo, intuetur ut Deus. *Dicit homini, extende manum tuam: & extendit: & restituta est manus illius.* Extende manum tuam: iussione

A soluitur, quæ fuerat iussione deuincta. *Extende manum tuam.* Agnouit poena iudicem, opus Deum, indulgentia prodidit conditorem. Orate fratres, ut sola synagoga tali debilitate fuscetur: nec sit in Ecclesia cuius manum arefaciat cupiditas, contrahat auaritia, rapina debilitet, tenacitas ægotam constringat: sed si acciderit id ipsum, audiat dominum & citò eam in opere pietatis extendat, relaxet, & in misericordia, in eleemosynis portigat. Sanari nescit, qui nescit, pauperi scenerari. *Tunc egressi Pharisei statim cum Herodianis consilium faciebant, quomodo eum perderent.* Semper Iudæus Herodianis iungitur, ut inuadat Christianos. *Iesus, inquit, cum discipulis secessit ad mare.* Ut comparatione fluctuum prauiorem Iudæorum probaret & demonstraret errorem. Sed quia Iesus deseruiente nauicula, id est Ecclesia, sequestratur à confusione turbarum, & Christiani populi gubernator residet indefessus vario genere mendandi, & imperauit ventis & mari, ut tandem tranquillitatis obedientia conquiescant, iuxta Prophetam: Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum, ut sub iugo pietatis manentes, diuinæ gloriæ mereamur esse participes.

DE FILIA ARCHISYNAGOGI,  
deque muliere sanguinis profluuio  
laborante.

SERMO XXXIII.



Vdituri estis hodie fratres, & sancto Euangelista Marco referente mecum pariter cognitur, qualiter ante Christum synagogæ prolabitur, & proruit principatus, & cum duplici modo Deum & Dominum confitetur, cum adoret pro legis imperio sic dicentis: Dominum Deum tuum adorabis: & redditorè vitæ indicat, cum salutem filiz morientis implorat. *Venit, ait, ad eum quidam archisynagogus, nomine Iairus: & videns eum, prociidit ante pedes eius: & deprecabatur eum multum, dicens, Filia mea in extremis est, Veni, impone manum tuam super eam, ut salua sit, & viuet.* Antequam sermo Euangelici sensus aperiat sacramentum, libet in hoc loco paululum patèrem prodere passionibus, quas sumunt & proferunt de affectibus, & amore filiorum. Circumstante familia inter tenera & blanda obsequia propinquorum, molli filia decumbit in lectulo: pater pronus sicca iacet & versatur in terra: illa deficit corpore, hic mente &

animo contabescit: Illa secretas languoris sui sustinet passiones, hic foedus & lugubris torus, toto fertur & iactatur in populo: illa moritur ad quietem, hic viuit ad pœnam. Et certè omisimus anxia parentum vota, cum gignunt, periculosos ordines, sobolem cum producunt, cum nutriunt, mœstos labores: & iuges pœnas, cum fuerunt ægrotantes, peior est mortis dies pignora cum procedunt. Heu me cur tanta filij nesciunt? cur ista non sentiunt? cur vicem parentibus reddere non dedudant? & tamen parentum pietas perseverat: quia quicquid filijs parentes impenderint, repensabit parentibus parens omnium, Deus. Sed ad proposita redeamus. *Veni autem quidam Archisynagogus, nomine Iairus, & videns eum procidit ante pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens. Filia mea in extremis est: Veni, & impone manum tuam super eam, ut salua sit. Quod supplicatione flebili, extrema filia sic lamentatur: quod remedium languoris sic postulat, desperatum satis probat & demonstrat affectum, vnde est quod curæ ordinem sic deposcit. Veni, impone manum tuam super eam. Ægrotus non quemadmodum curetur imperat, sed tantum ut curetur, implorat. Sed cum esset Archisynagogus, legis notitiam hic habebat: & cum verbo cætera, hominem manu Dei legerat esse figuratum: credidit ergo Deo, quia eadem manu, qua creatam fenserat filiam, recreari, & reduci posse ad vitam. Cognouimus quid sit: Veni, & impone manum tuam super eam. Ut qui sponte posuit ad creandum, ad reparandum iterum exoratus imponat. Hoc est, quod Propheta fatetur, cum decantat in Psalmis: Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. Quia qui posuit cum formare ex nihilo, imposuit iterum, ut reformaret ex perduto. Denique idem Psalmista, ut manus, huius salutare sensit, & adeptus est largitatem, repetitam prorupit in vocem. Dextera, inquit, Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem. Et ut meruisse se quod Archisynagogus poposcerat, demonstraret, adiecit: Non moriar, sed viuam. ille cum pereret, dixerat: Veni, impone manum tuam, ut salua sit, & viuat: hic iam consecutus exultat. Non moriar, sed viuam. Dextera Domini Christus est, sicut Prophetico docemur eloquio. Et verè fecit virtutem, diabolum dum debellat: dum alligato forti, sicut ipse dixit, vasa fortis diripit: dum infernum destruit: dum ipsam mortificat mortem. Et verè exalta-*

Psal. 138.

Psal. 117.

1. Cor. 12.

uit nos, quos de profundo extulit, & eleuauit ad cælum. Sed iam ad mulierem fermo transeat: quæ occulto vulnere, & verecundo languori remedium sic quæsiuit, ut & suum pudorem tegetet, & curantis reuerentiam custodiret. *Et abiit cum illo, & sequebatur, inquit, cum turba multa, & comprimebant eum: & ecce mulier quæ erat in profusio sanguinis annis XII. & fuerat multa perpeffa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec profecerat quicquam, sed deterius habebat, cum audisset de Iesu Venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius dicens: Si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & sensit corpore quod curata est à plaga. Non tantum duo maria confunduntur fluctibus suis, quantum mulieris huius animus ancipiti cogitationum cumulo iactabatur. Post certamina desperata medicorum, post medicamina sumptuosa, post inanem & antiquissimam curam, vbi ars & peritia defecerat iam curatum, vbi languentis omnis iam consumpta fuerat substantia, ipsi auctori reuerèdum vulnus non casu, sed diuinitus occurrit: ut quod humana arte tot annis curari non potuit, sola fide & humilitate curaretur. Mulier stabat eminus quam natura pudore perfuderat: quam per hoc immundam Iudaica lex notarat, dicens: Immunda erit, & sanctum non continget: contingere metuens, ne Iudaicum furorem, ne legis posset subire sententiam. Dicere non est ausa, ne circumstantium confunderet, & oneraret auditum: ne fieret populorum fabula, quæ tot annis stadii & orationis fuerat passionum. Siquidem & amplius ferre, & sustinere dolor diuturnus, & continuus non sinebat: & deliberandi tempus Christi prætereuntis celeritas amputabat: & e contra nouerat, quod tacenti, quod occultanti morbum suum sanitas non daretur. Inter hæc bella cogitationum, solam salutis viam mulier, curam ut furaretur, inuenit: ut raperet tacita, quod petere non valebat, & pro sua verecundia, & pro reuerentia præstaturi: & quæ non merebatur corpore, corde perueniret ad medicum: fide Deum, manu tantum tangeret vestimentum: sciens hanc fraudem non solum veniam, sed & remedium præstaturam: quam non voluntas, sed necessitas verecunda generauit: præfertim cum & furantis lucrum quæreret: & ei cui auferebatur, nullum gigneret detrimentum. Pium latrocinium, quod ministra fide, fide attrahere committitur. Ecce vbi virtus est quæ sita contrarijs, vbi fraus fide coniuente quod*

Len. 12.

Id est, ca  
ne in iudici

nitebatur, obtinuit. Mulier inter comprimentes, vt nesciretur accedit, & præsumpsit furari se posse curam fide sola: vt habitu lateret, & corpore, retro accedit: & ad videndum se iudicabat indignam. Curauit fides intra istum temporis, quod XII. annis ars humana curare non potuit. Post hoc exemplum suo vitio longa trahit in lāguoribus tempora, & sua negligentia diu laborat, qui sola fide nescit curari, sed aromatum dispēdijs onerari. Tetigit vestimentum mulier, & curata est: & ab antiquo est absoluta languore. Misēri, qui quotidie corpus domini tractamus & sumimus, & à nostris vulneribus non curamur. Non Christus infirmantibus, sed fides deest: nam multo magis modo in nobis manentes poterit vulneratos curare, qui latentem mulierem præteriens sic curauit. Sufficit hodie fratres furta fidei, & domini prætereuntis narrasse virtutem: cur autem dominus veluti ignorans quærit, quam virtutis suæ opere scit curatam: quia nunclongum est, sequenti sermone narrabimus.

## DE EISDEM,

## SERMO XXXIII.



Mnes Euangelicæ lectiones fratres charissimi, magna nobis & præsentis, & futuræ vitæ commoda largiuntur. Sed hodierna lectio & totū quod est spei, contulit: & quicquid est desperationis, exclusit. Est nobis dura, & desclenda conditio: peccare nos cogit fragilitas innata, & confiteri prolihet confusio cognata peccati: malum enim facere pudor non est, & pudor est confiteri: timemus dicere, quod committere non timemus. Sed hodie mulier cum quæreret medicinam rati vulnere verecundo, inuenit silentium, per quod possit peccator ad veniam peruenire. Prima est felicitas in peccatorum turpitudinem non venisse: sed felicitas est secunda peccatorum veniam peccatis latentibus inuenisse. Hoc Propheta fenserat, qui dicebat: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. *Eccc, inquit, Euangelista, mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur ab annis duodecim, accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius. Confugit mulier ad fidem subitam, cui longa defecerat cura: quæ confundebatur medicinam petere, furari voluit sanitatem:*

*Psal. 31.  
Matth. 9.*

A nesciri se ab eo voluit, à quo se credidit posse saluari. Vt aer ventorum turbine, sic cogitationū procellis mulier turbabatur: conflagabat cum fide causa, cum timore spes, necessitas cum pudore, timoris frigus extinguebat crudelitatis ardorem, obscurabat lucem fidei, vis amoris, spei confidentiam necessitas verecunda frangebat: sic mulier magni maris instar confusus æstibus iactabatur: quærebat quomodo faceret occultū de publico, de turba secretum: agebat vt sibi & rediret sanitas, & verecundia non periret: curabat ne cura sua ad curatū redūderet iniuriā: prouidebat vt redderetur sibi salua salua reuerentia saluatoris. Tali ergo sensu mulier merito de summitate simbricæ peruenit totam ad deitatis summam. *Accessit, inquit, retro. Sed vbi retro? Et tetigit simbriam vestimenti eius. Accessit retro. Sed vbi? Retro nil erat: ibi faciē quā declinabat, inuenit. Erat in Christo corpus multiplex, sed erat deitas simplex, erat totus oculus, qui post se supplicem sic videbat. Accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius.* O quid ista mulier vidit habitare in interioribus Christi, quæ in Christi simbria diuinitatis totam vidit inhabitare virtutem. O quā docuit mulier quātum sit corpus Christi, quæ in Christi simbria tantum esse monstrauit. Audiant Christiani, qui quotidie corpus Christi attingunt, quandam de ipso corpore fumere possunt medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi simbria sanitatē. Sed quod nobis flendum est, mulier de vulnere medicinam tulit, nobis medicina ipsa retorqueretur in vulnus. Hinc est quod Apostolus tāgentes indignè corpus Christi taliter admonet, & deplorat: Qui enim tangit indignè corpus Christi, iudiciū sibi sumit. Et quod inde temeritas infirmitatem *1. Cor. 11.* capiat, vnde fides accipere debebat sanitatem, rursus intulit: Propterea inter vos **D** multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Itē dormientes mortuos dicit, quos luget in viuo corpore iam sepultos. Petrus & Paulus principes fidei Christianæ notitiam nominis Christi toto orbe diffuderunt: mulier accedendi ad Christum prima tradidit disciplinam: mulier prima dedit formā, quomodo peccator tacita confessione debeat sine confusione peccatum: quomodo delinquens soli Deo cognitus de reatu nudare apud homines verecunda conscientia non cogatur: quomodo homo possit venia iudicium præuenire. *At Iesus, inquit, conuersus, & videns eam, inquit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. At Iesus*

conuersus non motu corporis, sed diuinitatis aspectu: Christus conuersus est ad mulierem, vt mulier conuerteretur ad Christum: vt ab ipso curam sumeret, vnde sumpsit vitam, & sciret sibi presentis vulneris causam fuisse perpetuam rem salutis. *Conuersus & videns eam.* Vidit eam diuinis oculis, non humanis: vidit vt saluti redderet, non vt agnosceret quam sciebat: vidit eam, donatur bonis, malis caret, quæ viderit Deus. Hoc vniuersitas sentit ex vsu de felicibus sic dicendo: Vidit illum Deus. Vidit ergo istam Deus, quam curando reddidit sic felicem. Et quid plura? Christus mulieris docuit exemplo, quam fides sola totam proficiat ad salutem. Sed de Synagogæ principe iam loquamur: quidum Christum ducit ad filiam suam, viam dedit qua mulier perueniret ad Christum. Sic cœpit hodiernæ principium lectionis. *Ecce princeps vnus accedens adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est, sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.* Futurorum præscium Christum non latebat, quod prædictæ mulieris eueniret occurfus: per quam Iudæorum princeps disceret, Deum non mouendum locis: non itinere ducendum: non trahendum præsentia corporali, sed credendum quam sit Deus vbique præsens, ubiq; totus, ubiq; semper: Et quam totum possit iussu facere, non labore: virtutes mittere, non deferre: mortem non manu, sed imperio effugare: vitam non arte reddere, sed præcepto. *Filia mea modo defuncta est, sed veni.* Hoc est dicere: Adhuc vitæ manet calor, adhuc animæ vestigia videntur, adhuc est in via spiritus adhuc Dominus domus habet filiam, adhuc mortuam tartarus nescit, ergo vt euntem possis animam retinere, festina. Stultus putauit Christum non posse suscitare mortuam, nisi teneret. Hinc est, quod Christus vbi peruenit ad domum, & vidit puellam, quasi perditam fieri, vt infideles animos promoueret ad fidem, dormire eam dicit non defunctam, vt crederent facilius de morte posse surgere, quam de somno. *Non est, inquit, mortua puella, sed dormit.* Et verè apud Deum mors somnus est: quia velocius Deus mortuum ad vitam suscitatur, quam de somno dormiens ab homine suscitetur, & antè Deus frigentibus morte membris viuificantem refundit calorem, quam homo sepulcris somno corporibus vigorem possit infundere, audi Apostolum: *In momento, in ictu oculi, mortui resurgent.* Beatus Apostolus quia velocitatem resurrectionis non potuit referre verbis,

1. Cor. 5.

Aprauit exëplis. Aut quomodo ibi celeritate sermonis perfringeret, vbi ipsam celeritate præuenit vis diuina? Aut quomodo apparet ibi tēpus vbi æterna sine tēpore res donatur? Sicut temporalitatem tempus attulit, sic exclusit æternitas tempus.

DE MULIERE PROFLUVIO  
sanguinis obnoxia.

SERMO XXXV.

**B** Vidit sit Christum tangere, hodie docuit mulier, in profluvio sanguinis constituta: quæ cum tangit simbriam Christi, tum diuini pectoris pulsatur arcanum: & furto fidei summam rapuit de simbriæ summitate virtutem. Felix fraus, quæ & lucrum salutis contulit, & damna sustulit mox pudoris: probat hoc Euangelicæ lectionis auditus. *Ecce, inquit, mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur XII. annis, accedens retro, tetigit simbriam vestimenti eius, dicens intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero.* In arduis languoribus dat crebro concilium vis doloris: in desperatis causis est sæpè magistra necessitas: inuenit ipsa sibi passio medicinam. **C** Hinc est quod mulier verecundo vulnere qualiter subueniret, inuenit, vt fidei insinuaret silentio, quod insinuare publico clamore non poterat: vt secreta spiritus via cælestè perueniret ad medicum, ad quem peruenire manifesto carnis itinere non valebat. Dabat audaciam multam pietas curantis, sed fiduciã pudendi languoris necessitas auferebat: cogeat ad Christum doloris accedere magnitudo, sed audire Christum fœditas hulceris non sinebat. Sic anceps mulier, & fidei trepidante consilio, maluit de fide iudicari, quam de fœdo vulnere sic perire. *Accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius.* Sciens quod Deum nec tactus polluit, nec offendit visus, nec odor exasperat, nec auditus fauciat, nec inquinat humana cogitatio. Nam si sol tangit stercorea, non tamen stercoreibus inquinatur: quanto magis creator solis tangit omnia, & tamen non potest vllis contactibus inquinari? Et si medicus cum sanientem vulnere tractat, cum curat verecunda membrorum, non iniuriam computat, sed honorem: quantum magis Deus non arbitratur iniuriam, dum vulnera nostra curando respicit, tangit ad remedium, visitat ad salutem? Dei conspectum offendunt peccatorum vulnera, non dolorum:

morbi criminum, non corporum passio-  
nes: vitiorum sanies, non viscerum fluxus:  
quia homo habetur volūtarius in delictis,  
in languoribus tenetur inuitus. Hinc est  
quod peccator pœnam recipit, ægrôtus re-  
cipit curam. Mulier ergo non voluntatis  
conscia, sed doloris, nec confusa crimine,  
sed confusa languore, accessit retro, vt tur-  
bæ declinaret oculos, non Christi vitaret  
aspectum: à populis nesciri voluit, non à  
Christo: gestiuit non Deum latere, sed ho-  
mines: quia non nisi à solo Deo potuit la-  
tens videri, audiri tacens, celata curari.

*Accessit & tetigit simbriam vestimenti eius.* **B**  
Quia in Christo nil postremum credidit,  
nil iudicauit extremum: quia nec minora-  
tur in simbria: nec celestis natura mem-  
brorum variatur officijs. Hinc est, quod  
mulier per dorsum peruenit ad faciē: per  
vestimentum penetrauit interna, & per  
simbriam capitis tetigit summitatem. nec  
hoc sine mysterio: audite prophetam dicē-  
tem. Sicut unguentum quod descendit in  
oram vestimenti eius. Videtis fratres in  
simbria vestimenti huius totam plenu-  
dinem diuini chrismatismatis, totam diuini ca-  
pitis transisse virtutem. Scienter ergo mu-  
lier sacram Christi simbriam gestiuit at-  
tingere, vt de occulto mysterio vulneris  
posset sumere medicinā. Fratres, magna  
hæc mulier, & nimium permiranda, quæ  
scientia doctores legis vicit, sacramento  
omnes Iudæos superauit, fide præcessit  
Apostolum, nā Iudæa cum Scribis & do-  
ctoribus suis Deum totū despexit in cor-  
pore: Thomas Apostolus vt Christum  
Deum crederet, immisit manus, iniecit  
digitos, patefecit vulnera: & vt Christum  
crederet, iterum pati compulit Christum.  
Sed hæc mulier quam personam teneat,  
cuius typū præferat, cuius præsentem ima-  
ginē, spirituali intelligentia perquiramus. **D**  
Quæ est ista, quam sic genuinus sanguis,  
naturalis debilitas, originalis morbus, ad  
causas mortis, ad lethale vulnus, ad frædi  
languoris adduxit angustias; & quam sic  
sordidauit vitijs, sædauit criminibus, se-  
cretis vulneribus sauciauit, vt eam ars cu-  
rare, non solum videre oculos, non so-  
lum honestas pateretur, non præualeret  
lex ipsa mundare, imò quam lex ipsa  
iusserat arceri templo, prohiberi sacris,  
sanctis omnibus abstinere: & quam sic  
dixerat immundam; vt quicquid teti-  
gisset, haberetur immundum. Ista est fra-  
tres, ista est, ista est Ecclesia: quæ primi  
hominis vulnerata peccato, tota fluebat

A sanguine, tota originaliter decurrebat in  
mortem.

HOC LOCO DIVVS PETRVS  
obmutuit, cuius silentij ratio abunde redditur,  
serm. 86.

De Hæmorrhøissa, & filia Archisynagogi.

SERMO XXXVI.



Ereundi debitoris est mox pro-  
missa dissoluere: nec creditoris  
animum, aut deludere moris,  
aut longa expectatione suspen-  
dere. Cum Archisynagogi, vel Hæmor-  
rhoissæ mulieris connexa sibi, & producta  
narratio à consueta sermonis nostri bre-  
uitate discederet, malimus dimidiare  
tractatum: ne non recrearetur tantum,  
quantum vester oneraretur auditus. Do-  
mino Archisynagogus occurrit, & totus  
prolabitur in terram, causam refert, insi-  
nuat dolorem, mouet præstantis affectum:  
imperat vt properet, & accedat ad curam:  
econtra mulieri dominus nō quæsitus oc-  
currit: præteriens occasionem salutis in-  
gressit: tacens causam tacentis agnouit, oc-  
cultum vulnus etiam celantis aspexit. In-  
ter dominum & mulierem futuriæ salutis  
agitur tam grande commercium: & dum  
publica petitione viam facit rogatus, fidei  
cogitatio diuinum penetrat, & peruenit  
ad secretum. Felix mulier, quæ in tanta  
multitudine est sola cum Christo: vt sola  
sit conscia & salutis reddita, & virtutis ex-  
cellæ. Beata quæ talem reperit accessum,  
cui nullus possit obfistere. Beata quæ tali  
via ad suum proripuit & irrepsit authorē,  
quæ antequam de vulnere suo confunde-  
retur ab homine, careret ipsius vulneris  
fæditate: sciens sibi apud homines, & per  
homines interclusum totius aditum sani-  
tatis: qui horrere magis, quam curare vul-  
nera consueuerunt. Deus abstergit vulne-  
ra humana, non despicit: neque horret  
languores hominum, sed depellit: nec de-  
testatur immunditias humani corporis, *Matth. 5.*  
sed emendat: quia creaturæ suæ ad tactum  
nescit Deus, Deus non potest sordidari.  
Sed Euāgelista generat quæstionem, cum  
dicit: *Et statim Iesus in semetipso cum cognouis-  
set virtutem, quæ exierat de eo, conuersus ad tur-  
bam, aiebat: Quis tetigit vestimenta mea? Dum  
interrogat, velut ignorantiam profiteretur:  
exiisse virtutem de se sentit, ad quam exie-  
rat, nescit: quod præstiterat, nouit, cui*

Ioh. 10.

Ioh. 19.

præstiterit, ignorat? de persona dubitat, qui certus est de salute collata? Verum nõ ignorantis errore, sed maiestate dominus hic scientis, & præscientis interrogat: nec quod occultum sibi esset, requirit: sed & ipsum sibi bene esse cognitum, sic demonstrat: dum taliter quærendo cunctis ignorantibus, solus aperit quod latebat. Interpellatricem tacitam & suggerentem cogitationibus solis, ac post tergum virtutis suæ consilij adherentem, nõ vt discissor nescius, sed vt præscius inquisitor producit in medium, suisq; facit astare conspectibus, vt quæ sibi portaret salutem, omnibus reportaret: & quæ virtutem probaret, agnosceret maiestatem: nec rediret, vt putabat, incognita, quæ plenam sibi dederat notionem. Dum erubescit vulnus, dum in tali cura ipsum veretur vt Deum, fidei suæ mulier non parua nubila sustinebat: & mentis suæ lumine confusionum nebulis ipsa caligabat. Vox ergo inquisitis domini, velut status salutaris fugavit nubes: dispersit nebulas, illustravit fidem: & illam, quæ noctis latebat in tenebris, ipso sole reddidit clariorem. Aut minor est ista sole, quæ toto orbe radiat, quæ toto Ecclesiæ fulget & resplendet in cœtu? si sic redijisset inuisa, date veniam, eluserat medicum, non probaret: & sibi quod cõsecuta fuerat, ascribere potuit, nõ sananti: quæ se curam rapuisse de fimbria curantis crediderat, non de sensu, aut quid illius esse crediderat, cuius in se virtutem senserat, voto tamen iudicabat extraneum? Quæ vtique, & si ante curam verecundia fuerat quod latebat, humilitatis quod se iudicabat indignam, cur post curam non sponte, vt ageret gratias, vt honorem redderet, vt gloriam tanti operis referret, occurrit? sed posteaquam vidit dominum in inquisitione persistere, & discipulis excusantibus & compressione turbæ opponentibus, nõ posse conspici se latere, postquam illam timor & tremor conscientiaæ cepit arguere, venit in medium: vt quem occultè senserat medicum, palam profiteretur, & adoraret vt Deum: & tam præsentibus, quàm futuris fieret, de tanto suo languore medicina, dicente Euangelista. *Mulier autem timens, ac tremens, sciens quod factum esset in se, venit & proci-dens ante pedes eius, dixit ei omnem veritatem.* Verum, quia historica relatio ad altiorem semper intelligentiam sublimanda: & figuris præsentibus futura sunt noscenda mysteria. Archisynagogus, vel eius filia, siue mulier in fluxu sanguinis cõstituta, quid sub harum specie personarum teneant sacramenti, alle-

Agorico nunc sermone pandendum est: Archisynagogi filia, ad quã venit Christus, vadit, & properat, & humano gradu iter facit, qui diuinitus loco non potest promoveri, sine dubio synagoga est, dicente Domino: Nõ sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Sed dñ ad illam Christus tendit, Ecclesia in cunctis gētibus posita, amisso naturæ bono, perdebat & profundebar sanguinẽ generis humani: cuius languorẽ pericia humana dum curare nititur, ipsum cumulabat: nam cõsura fragilitatis humanæ, ac mundanæ districtio disciplinæ, & populorum semper sanguinem fudit: & tamẽ nec hostes abolere, nec civiũ bella compescere, nec criminũ potuit demerentiam perdelere. Hæc ergo talibus cõfossa curis, vbi quicquid suæ fuerat & erat substantiæ vidit esse consumptum, id est, animum, mentem, sensum, ingenium, laborem, industriam, rationem, quæ vtique rectoribus ad profectũ velut medicamentis commodamus, vbi Christi prætereuntis sensit præsentia, retro accessit: quia videre eum sanguine polluta non merebatur: accedit retro, hoc est, fidei sequitur auditũ: & extrema Christi velut ipsam tangit fimbriam: dum non honoratur in patribus, non sanctificatur in lege, non se iactat in Prophetis, non dominico ipso honoratur in corpore: dum ab illo generationis Christi ordine habetur extranea. Post tergum, hoc est nouissimo tẽpore Christũ sequitur, & sancitur occulto fidei sacramẽto, & verè tetigit vestimentum, quod in sepulchro reperit, per quod resurgẽtis domini credit & prædicauit insignia. Sed dum circa hæc Christus suis virtutibus occupatur, in Archisynagogi filia deficit, & moritur synagoga: vt & ipsa ad vitam per fidẽ redeat quæ per legẽ mortua fuerat & perierat per naturam. *Inter hæc Veniunt de domo Archisynagogi, & dicunt, Noli vexare magistrum, mortua est puella.* Hodicque Iudæi nolunt vexari Christũ, quem cupiunt nõ venire, & mortem pronunciant, qui spem resurrectionis infideliter perdidit, sed & illud huic assertioni nostræ quam cõuenit, quod archisynagogi filia duodecim annos egisse refertur in vita, & hæc duodecim annos perseuerasse memoratur in vulnere, cum vtrisque nouissimo, & expleto tẽpore salus redderetur, & vita: nam iste numerus tẽpus humanæ vitæ concludit: qui vt annum faciat duodecimũ, distinguitur & numeratur in mensibus: vnde & Propheta sub annum domini acceptum Christum indicat aduenisse, & apostolus temporis plenitudine Christum

Math. 15.

C

D

Esai. 61.  
Inuita  
LXX.

Christum venisse approbat, dicens: Postquam venit tēporis plenitudo, misit Deus filium suum. Orate fratres, vt sicut sibi & legi, vt Christo viueret, defuncta est synagoga: ita & nos peccatis moriamur, & carni, vt viuere possimus in Christo.

## DE IONÆ PROPHETÆ SIGNO.

## SERMO XXXVII.

**R**atres sanctorum gesta casibus non sunt deputanda, sed signis: & quæ vitia putantur illorum, mysterijs sunt applicanda, non lapidibus: sicut hodie dominica signauit, & patefecit instructio, dicens: *Turbis autem concurrentibus cœpit dicere Iesus, Generatio hæc nequam est, signum querit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ: sicut enim Ionas signum fuit Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi isti.* Ecce Prophetæ fuga ipsius domini vertitur in figuram, & quod celebratur ferale naufragium, hoc sacramentum Domini-æ resurrectionis existit. Nam quemadmodum Ionas typum per omnia tenuerit, & impleuerit saluatoris historię, quæ de ipso scripta est, textus ostendit. Fugit, inquit, Ionas à facie Dei. Nonne Dominus, vt hominis faciem præferret, & formam, faciem, formamq; propriæ deitatis aufugit? Apostolo sic dicente: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanauit, formam serui accipiens. Formam suscepit serui Dominus, vt lateret mundum: vt diabolum præueniret, in hominē se fugit ipsum. Et bene typus Christi ipsius Ionæ seruator in verbis, non dixit: fugio Deum, sed à facie Dei ego fugio: Deus qui vbique est, quo seipsum fugiat non est, sed Christus non vt loco, sed sicut specie faciem deitatis aufugeret, totum nostræ seruitutis confugit ad vultum. Descendit, inquit Ionas in Ioppen, vt fugeret in Tharsis. Audi descensorem: Nemo, inquit, ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. Descendit Dominus de cœlo ad terram, descendit deitas ad humana, descendit ad nostram superna dominatio seruitutem, & tamen qui descenderat ad nauem, nauem nauigaturus ascendit: sic Christus, qui in hunc mundum descendit, virtutibus & mirabilibus Ecclesiæ suæ conscendit in nauem. Quid sibi vult aut confusa ventis procella, nisi diabolus qui cor Iudæ penetrans, reges, gētes, populos, militiam, iudices marinos eleuauit, & inflauit in fluctus, vt ascendentes & cadentes

A vndæ auctorem suum sæculi peterent ad quietem: audi vndas sæculi, audi Prophetam dicentem: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominū, & aduersus Christum eius. Et quia fors Ionæ proditura non defuit, implet super Christum Dauidicam prophetiam, quæ dicit: Et super vestimentum meū miserunt sortem. Quod autem Ionas auctor suæ demersionis existit: cum dicit. Tollite me, & mittite in mare, voluntariam domini indicat passionem: nam quare sibi illi sustinent hæc iuberi, qui sibi in periculo tali sponte poterat subuenire? Quando enim multorum salus petit vnius mortem, mors in intereuntis arbitrio collocatur: qui & moriturum retardare potest ad mortem volūtas, & periclitantis moram periculū præuenire: sic hic vbi totum domini geritur in figuram expectatur morientis auctoritas, vt mori non sit necessitas, sed potestas: audi Dominum dicentem: Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo tollit eam à me. Quomodo? quia Christus & si emisit spiritum, non amisit, quia qui omnium in sua manu recipit, & tenet animas, ipse animā suam quemadmodum possit perdere non videtur, audi Prophetam dicentem: Anima mea in manibus tuis semper. Et alibi: In manus tuas commendo spiritum meum. Sed quid plura? Currit, occurrit, adest bellua de profundis totum dominicæ resurrectionis impletura & proditura, imò conceptura & paritura mysteriū: adest bellua, adest imago horrida & crudelis inferni: quæ dum fertur audis faucibus in Prophetam, vigorem sui sensit & degustauit auctoris: incurrit namque ieiunium deuorando, sed domicilium cordis sui tremēs ad superni hospitis aprat & præparat mansionem: vt ipsa quæ fuerat tota causa discriminis, ipsa fieret necessarię navigationis inaudita vectura, vectorem suum seruans, & post triduum referens ad superna: & hoc daret gētibus quod abstulerat à Iudæis, quibus signum quærētibus, solum dādū dominus esse signum hoc decernit: per quod scirent gloriam, quam in Christo sperauerant, totā esse gētibus conferendam. *Generatio, inquit, hæc, nequam est, signum querit, & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ Prophetæ. Sicut enim Ionas signum fuit Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti.* Quia Iudaica perfidia fluctuante inferni Christus demersus est in profundum: & triduo cursu tota tartari occulta

percurrens, & Iudaicæ crudelitatis, & maieftatis suæ, ac preceptæ mortis dedit iudicium cum resurgeret: merito ergo surgent Niniuitę in iudicio: & condemnabunt illam generationem, quia illi vnus Prophetæ naufragi, aduenæ ignoti, præconio corriguntur: isti post virtutes tantas, mirabilia tanta, cum toto resurrectionis corusco, ad fidem non veniunt, ad pœnitentiam non mouentur, ipsum namq; resurrectionis signum non credunt, sed gestiunt infamare: dum precio militum claudunt oculos, corda corrumpunt, quod scierāt, quod viderant vt tacerent: redimentes mendacium vt tollerent veritatem, facinus suum in Christi retorferere discipulos, cum dicit:

*Matth. 88.* Dicite, quia discipuli illius nocte venerunt, & furati sunt. Erras Iudæ: hoc discipuli non tulerant, sed magister: & ipse se furatus est, qui videbatur occisus. Sed miror quod Iudæus Christum requirit, quem inter duos latrones feraliter collocarat: committit malę, custodit impię, iniquius querit. Iudæ, Christus perire non potest, sed tu cum tibi tuo scelere perdidisti. Veniet, veniet in iudicium regina austri & eo ipso, qui furatus putabatur, iudice te condemnabit: quia illa venit ab extremo terræ audire sapientiam Salomonis, & tu ad venientem sapientiam Dei infelicitissimus occidisti. Niniuitę crediturarum gentium, regina austri Ecclesię tunc prouisa est in figuram. Beati sumus fratres, quia quod præcessit in typo, quod promissum est in figura, nos specie, veritate veneramus, certimus & habemus.

DE INIURIA AEQVO ANIMO  
toleranda.

SERMO XXXVIII.



Vanta sit cœlestis Philosophiæ magnitudo, quanta virtus militiæ Christianæ, hodie docuit Dominus, sic dicendo: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.* Hoc putat arduum, qui præmia patientiæ quanta sint, nescit. Putasne potest ille vulneribus inuenire victoriam, qui nec ictu palmæ acquirere vult coronam? potest iste morte inquirere gloriam, cui pro honore diuino humana grauis videtur iniuria? Homo nonne præceptis talibus infantitæ rudimenta componuntur? Palmæ paruulorum sunt verbera, non virorum. Hinc est quod leuibus mandatis pueritia Christi animatur: vt ad grauiam toto iam robore Euangelica iuuentus accedat: vt hoc labo-

ribus, pœnis, morte se gaudeat obtinere, quod per infantiam paruis iniurijs acquirere non valebat. Vt autem dura non esse quæ præcepta sunt, approbentur, mandatorum series ipsa replicetur. *Audistis quia dictum est antiquus, Oculum pro oculo, & dentem pro dente: Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte illi & pallium: Et qui te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.* Audistis quia dictum est antiquis. Quibus antiquis? utique Iudæis, quos antiquos plus militia fecerat, quam verustas, quos furor vindictæ cupidos sic tenebat: vt pro oculo caput, pro dente animam postularent. Hinc est quod eos lex ad vindictæ vicissitudinem refrenabat, vt qui veniam culpæ sapere nō valebant, vel modum saperent vltionis: & tantum vindictæ exigent, quantum læsionis intulerat vis furentis. Sed hoc antiquis, nobis autem per gratiam innouatis diuina quid imperet bonitas, audiamus. *Ego autem dico vobis.* Quibus? utiq; Christianis. *Non resistere malo.* Sic cum dicit, vult nos vitia non repensare vitijs, sed superare virtutibus: & in ipsi scintillis adhuc extinguere iram, quæ si peruenerit ad totum furoris incendium, sine sanguine non sedatur. Ira vincitur lenitate, mansuetudine extinguitur furor, malitia bonitate palpatur, crudelitas pietate prosternitur, impatiētia paciētia punitur, cōtentio superatur iniurijs, superbia humilitas sternit. Ergo fratres, qui vult vitia vincere, pietatis arma teneat, non furoris. Et quamuis possit lucrere sapienti, quid sit quod instituuntur iniurijs primordia Christiana: tamen quia nō intelligunt quidem esse hoc virtutis, esse hoc bonitatis culmen, pietatis esse hoc fastigiū, hoc esse diuinæ Philosophiæ nō humanæ, nō resistere malo, sed vincere in bono malum, maledicēti benedicere, percutienti iterū percutienti licentiam non negare, tollēti tunicam dimittere pallium, & rapienti prædā facere largitatem: angaria-ti mille passus addere suā ad alia duo milia seruitutē: vt vincat necessitatē voluntas, impietate pietas: & hoc sit paciētis virtus, quod imperat vis cogētis, ergo quāuis ista doceant, quare miles Christi ad virtutem roboretur iniurijs: tamen vt plus pateat, qua ex causa sint præcepta altius requiramus. Fratres, vbi se peccatorum moribus, vitiorum scelus, impietatis phrenesis mentibus infudit humanis, & quicquid erat scientiæ, sensus, & rationis extinxit,

futuro vesano fecit per orbem diffusas gētes Deum fugere, sequi dæmones, creaturas colere, contemnere creatorem, desiderare vitia, horrere virtutes, agi gladijs, vulneribus ruere, viuos moribus deperire: vnde sanari aliter homines non valebant, nisi cœlestis medici armati pietate tora, & patientia niterentur: qui sic laborantium phrenesi parerentur iniurias, maledicta portarent, sustinerent verbera, vulneribus scinderentur: donec eos ad sobrietatē sensus, ad sinceritatem spiritus, ad mentium reducerent sanitatem: ac sic Deum querere, fugere dæmones, languores sentire, sapere sanitatem, abijcere vitia, capere virtutes, declinare vulnera: horrere sanguinem, recusare mortem, vitam desiderare persicerēt. Et si vultis vt quod diximus, plenius innotescat, carnalium medicorum loquamur exempla. Nōne quoties miserū hominem cholera inflammauerit incendiū, & dominante febre vesanum reddiderit ægrotantem, turbatur sensus, mens deperit, feritas accedit, recedit humanitas, & ne multis, moriente homine furor viuuit? Hinc est quod frendit dentibus, parentes laniat, scindit proximos, cædit pugno, morsu agit, atq; afficit obsequentes: tunc medicus, ad virtutis laudem, ad artis gloriam, ad famæ cumulum armatur patientia: tolerantiam sumit, iniurias despicit, morsus sustinet, fert labores, & non leues pœnas patitur, vt à pœna liberet laborantem, fouet oleo, insulit curis, erogat medicinam, certus quod mercedem honoris, obsequijs repenset ægrotus dum receperit sanitatē. Rogo, quæ maior phrenesis, quæ grauior vis furoris, quæ par dementia, sancti hominis percutere maxillam? mansueti fratris faciem verberare? placidi vultus gratiam tristi liuore perfundere? nudare hominem solo, quo regitur vestimento? & ob vilem prædam nil Deo, nil homini, nil naturæ relinquere, nil pudori? angariare hominem suis actibus occupatum? & alienam pœnam suum solarium computare? Ergo fratres si talia perpetrates grauissima phrenesi laborare cognouimus, obediamus Christo, & furentium fratrum morsus, verbera, onera, tota pietatis virtute portemus, vt & fratres nostros liberemus à pœna, & nos æternum patientiæ præmium consequamur: nec dedignetur seruus hoc accipere à conseruis, quod dominus à seruis & proferuis dignanter accepit, palmis faciem non negauit, tollenti tunicam & pallium dimisit, & corpus angariantem se ad laborem, gratus ac libens est secutus ad

A mortem. Ergo fratres, si dignum dominus pati duxit, pati seruum quomodo, quomodo videtur indignum? Erramus, erramus fratres, qui non facit quod iussit dominus, gratis sperat Dominus quod promisit.

DE PERSEVERANTIA ORATIONIS.

SERMO XXXIX.

**P**ER se semper sibi diuina sufficiunt, sed ob hoc hominibus humanis frequenter insinuantur exemplis: quia cœlestis prouidentia non quid ipsa dicere, sed quid auditor capere possit, attendit. Sic fons per tenues venarum primitus erūpit meatus, atq; angustis sensum serpit in fluuio, donec digno successu in totam se fluuiorum latitudinem prorumpat, & valenter effundat. Et vt vobis de nobis loquar: nato paruulo mox coæuum præparat succum natura, escam commutat in potum, & stupentes adhuc fauces, torpentēsq; interiorū meatus, ad vsum solidioris cibi longa lactis infusione componit: sic nos dominus ad capiēda diuina vernaculis erigit, & informat exemplis, dicendo: *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte: & dicet Luc. 11. illi, Amice, commoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me, & nō habeo quod ponam ante illum: & ille deintus respondeat, noli mihi molestus esse, quia iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi? dico vobis, si non dabit illi surgens, quia amicus eius est: propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.* O quam dare vult, qui se inquietari taliter, taliter patitur suscitari. O quam necessitatis esse suæ, quod suæ potestatis est vult, videri. O quam pulsanti iste gestiuit occurrere, qui sic secreti sui cubile ipsam collocauit ad ianuam. O quam negare noluit, qui sibi etiam neganti qualiter extorqueretur, ostendit. O quam non ad ianuam tantum Dominus, sed ipsa ianua Dominus fuit: Ego sum, inquit, ianua. Qui dormientibus seruus pulsantis necessitatem solus & primus audiuit. O quam pius, quam misericors, qui quod mandatis docet, probat & informat exemplis. Cum facis, inquit, elemosynam, noli tuba canere. Et iterū, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. *Quis vestrum habebit amicum, Math. 6. & ibi ad illum media nocte.* Parum est quod facienti misericordiam nox velabatur, quod largitatem dantis, petētis obtegebat.

improbitas, nisi ad cumulum pieratis velandę ascriberetur & somnus. Indicit in hac humanitate geminam necessitatis speciem, petentis & dormientis: vt illum petere hospes, dare compellat hunc somnus: vt pote qui propterea se daturum ei dicat in tempore, quod non occurrere amico, sed recurrere videatur ad somnum: & vt ei magis dormire liceat: quam dare libeat sic petenti. Quid plura? ecce pulsanti illi plus somnus quā somnus extitit suffragator.

Nec otiosum reor esse quod horam petendi sic aperit, sic designat, dicendo. *Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte?*

Quasi non & prima & secunda, & tertia hora noctis, cum se sopor blandus dormitibus primum fundit in corpora, & visceribus diurno labore fessis dulcis, ac totus illabitur molesta, & aspera sit inquietantis improbitas. Sed hoc tempus est, quod deuotum & iuge pernoctantis demonstrat iudicium: hoc tempus est, quo inter præteritos & futuros labores ardens animus, sed ad diuina, nil indulget corpori, nil quieti: sed antequam finiat transacti diei opera inchoat & anticipat iam futuri. Ista satis hora est efficax impetrādi: hoc sciens Propheta, ipsum tempus suę supplicationis asserit extitisse, cantando: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. In hac hora

Psal. 118.

Math. 17.

vigilantibus semper sponsus ille cœlestis occurrit: qui dicit. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. Non potuit non impetrare quod voluit, qui vt reciperet hospitem, hospitem reficeret, totam sibi requiem denegauit. Aut quomodo sic petenti, sic pulsanti, non responderet ille, qui se in hospite suscipi cōfiteretur, cum dicit: Hospes fui, & suscepistis me. Æstimo hoc dixisse pulsantem, aut fortè taliter cōuenisse, feci quod iussisti, redde quod promissisti, tibi credidit dicenti. Nolite solliciti esse in crastinum: Vnde hesterni hospiti quod apponerem non reliquit: si tibi ego sic habenti molestus sum, quanto mihi ille existit molestior non habenti? Et tamen ego illi excusare non potui, quia tibi obedire contendi. Plus hic iubentis, quam nō habentis verecundia nunc laborat. Hospes in domo est, & tu dormis, imò tu dormis, qui non dormis. Ego suscepi hospitem, nisi dederis panem, panem hospiti tu negasti. Merito sic pulsanti, petenti taliter, quotquot necessarios habuit Euangelicus iste scenerator largitus est panes, quid faciunt qui se non in cubili, sed ipso collocant in sepulchro: qui se non somno, sed

Math. 6.

morti tradunt: quos gallus nō commonet,

A lucifer non fuscitat, sol ipse non reuocat & producit ad lucem? Isti & tempus supplicandi, & hospitis mercedem, & ipsa diei opera perdiderunt. Contristamur fratres, quando nos diluculo stamus ante dominum, & nobiscum nostros filios non videmus. Ille noctis medio sic pulsauit, in cuius domo hospes venerat, rogo, tu quare non vel diluculo vigilas, cui est hospes in domo? quod ille gratiæ, tu tribue vel pigritiæ: quod ille humanitati, tu necessitati saltem, plus somni, quam tui amator impende: certè vt possis vigilare ad vitam, qui dormis ad mortem: quæ sequuntur, ausculta: Et ego dico, inquit, petite, & dabitur vobis: quærite & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Sed dicis, esto quod petere possim, pulsare quomodo potero cœlesti secretum: quemadmodum? iterando preces, & expectando iudicium largitoris, moras dantis patiētissimè sustinendo, quia quicumque cum semel pulsauerit, indignatur mox si non fuerit auditus, iste non est petitor supplex, sed est imperiosus exactor, audi Prophetam dicentem: Expecta

Psal. 126.

Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum. Et si iterum distulerit in futurum, tu dominum tuum patiēter expecta. Vbi autem quærere debeas, vis nosse, sunt diuitiæ in sinu pauperis, & regnum cœlorum, intra te est: Intra vos est regnū cœlorum, dicit dominus: Quis sit autem amicus qui dormit, & quis est amicus qui de via venit, & qui sunt pueri qui dormiunt, & quis est iste qui pulsat, & cur sub certo numero tres tantum postulat panes, cum petiero, quæsiro, pulsauero, & peruigil inquietaror accipere meruero, vobis amicis mei domini non negabo. Sed dicitis mihi, ecce amicus domini tui venit ad te: iste dare, non accipere consuevit: hanc denique sitarchiam deviatici sui copia pastor audus expleuit: vt de nostræ paupertatis vilissima præparatione gustaret, nec passus est intempesta nocte me sibi aliunde petere hospitem locupletissimus quod habebat. Nec mirum fratres, semper dare vult diues ad pauperem cum declinat. Ille illius Euangelici amici semper manet in ianua: in istius cubili ille cum pueris suis largitor Euangelicus perseuerat: in cuius corde Pater & Filius, & Spiritus sanctus faciunt semper & collocant mansionem. Quid plura? Pater est ab ipso petere, in ipso quærere, per ipsum pulsare me credidit, & ideo me vobis daturum non incautus promissor asserui.

Luc. 17.

## DE BONO PASTORE.

## SERMO XL.



Bi vernalis aure tempus annuos ouium cœperit partus aperite, vbi per campos, prata, vias cœperit fœcundi gregis germina copiosa dispergere, pastor bonus seponit, & cantus, & discursu anxio teneros quærit, legit, colligit fœtus, atque eos collo, humeris, vlnis, lætus victor imponit, vt saluos omnes perferat, & totas perducatur ad eaulas. Sic nos fratres, vbi quadragesimæ arriidente verno Ecclesiasticum gregem videmus fundere vberes partus, tractatus nostri cantus, & consueti sermonis epulas seponentes, totam curam in colligendo & comportando cœlesti germine anxij grauissimo labore dependimus. Sed quia agnos redditos gregi, & totos intra Christi videmus esse iam septa, diuinos lætissimi reuocamur ad cantus, dominici vobis cibi exultatione tota vitalis copias apponentes vt quos socios senserimus in labore, participes in gaudijs habere possimus. Et quia præfatio hæc nostra pastoris boni fecit, & intulit mentionem: de ipso qui solus bonus, solus pastor, solus pastorum pastor est; tota sermonis nostri & tractatus repleatur & habeatur intentio. *Pastor, inquit, bonus, animam suam ponit pro ouibus suis.* Fortem faciat vis amoris, quia nil durum, nil amarum, nil graue, nil lethale, computat amor verus. Quod ferrum? quæ vulnera? quæ pœna? quæ mortes amorem præualent separare perfectum? Amor impenetrabilis est lorica, respuit iacula, gladios excutit, periculis insultat, mortem ridet, si amor est, vincit omnia. Sed quæramus, vtum sit ouibus, commoda mors ista pastoris, quæ destituit oues, quæ lupis tradit inerme pecus, quæ sic charum gregem ferinis moribus derelinquit, directioni dat, & exponit morti, sicut ipsius pastoris Christi probatur ex morte. Ex quo namque posuit ipse animam suam pro ouibus suis: seque Iudaico furore permisit occidi, oues eius gentilium velut prædonum diripiuntur incurfu: mastrandæ in carceribus velut latronum clauduntur antris, à persecutoribus quasi sæuientibus lupis sine cessatione laniantur, ab hæreticis quasi ab extraneis canibus rabido dente carpuntur. Hoc Apostolorum peremptus probat chorus: hoc martyrum toto orbe diffusus clamat sanguis: hoc Christianorum membra data bestijs consumpta ignibus, demersa flumi-

nibus, patenter demonstrant: quod vtique totum sicut mors intulit, ita vita potuit prohibere pastoris. Ideo pro te pastor amorem morte probat, quia cum videatur ouibus imminere discrimen, cum gregem defendere non possit: mauult mori antequam mali de suis ouibus quid videat. Sed quid faciamus, quia vita mori non poterat nisi voluisset: datori animæ animam quis tollere potuisset nolenti? dicente ipso. *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, nemo tollit eam à me.* Ergo mori voluit, qui se, cum mori non posset, permisit occidi. Quæramus ergo huius quæ vis, quæ ratio sit amoris, quæ huius causa mortis, quæ huius sit utilitas passionis. Est planè vis certa, vera ratio, causa lucens, utilitas tanti sanguinis peraperta: namque pastoris vna ex morte virtus emicuit singularis: pastor pro ouibus morti quæ ouibus imminebat, occurrit, vt auctorem mortis diabolum, nouo ordine captus caperet, victus vinceret, puniret occisus, & ouibus moriendo viam vincendæ mortis apperiret. Nam & diabolus, dum in hominem, tendit, profiliuit in Deum: dum in reum sæuit, incurrit in iudicem, inuenit supplicium: dum ingerit pœnam: ipse accipit: dum dat sententiam, & viuens mortalium pastu mors moritur: dum deuorat vitam, absorbens reos mors, absorbetur innocentia quæ deglutit auctorem & petit mors ipsa quæ perdebat omnes, dum omnium perimere vult salutem. Ergo tali forma præcessit oues pastor, pastor ab ouibus non recessit: nec illas dedit lupis, sed tradidit lupos illis, quibus donauit suos elidere sic perdones, vt occisæ viuerent, laniatæ resurgerent sanguine suo tinctæ fulgerent regali purpura, niueo vellere perlucere: sic bonus pastor pro ouibus cum posuit animam, non amisit, & oues taliter tenuit, non reliquit, nec destituit oues taliter, sed inuitauit: quas per mortales campos, per iter mortis vitalia vocauit & perduxit ad pascua. Sed dicit aliquis, quâdo hæc erunt? Ecce interim oues, id est, Apostoli, Prophetæ, Martyres, & Confessores iacent sepulti: discerpti toto sparguntur in orbe, inuoluti sanguine, terris clauduntur sepulchris. Et quis dubitat quod resurgant, viuant, regnent occisi martyres, quando Christus illis resurrexit, viuit, & regnat occisus? Audi vocem pastoris huius: *Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me.* Necessè est vt quæ sunt ad mortem securæ, sequantur ad vitam, quæ ad contumeliam comitatæ

sunt, comitentur ad honorem: & sint participes gloriae, quae passionis participes extiterunt. Vbi sum, inquit ego, ibi erit & minister meus. Vbi vtiq; super caelos, vbi

Ioan. 12.

Coloss. 3.

## DE IEIUNIO ET ELEEMOSYNA.

## SERMO XLI.

**B**ella gētium legimus superasse quam plurimos, quos tamē pugnas carnis legimus nō vicisse, & audiuimus eos dedisse delictis pectora, qui dorfa hostibus non dederunt. Proh dolor, victores gētium vitorū fuisse captiuos: nationum dominos turpi seruisse criminibus seruitute: stetit inter fruentis gladios, & inter enervata lenocinia corruisse, regnis fuisse terrori, iudicio fuisse peccatis: aduersas acies contriuisse ieiunos, & crapulatos suarum castra dissoluisse virtutū, iacuisse effuso vino, qui iacere effuso sanguine non escierūt. Vnde est hoc? vnde quia hoc nec est ratio, sed languor: non vita: sed febris: phrenesis, nō natura. Nam quotiens ciborum cruditas vitalia deiicit, infirmat stomachum, corrumpit sanguinem, vitiat humores, succendit choleram, extremum febris gignit incendium, totiens æger mentem perdit, amittit sensum, fertur desiderijs, contrarijs vrgetur, salutaria respuit, quarit noxia, fugit curā: tunc medici studio parant abstinentiæ remedio subuenire vt sanetur: vt sanet abstinentia, quod voracitas sauciarat. Et si pro tēporali cura ægri medicis obediunt, seruānt arduam parcitatē: quare pro sempiterna salute sic durum Christo moderatis obedire ieiunijs? corpus gubernare mēsurā? mentem regere parcitate? sensum sobrietate frænare? Sicut terræ nubes caligant cœlum, sic obscurant animas intēperata conuiuia: sicut ventorum turbines elementa confundunt, sic fercula congesta stomachum conturbant: vt nauem fluctus, corpus ebrietas sic demergit, hominem dat in profundum, luca vitæ aufert, mor-

tis facit subire naufragium. Est ergo febris, est febris quam beatus Apostolus anhelare in humanis visceribus sic deplorat. Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum: si non bonum, vti que malum, quod malum? Fragilitas certē, quæ dum serpit in carne, in venis æstuat, intrat ossa, conditur in medullis, feruet in sanguine, in vitiorum phrenesim sic erumpit. Fragilitas febris naturæ, languorum mater, genitrix passionum: fragilitas est, quæ nobis ius necessitatis imponit: & vbi necessitas, non voluntas: vbi extat de conditione captiuitas, iudicium de potestate

Rom. 7.

non constat. Fragilitas est per quam vadit homo, non quo inuitat voluntas, sed quo necessitas ducit: audi Apostolum dicentē. Non quod volo hoc ago. Fragilitas dum parat homini necessaria, facit illum ad non necessaria peruenire, dum parat cibum, perducit ad crapulam, ebrietatem suadet, dum potum ministrat: offert somnum, vt inertia tradat: cura ventris onerat, vt salutis auferat curam: dat carni totum, vt animæ nil relinquat: facit corpus passionum pompam: facit vt sit homo sua mors vita vitiorum. Vnde si se homo taliter sentit ægrotum, medico se cælesti tradat, securē

Rom. 7.

eius monitis acquiescat, à cibis se temperet, mensuram seruet in potu, vt possit sic fragilitatis superare languorem, fragilitatem fugere passionum, febrim ac phrenesim vitare vitiorum. Abstinentia est hominis prima medicina, sed ad plenam curam misericordiæ requirit expensas. Abstinentia extinguit febrim, sed arefacta membra longæ febris incendio, nisi largo infundantur vnguento, nisi blandissimis rigētur fomentis, nisi iuuentur medicinae sumptu, ad integram sanitatem redire non possunt: sic ieiunium quamuis excludat vitiorum morbos, carnis amputet passiones, criminum causas propellat: tamen sine

misericiendi vnguento, sine pietatis riuo, sine elemosynæ sumptu, perfectam salutem mentibus non reponit. Ieiunium sanat vulnera peccatorum, sed cicatrices vulnerum sine misericordia nō emundat. Audi dominum dicentem: Date elemosynam & ecce sunt vobis omnia munda. Ieiunium singulari cultu euellit vitia, eradicat crimina: ad fructus bonos agrum parat & mentis & corporis: sed nisi misericordie fecerit fundamenta, senium est studiū ieiunantis. Ieiunium est sanctitatis hostia, sacrificium castitatis, sed sine misericordia incenso ad diuinum non potest conspectura in odorem suauitatis ascendere.

Luc. 11.

Quod anima est corpori, hoc misericordiam constat esse ieiunio; quando ieiunium ex misericordia uiuit: tunc uiuificat ieiunantem. Ieiunium uirtutum nauis portat quæstum uitæ: lucrū salutis aduectat. Sed qui intrat carnis pelagus, scindit uictorum fluctus, inter scopulos criminum transit, præterit littora passionum: nisi cito portū pietatis intrauerit, exercere uirtutes non potest, lucrum non potest habere uirtutum. Qui se stare nouit in huius uitæ lubrico, qui se intelligit carnis uiam transire per lapsum, qui se sentit incurfionibus ignorantia, negligentia casibus subiace- re: sic ieiunium teneat, ut misericordiam non relinquat. Ieiunium nobis aperit cæ- lum, ieiunium nos intromittit ad Deum, sed nisi tunc affuerit nobis misericordia nostrarum patrona causerum, qui de innocentia constare non possumus, securi de uenia non erimus: dicente Domino: Iudicium sine misericordia illi, qui non fecerit misericordiam: dies gratus, sed gratior est serenus: erit ergo ieiunium nostrū illo clarius, si nobis quadragesimæ dies splendor misericordiae dat serenos. Clamat Deus, misericordiam uolo. Homo da Deo quod uult, si uis tibi dari à Deo quod uis. Misericordiam uolo, Dei uox est, Deus à nobis misericordiam petit; & si dederimus, quid dicturus est? illud quod hodie lectum est. Esuriui, & dedistis mihi manducare? sitiui, & dedistis mihi potum. Et quid? Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Qui dederit esurienti panem, dabit sibi regnum: negabit sibi fontem uitæ, sitienti aquæ calicem qui negarit. Amore pauperis Deus suum regnum uendit: & ut emere illud omnis homo possit, fragmentum panis ponit in precium, quia uult habere omnes, qui tantum petit precij, quantum hominem scit habere. Deus regnum suum fragmento panis uendit: quis excusare poterit non ementem, quem tanta uilitas uenditionis accusat? Fratres, prandium nostrum sit pauperis cœna, ut mensa Christi nostrum paretur in prandium: promittente ipso, cum dicit: Manducabitis in mensa mea in regno meo. Fratres, sint delicia pauperum nostra ieiunia, ut temporale ieiunium nostrum in æternas possit nobis delicias immutari. Homo dando pauperi das tibi: quia quod pauperi non dederis, habebit alter. Tu solum quod pauperi dederis, hoc habebis.

Iacob. 2.

Ioseph. 6.

Matth. 29.

Ierem. 22.

DE EISDEM,

SERMO XLII.



Eiunij bona fratres, prout potuimus superiori sermone perstrinximus: & quod esset oratio cognata ieiunio, patefecimus ipsa conclusione sermonis. Sed quia ieiunium sine misericordia deficit, ieiunium sine pietate ieiunat, sine miseratione infirmatur oratio, oratio sine largitate lascessit: reficiamus nostrum misericordiae exhibitione ieiunium: orationem nostram pietatis erigamus audiri, adhibeamus ieiunio misericordiam patronam: quia fames est auaritia ieiunium sine misericordia: cupiditatis poena est, sine pietate ieiunium: uicio, non deuotio est, non Deo ieiunare, sed facculo: atterere se abstinencia, & hydropi cupiditatis inflari: exonerare ventrem cibus, & mentem pecuniae potere praegravare. Ipsum se redigit in facculum, qui pecuniam nescit prorogare, sed claudere: iste alienorum cultos, non dominus est suorum, quia parat alij, negat sibi, cum misericors erogat, quod auarus oppressit. Est ager cultus sine semine, sine miseratione ieiunans. Ager cultus caret sentibus, uita gramina: euadit totum quod est negligentiae, quod est squaloris, sed sicut sine semine fit sterilis, ipso cultu fructum non dat, dat laborem & ad bonam frugen non ualeat peruenire: ieiunans ita excolit animam, purgat sensus, cor mundat, abscindit uicia, eradica crimina, dat menti cultum, corpori dat decorem, sed sine misericordia ad fructum uitae non peruenit, ad salutis praemium non vadit. Quod est sine rege aula regia, hoc est, sine largitate ieiunium. Aula regis fulget auro, nitet marmore, picturis splendet, grandescit spatiis, leuatur culmine, amœnatur uiretis, ipso terribilis est secreto: sed sine rege honorem non habet, caret gloria, est uacua solitudo, est clausa eremus, est horribilis solitudo: sic ieiunium lucet innocentia, radiat castitate, fulget actu, pingitur moribus, in cessu micat, sanctitatis toto magnificatur ornatu: sed sine misericordia gloriam non habet, mercede caret, palmam non tenet, perdit fiduciam supplicandi, impetrandi meritum non capescit: attestat scriptura, quae dicit: Qui claudit aurem ne audiat infirmum, & ipse clamabit, & non erit qui exaudiat. Quomodo petet misericordiam, qui negarit? Iudicium, inquit, sine misericordia fiet illi, qui

Ierem. 22.  
Iuxta  
LXX.

*Pfal. 111.* nō fecerit misericordiam, misericordiam, A  
 qui non dat alteri, tollit sibi. Misericordia  
*Pfal. 125.* sibi erit, qui spargit pauperi. Disperfit, in-  
 quit, dedit pauperibus, iustitia eius manet  
 in sæculum sæculi, Misericordiam qui se-  
 minat inopi, sibi metet. Qui seminant in-  
 quit, in lachrymis, in gaudio metent. Non  
 sic imber infundit terram, quomodo ieiun-  
 ium lachrymæ rigant pauperum. Homo  
 in lachrymas pauperum iacta semina ieiun-  
 nij tui: quia siccantur ieiunij virtutes, a-  
 rescunt ieiunantium messes, quæ paupe-  
 rum fletibus non fuerint irrigatæ. Cæli  
 pluuia infundit terram, lachrymæ paupe-  
 ris cælum rigant: ergo fitit cælum, & ex-  
 pectat de ploratu pauperū vice roris, quia  
 misericordia arat cæli campos, sulcos ducit,  
 pietas per superna, illic misericordia  
 feminat, quia quæ suscepit manus pau-  
 peris, ibi metit, ibi segetem colligit, qui  
 semen suum pauperi commiserit hic serē-  
 dum. Beatus cui seminanti sic æterna hor-  
 rea perpetem præparatur ad vitam. Hunc  
 serentem beatus Apostolus perscribebat,  
*1. Cor. 9.* cum diceret: Hoc autem dico. Qui parçē  
 feminat, parçē & metet: & qui feminat in  
 benedictionibus, de benedictionibus &  
*Pfal. 120.* metet: vnusquisque sicut proposuit cordi  
 suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hi-  
 larem enim datorem diligit Deus. Magna  
 sunt opera domini, sed magnitudinē præ-  
 cellit misericordix magnitudo: nam quū  
*Pfal. 144.* dixisset Propheta: Magna opera domini  
*Pfal. 35.* adiecit alibi: Misericordix eius super om-  
*Pfal. 32.* nia opera eius. Misericordia fratres, im-  
 plet cælum: replet terrā, domine, inquit,  
 in cælo misericordia tua. Et idem ipse: Mi-  
 sericordia domini plena est terra. Et re ve-  
 ra fratres, periisse totum quod Deus fece-  
 rat, nisi misericordia subuenisset, culpa &  
 vltio quicquid in hunc mundum venerat,  
 auferebant: quia & fragilitas semper ten-  
 debat ad lapsum, & cogebatur ad vindictā  
 semper censura iudicātis. Sic angelus dei-  
 citur è cælo: sic de paradiso exultat homo,  
 sic mundus diluuiō deletur, sic gentes cō-  
 funduntur linguis, dantur gladio, sic exu-  
 runtur vrbes incendio diuino, sic ex  
 Ægypto plebs educta in eremo occulebatur,  
 sic terra hiās vorat populū: & ne multis,  
 sic Iudæam vitor Christi sanguinis Roma-  
 nus deleuit exercitus. Hæc est Christi ma-  
 gna, larga, sola misericordia quæ iudicium  
 omne in diem seruauit vnū, & hominū  
 totum tempus ad penitentiæ deputauit  
 inducias, vt quod de vitis infantia susci-  
 pit, rapit adoleſcentia, inuadit iuuentus,  
 corrigat vel senectus: & de peccato vel

tunc poeniteat, quādo sentit iam se nō pos-  
 se peccare, & tunc saltem reatum deserat  
 quando illū reliquerit iam reatus: faciat de  
 necessitate virtutem, moriatur innocens,  
 qui totus vixit in crimine. Hinc est quod  
 Propheta ad misericordiam currit totus,  
 quia fiduciam de sua iustitia non habebat,  
 miserere, inquit, mei Deus secundum ma-  
 gnā misericordiam tuam. Et quare ma-  
 gnā? quia misericordia tua, inquit, magna  
 est super me, & cruiſti animam meā ex in-  
 ferno inferiori. Et si Deus reddit per mise-  
 ricordiam, quod per iudicium deperierat,  
 homo tibi quid stare, quid cōstare sine mi-  
 sericordia tu putabas? Probatum est: ergo  
 tibi non ieiunium solum, sed omnes sine  
 misericordia mutare virtutes. Abraham cœ-  
 lestis coniuuij principē humanitas ardens  
 Deo impensa perficit: nam quia duos cum  
 Deo terrenā suscepit ad mensam, orientis  
 & occidentis populum mēsam suscepit ad  
 cœlestem. Venient, inquit, ab oriente &  
 occidente, & recumbent cum Abraham,  
 Isaac, & Iacob in regno cœlorū. Lothi quia  
 hospitio suscepit angelos, iudiciū præuenit.  
 Hinc gehēnam vicit in carne: misericor-  
 diā nescit diuinus ignis exurere. Facit  
 ergo misericordiam qui vult gehennæ in-  
 cendium non timere. Denique veniens  
 Christus antè de misericordia disputat,  
 quam iudicet de reatu. Cūm federit, in-  
 quit, super thronū gloriæ suæ, dicet: Esu-  
 riuī, & non dedistis mihi manducare. Non  
 dixit occidistis, furtum fecistis: sed esuriui  
 ego, & non dedistis mihi manducare. De  
 crimine nōn præstabit causas, cui de mise-  
 ricordia causa constabit. Quare quia date  
 eleemosynam, & ecce sunt vobis omnia  
 munda. Non iudicabitur de culpa, cui de  
 largitate laus defertur à iudice: vindictam  
 non exigit, humanitatis debitum qui fare-  
 tur. Esuriui, inquit, & non dedistis mihi  
 māducare. Manducat Deus in cælo panē,  
 quem perciperit pauper in terra. Quādiu  
 fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis.  
 Da ergo panem, da potum, da vestimen-  
 tū, da tectum, si Deū debitorem, non iudi-  
 cem vis habere, nihil nos docebit in terra,  
 si nobis in cælo misericordia sit patrona.

DE ORATIONE, IEIUNIO,  
 & eleemosyna,

SERMO XLIII.

**R** Opulis populariter est loquendū,  
 communio compellanda est ser-  
 mone communi, omnibus neces-  
 saria dicenda sunt more omniū natura-

lis lingua chara simplicibus, doctis dulcis, A docens loquatur omnibus profutura: ergo hodie imperito verbo veniam dent periti. Tria sunt, tria fratres, per quæ stat fides: constat deuotio, manet virtus: Oratio, Ieiunium, Misericordia. Quod oratio pulsar, impetrat ieiunium, misericordia accipit: Oratio, Misericordia, Ieiunium, sunt hæc tria vnū, dant hæc sibi inuicem vitam. Est namque orationis anima ieiunium: ieiunij vita misericordia est. Hæc nemo rescindat: nesciunt separari. Horum qui vnum habet, ista qui simul non habet, nihil habet. Ergo qui orat, ieiunet: qui ieiunat, misereatur: audiat petentem: qui petens optat audiri: auditum Dei aperit sibi, qui suum supplicanti nō claudit auditum. Ieiunium ieiunator intelligat, esurientem sentiat qui vult Deū sentire quod esurit: misereatur, qui misericordiam sperat: pietatem qui quærit, faciat, qui præstare sibi vult, præstet. Improbus petitor est, qui quod aliis negat, sibi postulat. Homo esto tibi misericordię forma, sic quomodo vis, quātumvis, quām cito vis, misericordiam tibi fieri: tam cito alij, tantum, taliter ipse miserere. Ergo oratio, misericordia, ieiunium, sint vnum patrociniū pro nobis ad Deum, pro nobis hæc aduocatio sint vna, vna hæc pro nobis oratio sit triformis. Hæc sunt fratres, hæc sunt quæ tenēt cœli arcem, quæ secretū Dei iudicis pulsant, quæ ante tribunal Christi causas humani generis exequentur, quæ iniustorum petunt indulgentiam: reorum veniam promerentur. Hæc cui in cœlestibus non assistunt, ipse non subsistit in terris: hæc cum teneant in cœlestibus principatum, in terris rerum summā moderantur, hæc regunt prospera, hæc aduersa propellunt, vitia extinguunt ista, virtutes ista succedunt, hæc reddūt casta corpora, corda pura, hæc pacem membris, mentib. dāt quietē, humanos ista sensus, scholam faciūt disciplinæ, per hæc in templum Dei pectora humana confurgunt, hæc hominem præstant angelum, homini deitatis deferunt hæc honorem. Hinc est, quod sit horum suffragio Moyles Deus, & ad triumphos suos militare sibi omnia mandat elementa: iubet mare discedere, durari vndas, profunda siccat, cœlum pluere, dat frumenta, ventos spargere cogit carnes, noctem splendore solis illustrat, solem nubis temperat velamento, petrā percurit, vt de recenti vulnere frigida sitientibus det fluēta, primus dat terris legem cœli, scribit vitę normam, figit terminos disciplinæ. Per hæc Elias

Exod. 7.  
Exod. 14.  
Exod. 16.  
Exod. 17.  
Num. 28.  
Exod. 24.  
Ez. 75.  
1. Reg. 2.

nescit mortem, relinquit terras, cœlos intrat, commoratur angelis, coniuuit Deo: & terrenus hospes supernas possidet mansiones. Per ista Ioānes fit angelus in carne, *Mat. 2.* cœlestis in terra, & auditu, visu, tactu, totam solus capit, tenet, complectitur Trinitatem. Et nos fratres, si volumus Moyse gloriæ, Eliæ vitæ, Ioannis virtutibus, omnium sanctorum meritis applicari, insistamus orationi, vacemus ieiunio, misericordię seruiamus: qui in his vixerit, qui per ista fuerit communitus, iacula peccati, diaboli tela, mundi machinas, vitiorum cuneos, mala carnis, voluptatum laqueos, arma mortis, Christianus armiger, bellator dominicus non timebit: sed nos qui ad incerta confurgimus, qui inter insidias diem ducimus, qui horarum varietates, momentorum motus, verborum lapsus, actuum pericula sustinemus, quid est quod Ecclesiā mane nolimus intrare? quid est quod matutina prece totius diei custodiam nolimus postulare? quid est quod homini astare toto tempore libet, & Deo assistere nec puncto libet? Non est nostrū, fratres, non est nostrum: inimici est ista surreptio, decipere parat quos non paritur orationibus communiri. Quid de aduersis quæritur, qui sibi prospera non precatur? Audiamus vocem Dei momentem: Orate, *Math. 26.* ne intretis in tentationem. In tentationem vadit, qui ad orationem non vadit, Hoc sciens Propheta, cantabat: Venite adoremus, & præcidamus ante Deum: & ploremus coram domino qui fecit nos: putasne ante Deum lachrymas fundere dignatur, qui verba non dignatur expromere? Magnificemus: oremus, vel humano timore, si nō amore diuino, si nō inuitati bonis, vel coacti malis. Mala tēpora facit nobis cōtemptus Dei, temporum cursus non facit. Quod ergo contemptu perdidimus, ieiunij cōquiramus, animas nostras ieiuniis immolemus: quia nihil est quod Deo præstantius offerre possimus probāte Propheta: cum dicit, Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humilitatum Deus non spernit. Homo offer Deo animam tuam, & offer oblationem ieiunij: vt sit pura hostia, sacrificium sanctum, viuens victima, quæ & tibi maneat, & data sit Deo. Hoc qui non dederit Deo, excusatus non erit: quia daturus, se non potest nō habere. Sed accepta vt sint ista, misericordia subsequatur: ieiunium non germinat, si de misericordia non rigetur: siccat ieiunium misericordię siccitate, quod imber terris, hoc ieiunio misc-

*Psal. 94.*

*Psalm. 50.*

ricordia est. Quamuis cor excolat, carnem mudet, eradicet vitia, virtutes seruat, si misericordiae fluente non dederit, fructum non colligit ieiunator. Ieiunator ager tuus misericordia ieiunante ieiunat: ieiunator quod tu in misericordia fuderis, tibi in horreo hoc redundat. Homo ergo ne seruando perdas, collige prorogando: homo dando pauperi, da tibi: quia quod tu alteri reliqueris, non habebis.

## IN PSALMVM I.

## SERMO XLIV.



**D**eritus medicus, quoties vario languore defessus plenam desiderat conferre medicinam, alias aperit morborum causas, latentes pestilentiae exponit incurfus, pestiferas cauere comonet regiones, quam plurima remediorum genera demonstrat, herbarum vires pädit, medicamentorum loquitur qualitates, obedientibus promittit longissimam sanitatem: sic aegros arduas & asperas suadet, & perducit ad curas. Hinc est, quod Propheta sanctus corporis, animaeque medicinam caelitus prolaturus, impietatis profundos patefecit recessus: opertos peccatorum nudat morbos, iniquitatis ostentat, secretum virus, vitiorum naturas, origines delictorum, radices criminum mirabili ratione depromit. Sic aegras mortalium mentes moderatione pia, pro aetate, pro sexu, pro tempore, pro viribus ad salutem perpetuam diuina curatione perducit. Psalmus quem hodie cantauimus Psalmorum praefatio est, imò & Psalmorum Psalmus, titulum titulus, est argumentum generans argumenta, est tota causa sequentium canticorum. Et sicut clauis aulae regalis, ubi primam ianuam patefecit, penetrales reddit intimas ac multiplices mansiones: ita Psalmus iste ubi referauerit aditus intelligentiae primos, Psalmorum omnium pandit mysterium, pandit secretum. *Beatus Vir qui non abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit.* Beatus vir, sicut dimicaturus cum bestiis, & grauissimorum certaminum discrimina subituro pronuntiantur ante brauia, praemia, coronae, Propheta beatitudinem sic praemisit, ut prouocaret hominem totam, quam post enumerat, criminum vincere feritatem. *Beatus Vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit.* Quod in consilio abire, & in via stare dixit, forsitan videatur absurdum: cum in consilio consistere, & in

via abire magis hominum sit in usu. Peruersa quidem sunt vniuersa peruersis, nec possunt tenere ordinem quae per ordinem non aguntur: tamen hic Propheta non de corporis loquitur, sed mentis incessu: neque prohibet pedum lapsus, sed ruinas arceret animarum. *Beatus Vir, qui non abiit in consilio impiorum.* Abiit, abiit a se, a Deo impius cum recessit: nec stat in consilio impiis cogitationibus, qui vagatur: Ille modo fertur ad caelum, modo refertur ad terras, iactatur per maria, leuatur fluctibus, mergitur in profundo: cumque sua semper mente volutetur ut ebrius, non se computat, & computat caelum: qui se scire existimat totum, se nescit: qui si scire se, nunquam caelum, solem, lunam, ligna, lapides adoraret, quae sunt omnia suae data & subdita seruituti, sed adorat lapidem, seruit ligno, qui Deo viuo, Deo vero seruire contempsit. Et ut ab ipso principio, rerum impietatis facta replicemus, impietatis consilium perduxit ad inferna, angelum de supernis, nuncium caelestis secreti in diabolum commutauit, hominem de regimine vitae ad mortalis habitaculi transmisit exilium, de paradisi deliciis arumnosos saeculi pepulit ad labores, mulierem de virginitatis gloria gemitus conscios deiecit ad partus, inde est quod antequam gaudeat, non ignorat dolores, & soluit ante de reatu poenam, quam sobolis gaudeat de processu. Multiplicans, inquit, multiplicabo tristitias tuas, & gemitus tuos, in tristitia & gemitu paries filios. Qualis finis est, ubi est origo poenalis? in vita laetitia quem tenebit, qui vitae sumit exordium de mœrore? Hoc Propheta nouerat qui dicebat. In iniquitatibus conceptus sum: & in delictis peperit me mater mea. Si sic fratres ab utero in viam proicimur peccatorum, & delictorum iter totas currimus per aetates, cogitemus infantiae vanitates, adolescentiae lapsus, iuuentutis ruinas, senectutis morbos, & tunc nos non viam vitae, sed peccatorum viam carpere sic videbimus. Hanc viam notat Christus, sic dicens: *Quam lata & spaciofa via, quae ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.* Delictis lata, diffusa fluctibus, criminibus spaciofa, & verè via est vita praesens, in quam venit, & vadit homo. *Generatio, inquit, vadit, & generatio venit, & terra in aeternum stat.* Et ideo ante dixit: *Beatus Vir, qui non abiit in consilio impiorum & in via peccatorum non stetit.* Non dixit, non venit: nemo enim in viam non venit peccatorum, in qua nos lex ipsa naturae perdu-

cit, & mortis, sed beatus ille, qui non stat in ea. Stat ille, ille demoratur in ea, qui leuat onera peccatorum, & onustus viator tarde peruenit, & cœlestē clausam sibi inuenit mansionem. Istit ponderibus impeditus fiebat Propheta, dicens: Iniquitates meæ superposuerunt caput meum, & sicut onus graue grauataz sunt super me. Et quia toto vitæ tempore has ferebat, exclamat: Miser factus sum, & incuruatus sum vsque in finem. Peccatorū viam viator ille pertransit, qui mala huius vitæ videt, sed despicit: sentit, sed calcat: patitur, sed vincit: & dum fugit illa, plus currit: unde illi occurrit cœlestis ianitor, cœlestis illi mansio se non claudit. Sed quid est quod peccatorum viæ impietatis consilium sic præmisit: *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit?* Quia & si natus homo & mox peccatorum venit in viam, iacet tamen primum: non mox peccati currit in viam, sed vbi cœperit impietatis venena gustare, tunc sapore tãhit de pinguedine peccatorum. Impius in Deum tendit, à Deo vadit cum delinquit, peccatores Deus contemnit, qui antè mandauit non debere peccare. Lucem tenebræ fugiunt, tenebræ luce redeunt abscedente: vbi Deus, peccatum nullum: vbi peccatum, non ibi Deus. Et vt scias homo à conspectu Dei hominem viam cursitare peccatorum, audi Prophetam: Non est Deus in conspectu eius, polluuntur viæ eius in omni tempore. Grauius ergo homo tunc in via labitur peccatorum, quando in ea per prærupta impietatis illabatur. *Et in cathedra pestilentie non sedir.* Impietatem probat, qui facit amat, non potest non docere: hinc est, quod docens impietatem, pestilentie residet in cathedra: & sermone mellito virus doctrinæ lethalis audientibus sic diffundit. Pestilentie cathedram Philosophiam posuit, quæ docuit aut deos multos aut eum, qui D

Psal. 37.

IN PSALMVM VI.

SERMO XLV.



RESPONSIUM, quod hodie Propheta supplicatē cantauimus, opportunum tempori, aptum malis præsentib. mecū vestra probat, & cognoscit affectio.

*Domine, inquit, ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripas me.* Et Deus tumescit ira? calefcit furore? ablit fratres. Deus nec subiacet passioni, nec ira acceditur, nec furore turbatur: sed ira Dei est: supplicium peccatorum. Fratres, puluere cœcreti, plasmati luto, calcamur vitiis, subdimur delictis, curis conficimur, arefcimus membris, mortē dissoluimur, fœtidis horremus sepulchris, & sic inhabiles ad virtutes, ad vitia habiles inuenimur. Propheta ergo memor fragilitatis humanæ, & carnalis substantiæ conficius, quia non cōfidebat de meritis, ad auxilium misericordiæ conuolauit: vt Dei constaret circa eum de pietate, non de seueritate iudicium. *Domine, ne in ira tua arguas me.* Hoc est dicere, argue me, sed non in ira: corripe me, sed non in furore: argue me vt pater, non vt iudex: corripe me non vt dominus, sed vt parens: argue me non vt perdās, sed corripas: corripe me non vt interimas, sed emendes: & hoc quare? quoniam infirmus sum. *Miserere, inquit, mei domine, quoniam infirmus sum.* Quid infirmius homine quem sensus fallit, ignorantia decipit, circumuenit iudicium, pompa lædit, tempus deserit, mutat ætas, hebetat infantia, iuuentus præcipitat, senectus D frangit? Huic ergo Deum irasci in ira, indignari in furore, non est, non est creatoris pij, sed est seuerissimi cognitoris. *Miserere mei domine, quoniam infirmus sum.* Et quid vis? *Sana me domine.* Sentit iste status sui vulnera, sentit morsum serpentis antiqui, sentit primi parentis ruinam, agnoscit se ad has infirmitates venisse, nascendo: agnoscit se ad mortem naturaliter peruenisse: & quia mortem remouere non poterat ars humanæ, diuinā cogitur experere medicinam: & vt facilius ægritudini suæ impetret curam, ipsius ægritudinis causas aperit, qualitates narrat, magnitudinem pandit, exprimit vim doloris. *Sana me Do-*

Epsalm. 3.

*mine. Quare? Quoniam conturbata sunt ossa mea.* Totam structuram corporis ossa portant, & si ossa turbantur, quæ membrorum firmitas? quæ fortitudo neruorum? vbi carnis miseranda substantia: Turbantur ossa fratres peccatorum pōdere, metu mortis, terrore iudicij: audi ipsum alibi hoc dicentem: Non est, inquit, sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Et post: Anima mea impleta est illusionibus, & non est sanitas in carne mea. Meritò ergo addidit. *Et anima mea turbata est valde.* Inter Dei præcepta & cordis passiones, inter virtutes & vitia, inter aduersa & prospera, inter pœnas & præmia, inter vitam & mortem, stās in acie, bella sustinens, suspiciens vulnera, raro stans occumbens sensu, turbatur anima, turbatur valde: quia carnis impedita pōderibus, priusquam ad virtutes veniat, vitiōrū sit ante captiua. Hæc bella describit Apostolus, cum dicit: Caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: vt non quæ vultis, illa faciatis. Et alibi: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuū me ducentem in lege peccati. Allegās ergo beatus Propheta has infirmitates, hæc bella, has animorum turbationes, Deum tali voce conuenit: *Et tu dōmine vsquequo?* Hoc est, quousque pateris? quousque dissimulas? quousque nō subuenis? quousque dissipari opus tuum, deleri imaginem tuā, tuam tibi creaturam perire permittis? Vbi est Christus tuus toties nunciatus per legem, per nos, per Prophetas multifariē repromissus? Veniat, veniat, prius quā per eunte sæculo in sæculo nil inueniat quod resaluet. Veniat, veniat vt carnem reparet: innouet animam, ipsam naturam in cœlestem commutet substantiam. Veniat, vt peccatum tollat: mortem deleat, destruat infernum, vitam reddat, donet cœlum, ne amplius terrena labes possit in nobis inuenire quod perdat. Hoc autem petere Prophetam, sequens sermo demonstrat. *Conuertere domine.* Homo Deo, reus iudici, ad dictus sic loquitur cognitori? *Conuertere domine.* Homo peccat, & Deus conuertitur? Ita fratres, quia iuxta Prophetā: Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet. Et beatus Ioānes: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Suscepit peccatum, vt peccatum tolleret, non haberet. *Conuertere domine.* Vnde? vbi? De Deo in hominē: de domino in seruum: de iudice in patrē: vt pium conuersio te demonstrat, quem potestas terribilem comminatur. *Conuertere*

*re domine, libera animam meam.* De inferno inferiori. *Saluum me fac propter misericordiam tuam.* Non propter meritum meum, quem labor afficit, gemitus fauciat, soluunt lachrymæ, ira turbat, impugnat inimicus. Sed hoc vt clareat, ipsa Prophetæ decāte-tur oratio. *Saluum me fac propter misericordiam tuam.* Quare? *Quia non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi?* Laboravi in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Hoc dicebat sanctus Dauid in regali vertice cōstitutus: qui sic agebat principatum potestatis humanæ, vt in se sanctitatē spiritus, Prophetæ gratiam custodiret, & nos in ira tota Dei positi nescimus dicere, *Domine ne in furore tuo arguas me.* Terra negat fructus, cœlum temperiem, aër salubritatem: hinc pestilentia vbique diffusa per vrbes, per agros vario membrorum genere consumit genus omne mortalium, & tamen nos non dicimus: *Domine ne in furore tuo arguas nos: neque in furore tuo corripas nos.* Ille post triumphos gemitibus noctes & dies lachrymis occupabat, nos sub hostili gladio subiacentes, nulla tempora Deo damus, nullas vel ad horam lachrymas Deo fundimus: sed iugiter rapinis, fraudibus, periuriis, dolis, detractionibus nosmetipfos tradimus & donamus, vt magis, magisque iram Dei in nos fomentis criminum fuscitemus. Venite fratres, venite cum Propheta: Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus eoram Domino qui fecit nos, venite dicamus, *Domine ne in ira tua arguas nos, neque in furore tuo corripas nos.* Vt memor misericordiæ suæ iram mutet in misericordiam, reddat perdita, captiua liberet: nōsque sibi cum lætia seruire iam donet, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

## IN PSALMVM XCIV.

## SERMO XLVI.



Icut grauiter æstuant, & lōgo sitis ardore succēso, fons frigidus, satis lætus, & satis salubris occurrit: ita nobis positus in mœrore, & nimiū tribulationum pondere depressis ad gaudia hodie Propheticæ vocis extitit cantilena. *Venite, inquit, exultemus Domino.* Venite, quō? vel vnde? ex te homo in te: vbi non locorū mutatio, sed cōuersio sensuum aduersa depellit, mœrores fugat, desperationes abiicit, excludit angustias, & intrat domiciliū sinceri pectoris lætitiæ diuinæ

Psal. 37.

Galat. 5.

Rom. 7.

Esa. 53.  
Iuxta  
LXX.

Ioan. 1.

Matth. 5.  
Luc. 6.

diuinæ æternam præparat mansionem. *Exultemus Domino.* Et ubi est illud: Beati qui lugent, & vobis qui ridetis. Planè beati qui lugent mundo, & vobis qui ridet mundo: sed beati qui exultant domino, qui nesciunt de rapinis, nesciunt de fraudibus, nesciunt lætari de lachrymis proximorum. *Exultemus domino.* Ille exultat domino, qui verbo, actu, opere, non sibi, sed suo exultat auctori. *Exultemus domino.* Ille exultat domino, cui sola & tota lætitia semper est Deus. *Iubilemus, inquit, Deo salutaris nostro.* Non est ouium vox ista, pastoris est: qui dulci iubilo, & varia modulatione: aut gregem producit ad pascua, aut sub nemore umbrato fessum pecus retinet ad quietem, aut alta collium salubrioris graminis hortatur cupiditate conscendere, aut ad deuexa vallium sensim tota necessitate descendere. Sed beatæ sunt oues illæ, quæ sui vocem admittunt pastoris, attrahunt, nutriunt, congregant, & verè pastori suo iubilant: quæ germina sui gregis domino multiplicare moliantur. *Præueniamus faciem eius in confessione.* Et quis præuenit peccatorum cognitorem? scrutatorem cordium? cogitationum conscium? futurorum præscium? præsentem semper, & ubique? sed præueniendus est non sensuum vicinitate, sed ingenij sagacitate: non velocitate pedum, sed prouido confessionis obsequio: siquidem non dixit, præueniamus eum tatum, sed *præueniamus faciem eius in confessione.* Hoc est, cum spes misericordiz est, cum tempus est veniz, cum penitentiz locus est, confitemur patri, ne iudicem sentiamus: prodamus quæ fecimus pietati, ne seueritati cogamur exoluere quæ tacemus: dicamus indulgentiz tempore delicta nostra, ne si tacemus ad excipiendam sententiam desleamus. Et quid plura fratres? non iudicem, sed iudicium nos hortatur Propheta clementissimus præuenire. *Et in Psalmis, inquit iubilemus ei.* Ne indicta peccatori nostro irrationabilis iubilatio crederetur. *In Psalmis iubilemus.* Ut mysticis distinguerentur, in Psalmis diuinum resonet sacramentum: & quod ad prouectum salutis animos promoueat audientium. *Quoniam Deus, inquit magnus Dominus.* Hic dominici corporis aperit sacramentum: quia Deus etiam in nostro corpore magnus Dominus. *Et rex magnus super omnes Deos.* Iuxta illud: Quis similis erit Deo inter filios Dei: quia omnes supernæ virtutes cum regant cæteros, ipsæ tamen reguntur à Christo. *Quia in manu eius sunt omnes fines terræ.* Quia quæ in manu Dei

Psal. 88.

A sunt, sine Deo nequeunt obtineri: si dilatare fines, si prorogare terminos, si desideramus amissa reuocare. Deum ergo fidei viribus deprecemur, per cuius offensam nobis ista deperunt: & ipsius propitiatione redeunt ampliata, qui dat sicut vult, tollit, & cum vult: si reddere non potest, omnipotens non habetur: multa facit ad suæ maiestatis indicium, ad nostræ emendationis & correctionis exemplum. Vacant aliena præsidia, si nostri regis non subuenerint adiutoria. *Quonia ipsius est mare, & ipse fecit illud.* Ne putetis quæsitum, inuentum, & non à Deo conditum. *Ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridam manus eius formauerunt.* Vbi sunt qui Deum de materia, & maximè de aqua mundum figurasse consingunt? Deus noster in caelo, & in terra, non ut inuentor, sed ut conditor materiæ, ex nihilo cuncta perfecit. *Venite, inquit, adoremus.* Quæ sequuntur fratres, ignorantibus veluti immemorem Prophetam exultationis suæ fuisse, demonstrant, dum prouocatos ad gaudia, mox euocat ad ploratus. *Venite, inquit, adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus coram domino qui fecit nos.* Dixerat. Venite exultemus: verum hic Propheta secum fletus suorum nos desiderat fundere gaudiorum: quia semper lachrymæ sicut dolore magno, ita producantur & gaudio: quæ utique interni pectoris exponunt, & testantur affectum. Qui ergo lapidibus prosternebamur, & lignis, vero tandem Deo cognito, vult nos adorare, procidere & repelsare lachrymis, atque continuo deuotionis obsequio, quod diu, & longo tempore negleximus. Plorat ergo, dum de præteritis penitet, gaudet de præsentibus, æstuat & metuit de futuris. Perfectæ autem lætitiæ fletus fuisse ex sequentibus sic demonstrat. *Venite, adoremus & procidamus ante eum, & ploremus coram Domino qui fecit nos.* Et quasi interrogarerur, quare? reddit causas, aperit rationes. *Quia ipse est Deus noster, & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.* Ex hoc utique quantum deuotus est ille qui gaudet, tantum certè qui contristatur ingratus. Sed iam quæ admonet, audiamus intentius. *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi illi, & dixi, semper hi errant corde: Ipsi verò non cognouerunt vias meas: quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Cum dicit hodie, te conuenit, ad te loquitur, quicumque homines auditor, ne audita voce eius, contem-

ptus reatum, contumaciæ crimen incur-  
 tas: quem non præcepta, quem non corre-  
 xit exemplum. Nam ob hoc Iudaicam  
 duritiã longo sermone narrauit, vt tẽ  
 Christianæ faceret cauriore cui non qua-  
 draginta annis tantũ conuertatur, & co-  
 habitat Deus, sed toto vitæ tempore pa-  
 ret, & militat ad salutem.

DE PARABOLIS INVENTÆ  
 margaritæ, & sagena missa in mare,

SERMO XLVII.

**C**hristus Deus noster, quod cœ-  
 lum, terram, mare, & in eis ma-  
 gnas, multas, varias condiderit  
 creaturas, miranda potentia suæ docu-  
 menta monstrauit: quod verò humana  
 suscipit, agit hominem, intrat tempora,  
 transit ætates, docet verbo, virtute curat,  
 similitudines loquitur, proponit exempla,  
 affectus nostri in se pondus aperit: inesse  
 sibi dilectionis humanæ pandit ineffabi-  
 lem charitatem. Hinc est, quòd cœlestia  
 terrenis commendat exemplis: de præ-  
 sentibus sapere dat futura: inuisibilia visi-  
 bilibus insinulat argumentis, probant  
 hoc similitudines, quas nobis hodie Euã-  
 gelicus clamat auditus. *Simile est regnum cœ-  
 lorum homini negotiatori querenti bonas marga-  
 ritas: inuenta autem vna preciosa margarita, abiit,  
 & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Ne-  
 minem qui hoc audit nomen negotiato-  
 ris offendat: hic negotiatorem loquitur  
 qui dat misericordiam, non qui dat fœno-  
 ris semper vsuram: prouidentem ornamẽ-  
 ta virtutum, non irritamenta vitorum,  
 grauitatem morum, non lapidum ponde-  
 ra perferentem, honestatis, non luxus mon-  
 dia portantem, honestatem non voluptatis  
 pœnam, sed insignia disciplinæ. Ille ergo  
 negotiator has cordis & corporis mar-  
 garitas proponit, non humano commer-  
 cio, sed diuino exercens: non ad præsens  
 commodum, sed vt futurũ mercetur: non  
 ad terrenam gloriam, sed cœlestem: qua-  
 tenus cœlorum regnum possit virtutum  
 præmio comparare, & innumeris bonis v-  
 nam redimere perpetuæ vitæ margaritam.  
 Adiecit autem similitudinem Dominus  
 dicens: *Iterum simile est regnum cœlorum sage-  
 na missa in mare, & ex omni genere piscium con-  
 greganti: quam cum impleta esset, educentes, &  
 secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, ma-  
 los autem foras miserunt. Simile est regnum cœlo-  
 rum sagena missa in mare. Similitudo hæc**

**A**prodit cur in apostolatum piscatores ele-  
 gerit Christus, & captores piscium fecerit  
 hominum piscatores, vt diuini iudicij ty-  
 pus arte piscatoria monstraretur. Pisces  
 congregat captura confusos, sed in vasa  
 discretio dat electos: sic vocatio Christiana  
 iustos, & iniustos, malos, bonosque cõ-  
 gregat, sed bonos, malosq. electio diuina  
 discernit. *Simile est regnum cœlorũ sagena missa  
 in mare.* Ad huius seculi mare tumens pom-  
 pa, elatum vertice, vndosum seclis, incitua  
 fluctuans, elamosum litibus, fremens ira,  
 sæuum perfidia, peccatis naufragũ, im-  
 pietate demersum, misit piscatores suos  
 Christus, hoc est Petrum, Andream, Iaco-  
 bum, Ioannem, probatos arte, cum dicit:  
 Venite post me, faciam vos fieri piscato-  
 res hominum. Misit ergo piscatores suos  
 retia portantes præceptis legalibus, & E-  
 uangelicis innodata, monitis circuncincta  
 virtutum donis, & gratia dilatata, Euange-  
 lico sinu congregantia sine fine capturam.  
 Hoc tempus modo, hoc agitur fratres: per  
 gentes, per populos Christi retia nunc tra-  
 huntur, & ducunt, confusas toto orbe cre-  
 dituras sine discretione personas. Sed quia  
 sæculi vicinus est finis, & ad iudicij litus  
 capture nostræ retia iam propinquant, pis-  
 ces, hoc est homines, qui profundo sæculi  
 discursu feriato ac libero vagabantur, sic-  
 citate littoris, hoc est, finis propinquitate  
 turbati, tota se rerum dispensatione colli-  
 dunt: videntes impias gentes triumphis  
 succedentibus, ampliari, angustiari captiuos  
 toto orbe populos Christianos: impios  
 prosperis gaudere successibus, pios malo-  
 rum continuata successione calcari: subdi-  
 dominos seruituti, dominari dominis ser-  
 uos: rebelles filios in parentes, senes iuue-  
 nibus esse contemptui: omnemq. naturæ  
 statum, vitæ ordinem deperuisse. Sed hæc  
 cum ita sint, fortes non turbant: imò infir-  
 mos turbant, fortes turbare non possunt,  
 quia sumunt vires de similitudine, fortitu-  
 dinem de figura. Eiecti de profundo pisces  
 parum quidem in littore sui confusione  
 voluuntur, sed citata discretio dum ma-  
 los abiicit, eligit bonos: facit bonos, non  
 turbat, breuis ista, & cito transitura confu-  
 sio. Ita discretio superna quæ dat malos  
 pœnis, bonos rapit ad honorem, impios  
 deducit ad tartarum, pios transmittit ad  
 regnum, patres, senes, iustos, electos om-  
 nes de contumelia exigua perpetua gloria  
 consolatur: probat hoc autem comparatio  
 ipsa, cum dicitur: *In consummatione sæculi  
 exhibunt angeli Dei, & segregabunt malos de me-  
 dio iustorum.* In consummatione sæculi, qui

Matth. 13.

Matth. 13.

consummatione sæculi credit, qui de sæculi minoratione caufatur, qui confidit mansura succedere, habere quid quærit transicura? Fratres, mundus de sine principium sumit: sine innouatur, non deficit creatura: sæculum deficit nõ creatori, sed crimini: neque iustis, sed peccatoribus finiuntur elementa. *In consummatione sæculi exhibunt angeli.* Parere iustis, nec quisquam dubitet sanctis angelos esse parituros, quibus obsequium suum promittit & Christus: Christi vox est, Præcingam me, & ministrabo vobis. *Exhibunt angeli Dei & segregabunt malos de medio iustorum.* Portate iusti, portate, imò inducias iusti date, breuis ista mixtura longa separatione pensabitur. *Separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.* Ecce qui eiiciunt vicinos, qui expellunt hospites, qualem sibi eligunt mansionem: ecce qui sibi hic delicias pauperis fame, pœnis præparant alienis, ibi ignem sibi quantum de exigua voluptate succendunt, *Ibi erit stetus & stridor dentium.* Quam malè stridet ibi, qui hic malè ridet: & qui nunc malis pauperum gaudet, de bonis pauperum tunc lugebit, quia potuit cum paupere gaudere, sed noluit: vos autem fideles gaudete in domino semper.

Luc. 10.

IN ILLVD MATTHÆI,  
Venit Iesus in patriam suam, & cetera.  
Et de inuidia,

## SERMO XLVIII.



Vangelista hodie Iudæorū circa Christum proditurus inuidiam, sic cœpit: *Venit inquit, Iesus in patriam suam, & docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia & virtus? Nõne hic est fabri filius? Nõne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas: & sorores eius nõne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Non sic nubes cœlum, nox diem, solem caligo, quomodo mentem cæcat, & tenebrat inuidia.* Liuor hoc Iudæicus probat, qui Christi sapientiam miratur, virtutes stupet, atollit opera, dicta suscipit, & tamen ne in ipso videatur diuinitas, deitas sentiat, carnalium parentum nomina commonet, & diuulgat. *Venit, inquit Iesus in patriam suam.* Nemo miretur, si conditor rerum, cœlorum dominus, Deus omnium, patriam, locumque fortitur, quando se claudit vtero: meretur cunis, vberibus oc-

cupat, arctat gremio, dat in vlnas: & vt angustias tollat humanas, humanis se dedit, atque aptauit angustias. Homo ad te Deus se per ista deponit, te per ista sequitur, per istas te perquirat angustias, vt quem formauit opere, reformet exemplo: quem iudicio repulit, reducat affectu, & in se feruet, quem præter se conspicit deperisse. *Venit, inquit, Iesus in patriam suam, & docebat eos in synagogis eorum.* Non in templo suo, sed in synagogis eorum: synagogæ non poterant eius esse, in quibus se turbæ perfidix, non fidei congregabant: in quibus conueniebat inuidiæ populus, non amoris: in quibus confidebat consilium malignantium, non bonæ cõsilium disciplinæ. *Docebat in synagogis eorum, ita vt mirarentur.* Mirabantur indignatione, non gratia: stupebant liuore, non laude: furebant, quia quod sapere non poterant superba sublellia, stans humilitas perducebat. *ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic hæc sapientia? Sic dicit qui Deū, ex quo est sapientia: ex quo virtus ignorat: sic dicit qui Christū nescit esse Dei sapientiam, Dei esse virtutem.* Vnde sit sapientia, Salomon probat: qui cum regni apicem paruulus suscepisset, vt creditum sibi populū regeret virtute, non fastu: sapientia, non tumore: corde, non vertice, à Deo sapientiam voluit, poposcit, accepit. *Vnde huic hæc sapientia, & virtus? Virtutem quæ dat oculos, quos natura nõ dedit, quæ auditum reddit debilitate conclusum, quæ in mutis sui soluit vincula sermonis, quæ claudos reducit ad cursum, quæ animas apud inferos iam deuinctas propria redire cogit ad corpora, à Deo esse, nisi salutis inuidus non negaret: at Iudæi sciebāt Christi opera diuinæ virtutis esse, non esse possibilitatis humanæ, sed liuoris nubilum, malitiæ fumus, visum spectantium caligabant, ne lumē Christi, ne tēpus Euangelij peruiderent dicendo: Nõne hic est fabri filius? Dicebāt, hic est fabri filius, sed cuius fabri filius nõ dicebāt: dicebant fabri filius, vt arte vili ars lateret authoris: & deitatis nomē, fabrile nomen abscoöderent. Christus erat fabri filius, sed illius, qui mundi fabricā fecit non malleo, sed præcepto: qui elementorum membra non ingenio, sed iustione compegit: qui massam sæculi autoritate, non carbone conflauit: qui solem non terreno igne, sed superno calore succēdit: qui lunam, tenebras, noctem formauit, & tēpora qui stellas variata luce distinxit: qui cuncta fecit ex nihilo, & fecit õ homo tibi, vt opificem operis æstimatione p̄sares. Sed tu Iudæ*

huius fabri filium noras, cui pro tantis beneficiis repensare vicem deberes in filium: hinc est, quod non accipis futura, quia de presentibus existis ingratus. *Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria? Iterum Iudæe matris nomen clamas, occultas patris: patrem dicis, nomen non dicis: fabrum dicis, opus non dicis. Iudæe decipiunt te ista, non decipiunt credituros. Nonne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas, & sorores eius nonne omnes apud nos sunt? Si mater, si fratres, si sorores apud vos sunt, pater ubi est? vobiscum non est, quia Deus odit fictos, inuidos deserit, declinat ingratos, sibi non sinit crudeles & impios commorari. Et fratres eius & sorores eius, nonne omnes apud nos sunt? Callidè fratres ingeris, ostentas sorores, ut numerofo partu sanctæ matris virginitas lateat, obscuretur integritas, & sentiat de filio totum quod humanum est, nihil diuinum. Iudæe quot dicis fratres & sorores Christi, Cleophæ fororis Mariæ filij sunt, non Mariæ: & fratrum & sororum filios, fratres nuncupat & diuina lex, & humana cognatio. Ergo Christi fratres fecit non matris virginitas, quæ permansit virgo post partum, sed materteræ eius fecit propinquitatis asseritio. Beata Maria, si alios filios habuisset, à Christo mater in ipso crucis tempore, in articulo ipso mortis non discipulo traderetur, non commendaretur extraneo. Inuidia de cælo abiicit angelum, de Paradiso exclusit hominem: Ipsa primum contaminauit terras germano sanguine: Ipsa germanos compulit venundare germanum: Ipsa Moyfen fugauit, Aaron in fratris excitaui iniuriam: Mariam maculauit liuore germani: ac ne multis, quod pauet mens, quod visus tremit, quod auditus non capit, ipsum Christi attendit & peruenit ad sanguinem. Inuidia omnibus malis peior: quos cœperit, liberari nequeunt: quos vulnerauerit, ad curam non veniunt, non redeunt ad salutem. Inuidia delictorum venenum, criminum virus, peccatorum mater, origo vitiorum: hanc qui non viderit, bona videt: hanc qui nescierit, mala nescit: hanc qui fugerit, viuuit. Inuidia vitari fuga potest, non potest superari confictu. Sed iam quid dominus responderit, audiamus: *Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua.* Christus quidem venit in patriam suam & in domum suam: quia scriptum est, In sua venit, & sui eum non receperunt. Verum dicèdo: *Non est propheta sine honore, nisi in patria sua & domo sua.* Docet quia inter suos posse mortuus est,*

Esa. 14.  
Gen. 3.  
Gen. 4.  
Gen. 37.  
Exod. 2.  
Num. 12.

Isa. 2.

A adultio est: inter ciues eminere proximos, proximorum vitiorum gloriam: propinqui propinquo si honorem debeant, computant seruitutem. *Et non fecit, inquit, ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.* Non fit ibi virtus, ubi incredulitas non meretur. Et si mercedem cum sanat, non exigit Christus: indignatur tamen dum pro honore sibi fertur iniuria, qui est super omnia Deus benedictus & gloriosus in sæcula sæculorum, Amen.

DE EISDEM SECVNDVM

Marcum,

SERMO XLIX.



Votiens humana dominum sanctus Euangelista sustinuisse, aut egisse commemorat, toties carnalium sensus tota velut fluctuum commotione conturbat: imbecilles namque mentes nesciunt dominici corporis audire, discernere & dispescere mysteria: sicut hodierna lectio monstrat, quæ dicit: *Egressus inde Iesus, abiit in patriam suam.* Egredietur vnde, quod ingreditur: qui nullo continetur, nullo concluditur loco: ad quam patriam vadit, orbem qui fecit & possidet vniuersum: dicente Propheta: *Tu sunt cœli, & tua est terra: orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundasti.* Verum non sibi per se, sed per te tibi egreditur & ingreditur Christus, donec te intromittat expulsum, exulem reuocet, reducat, & reportet eiectum. *Abiit ergo Iesus in patriam suam.* Non ut suam sibi, sed ut tuam tibi quam Adam perdidit, patriam redonaret. *Abiit in patriam suam.* Si natus quomodo non homo? si homo quomodo non ciuis? si ciuis, esse illi patriam quis miretur? Sed hic humanitatis modus, non diuinitatis ordo est quem fateatur: quia qui est, & qui erat ante sæcula deus noster, patres noster, nouissima voluit esse per sæcula, ut quos potestare fecerat, pietate saluaret, & compatiendo reciperet, quos extorres arguendo fecerat & iubendo. Quicquid enim per hominem susceptum legimus egisse, aut pertulisse Christum, non ad diuinitatis audiamus iniuriam, sed profecisse hominis ad gloriam. *Et sequebantur, inquit, illum discipuli eius.* Merito discipuli Christum redeuntem suam sequuntur ad patriam: quos iam in superni ordinis albo descriptos cœlestis patriæ ciues, & municipes electio tanta, tantæ gratiæ perfecerat plenitudo: dicente Domino, Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. *Et facto sabbatho, cepit in synagoga docere, & multi*

Man. 6.

Psal. 11.

Et Luc. 10.

*audientes mirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia, & quæ est sapientia, quæ data est illi? & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Infelix Iudaicæ mentis, & detestanda nequitia ad discutiendum semper promptior, quàm credendum: diuinis virtutibus non ad fidem, sed ad calumniam sollicitè commouetur, vel quia meruit audite sapientiam tantam: sed vnde sit malitiose curiosa, vel querula, in bonis suspicax, ad noxia satis facilis, doctrinam despicit, quam miratur: quæ probat præcepta, contemnit: ad Deum cunctatur, ad idola perprocliuis, in diuinis astuta, ligno, lapidibus tota resoluta, Prophetiæ rebellis, contraria veritati, auguriis, mendacisque perdita. Rogo, cui cautum quò cæcus videt? cui sollicitum quod mortuus surgit? cui dubium quod loquitur mutus? certè quis nesciat esse Deum, cuius sola curatur omnis debilitas iussione? Moyses signa fecerat multa. Elias maxima monstauerat documenta virtutum, nec dissimilia opera fecerat Eliszus: cur nemo personam discutit? cur nemo status commouet quæstionem? cur nemo vnde essent, qui ve essent, vnde ista, & per quem facerent curiositate sic requisituit ingratus: Sed iudicatur hic solus, qui solus iudicare noluit ne puniret: improba seueritate discutitur, qui vt largiretur veniam, nil quæsiuit: & cum solus innocēs inuenerit omnes reos, ad iudicium pietatis immensæ suscipere maluit, quam rogare sententiam: vt vitam mortalibus olium perditam redderet, & repararet ociosos. Verè sicut dixit Apostolus, Magnum pietatis est sacramentum quod Christi nostri manifestatur in carne. Extendit tamen adhuc curiositatem suam carnalis ista æmulatio, cui semper est inimica cogitatio: nec patitur Christum virtutibus, & sapientia Deum credi, sed proximorum, parètum, fratrum, affinium documento, hominem tantum asserit, gestit, optat, intelligit, dicendo: *Nonne iste est fabri filius & Mariæ? frater Iacobi & Ioseph, & Simonis & Iudæ? nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Caiphas prophano Prophetat ore: Et cum sacerdos esset, falsitatis suæ sensum vicit officio veritatis: sententiam non suo, sed adducti probat imperio. Balaam maledico benedixit ore, & conductus**

1. Tim. 3.

Ios. 11.

*A* ad nequitiam tota loquitur mysteria veritatis: & sicut in spinis rosa, hoc est, in frutice horrenti miri odoris flosculi germinantur: ita sensus aliquotiens pessimorum ad bona diuinitatis impulsu aguntur inuiti, vt non sit meriti, sed mysterij, quod loquuntur: quod tunc malitiæ Iudaicæ videmus euenisse, quæ in contumeliam dominicæ generationis, cum per artem Ioseph profapiæ Christi exaggerat veritatem, veri genitoris confiteretur, & loquitur qualitatem, dicendo: *Iste est fabri filius, Bene personam tacuit, vt proderet ex arte genitorem, dicendo non Ioseph, sed fabri filius. Et quis talis faber, qualis est iste, qui ex nihilo tantum, talem fabricatus est mundum? & quis faber talis, qui totius bonæ artis solus auctor, solus largitor existit? Dic ergo Iudæe fabri filium: vt Dei filium fatearis inuitus, dic Mariæ, vt verum hominem, sed virginis filium confitearis impulsus: dic fratres, vt tantam dignationem tui prædices & proferas creatoris. Et licet ipse genitricis sanctæ per hoc virtutes moliaris abscondere: tamen Euangelistæ veritas non Ioseph & Mariæ, sed Cleophæ sororis eius filios, quos tu fratres appellas, probat & asserit extitisse: vsus enim temporis etiam præsentis, germanorum & germanarum filios, fratres noscitur nuncupasse. Nunquam enim contra pietatis ordinem matrem dominus extero, hoc est Ioanni commendasset ex cruce, si alios ipsa præter illum filios suscepisset: sed virgini virginem tradit, vt inter tales cura sola sacramenti, sola societas religionis haberetur: nec mundanæ sollicitudini discipulus tantus iste seruiret, sed prædicaturus virginitatis partum, domi haberet vnde hoc dubitantibus approbaret: at Iacobus vnus scemine & matris habere non potuit curam: qui inter primordia, & in illo Iudaico tunc furore Hierosolymitanam singulariter rexit Ecclesiam: bene addidit dominus: *Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua.* Ecce qualiter carnales sapiunt ciues: ecce qualiter mundani parentes sentiunt & honorant. Beatus qui cum patrem meruerit habere Deum, præter cœlestem patriam nil requirit.*

Nume 21.  
& 24.

## DE PARALYTICO,

## SERMO L.

Diuis Hieronymo ac Ioanni Chryfostomo  
falso afcriptum.

**C**hriftus in humanis actib. diuina  
gessiffe myfteria, & in reb. visibili-  
bus inuisibilia exercuiffe negotia,  
lectio hodierna monftrauit. *Ascendit, inquit,*  
*in nauiculam: & transfretauit, & venit in ciui-*  
*tatem suam.* Nonne ipfe est qui fugatis flu-  
ctibus maris profunda nudauit: vt Ifraëli-  
ticus populus inter ftupentes vndas ficco  
vestigio velut montium cōcaua pertransi-  
ret? Nonne hic est, qui Petri pedib. maria-  
nos vertices inclinauit, vt inter liquidum  
humanis gressibus solidum præberet obse-  
quium? Et quid est quod sibi maris sic de-  
negat seruitutem, vt breuiffimi lacus tran-  
situm sub mercede nautica transfretaret?  
*Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit.*  
Et quid mirum fratres? Christus venit sus-  
cipere infirmitates nostras, & suas nobis  
conferre virtutes, humana quærere, præ-  
stare diuina, accipere iniurias, reddere di-  
gnitates: ferre tædia, referre sanitates quia  
medicus qui non fert infirmitates, curare  
nescit: & qui nō fuerit cum infirmo infir-  
matus, infirmo nō potest conferre sanita-  
tem. Christus ergo, si in suis māfiffet virtu-  
tibus, cōmune cum hominib. nil haberet:  
& nisi impleffet carnis ordinem, carnis in  
illo esset otiosa susceptio. Sustinuit ergo  
has necessitates, vt homo verus humanis  
necessitatib. probaretur. *Ascendit, inquit, in*  
*nauiculam.* Christus Ecclesiæ suæ nauē sæ-  
culi fluctus semper mitigaturus ascēdit, vt  
credentes in se ad cœlestem patriam tran-  
quilla nauigatione perducatur, & municipes  
ciuitatis suæ faciat, quos humanitatis suæ  
fecit esse cōsortes. Non ergo Christus in-  
diget nauī, sed nauis indiget Christo: quia  
sine cœlesti gubernatore nauis Ecclesiæ  
per mundanum pelagus tali, & tanto dif-  
crimine ad cœlestē portum non valet per-  
uenire. Hæc diximus fratres, quantum ad  
intelligētiā pertinet spiritualem: verūm  
nunc ipsius historiæ ordinem profequa-  
mur. *Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfre-*  
*tauit, & venit in ciuitatem suam.* Creator re-  
rū, orbis Dominus, posteaquam se propter  
nos nostra angustiauit in carne cœpit ha-  
bere humanam patriā, cœpit ciuitatis Iu-  
dæicæ esse ciuis, parentes habere cœpit pa-  
rentum omnium ipse parens, vt inuitaret  
amor, attraheret charitas, vinciret affectio,  
suaderet humanitas, quos fugerat domi-

A natio, metus disperferat, ferat ius potesta-  
tis extorres. *Venit in ciuitatem suam, & ecce of-*  
*ferebant ei paralyticum iacentem in lecto, & ve-*  
*spiciens, inquit, Iesus fidem illorum: dixit paralyti-*  
*co. Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua.* Au-  
dit veniam, & tacet paralyticus, nec vllam  
responderet gratiā, quā plus corporis quā  
animæ tendebat, ad curam: & temporales  
ærumnas resoluti corporis sic deslebat, vt  
æternas pœnas resolutionis animæ non  
desleret: gratiarum sibi præsentem vitam  
iudicans, quā futuram. Meritō Christus  
operantium fidem respicit, & vecordiam  
respicit sic iacentis, vt fidei alienæ suffra-  
gio paralytici anima antè curaretur, quam  
corpus. *Respiciens inquit, fidem illorum.* Cerni-  
tis in hoc loco fratres, Deum non quærere  
insipientium voluntates, non expectare  
ignorantium fidem, non infirmorum stul-  
ta desideria perscrutari, sed ad alterius fi-  
dem subuenire, quod per solam gratiam  
conferebat, cū quicquid diuinæ volun-  
tatis est non negaret. Et re vera fratres,  
quando medicus lāguentium aut quærūt,  
aut respicit voluntates, cum semper con-  
traria desideret, & requirat infirmus? hinc  
est quod nunc ferrum, nunc ignem, nunc  
amara pocula ingerit, & apponit inuitis,  
vt curam fagi sentiant, quam non poterāt  
sentire ægrotantes. Et si homo iniurias de-  
spicit, maledicta contemnit, vt fauciat  
morbo sponte vitam conferat & salu-  
tem: quantō magis Christus medicus bo-  
nitate diuina morbis faucios peccatorum,  
& phrenesi criminum laborantes, ad salu-  
tem etiam inuitos attrahit, & nolentes? O  
si velimus fratres, o si velimus omnē men-  
tis nostræ paralytism peruidere, animam  
nostram virtutibus destitutam iacere in  
vitiōrum stratis cerneremus: luceret nobis  
quemadmodum Christus, & nostras quo-  
tidie noxias respicit voluntates, & ad salu-  
taria nos remedia pertrahit, & perurget  
inuitos. *Fili, inquit, remittuntur tibi peccata tua.*  
D Hæc dicens, Deum se volebat intelligi,  
qui per hominem oculis adhuc latebat  
humanis: virtutib. enim & signis compa-  
rabatur Prophetis, qui per ipsum fecerant,  
& ipsi virtutes: peccatis autē dare veniam,  
quia penes hominem non est, & est singu-  
lare deitatis insigne, Deum illum pectori-  
bus inferebat humanis. Probat hoc Phari-  
sæicus liuor: nam cū dixisset, *Remittuntur*  
*tibi peccata tua. Responderunt Pharisæi. Hic bla-*  
*spheimat: quis enim potest peccata remittere nisi so-*  
*lus Deus? Pharisæe, qui sciendo nescis, cōfi-*  
*tendo negas, cū testaris, impugnas: si Deus*  
*est qui remittit peccata, cur tibi Christus*

Math. 9.

Exod. 14.  
Math. 11.

Ioh. 1.

Deus non est, qui vnus indulgentiæ suæ munere totius mundi probatur abstulisse peccata? Ecce, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vt autem possis maiora, cape eius diuinitatis insignia: audi eum pectoris tui penetrasse secretum: aspice eum ad cogitationum tuarum latebras peruenisse: intellige eum cordis tui tacita nudare consilia. *Et cum vidisset, inquit, Iesus cogitationes eorum: dixit quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid enim est facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula? Vt autem sciat, quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata: dixit paralytico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam: & surrexit & abiit in domum suam.* Scrutator animarum præuenit mentium maligna consilia, & deitatis suæ potentiam operis attestatione monstrauit, dum dissipati corporis membra componit, nervos stringit, iungit ossa, complet viscera, firmat artus, & gressus ad cursum suscitatur in viuo cadauere iam sepultos. *Tolle lectum tuum,* Hoc est, porta portantem omnes muta vices: vt probat est infirmitatis testimonium, sit probatio sanitatis: vt lectus doloris tui sit medicuratiōis indicium, vt receptæ fortitudinis magnitudinem ponderis asserat magnitudo. *Vade inquit, in domum tuam.* Ne Christiana fide curatus, in viis Iudaicæ perfidiam iam moreris.

DE DAEMONIACO, SORDO  
& MUTO.

SERMO LI.



Via solito plus sese terris æstus infuderat, diu tacui, ne compressio quæ ex desiderio nascitur audienti, ipsa nobis cynocaumatam generaret incendium: nunc vbi aerem temperies mitigauit autumnus, dominicum, iuuante Domino, reuocamur ad verbum. Cùm filium suum quidam furdi & muti spiritus furore possessum ingereret domino curandum Dominum præter morem patientiæ suæ Euangelista sic retulit, fuisse commotum, vt ante in patris vulnus ipse inuheretur, quàm ad filij moueretur curam. *Respondens, inquit, vnus, de turba, dixit, Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui vbiunque eum apprehenderit, allidit eum & spumat, & stridet dentibus & arescit: & dixi discipulis tuis, vt eicerent eum & non potuerunt: qui respondens eis dixit, O generatio incredula. Respondens vnus de turba, quid est quod vno interrogante feriuntur multi? quid est quod cõquirente vno, increduli-*

Marc. 9.

tatis notantur omnes? quid est quod ad vnus vocem tota generatio superba perfidiam nuncupatur? quid est? quia iste non ad Deum venerat sed ad magistrum venerat: curam non à virtute exigens, sed ab arte: tarditatem curæ non causæ deputans, sed curandi impossibilitatem discipulorum magistri imperitiæ assignans: Iudaico liuori, inuidiæ Scribarum talem satisfaciens per clamorem, *Et dixi discipulis tuis, vt eicerent eum & non potuerunt.* Hoc est dicere, esse diabolum, qui Christo non crederet: esse dæmonem, qui parui possit Christi nominis habere virtutem. Discipuli non suæ, sed Christi nomine dæmones de obsessis corporibus effugabant. Quod ergo dæmon discipulis imperantibus non cedebat: iste ad infirmitatem Christi nominis, non discipulorum trahebat ad culpam. Vidēs ergo Dominus Iudæorum sic circumstantes sapere cateruas: in filiis patrum perfidiam sic inurit, & in genitoribus germina sic venenosa percellit. *O generatio incredula. Veniens, inquit, Dominus ad discipulos suos, vidit circa illos turbam magnam, & Scribas conquirentes cum illis: & confestim omnis populus videns Iesum stupefactus est, & expauerunt.* Timentes utique ne quod insultauerant discipulis, veniente magistro hoc perderent: & tanto dæmone fugato ipsa fieret discipulis causa gloriæ, quæ fuerat confusionis occasio. Hinc est quod dominus vno omnibus interrogante respondit. *O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? Quorum incredulitate neque vnus dæmon captiuo fugatur ex corpore. Quamdiu apud vos ero? Et non ad gentes mittam? vbi ad vnus discipuli mei vocem templa corruunt, simulacra fugiunt, consumuntur aræ: cadunt idola, cæduntur luci, tota dæmonum potestas antiquis & veternotis sedibus suis gemens & tremens & eulans effugatur: commutantur in Ecclesias delubra, in altaria vertuntur aræ, pecorum victimæ mortuorum in viuam cordis hostiam trāsferuntur, auguria, diuinationes, somnia, in solo Dei nutu, in Dei tantum constituuntur arbitrium. Quamdiu apud vos ero? quamdiu patiar vos? Patitur patientia, non timore: non necessitate, sed misericordia: expectatione: non metu hos patitur, portat, expectat, qui redire vult impium, nō perire. Afferre illum ad me, quasi longe positum curare non possit, sed afferre vos incredulitatis vestræ causam, infidelitatis titulum, perfidiam documentum. Afferre illum, Vt qui saltem docti Deo noluitis credere, vel dæmone confitente credatis & sentiat is vos ipso diabolo ne-*

quiores, cum videritis illum confiteri, tremere sui mox presentia cognitoris. *Et attulerunt eum, & cum vidisset eum, statim spiritus concurbat illum & elisus in terra volubatur spumans.* Volubatur homo, sed diabolus torquebatur: inuasum vexabat cura, sed inuasorem maiestatis iudicis arguebat: sistebatur captus, sed puniebatur hostis, diaboli pœna cruciatu humani corporis apparebat. Opus est fratres, opus est Dei lumine, ne in opere Dei oculi sic fallantur humani. *Et interrogavit patrem eius, quantum temporis est, ex quo hoc accidit ei? at ille ait ab infantia.* Requirit passionis tempus auctor temporis, medicus passionis tempus requirit, non ut nescius, sed ut sciens nescientibus prodatur: denique interrogatione tali tempus aperit, ætatem pandit, reuoluit infantiam, ut tanti mali causa non rãgat sobolem, sed parentem: quia à Deo sibi datum pignus ad diaboli gratiam dæmonum retulit ad honorem dicente scriptura. Et obtulerunt filios suos & filias suas dæmonijs. Infantia ut in se diabolo locum faceret, quid criminis admiserat? quid reatus? sed replentur dæmone paruuli quando à parentibus suis offeruntur diabolo, dæmonum ducuntur ad curam. Deniq; patris fide soluitur, quæ patris infidelitas alligarat. Patris vox est. *Si quid potes, adiuua nos misertus nostri.* Hoc est, nos adiuua, miserere nobis, quorum reatus aggregat innocentem, ad quorum pœnam infantis periculum sic redundat. Et bene dominus à parentibus, fidem repetit, dicens: *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.* Et pater. *Credo Domine, adiuua incredulitatem meam.* Pater credit: & sicut diximus, patris liberatur fide, qui patris fuerit infidelitate damnatus. Nam cui genitoris fides profuit quomodo ei genitoris perfidia potuit non obesse? Quomodo autem sanatus sit, vel quare discipuli, qui multos eiecerant dæmones, hunc nequiuerint effugare, iuuantem Domino secuturo sermone pendemus.

## DE EISDEM,

## SERMO LII.

**D**octoris officium est lecta differere, & mysticis obscurata sensibus lucido astruere & demonstrare sermone, ne minor intelligentia inde perniciem generet auditori: unde scientiam conferre debuit, & potuit salutarem. Hæc est igitur hodiernæ consonantia lectionis. *Et respondens vnus de tur-*

Marc. 9.

*ba, dixit: Magister, attuli filium meum habentem spiritum surdum & mutum.* Non dixit, attuli filium meum surdum & mutum, sed attuli filium meum habentem spiritum surdum & mutum. Nunquid nequitia spiritalis humanis distinguitur membris, & sensibus angustatur humanis, ut debilitates nostras, nostras perferat passiones: nec videre possit, nisi fenestris oculorum, & foraminibus aurium capere auditum, sermonem lingue, aut oris officio proferre: & per hoc surdi, mutiq; statum miserabilem sustinere cum tenuis & aërea natura carnem nesciat, refutet ossa, velut aura spirans orbem totum temporis trãseat in monumeto: diuersas species assumat, varias mutetur in formas, corda penetret, illudat animabus, inspiret impias & turpissimas cogitationes: nec unde veniat, aut quo redeat, sentiat: ac si innocuas mentes, velut iaculum volans, lethali vulnere, & tota facilitate transuerberet? Parum esset si hoc pater solus sua supplicatione dixisset, cum dicit: *Attuli filium meum habentem spiritum surdum & mutum.* Nisi dominus ipse immundum spiritum tali increpatione depulisset. *Surde & mute spiritus ego præcipio tibi: exi ab eo.* Sed iam quæ ad solutionem quæstionis pertinent, prosequamur. Deus qui dæmones est perpetuo crematurus incendio, qui iam eos, & in presentia astringit vinculis, angit cruciatibus, vrget pœnis: potest & cum iussit tota debilitate truncare, atq; eo modo quo vident, quo audiunt, quo loquuntur cæcos reddere, surdos & mutos facere ne loquantur. Sed in hoc loco quid diabolus homini fecerit, declaretur. Antiquus refuga, vbi Deum terris reperit aduenisse, obstruxit aures hominum, vinxit linguam, & obferat humani sensus foribus speluncæ suæ latebram pectus fecit: & parauit humanum: æstimans quod illuc auditus verbi, virtus diuini nominis non veniret; simul ut est dolosus, & callidus patrem capere, parentisque tali se credidit decipere figmento, ut desperarent curari posse eum, qui audire nec poterat, nec fari, & ut quod erat diabolici operis, esse crederent debilitatis humanæ, deputarent pignori, ascriberent naturæ quod intulerat hostis inclusus. Denique sicut Matthæus de eodem refert: & alia simulatione istius miseri fefellerat patrem: nam ibi sic supplicat, *Domine miserere filij mei,* quia lunaticus est & malè torquetur. Aut humanæ naturæ, aut cœlestis elementi dæmon, quod suæ artis fuerat, voluit tunc videri, aptans lunæ cursibus hominis passiones, vexabat cor-

Math. 17.

pus lunaribus incrementis : vt esse lunæ crederent, quod erat diabolici criminis & furoris. Sic homines illis, circumuenit gnaros: infamavit apud fides creaturam quæ lumini tantum condita ledere nescit, homines quos continua magis iuuare cogit seruitute. Verum posteaquam venit occultorum cognitor, inspector validissimus secretorum, cui latentia diaboli non poterunt obuiare figmenta, adducitur puer sanandus præceptione diuina: vt quicquid diabolus vinxerat, solueretur à Christo. Egit, egit inimicus vt hoc quod videbatur, esset naturæ. Sed quare discipuli non potuerunt eijcere eum? Quia hic homo gentilis populi producitur in figuram: siquidem gentilis populus, iuxta Apostolum, habebat spiritum aëris huius. Aëris, inquit, spiritus qui nunc operatur in filiis dissidentia. Hic ergo erat surdus & mutus, qui nec audire legem poterat, nec Deum poterat confiteri, sed in igne gehennæ, & per aquas amari semper gurgitis iactabatur: nec poterat à discipulis, vel vilo homine sanari, quia Christus olim auditus fidei confessio salutis, gentium redemptio dicebatur & vita. Denique vbi imperio Christi fugatus est diabolus, patefcunt clausa, vincula soluiuntur, sermo redditur, auditus redit, homo reparatur, & solus diabolus deslet diurna se possessione detrusum. Hinc est quod veniens ex gentibus impositione manus, & exorcismis antè à dæmone purgatur, & aperitionem aurium percipit, vt fidei capere possit auditum, vt possit ad salutem prosequente Domino peruenire.

DE PACE,  
SERMO LIII.

**B**Eati pacifici, ait Evangelista, charissimi, quia ipsi filij Dei vocabuntur. Merito Christianæ virtutes virefcunt in eo, qui vnanimitatem Christianæ habet pacis, nec peruenitur ad vocabulum filij Dei, nisi per nomen pacifici. Pax est charissimi, quæ spoliat hominè seruitute, dat nomen ingenuum: mutat apud Deum cum conditione personæ: ex famulo filium, liberum facit ex seruo. Pax fratrum voluntas est Dei, iucunditas Christi, perfectio est sanctitatis, iustitiæ regula, magistra doctrinæ, morum custodia atque in rebus omnibus laudabilis disciplina. Pax suffragium precum est supplicationum facilis, atque impetrabilis via, desideriorum omnium compe-

Atens plenitudo. Pax dilectionis mater est, concordia vinculum, ac puræ mentis iudicium manifestum, quæ sibi exigit de Deo quod velit: quæ quicquid voluerit, petit, quicquid petierit, sumit. Pax præceptis regalibus cõseruanda est, ipso Domino Christo dicente: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, hoc est dicere: In pace vos dimisi, in pace vos inueniam: proficiscens voluit dare quod desiderabat rediens in omnibus inuenire. Cœleste mandatum est seruare quod dedit: vna vox est, inueniam quod dimisi. Plantare pacem radicitus est Dei: euellere, penitus inimici. Nam sicut amor fraternitatis ex Deo est, ita odium ex diabolo: quapropter danda sunt odia quoniam scriptum est. Qui odit fratrem suum, homicida est. Videtis ergo fratres dilectissimi, quare pax amanda est, & diligenda concordia: ista sunt enim quæ generant & nutriunt charitatem: scitis autem secundum Apostolum, quia charitas ex Deo est: sine Deo ergo est, qui non habet charitatem. Pax plebis charissimi est gloria sacerdotis, & pacis plena lætitia est perfecta charitas filiorum Sacerdotis est admonere quod decet, plebis est audire quod monet: quicquid non licet, pastoris est prohibere, gregis audire ac velle ne fiat: vtraque si conueniant, salua sunt omnia, nec Deus inuenit in plebe quod puniat, nec sacerdos potest habere quod doleat. Seruemus ergo fratres mandata quæ vitæ sunt, teneat se profundæ pacis nexibus colligata fraternitas & salutari vinculo charitatis mutua se dilectione constringat, quæ operit multitudinem peccatorum. Dilectio ergo omnibus desiderijs amplectenda est: quæ tot bona potest habere, quot præmia. Custodienda præ omnibus virtutibus pax est, quoniam Deus semper in pace est. Locum non demus inimico, ne in tritici segete valeat seminare zizania, & securo iam rustico, & spe longi laboris eluso, expectatos fructus ipsa messis maturitate perdat, aut vinum vetustate suae in liquorem perfidæ demutarum infusa fœcis permixtione conturbet, aut inter dulcia mella felle venena amariora confundat. Procul contentiones, procul lites, procul maledicta nutantur: & quia laqueus est mortis, lingua susurronis & bilinguis, parcat vnusquisque animæ suæ, ne in supplicium suum vincula sibi mortis innectat. Amate pacem, & tranquilla sunt omnia: vt & nobis præmia, & vobis gaudia referueris, vt ecclesia Dei in pacis vnitatem fundata, perfectam in Christo teneat disciplinam.

Eph. 2.

Math. 3.

Ioh. 14.

Ioh. 3.

Ioh. 4.

## DE ZACCHÆO.

## SERMO LIV.

**B**eatatus Euangelista proximè dum diuitis inhumani vitam describit & finem, humanos mouit & mœstificauit affectus: sed hodie Zacchæi diuitis humanitatem, fidemque referendo, cœleste nos extulit, & prouexit ad gaudiū.

*Et ingressus, inquit, Iesus, perambulabat Hierico.*

Luc. 19.

Quare perambulabat, non ambulat? Quia quod Moyses ambulauerat, perambulabat Christus: & populum quem Moyses induxit in via, Iesus ad quietem promissæ mansionis adduxit. *Perambulabat Hierico.* Hiericho ciuitas ipsa est, quam Iesus Naue septeno tubarum clangore subuertit. Sed quia

Ios. 6.

Christus venit saluare quod perierat: ingreditur Hiericho, vt quod lex terribili vociferatione deiecerat, Iesus clamore piæ prædicationis attollat. *Iesus, inquit, ingressus perambulabat Hierico, & ecce vir nomine Zacchæus, & hic erat princeps Publicanorum, & ipse diues.* Princeps publicanorum in ciuitate perdita, perditio operis Zacchæus egisse scribitur principatum: ex loco, persona, officio, reatus magnitudo monstratur, vt ex magnitudine criminis remittentis luceat magnitudo. *Et quarebat Iesum videre.*

Qui Christum videre quærit, cælum vnde Christus est, non terram, de qua aurum est, intueatur. Diues ergo, qui sursum respicit non portat diuitias, sed præculcat: nec incuruatur diuitijs, sed leuatur: atque agit diuitias ad largientis obsequium, non ad diuitiarum auaritiæ seruitutem: diuitiarum seruus, non Dominus est auarus: at misericors tot seruos se probat habere quot nummos. *Quarebat Iesum videre, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.* Satis hic animo magnus erat qui pusillus videbatur in corpore: nam mente tangebatur cælus, qui corpore homines non æquabat.

Nemo ergo de breuitate corporis, cui addere nil potest, curet: sed vt fide emineat, hoc procuret. *Et præcurrens, ascendit in arborem.* Quibus putas iste gradibus altissimæ arboris peruenit ad ramos? Iste calcavit terram, superascendit auram, transcendit auaritiam, & totam diuitiarum supergressus est molem, vt proliens in arborem veniæ, misericordiæ apprehenderet fructū: & de specula confessionis, indulgentiæ cerneret largitorem. *Ascendit in arborem Sycomorum.* Mysterio, non causa ascendit in arbore Sycomorū: vt vnde Adam texerat nuditatem corporis, Zacchæus inde velaret fœ-

ditatem auaritiæ. *Ascendit in arborem Sycomorum, vt videret Iesum, quia inde erat transiturus.* Verè dixit transiturus: quia Christus, per terrenas vias & humanos labores non mansurus venerat, sed venerat transiturus. *Cum autem Iesus venisset ad locum, suspiciens, vidit eum.* Quasi si illuc non vertisset oculos non videret, qui Nathanaël cū absens esset sub eadē arbore lōgè vidit: sed vidit eum, vidit ad veniā: respexit ad gratiā, intendit ad vitā, cōtēplatus est salutē. Deus quem videt non vt ignorans, agnoscere cupit, sed vt sciens ad gloriam vult videre. *Vidit eum, & ait ad illum. Zacchæe festinans descende, quia hodie oportet me in domo tua manere.* Si bene ascēderat, quare ei dicitur descende? Superius dixit, præcurrens, ascendit arborem, præcurrit seruus dominum: & ante Zacchæus ascendit arborem, quam crucem dominator ascenderet: hinc est quod dicitur ei, *Festinans descende.* si sapias, festinans descende: descende ante Dominum de Adamatia arbore, vt post crucem dominicæ passionis ascendas. Nisi quis tulerit crucem suam, & secutus me fuerit: non dixit, præ-

Ioan. 1.

cesserit me. Descende ergo vt deponas tātæ fraudis onera, pondera cupiditatis, vsurarum molē, magisterium publicani, exactionis crudelissimæ principatum, expeditus intres pauperis scholam, discipularum misericordiæ, pietatis vsuum, patientiæ disciplinam, studia virtutum, scientiam diuinitatis, tolerantiam passionum, philosophiam mortis, atque inter vitalis ligni ardua iam perfectus ascendas. *Descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.* Cuius domum non intrauerit Christus, ille ad diuinam non perueniet mansionem: & cuius hic ad mensam non sederit Christus, ille cœlestem non accumbet ad mensam. *Et festinans descendit, & suscepit eum gaudens.* Gaudet, quia suscepit susceptorem suum, quia pastorem suum pascit, quia reus iudicem suffragio humanitatis inclinatur, quia cibi & potus fœnore debitorem suum sibi facit & acquirit: & sic fit, vt quæstū non perdat publicanū iste, sed sit muter. *Et cum viderent, inquit, omnes marmurabant dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset.* Et quis sine peccato? Et si nemo, ipse sibi veniā negat, qui Deū quod ad peccatores ingreditur, accusat. Deus quādo peccatorē quærit, nō peccata, sed hominem quærit: vt peccatū quod est opus hominis, despiciat: vt opus suum quod homo est, non amittat. Audi

Matth. 10.

Prophetam dicentem: Auerte faciē tuam à peccatis meis: hoc est, ab operibus meis. de se aurem, Opera manuum tuarum ne

Psal. 50.  
Psal. 137.

despicias. Iudex cum vult ignoscere hominem respicit non culpam: pater cum misereri vult filio, affectum cogitat, non delictum: sic in homine Deus sui memor est operis, ut operis obliuiscatur humani. Tu ergo qui reprehendis, qui murmuras, cur ad peccatorem diuerterit Christus, viam salutis, exemplum veniæ, misericordie spem: de tali ingressu cape, & caue ne hoc tibi sit blasphemandi materia, quod tibi occasio est salutis, Quo medicus nisi ad ægrum? Non est opus, inquit, sanis medicus, sed malè habentibus, vbi anhelus pastor, nisi ad ouem perditam: Quando se ex hostibus immiscet, nisi cum vult liberare captiuum? Et qui pretiosam perdit margaritam, loca squallida non designat intrare, & eam inter stercorea ipsa perquirere non abhorret. In quod præceps post filium non se dat mater? Et arguitur Deus qui creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam: quare hominem inter peccata charitate conditoris inquiris? Murmurat homo quare hominem Deus inter peccata quærat: quid facies cum videris eum propter hominem ipsas tenebras tartari penetrare? Audi tamen quid ingressus ad peccatorem fecerit Christus. *Stans, inquit Zachæus, dixit. Vides quomodo erectus est qui iacebat. Iacemus in vitijs, & iacemus oppressi: stamus, cum bonis operibus erigimur ad profectum. Stans, inquit, Zachæus, dixit, dimidium bonorum meorum do pauperibus. Iste post mortem se credit esse victurum, qui dimidium bonorum iam futuram transmittit ad vitam. Sit licet ille perfectus, qui totum quod habet illuc, vbi victurus est, semper hinc præmittit: est iste tamen virtutum socius, confors prudentiæ, fidei particeps, qui ad Deum vel dimidium mittit: quia homo quod hinc reliquerit, hoc amittit. Et te vera fratres, sicut se iste ibi credit viuerè, qui illuc transmittit sua: ita ille se sibi non credit esse victurum, qui sibi illic quod habere debeat, nil parat. Nā si paupertatem vix ferre possumus temporalem, in æternum mendicus fieri quis durabit? Quis militans non ad patriam mittit, quicquid bellico sudore conquirat, ut adolescentiæ labores senectus deliciosa compenset? Et Christianus cui militare est id quod viuat in sæculo, quomodo non cogitat ut pericula terrena otijs cœlestibus consoleretur? Qualiter hæc faciat Christianus, Zachæus ipse & verbo docet & monstrat exemplo. *Dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si cui aliquid fraude abstulisti, reddo quadruplum. Qui aliena prorogat,**

A plus dando diripit, quàm furando: nec compescit inde dolentum gemitus sed producit. Audio dicere, qui de fraude Deo offert, cumulat crimina, non emundat: quia Deus in tali munere exuuias suorum pauperum, non misericordias intuetur. Sine causa Deo plorat, contra quem iuste causa pauperis plorauerit Deo. Dei vox est: Si pignus tuleris fratri tuo tunicam, ante solis occasum reddes illi. Sicut furem lucerna prodit, ita soleos qui fraudantur, accusat. Si volumus Deo offerre nostra, si apud Deum quæ nostra sunt, possidere volumus, mercamur & nos audire talia, qualia Zachæus audiuit. *Hodie domui huic salus aduenit, quia & hic filius est Abrahamæ. Inhumanus diues cum esset filius Abrahamæ, factus est gehennæ filius: iste cum esset rapinæ filius, dando sua, aliena reddendo Abrahamæ adoptatur in filium. Ne quis tamen putet Zachæum offerendo dimidium bonorum perfectionis non tenuisse fastigium, qui post omnia sua, & se ipsum sic dedit Domino, ut episcopatus honore fultus à mensa publicani quæstus ad mensam dominici corporis perueniret: & fraudulentas seculi diuitias derelinquens, in paupertate Christi veras seculi diuitias inueniret.*

IN ILLVD LVCAE, QVIS  
ex vobis patrem petit panem, &c. Deque  
patrum in filios charitate.

SERMO LV.

**R**oste equam præcepta legis diffusam voluminibus, congesta libris, amorem nobis non suffecerunt commendare diuinum duris hominum præcordijs, comparationibus, exemplis, inseritur Dei, & insinuat affectus. *Quis, inquit, ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouem, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostros bona dare filijs vestris: quanto magis pater vester cœlestis spiritum bonum dabit petentibus se? Quis ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Charitas dolū non habet: fraudem pietas, affectio non recipit falsitatem. Si pater est, non potest non amare: si amat, nisi quod bonum est dare nescit: negat patrem, qui de patris suspectus est largitate: ignorat se filium, quem data paterna sollicitant: totum quod est pietatis excludit, qui salutare non cre-*

dit quicquid dederit pater: aut quomodo pater poterit filijs dare mala pro bonis, qui mala semper pro filiis paratus est sustinere, qui pro filijs, mortem non refugit, pericula non declinat? Ideoque te Deus patrem fecit: ideo à te voluit hominem procreari, qui utique quod te de terra fecerat, poterat fecisse quamplurimos: sed egit, ut generando scires quanta esset generantis affectio, & in te amorem tui tantum probares authoris, quantum ipse author pignoris tuo pignori conaris impendere. Certè non solum in te quid esset generantis affectio, sentire te Deus voluit, sed in feris, & in pecudibus, & auibus, hoc Deus voluit te videre: quæ cum de terra produxerit sola iussione, postea laborem sentire compulit generandi: mutare patrias, loca cubilibus apta conquirere, fetus locorum difficultatibus communire, gemitibus edere, maximis laboribus enutrire, ac se morti, si natos suos capi viderint, non negare. Vnde si non hominis, vel ferarum comparatione, pecudum similitudine, exemplis auium, discere, quanta sit in paterna charitate sinceras. Si ergo Deum credis, & confessus es patrem, quicquid iusserit, quicquid in te elegerit, crede tibi satis esse salutiferum: crede satis esse vitale. Matris data discutere non licet, patris monita retractare non conuenit, sit licet paterni mandati species tristior, res tamen ipsa salutifera & vitalis. Sic Abraham ubi Deum patrem credidit, mandatorum formas non attendit asperas & acerbas: circumcisionem recipit verecundam: & quæ cœlestis pater iubet non discutit, sed iudicat gloriosa, parricidium cõsiderat per scelestum: sed quia Deus imperat, totum pietati committit. Hinc Isaac patris super se gladium cum videret, hostiam se esse eum horrere, cum dolore poterat, est gaudius: Hinc Iephte filia patris munus, patris vota, sua morte tota gratulatione persoluit. Quare ergo iam sciens Deum de patris disputat datis, cum paruulus & innocuus quærit à patre, non sibi bona & profutura percipit? Sed cur has similitudines Dominus fecerit, perquiramus. *Quis, inquit, ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Potuit dicere, nunquid zizania, nunquid lolium, quod ex vicinitate & similitudine mentitur panem, sed generat angustias? Sed Christus venerat filijs, id est Iudæis, quos genuisse tali clamore quærebatur. Filios genui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me: venerat ergo filijs, venerat panis de cœlo, qui dixit. Ego sum pa-*

nis qui de cœlo descendi: sed Iudæis est conuersus in lapidem offensionis, & petram scandali, dicente Domino: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali. Quare petram? Quia mordere petram, non panem à patre quærere gestiebant. Circumdederunt me, inquit, canes multi. Denique posteaquam illi ex hominibus in canes probantur esse conuersi, cœlestis illis in petram conuersus est panis, non dantis vitio, sed accipientis nequitia: qui illos non reficeret, sed necaret, nec in fundamento positus promoueret ad culmen, sed eos qui sui patris tendebant ad necem, in profundam daret & volueret in ruinam. Adiecit aliam similitudinem. *Nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Erat & piscis Christus Iordanis leuatus ex alueo, qui carbonibus impositus passio-num, post resurrectionem suis, id est discipulis, escam præbuit tunc vitalem: sed Iudæis in serpentem piscis iste commutatur, dicente Domino: Sicut Moyses exaltauit serpentem in eremo, ita exaltari oportet filium hominis. Iudæus in serpente videbat Christum, quia impius oculus Deum videre non potest: non potest videre pietatem. Dixit & tertiam similitudinem. *Nunquid si petierit ouum, porriget illi scorpionem? Confectum est, & solenne semper paruulos ouum petere, & parentes ouum pusillis petentibus non negare: sed quia Christus venerat congregare sicut gallina pullos suos, ouum protulit verbi, per quod Ecclesie germina sancta nutrentur: sed quia Iudæus per inuidiam effundere magis, quàm sumere ouum id volebat, reperit ibidem scorpionem: ut iuxta Apostolum: Mandatum quod erat illis in vitam, hoc illis esset ad mortem. In commendationem pietatis tria dominus protulit, & demonstrauit exempla, ut tribus testimonijs, sicut tribus testibus, & pios ad fidem sui amoris animaret: & confutaret impios, non patris, sed suo vitio charitatis gratiam non cepisse.**

DE SYMBOLO APOSTOLORUM.

SERMO LVI.

**S**ollicitaret me acerbi partus subita & confusa tempestas, & immatura germinum me pullulamenta turbaret, nisi crebro disruptis temporum moris, & rudi latrocínio, & fractis viscerum.

Gen. 17.

Gen. 22.  
Iudic. 11.

Ipsa. 1.

Ioan. 6.  
Rom. 9.  
Esa. 8.  
Esa. 28.  
Psal. 22.

Ioan. 3.

Matth. 23.

Rom. 7.

viscerum claustris, repentina viuendi lu-  
 cra quærent, & raperent nascituri. Hinc  
 est, quòd homo sæpe mensis decimi despici-  
 ens terminum, septimo mense angustas  
 primæ domus, & arctas vteri abijcit & de-  
 ferit mansiones, vt præliator nouus ante se  
 tēpus euicisse gaudeat, quã dependat ipse  
 suã tēporibus seruitutem. Et si hoc huma-  
 nã licet naturã, naturã cælesti quid ob-  
 stare poterit, & diuinã? Aut quid sanctus  
 Spiritus non potest, si hoc potest caro? Aut  
 quomodo gratia superna non efficit, quod  
 fragilitas obtinet & implet humana? Non-  
 ne sic Paulus acerbo dolore viam nostræ  
 vexauit, & viscera genitricis, vt cælesti  
 turbine, ac tota tempestate Ecclesiæ præ-  
 ueniret tempora parientis: vt subito, & in-  
 via nasceretur, qui erat ad fidem viam gen-  
 tibus præbiturus: mēritò se abortiuum  
 nuncupat, & miratur se fuisse natum, qui  
 nouit se nulla conceptus tempora pertu-  
 lisse. Namq; cum adhuc hostis ipse cæde-  
 ret extrinsecus sanctæ matris vterum, &  
 in ipso ortu pignora veneranda collideret,  
 repente sanctum mutatur in germen, qui  
 ipsius germen fuerat ferocissimus perse-  
 cutor. Eunuchus etiam generatur in via:  
 vt quem castrauerat humana temeritas ad  
 hominis seruitutem, & intra regis aulam  
 inuita castitas collocarat, voluntaria casti-  
 tas, & votiua ad cælestis aulae gloriam, ad  
 æterni regis promoueret & transferret ob-  
 sequium. Beatus iste cui datum est, vt pa-  
 latij infulas non amitteret, sed mutaret.  
 Hæc dicit ratio filioli, vt vos quos tristes  
 suscepimus ad matris vterum, lætissimos  
 perducamus vno, eodēque momento.  
 Audite fidem: orationem discite. Sed  
 quia impediēte tempore nec nos vobis  
 possumus aperire mysterium, nec vos no-  
 bis potestis solēniter reddere quæ tradun-  
 tur, agite vt & nunc symboli simpliciter  
 verba discatis: & Paschali tempore quo  
 plenius hæc traduntur, sacramenti ipsius  
 interiora possitis agnoscere. Accipite quod  
 vultis: quod desideratis, inuadite: quia re-  
 gnum cælorum vim patitur: & qui vim fa-  
 ciunt, diripiunt illud: accipite quod vul-  
 tis: & quod vis, potest tollere, gratia largia-  
 tur. Ingressus vitæ, ianua salutis, introitus  
 fidei, singularis, innocens, & pura cōfessio  
 perdocetur, dicēte Propheta: Intrate por-  
 tas eius in cōfessione. Vnde idem Prophe-  
 ta taliter admonitus, Dei in se loquentis  
 aditum morum postulat, dicens: Aperite  
 mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas con-  
 fitebor domino. Videtis quia non potest  
 confiteri, qui non fuerit ingressus hæc do-

num salutis, & fidei, in quam sicut intro-  
 mittit confessio: ita negatio de ea indubi-  
 tanter excludit. Sed quomodo cōfitendū  
 sit, audiamus. Corde, inquit, Apostolus  
 creditur ad iusticiam: ore autem confessio  
 fit ad salutem. Et quid crederetur, osten-  
 dit. Si credis, inquit, dominum Iesum in  
 corde tuo, & ore confessus fueris, saluus  
 eris. Corde creditur ad iusticiam: ore con-  
 fessio fit ad salutem: magnū filioli per hoc  
 fidei nostræ videmus esse compendium,  
 quando inter cor & linguam totum salutis  
 humanæ versatur, & geritur sacramentū.  
 Habes homo vnde credere debeas, corde  
 creditur ad iusticiam: habes vnde debeas,  
 confiteri, ore confessio fit ad salutem. Et  
 quid dicam? Totum in se habet homo, qui  
 se habet: ipse autem se habet, qui Deum  
 habet, Deum verò habet qui cum suum  
 credit, & confitetur auctorem: Signate  
 vos. Fides quæ capitur auditu, corde cre-  
 ditur: ore promitur ad salutem, in secreto-  
 mentis est collocanda: & ipsis est nostri  
 pectoris cōmittenda vitalibus, ne dum char-  
 tis, & atramento describitur incautè, non  
 reseruetur credulis ad vitam, sed prodatur  
 perfidis ad ruinam. In te homo custodire  
 debes, quod tibi extra te positum poterit  
 deperire.

IN SYMBOLVM APOSTOLORVM,  
 SERMO LVII.

**B**Eatus Isaias Euangelista non mi-  
 nus, quam Propheta, immunda la-  
 bia se habere, & in medio populi  
 habētis labia immunda se habitare deplo-  
 rat, dicens: O miser ego, quoniam cōpun-  
 ctus sum, quia cum sim homo, & immun-  
 da labia habeam: in medio quoque popu-  
 li habentis labia immunda ego habitem,  
 regem dominum sabaoth vidi oculis meis.  
 Super humano percellitur hic dolore,  
 quia quod de Deo sentit & videt, loqui nō  
 valet, annūciare nō potest, non potest cō-  
 fiteri. Quantum caro angusta est, animo  
 suo arcta sunt labia tantum: lingua tan-  
 tum breuis est suæ mentis interpres. In  
 carne ignis anhelat inclusus, vaporat ve-  
 nas, inflammat viscera, exæstuat in medul-  
 lis, totaq; hominis interna semper incen-  
 dit, quia quod mentis contemplatur af-  
 fectu, ore depromere, effundere labijs,  
 lingua distinguere, & in totum non suffi-  
 cit euaporare sermonem. Hinc est, quod  
 Isaias vbi vidit regem cæli, hoc est Chri-  
 stū, ipsumque esse dominum sabaoth, cla-  
 ra visione conspexit sua, sui que populi la-  
 bia immunda defleuit: quia sicut illustrat

corda, purgat ora, labia emundat Christi A  
 confessa diuinitas, ita Christi polluit ne-  
 gata maieftas. Sed quid iste profecerit  
 Prophetæ gemitus audiamus. Et miſſus  
 eſt, inquit, ad me vnus de Seraphim, qui  
 in manu habebat carbonem, quem for-  
 cipe tulerat de altari, & tetigit os meum,  
 dicens: Ecce hoc tetigit labia tua: & ab-  
 ſtulit iniquitates, & peccata circum pur-  
 gavit. Non eſt huius temporis dicere, cur  
 vnus mittitur, & quis ſit iſte qui mittitur:  
 & quantus eſt qui carbonem ſuperni ignis  
 ſic manu geſtat intrepidus, imo ſic ſuo tē-  
 perat attactu, vt Prophetæ purget labia,  
 non perurat: ſed nunc nos etiam toto cor- B  
 dis compungamur affectu: noſque in hac  
 miſeria carnis miſeros eſſe fateamur, im-  
 munda quoq; labia nos habere pijs gemi-  
 tibus deſteamus, vt vnus iſte de Seraphim  
 legis gratiæ forcipe acceptum de ſuperno  
 altari nobis igniturum fidei deſerat ſacramē-  
 tum, taliq; moderamine noſtrorum tan-  
 gat ora labiorum, vt iniquitates auferat,  
 peccata depurget, & ora noſtra ſic in flam-  
 mam plenæ cōfeſſionis accendat, vt ſit iſta  
 ſalutis aduſtio, nō doloris. Petamus etiam  
 vt ad corda vſque noſtra perueniat calor  
 iſte carbonis, vt de tanta ſuauitate myſte-  
 rij, nō ſolum labijs guſtum, ſed iſtis totam C  
 fatietatem ſenſibus, & mente capiamus: &  
 ſicut Iſaias poſt emundationem labiorum  
 ineffabilem partum Virginis eſt locutus,  
 dicens: Ecce Virgo in vtero accipiet, & pa-  
 riet filium: ſic nos paſſionis ſacramentum,  
 & reſurrectionis referamus gloriā. *Credo*  
*in Deum Patrem omnipotentem.* In Deum vos  
 hodie meritō cōfitemini credidiſſe. Quan-  
 do deos, deaſque ſexu diſpares, numero  
 confuſos, turba populares, viles genere,  
 fama turpes, impietate maximos, primos  
 ſcelere, crimine ſingulares, iſtis etiam ſe-  
 pulchrorum fuorum vultibus accuſatos,  
 lætamini vos fugiſſe: quia miſerix, doloris,  
 & inſelicitatis eſt, tantos, & tales habuiſſe D  
 ſeruulos, quantos vos, & quales dominos  
 hætenus pertuliſtis: ſed ad vnum viuum,  
 verum ſolum, ſed non ſolitarium Deum  
 vos perueniſſe gaudere, dicendo: *Credo in*  
*Deum Patrem.* Iam cōſiteatur filium qui  
 nominat patrem: quia qui vocari pater, pa-  
 ter dici voluit, habere ſe filium clementer  
 oſtendit, quem non accepit ex tēpore, non  
 genuit in tempore, nō ſuſcepit ad tempus.  
 Diuinitas nec initium capit, nec recipit fi-  
 nem, nec admittit poſterū, quæ non agnoſ-  
 cit occaſum. Deus filium non doloribus  
 parturit, ſed virtutibus eſſe manifeſtat: nec  
 præter ſe facit quod ex ſe eſt, ſed generat,

dum quod in ſe eſt, aperit, & reuelat. De  
 patre proceſſit filius, non receſſit, nec ſuc-  
 ceſſurus patri prodiuit ex patre, ſed prodi-  
 uit manſurus ſemper in patre: Audi Ioan-  
 nem dicentem, Hoc erat in principio. Et  
 alibi. Quod fuit ab initio. Quod erat vti-  
 que non acceſſit: quod fuit, apparet vtiq; <sup>Ioan. 1.</sup>  
 nō cœpiſſe: Ego ſum, inquit, primus, & ego <sup>1. Ioan. 1.</sup>  
 nouiſſimus. Qui primus eſt, nō eſt iſte poſt <sup>Eſa. 44.</sup>  
 alterum: qui nouiſſimus, poſt ſe alterum  
 non relinquit: ſed iſta cūm dicit, non ex-  
 cludit patrem, ſed in ſe & patre vniuerſa  
 concludit. Sed ea quæ ante ſunt, acceda-  
 mus. *Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnicū*  
*Dominum noſtrum.* Sicut reges triumpho-  
 rum fuorum titulis nuncupantur, & ſubie-  
 ctarum gentium nominibus conquirunt  
 numeroſiſſima cognomenta: ita Chriſtus  
 bonorum ſuorū titulis nūcupatur: à chriſ-  
 mate enim vocatus eſt Chriſtus, qui diui-  
 nitatis vnguētū aridis iam mortaliū mē-  
 bris pius medicator infudit, & vt à chriſ-  
 mate Chriſt<sup>o</sup>, ſic Ieſus vocatus eſt à ſalute,  
 qui ob hoc nos diuino infudit vnguēto, &  
 ægris certam ſalutem, perditis perpetuam  
 redderet ſanitatē. *Et in Chriſtum Ieſum filium*  
*eius vnicū.* Quia eſt ſunt multi filij per gra-  
 tiā, iſte vnus, & ſingularis eſt per naturam.  
 C *Dominum noſtrum.* Qui nos de tantorū, tam  
 crudeliū, tam turpiū liberatos ſeruitio do-  
 minorū, vt non ad conditionē priſtinā ven-  
 dicet, ſed vt ad perpetuam libertatem ma-  
 numittat, inquit. *Qui natus eſt de Spiritu*  
*ſancto.* Ita, & taliter tibi naſcitur Chriſtus,  
 donec tibi homo naſcēdi ordinem mutet:  
 vt ſit tibi nouus ortus in vita, cui vetuſtus  
 ſemper in morte manebat occaſus. *Qui na-*  
*tus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine.* Vbi  
 ſpiritus generat, virgo parturit, totum di-  
 uinū geritur, nil humanum: nec vllus in-  
 firmitati locus eſt, vbi virtus eſt ſociata vir-  
 tuti: ſoporatus eſt Adam, vt de viro virgo <sup>Gen. 4.</sup>  
 ſumeretur: nūc ſtupuit virgo, vt vir repa- <sup>Luc. 1.</sup>  
 raretur ex virgine. quid ſibi de tāto, de tali  
 partu natura poterit vēdicare, vbi dū videt  
 nouari ordinem ſuū, tota ſua cōſpicit iura  
 mutari, veniſſe in ſuā ſobolē, ſuum ſētī &  
 miratur auctorem? Videatur hoc perfidis  
 vile, magnū eſt credentibus ſacramētum.  
*Qui ſub Pontio Pilato crucifixus eſt, & ſepultus.*  
 Audis iudicis nomē, vt tēpus etiam paſſio-  
 nis agnoſcas: audis crucifixum, vt nobis ſa-  
 lutem perditam per quod perierat, repara-  
 tā eſſe agnoſcas, & vbi videas pendere cre-  
 dentiū vitam, vbi mors pepēderat perfido-  
 rum: audis ſepultū, ne mors putetur illuſa.  
 Hoc eſt diuinæ virtutis inſigne, cum mors  
 morte moritur: auctor mortis proprio mu-

crone trücarur, prædo capitur sua præda: A infernus vita dirumpitur deglutita. *Tertia die resurrexit à mortuis.* Tres dies sepulturæ suæ tribus impendit Christus habitationibus profuturos, inferis terræ, cælo: instauraturus quæ in cælo sunt: & quæ sunt reparaturus in terra, & quæ apud inferos redempturus: simul vt Trinitatis gratiam tridui sacramento datam panderet hominibus ad salutem. *Ascendit in cælos.* Ascendit, non vt se referret in cælum, qui semper mansit in cælo, sed vt te perferret, quem taliter victū absoluit, & subtraxit inferno. Intellige vnde, homo per Deum sis leuatus, vt esses in cælestibus B stabilis, qui eras lubricus, ac semper mutabundus in terra. *Sedet ad dexteram patris.* Sed suis pater nil habet à sinistris. Confessio nostra non diuini confessus loca, sed virtutis assignat indicia: Deus, loca nescit: Diuinitas recipit nil sinistrum. *Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* Esto viuos, mortuos quemadmodum poterit iudicare? Sed illi viuunt, qui nobis mortui computantur. Ergo resurrecturos eos confitemini ad iudicium, quos infidelitas existimat deperijisse: vt qui mortui fuerint, & qui reperientur viui, pariter suorum reddant actuum, vitæque rationem. *Credo in C Spiritum sanctum.* Postquam susceptæ carnis confessus es sacramentum, oportet te deitatem spiritus confiteri: vt Trinitatis vnitas æqua, patris, filij, sancti Spiritus per omnia, & in omnibus, virtutis integram fidei in nostra confessione custodiat & teneat veritatem. *Sanctam Ecclesiam Catholicam.* Quia neque à capite membra, neque sponsa separatur à sponso: sed tum tali coniunctione spiritus sit vnus, sit omnia, & in omnibus Deus. Ergo ipse in Deum credit, qui in Deum sanctam Ecclesiam confitetur. *Et remissionem peccatorum.* Ipse sibi donat veniam, qui sibi peccata per Christum D remitti posse confidit. *Carnis resurrectionem.* Bene credis, si te per Deum credis resurgere ex morte posse, cui resurgūt semper elementa: sic tempus ex tempore, sic ex nocte dies, sic de sepultura sua femina: nec tu perire poteris, cum illa reuiuiscant: nec difficile est Deo facere de te semine, quod tu facis semper ipse de semine. *Vitam æternam.* Hæc fides, hoc sacramentū non est committendum chartis, non scribendū literis, quia chartæ & literæ magis cauta, quam gratiā proloquūtur: vbi vero Dei gratia, donatio diuina consistit, ad patrū fides, altitudo cordis sufficit ad secretū: vt hoc salutis symbolum, hoc vitæ pactum,

diuinus arbiter nouerit, testis falsus ignoret. Signate vos. Ipse autem dominus Deus noster sensus vestros, corda vestra custodiat: & in his quæ præcepit vobis, ipse vobis fautor assistat.

## IN IDEM,

## SERMO LVIII.



VI fidem quærit, rationem non quærit: qui diuinam postulat, seponit humanam: qui Deo genitore nascitur, transcendit naturam: & temporari nil debet, qui temporis meretur auctorem. Ecce pia fidei germina videmus antè nasci vos velle, quàm concipi: antè percipere cæli regnum, quàm ventris angustias sustinere: sic tendere ad patris gaudia, vt matris transeat languores: nec putatis abortiuum, quod maturum creditis esse per Christum. Sic Paulus Apostolus per fidem maturus nascitur, qui se abortiuum clamat esse per tempus. Accipite ergo fidem sola fide: nec quærat is aperiri vobis ipsius fidei rationem, quam vos ne requireretur intra fidem vestra festinatione clausistis. Ad fidem vos filij hodie fides vestri auctoris inuitat, qui promissionis suæ ante fidem implet, quam fidem vestræ percipiat sponsonis, & hoc restituit rebus humanis, vt olim verbo promiserat per Prophetam: Dilata, inquit, os tuum, & adimplebo illud. Hoc est, tu dilata in confessione, & ego illud ipsius confessionis replebo sacramento: & mystico sermone ditabo, & replebo illud toto eloquio cælestis arcani. Et re vera filij quicquid audientis, quicquid respondentis obedientia profiteretur, hoc donantis & docentis Dei redundat ad gratiam. Accepturi ergo symbolum, hoc est pactum vitæ, salutis placitum, & inter vos, & Deum fidei insolubile vinculum pectora parate, non chartam: sensum accuite, non calamum: & audita non atramento, sed Spiritu ministrante describite: quia committi non potest caducis & corruptibilibus instrumentis æternum, & in cæleste secretum, sed in ipsa arca animæ, in ipsa bibliotheca interni Spiritus est locandum: ne profanus arbiter, ne improbus quod dilaceret discussor, inueniat: & fiat ad contemnentis & ignorantis ruinam quod consentientis, & credentis donatum est ad salutem: sed dicenti tibi Prophetæ. Dilata os tuum & adimplebo illud: tu respondere possis.

In corde meo abscondi eloquia tua, vt **A**nis resurrectionem. Crede carnis resurrectionem: quia qui hoc non credit, fidem non habet in prædictis, dicente Apostolo. Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quos iudicabit, quibus regnabit Deus, si vitæ, si iudicio, resurrectio nõ reddiderit, quos sæculo mors ademit? *Vitam æternam.* Manifestum est, quia vita æterna ipsa morte moriente succedit.

**B** est spiritu. *Qui natus est de Spiritu sancto*, Tali natiuitate consecrata est in Deo humanitas, non tali dignatione minorata est in homine deitas. *Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Virginitas Deum credit, quia non nisi per Deum ipsa virgo esse potuit, & mater. *Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, & sepultus.* Iudicem indicat vt tempus designet: crucifixum memorat, vt passionis conferat qualitatem: & inde fides argumentum diuinæ virtutis & veræ resurrectionis colligat, vnde impietas materiam contumeliæ, & occasionem præsumpsit erroris. Crucifixus in cruce, in edicto coram omnibus inimicis, & tota crudelitate spectantibus, & tota acerbitate obseruantibus, mortem suscepit. Sepulturâ patitur, ne mortem non adijisse vt vinceret, sed simulasse vt eluderet, ab impijs iactaretur. *Sepultus, tertia die resurrexit.* Et si in passione nostræ se carnis veram probauit habuisse substantiam, per trium dierum figuram totam Trinitatis resurgit in gloriam. *Ascendit in caelos.* Ascendit nos perferens, non se referens, qui nunquam recessit è caelo. *Sedet ad dexteram patris.* Ordo ibi diuinus est, non humanus: sic à dextris sedet filius, vt pater non sedeat à sinistris: vnica & singularis est diuina confessio, vbi superna virtus recipit nil sinistrum. *Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* Desinant homines, desinant hæretici iudicare iudicem suum: sperent veniam, ne incurrant de tali præsumptione sententiam. *Crede in Spiritum sanctum.* Nunc perfecta est tua in Trinitate confessio, quando Spiritum sanctum vnus cum patre, & filio substantiæ fidei voce confessus est. *Et sanctam Ecclesiam.* Quia sic coniuncta Christo est, vt totam diuinitatis transferatur in gloriam. *Remissionem peccatorum.* Acquire tibi tua fide veniam: quia satis sibi inimicus est, qui hoc sibi dari non credit, quod tota benignitate largissimus promittit indulgetor. *Car-*

IN IDEM,

SERMO LIX.

**V**distis vocem patris, vocem vocantis audistis, venite filij, venite, venite, quia venit tempus fidei, credulitatis dies, confessionis hora, venite petitores fidei, asserite sincerum pectus, cor mundum, puram vocem, vt quod per nos sermo salutaris insinuat, vos sancto capiatis auditu. Fides ex auditu, auditus ex verbo constat. Placitum fidei, pactum gratiæ, salutis symbolum tota simplicitate sensus audire, quatenus illud confessionis tempore, & audire possitis, & reddere: quia istud reddere est habere: diuinum munus qui reddiderit, non amittit. Daturus legem Deus, iussit vt populi lauarent vestes, lauarent corpora sua, totoque se ab omni carnis contagione mundaret, quia appropinquare Deo homo nõ potest face corporali, mundano squalore pollutus. Lex illa, que gratiæ umbram tenuit, & figuram, purificationem merito querit: tantam merito exigit puritatem. Auditoris diuinitatis sacramentum totum, quanta mentis, quanta corporis opus est puritate? Mundemus ergo corda, purificemus corpora, aperiemus oculos, referemus sensum, animæ ianuas patefaciamus totas, vt symbolum quod est fidei pactum, audire, capere, tenere, & in ipso cordis nostri secretis semper seruare possimus. *Crede in Deum Patrem omnipotentem.* Credimus in Deum, si negamus Deos, si renunciamus idolis, si diabolum & eius angelos abnegamus. Audi, inquit, Israel, dominus Deus tuus vnus est. Et iterum: Non erunt tibi dii alij absque me. Habebit ergo Deum verum vnus Deum qui Deum alterum non habebit. Credimus in Deum, & eundem confitemur patrem, vt eundem semper habuisse filium nos credamus: habuisse autem filium, non conceptum, non inchoatum, non separatum partu, non auctu tempore, non minoratum gradu, non ætatibus immuratum, sed intra æternum genitorem

Dent 6.  
Mar. 13.  
Exod. 20.

*Ioan. 14.* germen permanens in æternum. Ego inquit, in patre, & pater in me est. Audiui-  
 mus patrem, credamus filium virtute diu-  
 na ordine non humano: arcano Dei, non  
 ratione mundana: non lege seculi poten-  
 tia, sed superna. Quod scire licet, discutere  
 non licet: credere conuenit, non conuenit  
 perferuari, nam ob hoc omnipotentem  
 Deum diximus, vt Deo impossibile nil pu-  
 temus. *Et in Iesum Christum filium eius vnicū,*  
*Dominum nostrum.* Ab vnctioe Christus,  
 Iesus vocatus est à salute: quia & vnctio,  
 quæ per reges, Prophetas, & sacerdotes o-  
 lim cucurrerat in figurâ, in hunc regem re-  
 gum, sacerdotem sacerdotum, prophetarū  
 Prophetam, tota se plenitudine spiritus di-  
 uinitatis effudit: vt regnum, & sacerdo-  
 tium, quod per alios præmiserat tempora-  
 liter, in auctorem ipsum refunderet & red-  
 deret sempiternum. Et Iesus quidem, id  
 est, saluator, recte dicitur salus, quia & de-  
 dit rebus esse, & idem pereuntibus dat sa-  
 lutem. *Filium eius vnicum.* In se est vnicus fi-  
 lius, qui quod alijs per suam gratiam do-  
 nat, ipse sibi vnicam possidet per naturam  
*Dominum nostrum.* Sicut supra diximus, Do-  
 minus Deus. Deus vnus constat in Chri-  
 sto: quia quicquid est, & deitate, & huma-  
 nitate Deus vnus est: desit in Christo sub-  
 stantiarum diuersitas, vbi caro cœpit esse  
 quod spiritus quod homo Deus, quod, no-  
 stri corporis & deitatis vna maiestas. *Qui*  
*natus est de Spiritu sãcto, ex Maria Virgine.* Quod  
 terrenum nascitur, vbi authore spiritu vir-  
 go vocatur in partu: quis non diuinum cre-  
 dat quando quæ peperit nil sensit huma-  
 num? Deum mulier virgineo portabat in  
 templo: hinc est, quod & acquisiuit hono-  
 rem matris, & virginitatis gloriam non a-  
 misit. *Qui sub Pontio Pilato crucifixus est, & se-  
 pulchus.* Nomen iudicis dicimus, vt passionis  
 tempus, vt rei gestæ veritas sic pateat.  
*Crucifixus est.* Vt quia per lignum mors ve-  
 nerat, rediret vita per lignum. *Et sepultus.* Vt  
 officia tota mortis impleret, vt mors mor-  
 te moreretur, vt ex illius semine corporis  
 omnis humanorum corporum satio vita-  
 lem surgeret, & leuaretur in messem. *Ter-  
 tia die resurrexit à mortuis.* Vt tribus in diebus  
 Trinitatis beneficium panderetur, vt per  
 triduanum tempus humana trium tempo-  
 rum generatio saluaretur, id est, ante le-  
 gem: in lege, & in gratia. *Ascendit in celos.*  
 Non vt petens, sed vt repetens in celos.  
*Ioan. 3.* Nemo ascendit in cælum, inquit, nisi qui de  
 cælo descendit. *Sedet ad dexteram patris.* Sed  
 patrem non habet ad sinistram. Diuinitatis  
 confessus recipit nil sinistrum. *Sedet ad*

*A dexteram patris.* Vt patris deitate vna. *Sedet ad*  
*dexteram.* Ne sit minor gradu, posterior or-  
 dine, sed patri diuinitate vna, æqua pote-  
 state conregnet. Ego, inquit, & pater v-  
 num sumus, *Inde venturus est iudicare viuos*  
*& mortuos.* Si credimus venturum iudi-  
 cem, innocentes iudici nos præparemus:  
 iudicem negat esse, aduenire non credit:  
 iudicandum se satis iste diffidit, qui malè  
 viuuit. Iudicat viuos, iudicat & mortuos,  
 quos vtique iudicaturus exuscitat. *Credo in*  
*Spiritum sanctum.* Hucusque dominicæ na-  
 tivitatis, passionis, resurrectionis, ascen-  
 sionis, aduentus mysteriorum confiten-  
 tes, ad confessionem sancti spiritus iam ve-  
 nimus: vt sicut in Patrem, & Filium, in  
 sanctum Spiritum sic credatur: vt vnam in  
 Trinitatē deitatem, virtutem, gloriā  
 prædicemus. *Et sanctam Ecclesiam.* Credi-  
 mus & Ecclesiam, quam Christi receptam  
 confirmatam credimus, & confitemur in  
 gloriā. *Remissionem peccatorum.* In nouum  
 hominem nasciturus, antiqui reatus, pec-  
 cati veteris quid habebit? qui præterita fi-  
 bi remissa non credit debita, dubitat per-  
 cipere se futura. *Carnis resurrectionem.* Cre-  
 de homo de morte resurgere te posse, quia  
 antequam viueres nil fuisti: aut quare du-  
 bitas quod resurgas, cum tibi totum quod  
 in rebus est quotidie sic resurgat? Sol oc-  
 cidit, & resurgit: dies sepelitur, & redit:  
 menses, anni, tempora, fructus, semina,  
 cum transeunt ipsa moriuntur, cum re-  
 deunt sua ipsa morte reuiuiscunt, & vt re-  
 surrecturum te iugi, & vernaculo instrua-  
 ris exemplo, quoties dormis, & vigilas, to-  
 ties moreris & resurgis. *Vitam æternam. Amē.*  
 Necessè est vt qui resurgit, viuat in æter-  
 num, quia si in æternum non viueret, non  
 vitæ resurgeret, sed morti. Signate vos.  
 Hoc spei pactum, hoc salutis placitum,  
 hoc vitæ symbolum, hanc fidei cautionem  
 mens teneat, conseruet memoria, ne di-  
 uinitatis pretiosum munus depreciet char-  
 ta vilis, ne mysterium lucis atrum tenebret  
 atramentum, ne secretum Dei habeat in-  
 dignus & profanus auditor. Si mihi silen-  
 tium semper vestra charitas sic præberet,  
 ad omnes tractatus mei sermonis vester  
 perueniret auditus, sed Deus noster &  
 mihi fiduciam dicendi, & vobis audiendi  
 desiderium donare dignetur.

IN IDEM,

SERMO LX.

**S**I Cananitis mulier clamore subitō, repentina fide, iuuante Christo, & quod petebat, accepit: & quod negabatur, extorsit: si Æthiops spado arcanum vitalis lauacri præteriens inuenit in via, rapuit in transitu, si Cornelius Cæturio antequam intraret baptisma, petuenit ad spiritum, si latro in ipso momento mortis Paradisum inuasit, & vitam vobis, in articulo temporis quam quæritis, quis negabit? Ex fide ergo accipite fidem, & vt fidei mysterium scire possitis, accessu temporis laborate. Moyses laturus legem, cælum vocat & terram: sacerdos quid inuocabit gratiam prolaturus? Ille dixit, attende ad cælum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo: ego dicā, attende Deus, loquar: & audiat homo verba ex ore meo. Ille dixit, Expectetur sicut pluuia eloquii meum: & descendant sicut ros verba mea: ego dicam, veniat sicut ros spiritus tuus: & inundet sicut flumen gratia tua: fiatque nunc cœlestis verbi vnda saliens in vitam æternam. Ille dixit, quia nomen Domini inuocauit, date magnificentiam Deo nostro: ego dicam, quia fidem inuocauit, date credulitatem Deo vestro. Et quia nauigia corporum nostrorum quadragesimæ sunt curata: ieiunio, necesse est vt placitum fidei, symbolum cœlestis commercij iam dicamus, quatenus sub certa spe per tota mundi æquora, per infidos sæculi fluctus lucra mansura sæculis conquiramus. Accipite ergo fidem, expectate rem: quia cui fides non præcedit in semine, res ei non sequitur in fructu. Signate vos. Sermo creat auditum, auditus concipit fidem, credulitatem parturit fides, cōfessionem credulitas nutrit, confessio perpetuam dat salutem. Hinc est quod meo, vestroque ore occurrit sic sibi fides, credulitas sic amplectitur se, salus se confessionis osculo sic salutat. *Credo in Deum Patrem omnipotentē.* Hæc vox totum Trinitatis fatetur & aperit sacramentum. Deum dicit, non Deos, quia vnū Deum in Trinitate credit Christiana fides, scit patrē, scit Filium, scit Spiritū sanctum, deos nescit. Diuinitas in personis tria est, sed vna est in Trinitate diuinitas: personis Trinitas distincta est, nō est diuisa substantijs: Deus vn⁹ est, sed Trinitate: Deus solus est, sed non solitarius: diuinitas nec Trinitate diuiditur, nec cōfunditur vnitate: hæc sentit fides cum dicit, *Credo in Deum.*

**A** Mox addidit, *Patrem.* Qui credit patrem esse, filium confiteretur: qui credit patrem & filium, ætates non sentiat: gradus non cogitet, non tempora suspicetur, non conceptum: quærat, nesciat partum: qui Deum credit, diuina confessus est, non humana. Sed dicit hæreticus: quomodo pater, si non præcedit? quomodo filius si non sequitur? quomodo non dat initium, qui generat? quomodo quod generatur, principium à generante non sumit? Hoc ratio docet, hoc natura probat. Erras hæretice, hoc habet humana ratio, non habet hoc diuina: hoc accipit natura mundi, deitatis non recipit hoc natura, fragilitas humana concipitur, & concipit: parturitur, & parturit: generatur, & generat? accipit initium, & dat finem: mortem suscipit, & refundit: & reseruat in sobole quicquid suæ conditionis est, & naturæ. Deus verò pater non genuit in tempore, quia tempus ignorat: non dedit initium, qui initium nescit: non transfudit finem, quia non habet finem: sed sic genuit ex se filium, vt totum quod in se erat, esset: & maneret in filio. Honor geniti, generantis honor est: perfectio geniti, generantis forma est: minoratio geniti reuelat ad generantis iniuriam. Sed hæc audiens, hæretice non dicas, quomodo ista sint: dixisti Deum: credidisti patrem: omnipotentem confessus es: si dubitas, mentitus es: credo si dicis, quomodo non credis, si discutis? si putas impossibile, omnipotentiam quam confessus es, sustulisti: sed nos qui patrem, & filium, & Spiritum sanctum vnus maiestatis & gloriæ confitemur, fidem dominici corporis iam loquamur. *Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum.* Posteaquam Dei filius sicut pluuia in vellus toto diuinitatis vnguento nostram se fudit in carnem, ab vnguento nuncupatus est Christus: & huius nominis extitit solus auctor, qui sic Deo superflusus est, & infusus, vt homo, Deusque; esset vnus Deus. Hoc ergo vnguenti nomen effudit in nos, qui à Christo dicimur Christiani: & impletum est illud quod cantatur in Canticis Canticorum. Vnguentum effusum est nomen tuum. *Et in Christum Iesum filium eius.* Illud sacramenti nomen est, hoc triūphi: nam sicut à Deo vnctus nomen sortitur ex vngue, ita cum salutem perditam mundo reddidit, à saluando nomen saluatoris assumit. Sæpè iam diximus, quod Iesus Hæbraica lingua dicitur, Saluator dicitur hoc Latina. *Et in Christum Iesum filium eius.*

Cuius utique Dei patris: cum dicis ergo in Iesum filium eius, confiteris Iesum qui natus est de Maria Dei esse filium. Caue ergo ne amplius sentias in Christo quod homo fuit, sed semper quod Deus sit confiteri: Apostolo sic dicente: Et si nouimus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus. *Vnicum Dominum nostrum.* Hoc conuenit ad utrumque: quia & vnicus patris est, & vnicus Dominus noster est: alij filij, alij domini esse per gratiam perceperunt: solus Christus esse filius, esse dominus habet, & possidet per naturam.

*Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Si iuxta Euangelistam quod in ea natum est, de Spiritu sancto est, quia Deus spiritus est, hæreticus iam Deum natum virginea confiteatur ex carne: neque amplius cæleste mysterium, virginitatis partum, trahat ad conceptum mundi, ad terrenæ fragilitatis iniuriam. *Qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus.* Nomen iudicis audis ut tempus passionis agnoscas: audis crucifixum, ut ex mortis ignominia magnitudinē sentias charitatis: mortemque quæ per lignum venit, mortificatam scias esse per lignum: & credas maiora tibi esse reddita per crucis arborem, quam perdidisse te per Paradisi arborem suspirabas: sepultum dicis, ut veram carnem Christi, mortemque non perfunctoriā probet confessio sepulturæ, mortem suscepisse & vicisse, intrasse inferos & rediisse, venisse in iura tartari, & tartari iura soluisse, non est fragilitas, sed potestas. Confiteris die tertia resurrexisse, ut intelligas resurrectionem Christi totius Trinitatis fuisse victoriam. Dicis ascendisse in caelos, ut cæli dominum credas: ut vnde venerat rediisse fatearis, quia superato diabolo, calcata morte, liberato mūdo, super cælos triumphat Christus, qui victus putabatur in terris. Clamas, *Sedet ad dexteram patris.* Ut quia patris & filij vna est deitas, par potestas, in cælesti confessu nulla sit sinistra sessionis iniuria. *Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* Quia veniente Christo resurgent mortui, sistentur viui, ut pariter causas reddant de suorum ratione factorum. Et quia dominici corporis iam diximus sacramentum, ad confitendum deitatem spiritus perueniamus. *Credimus in Spiritum sanctum.* Quem Deum nobis inclamarat vox diuina: cum dicit, Quia Deus spiritus est. *Credimus in sanctum Spiritum.* Quem Propheta cooperatorem patris & filij se decarat. Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Totus Deus, totaque Dei virtus est, qui

A creator cælestiū probatur esse virtutum. *Credimus sanctam Ecclesiam.* Quam sic in se suscepit Christus, ut eam diuinitatis suæ faceret esse consortem. *Credimus remissionem peccatorum.* Quia qui per Christum, & Ecclesiam in nouum hominem fuerit natus, veteris delicti nil habebit. *Credimus carnis resurrectionem.* Ut credamus passionis, mortis, resurrectionis Christi hanc fuisse causam, ut nos resurgeremus ex mortuis. Resurget caro, resurget, ut ipsi sumus, ut agnitio maneat personarum, ut & martyr de persecutoris pœna lætitiā sumat, & persecutor sumat de martyris honore supplicium. *Credimus vitam eternam.* Quia post resurrectionem nec honorum finis est, nec malorum. Signate vos. Fidem quam credimus & docemus, non aramento, sed spiritu, committamus pectori, non chartæ demus memoriæ, non libro, ne diuinum munus violent res humanæ, ne cæleste secretum arberiter profanus assumat: ne quod est credentibus, ad vitam, existat perfidis ad ruinam. Sol lipipientibus, oculis non lucem tribuit, sed tenebras: vinum vires febrientium non reparat, sed eneruat: sine medico vitæ poculum fit lethale, sic perfidis perniciosum est sine fide fidei sacramentum. Sicut dicit Apostolus, capiatur fides ex auditu: auditus autem capiatur ex verbo, & vitæ placitum, pactum fidei, lex salutis non hæreat morituris, sed viuus sensibus affigatur.

IN IDEM,

SERMO LXI.



**N**isi me solaretur beati Pauli <sup>AA. 9.</sup> subita & inopinata cōuersio, vix crederem tā facile vos de terrena labe in cælestē posse gloriā commutari. Illum nāque de persecutore mox Apostolum præstitit repentina cōfessio, & Ecclesiæ dedit <sup>AA. 3.</sup> insignem magistrum, quem furentē Christiani nominis inuenerat vastatorem. Nec minus animat me illius spadonis exēplum, quē fides antē rapuit ad gratiā, quam curus ad Indiā, domūmq; reuocaret. Accedit illud etiā latronis mirabile documentum, qui nūc rapuit paradisum, quando latrociniij sui pœnas est appēsus, ut solueret. <sup>Luc. 32.</sup> Vnde nos filioli, quia sic tēpus vestrę regenerationis aptastis, ut neque nos possimus dicere quod necesse est, neque vos possitis quod oportet audire fidē fidei committētes, tradimus breuiter, quod latius cōmen-

2. Cor. 7.

Matt. 1.  
Ioan. 4.

Ioan. 4.

Psal. 32.

dare nō possumus. Nam quemadmodum exponentibus nobis potestis cognoscere symboli sacramentum, qui ipsum symbolum memoria capere vix valetis? Hoc monemus solum, ne quis committat literis, quod est cordi mādaturus vt credat: Apostolo sic monente, Corde creditur ad iustitiam, ore autem cōfessio fit ad salutem.

Rom. 10.

Audituri formam fidei, credulitatis normam, confessionis ordinem, parate simul corporis & cordis auditum. Sicut fons ore angusto manus magnis fluuiorum laticibus ampliatur, sic fides symboli breuiato sermone credulitatis latissimos dat meatus. Et sicut radix altē fixa in excelsum germē se proreudit, fides sic radicata pectoris in profundo in excelsum credulitatis cacumen attollitur. Ergo de cordibus vestris expurgate perfidiæ coenium, vt pura per vos fidei fluētā percurrāt: incredulitatis fructa in vobis radicitus amputate, vt excrescāt ad alta credulitatis vestræ robusta plātaria. Et quia, auctore apostolo, corde creditur ad iustitiā, ore confessio fit ad salutē, in cōfessionis vocem modō date quod iam corde creditis. *Credo in Deum patrem omnipotentem.* Qui credit in Deum, Deum discutere non præsumat, Deus quod sit, sufficit scire: qui requirit vnde sit, quantus sit Deus, Deus quid sit, hic nescit: solum importunum tenebrarū aspectum, ad Deum, inconcessus cæcatur accessus: Deum qui vult videre, visionis eius discat tenere mēsuram: Deum suum qui vult scire, nesciat gentium deos: qui deos dicit, contradicit Deo. Seruire vni libertas est, captiuitas multis. Quem Deum confessus es, crede patrem: vt credens patrem, esse filium dicas, dicens filium, genitum cognoscas esse de patre, cognoscens de patre genitum, quomodo sit genitus non requiras: quia dixisti, *Credo in Deum patrem omnipotentem.* Omnipotens potest omnia, & si omnia potest quod in se, ex se, & semper secum habeat filium quis negabit? Generatio Dei initium non habet, nescit finem, non admittit excessum: quando in genitore genitus permanere persistit: dicente ipso Domino. Ego in patre, & pater in me est. Ego & pater vnum sumus. Cōfessus es patrem, confessus es filium, confessus es diuinitatis arcanum, confitere incarnationis dominicæ sacramentum. *Et in Christum Iesum filium eius.* Christus à superno vocatur vnguento: est enim tota plenitudine diuinitatis infusus: Iesus nomen est à salute, quod nomen omne quod in cælo, quod in inferno est, tremens, genuflexum, summissō vertice

Rom. 10.

confitetur. *Et in Christum Iesum filium eius vnicum Dominum nostrum.* Vt patris & filij, est nobis vna Deitas, ita dominatio vna sit nobis. *Qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Spiritus & virgo copula terrena non est, cæleste sed est secretum: hinc est, quod nascitur est diuinum. Ergo quod natus est, confitendum est, quomodo natus est, tacendum est: quia quod secretum est, sciri non potest: quod clausum est, nescit aperiri: quod singulare est, non refertur exemplo. *Qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus.* Iudicis nomen audis, ne tempus ignores: Crucifixum audis, vt tibi mortis qualitas innotescat: & intelligas quid impenderit tibi, qui propter te pœnam tātæ mortis excepit. Audis sepultum, vt scias mortem non fuisse perfunctoriam, sed veracem. Mori nolle est timoris humani, diuinæ virtutis est surrexisse de morte, hic ergo non offendat mortis auditus, vbi resurrectionis gloria abscondit mortis iniuriam. *Tertia die resurrexit.* Quia hominis est quod moritur: Trinitatis est quod resurgit. *Ascendit in cælos.* Hominem ferens illo, vbi semper mansit. *Sedet ad dexteram patris.* Ad dexteram sedet, quia habet deitas nil sinistrum. *Inde venturus est iudicare vivos & mortuos.* Iudicabit viuos & mortuos, qua resurgent ad iudicium, qui non putantur esse post mortem, quos gentilitas existimat periisse cum sæculo. *Credo in Spiritum sanctum.* Vt in patre & filio & Spiritu sancto vnā credas & intelligas esse deitatē. *Credo sanctam Ecclesiam.* Vt confitearis Ecclesiam Christi spōsam in perpetua Christi societate mansuram. *Credo remissionem peccatorum.* Carnis resurrectionem. Qui resurrectionem peccatorū, qui carnis resurrectionem non credit, aufert veniam sibi, ipse sibi subtrahit vitam. Quod audistis, & credidistis, quod cōfessi estis, cor habeat, memoria teneat, charta nesciat, scriptor ignoret, ne sacramentum fidei diuulgetur in publicum, ne ad infidelem fidei deriuetur arcanum, Deus qui vobis sacramentum fidei & audire dedit, & credere, ipse vos æternam peruenire faciat ad salutem.

Ioh. 13.  
Ioh. 10.

IN IDEM,

SERMO LXII.



Vtritor pius nisi totus fuerit redactus in paruulum, nunquam paruulum, perfectum perducit in vitum: denique tunc vocem tenuat, verba

ponit, agit nutibus, sēsus seponit, infirmat viscera, abiicit vires, mēbra dissoluit, gressum tardat, gestit non ambulare, sed reptare: ridere simulat, timere fingit, flere mentitur, quia est in illo mēdaciū pietas, desipuisse prudentia est, est infirmitas virtus.

Hoc reor beatum Paulum fecisse, cum dicit: Factus sum paruulus in medio vestri, tanquam si nutrix foueat filios suos. Sed forte aliquis stupeat, cum videat nutriculum ista facientem: non irridet si est parēs, si pater est non miratur: hoc stultitiam dicere non potest, qui scit amare. Vnde vos iam patres, iam fortes, iam prudentes deprecor, vt me patiamini paruulis domini mei dependere debita nutritionis obsequia: & blandimētis hodie magis congrua, quā peritiā verba de promere: nō quadrare, sed liquare sermones: & eos adhuc teneris faucibus in modum lactis effundere: docente Apostolo. Lac vobis potum dedi, non escā, mutare voces, amare varios affectus, & quid plurāmente, corde, corpore, imbecillis paruulorū mentibus occupari. Sed iā vos Ecclesiā pia germina prophetico sermone compello. Venite filij, audite me: imō per me, & per meā vocem, iussa veri genitoris audite: quia vos meo ore Deus vocat, Venite filij: quo venite? & ad quid? Timorē domini, inquit, docebo vos.

Et quis veniat ad timorem? ille qui vult vitam, ille qui cupit videre dies bonos: ille qui vult bonum facere, fugere malum: ille qui post carnis & spiritus cōsistū quietem diuinæ pacis desiderat obtinere. Venite filij, audite me: timorem domini, inquit, docebo vos. Quis est homo qui vult vitam: & cupit dies videre bonos? prohibe linguā tuam à malo, & labia tua ne loquātur doli. Sicut autem vitiat crimina conscientiam, sic dolus labia polluit, linguam maledicta contaminant: ac si Deo cōfiteri non potest labiis inquinatus & lingua. Et quia corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutē, sanctificatē corda, mundatē labia, iustificatē linguam, vt vox fidei baiula de puro pectore toto sãctitatis procedat exemplo. Signate vos, placidum vel pacū, quod lucri spes venientis continet: vel futuri symbolum nuncupari cōtractu etiā docemur humano: quod tamen symbolū inter duos firmat semper geminata conscriptio, & in stipulatione cautum reddit humana cautela, ne cui surrepat, ne quem decipiat perfidia cōtractibus. semper inimica: sed hoc inter homines, inter quos fraus, aut à quo facta est, aut cui facta est semper lædit, inter Deū verò & homines

A symbolum fidei sola fide firmatur: non licetæ, sed spiritui creditur: & mādatur cordi, non chartæ: quia diuinum creditū humana non indiget cautione. Deus facere fraudem nescit, pati non potest: quia non excluditur tempore, non ætate vincitur: occultatione non fallitur, videt abscondita, furata tenet, negata possidet. Deo salua est ratio sua semper, quia ille quod credit vbi pereat non est: ac si homini, non Deo, negati perit, non perit scenerati. Sed dicis, qui falli non potest, quid est quod exigit placitum? quid symbolum querit? Querit ille propter te: non propter se: nō quia ille dubitat, sed vt tu credas: querit symbolum, quia qui ad tuā fortē venit, ad tuum non dedignatur venire contractum: querit symbolum, quia qui cum totū semper ipse cōmodat, vult deberi: querit symbolum, quia te modo non ad rem reuocat, sed ad fidē, & per placitum præfens futurum pertrahit, & inuitat ad lucrum. Hoc Apostolus cōmemorat, cum dicit, Ex fide in fidē. Et alibi. Iustus ex fide viuunt. Nemo ergo immemor symboli sit, nemo inini cum Deo placiti sit oblitus: nemo cum fidem modo suscepit, rem requirat: cum ad spem venerit, quare non mox sperata percipiat, conquiratur: Audi Apostolum dicentem. Spe salui facti sumus: spes autem quæ videtur, nō est spes: quod enim videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus, per patientiā expectamus. Spes ad futura tendit, fides ad promissa transmittit: cum res venerint, aduenerint & promissa, spes desinit, fides cessat. Dulcis est Epistola, sed vsque dum veniat ipse qui misit, necessarium chirographum, sed vsque ad debiti redditionem: grati flores, sed vsque dum veniatur ad poma, sed præsentia epistolam delet, rumpit solutio cautionem, flores consumuntur à pomis: & ideo te superni patris filium, hæredem Dei, cohæredem Christi, participem regni cœlestis, confessorem diuini iudicis, cœli incolam, Paradisi possessorem, modo designatum te fide noueris: modo spe non renoueris te promotum. Et ideo suscipite fidem, tenete spem, dicite symbolum: vt ad rem & ad illa valeatis bona, quæ prædiximus peruenire. Signate vos. Hodie homo repræsentata est Deo anima tua. *Credo in Deum.* Quæ diu antè dicebat Deum, sed nesciebat: vocabat Deum, sed ignorabat: ignorabat vtiq. quem taliter per lapides & ligna requirebat: dicat ergo modo, dicat: *Credo in Deum patrem omnipotentem.* Quæ diu cum videret lapides, qui crederet non vi-

1. Thess. 2.

2. Cor. 13.

Eph. 33.

Rom. 10.

Rom. 2.  
Hebr. 10.

Rom. 8.

debat: sed est verè Deus, qui te præstitit nõ videndo videre, quem videndo dij gentiũ fecerant non videre. Audi dicentem dominum: In iudicium veni in hũc mũdum, vt qui nõ vident, videant: & videntes cœcifiant, *Credo in Deum patrẽ.* Inest Deo pietas, est in Deo semper affectio, paternitas permanet apud illum: semper ergo filiũ fuisse credas, ne patrem semper non fuisse blasphemus. Sed dicis, si genuit, quomodo semper habuit? quomodo genuit? Qui interrogas, fidẽ denegas, quam fateris, credo dixisti: si credis, vnde venit quomodo? quomodo sermo dubitantis est, non credentis. Credo, dixisti, in Deum patrẽ omnipotentem: si est quod non potest, omnipotens non est: sed tu illum genuisse ex aliquo filium putas, quem totum fecisse confiteris ex nihilo: ex aliquo vtiq; si ex tẽpore: quod si pater tempus non capit, filius initiũ nescit. Sed quam miserum, vt tu illum facias temporalem, qui te præstitit sempiternum. Non ergo cõceptione temporum, non passione viscerũ, sed pater filium generat nobis dum reuelat. *Et in Christum Iesum filium eius vnicum Dominum nostrũ.* Attende homo, qua reuerentia tibi fides insinuat & traditur: audi patrem, vt sentias, intelligas, credas, nõ discurias filium: & quia est, confitearis: nõ vnde, & quãdo, & quomodo sit, temerarius perferuator inquiras. Hinc est quod tibi cœlestis sermo, vt annuntiet patrem, mox te ad Christũ, ad Iesum, ad filium, ad vnicum dominum nostrũ tota mente trãsmittit, vt cum videris eius, quæ sunt humana te nec assequi posse, nec æstimare, nec capere, nõ audeas eius quæ sunt diuina cõtingere. *Quia natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine.* Age homo, si tamen homo, progredere corde tuo, confurge mente tua, dilatare sensibus tuis, arripe ingenij tui acumina, excita scientiæ tuæ vires: quicquid in te rationis est, exuscita, examina, discute, perscrutare: & tũ stupenti mundo solus aperi quid est, quod Spiritus generat: Virgo cõcipit, Virgo parit, permanet Virgo post partum: quemadmodum fit verbũ caro, Deus homo, homo transferit in Deum: quemadmodũ cunabula capiunt, quem non capit cœlũ: quemadmodum portatur humeris, orbem qui sustinet totũ: quare ipse qui fecit omnia, instituit vniuersa, cũcta moderatur, de te nasci, à te regi voluit, instituit nutriri, vt te parẽte viueret, cuius ante despexerat seruitutem: & si hoc potueris de reposito diuinitatis attingere & proferre de deitatis arcano, tũc interius accede, af-

cede altius, licentius intueri, & tunc patris tempora, initia filij, explorator nouus, singularis inuẽtor, proditor diuinitatis expone: esto maior Isaia, qui dixit: Sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum in humilitate iudicium eius ablatum est, generationem eius quis enarrabit? Cuius? huius generationem qui sicut ouis ad occisionem ductus est. Si Christi humana generatio extirrit, si diuina: & si vt generatur, narrari nõ potest, quæ te homo vnda, qui te fluctus, ad istud naufragium pertulerunt? qui te Spiritus per aẽra volitare impulit ad ruinã? Pater, Filius, & Spiritus sanctus, vna deitas, vna virtus, vna sempiternitas, maiestas vna: quicquid autem filius minoratur, accipit, nescit, mei est corporis, non substãtiæ suæ. Aut miraris homo, quia patrem vocat in cœlo, qui matrem habere dignatur in terra? *Qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus.* Quare homo, qui in se æqualis est patri, hoc solũ quod in te minor esse voluit, accusas? quẽ audis sedente Pilato astare, cognoscente Pilato iudicari: quare hoc solũ accipis addici accusantibus criminosis? teo pronunciantem damnari? Sed ille de carne tua nasci voluit, tuis voluit vberibus occupari, iacere in tuo pectore, tuis voluit humeribus baiulari, qui semper à te amari voluit, nõ timeri. Require quid in lege mãdauerit primum, & quid in gratiam quæsierit, tunc videbis. Interrogatus Dominus, sicut Euangelista *Matth. 22.* dixit: quod esset mãdatũ in lege primum, ait: Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: hinc est quod ad cor tuum venit, & ad mẽtem tuam, quia animo, corde corpore à te ab initio diligi perquisiuit, *Qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus.* Hucusque Iudæus, sequitur hæreticus: expectet ad priora illorum, nullus accedat, qui Christi pascuntur & saginantur iniuriis: sed vos filioli audite, vt post passionem mortis, sepulturæ mœrorẽ resurrectionis gaudiis effugatis. *Tertia die resurrexit.* Vt esset nostri corporis resurrectio, virtus, gratia, beneficium Trinitatis. *Ascendit in cœlos.* Per me, qui perse nunquam defuit cœlo. *Sedet ad dexterã patris.* Diuinæ virtutis ordine, nõ honoris humani. Diximus, sic filius à dexteris sedet, vt nunquã pater sedeat à sinistris. *Inde vēturus est iudicare viuos & mortuos.* Et quid debet iudici mors? hinc est quod resurgit, vt debeat. *Credo in Spiritum sanctum.* Hũc in quẽ credit, negat: qui Spiritũ sanctũ negat. *In sanctam Ecclesiam.* Quia

Ecclesia in Christo, & in Ecclesia Christus est: qui ergo Ecclesiam faretur, in Ecclesia se confessus est credidisse. *Remissionem peccatorum.* Da tibi homo veniam tu credendo, quia omnia peccata dilapsus es desperando. *Carnis resurrectionem.* Hoc est totum fidei documentum: si carnem, quæ corrupta est, quæ putrefacta est, quæ periit, per Deum resurgere, repaginari, ridere posse credas, quem posse omnia, quando omnipotentem confessus est, tunc iurasti. *Vitam æternam.* Bene addidit vitam æternam, ut se resurrexurum crederet, qui resurgere per ipsum, qui cum Deo patre & Spiritu sancto vivit & regnat, nunc & semper & per immortalia sæcula sæculorum, Amen.

DE LAZARO A MORTUIS  
suscitato.

SERMO LXIII.

**R**ost Apostolicam lectionem cupientibus nobis ad Evangelicas redire virtutes, mox Lazarus ab inferis reuersus occurrit apportans vincendæ mortis formam, deferens resurrectionis exemplum. Si ergo placet, priusquam ingrediamur pelagus lectionis, prius quam aggrediamur questionum fluctus, antequam facti talis altitudinem penetremus, resurrectionis tantum contemplemur aspectum: quia hoc signum videmus esse signorum, virtutum cernimus esse virtutem, mirabilem esse mirificentiam peruidemus. Suscitauerat Dominus filiam Iairi principis synagogæ, sed adhuc funere calente, sed adhuc mediante morte, corpore adhuc præsentem, adhuc inter homines homine morante, adhuc viante Spiritu, adhuc anima claustra tartari nesciente, ac ne multas, sic mortuam vitam reddidit, ut ius in aneret inferni. Suscitauit & vnicum matris: sed sic, ut retineret pheretrum, ut anticiparet sepulchrum, ut corruptionem suspenderet & præueniret foetorem, ut ante mortuo vitam redderet, quam tota mortuus iura mortis intraret: circa Lazarum vero quod getitur, totum singulare est: cuius mors, cuius resurrectio commune nil habet cum prædictis: quem circa & vis tota mortis impleta est & forma resurrectionis plena resplendet: audeo, & dico totum rapuisse resurrectionis dominicæ sacramentum, triduanus ab inferis. Lazarus si rediisset: nam Christus rediit triduanus ut dominus, Lazarus reuocatur quadriduanus ut seruus. Sed ad

aliqua lectionis. *Miserunt, inquit, sorores eius ad Dominum, dicentes, Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Sic dicentes affectum pulsant: interpellant amorem, conueniunt charitatem, necessitudinem necessitudine gestiunt submouere: sed Christus cui plus est mortem vincere, quam remouere languorem: cuius amare illud est, non ut dilectum alleuet, sed ab inferis ut reducat: dilecto non languoris medicinis, sed resurrectionis gloriæ mox parauit: denique. *Ut audiret infirmari Lazarum, sicut dicit Euangelista, mansit in eodem loco duobus diebus.* Videtis quemadmodum dat locum morti, licentiam dat sepulchro, corruptioni posse permittit: negat nil putredini, nil foetoris: atque ut tartarus rapiat, trahat, habeat, admittit: atque agit ut humana spes tota pereat, & tota vis mundanæ desperationis accedat: quatenus quod facturus est, diuinum sit, non humanum. Tantum autem in loco spectatione mortis residet, ut & mortuum ipse nunciet: & tunc ad Lazarum denunciaret se venire. Ait enim, *Lazarus mortuus est, & gaudeo.* Hoc est amasse? gaudebat Christus, quia moeror mortis vertendus mox erat resurrectionis in gaudium. *Et gaudeo propter vos.* Quare propter vos? quia in morte & resurrectione Lazari, figura tota mortis & resurrectionis dominicæ pingebatur: & quod erat securum mox in domino, iam præcedebat in seruo. Dicebat semel, & iterum discipulis suis: Ecce ascensimus Hierosolimam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis: & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad deludendum & flagellandum, & ad crucifigendum: & ista dicens, videbat eos fieri satis dubios, satis tristes, satis consolationis extortes: & nouerat eos ita opprimendos esse ipso perdere passionis, ut nihil in eis ex vita: nihil in eis ex fide, nihil in eis remanere posset ex luce: sed tota penè perfidiae nocte fuscandos. Et ideo mortem Lazari vsque ad quadriduanum tempus protendit, vsque ad foetorem præualere permittit, ut discipuli dubium non haberent, posse dominum post triduum adhuc recentem surgere, cum seruum vidissent post quadriduanum surgere iam foetentem: & crederent illi facile posse sibi vitam reddere, qui aliter taliter reuocarat ad vitam. Hinc est quod dicit: *Gaudeo propter vos, ut credatis.* Necessè ergo erat ut & mors Lazari cum Lazaro & discipulorum fides cõsurgeret cum sepulto. *Quoniam non eram ibi.* Et erat locus vbi

Matth. 5.

Luc. 7.

Matth. 20.

non erat Christus? & quomodo non erat A  
ibi, unde mortuum Lazarum discipulis  
nunciabat? Fratres, erat ibi Christus Deus,  
sed ibi non erat homo Christus: erat ibi  
Christus Deus cum moreretur Lazarus,  
sed tunc ad mortuum venturus erat Chri-  
stus, quando erat mortem Christus domi-  
nus subiturus: dicebat itaque, *Quoniam non  
eram ibi.* Hoc est in morte, in sepulchro, in  
inferno, ubi per me, & meam mortem po-  
testas tota mortis est subruenda. *Martha,  
inquit, ut audiuisti, quia Iesus venit, occurrit illi,  
dicens, Domine, si hic fuisses, frater meus non  
fuisset mortuus.* Mulier, & Deum confiteris  
& dicis, si hic fuisses? Deum nec absentant  
loca, nec tempora repræsentant. Non mo-  
reretur Lazarus si dominus fuisset ibi, qui  
erat ibi, sed si in Paradiso tu mulier non  
fuisses: mulier tu quæstisti lachrymas, tu in-  
uenisti gemitus: tu mortem gulæ præcio  
comparasti, & accusas absentiam Dei,  
quando causam mortis fuisse tuam præ-  
sentiam non recusas? Mors quando à te  
prouisa est, tunc lamentandi materia fuit:  
nunc verò facta est virtutis occasio, quia  
tunc ad pœnam peccantis data est, nunc  
permissa est resuscitantis ad gloriam: tunc  
tarrarus inuenit hominem, nunc admittit.  
Sed iam quære per fidem mulier, quod per  
perfidiam perdidisti. *Domine, si fuisses hic,  
frater meus non fuisset mortuus: sed & nunc scio,  
quia quacunque petieris à Deo dabit tibi Deus.*  
Hæc mulier non credit, sed credere co-  
natur, cuius credulitatem incredulitas  
confundit. *Quacunque petieris à Deo, dabit tibi  
Deus.* Deus ex te dat, non à se petit. Quid  
affers moras mulier supplicandi, cum iam  
præstaturus assistat: Mulier, iudex ipse est,  
quem tu desideras aduocatum: in hoc  
dantis potestas est, non necessitas est ro-  
gantis. *Scio, inquit, quia quacunque petieris à  
Deo, dabit tibi Deus.* Mulier hoc credere,  
non est credere: hoc scire, nescire est: Pro-  
bavit hoc Apostolus, quia homo quando  
se putat aliquid scire, tunc nescit. Sed iam  
quid Dominus responderit, audiamus. *Re-  
surret frater tuus.* Et mulier: *Scio, quia resur-  
get in resurrectione in nouissimo die.* Martha ite-  
rum scis quod nescis: scis, quia in nouissi-  
mo die possit resurgere frater tuus: sed  
quod & hic possit, nescis, aut fortè Deus  
qui tunc potest suscitare omnes, vnum  
modo mortuum non potest suscitare? Po-  
test, potest Deus suscitare ad temporale si-  
gnum mortuum vnum, qui tunc omnes  
mortuos ad vitam perpetem suscitabit.  
*Scio quacunque petieris à Deo, dabit tibi Deus:  
& scio, quia resurret in resurrectione in nouissimo*

*die.* Martha, ante te est resurrectio, quam  
tam longè mittis. *Ego sum, inquit, resurrectio.*  
Et quid est, ego sum resurrectio? & non,  
ego resuscito? quid est? quia suscepit ho-  
minem, suscepit mortem, ut qui resuscitat  
iubendo vnum, resurgendo in se resusci-  
tet omnes: & quibus Adam puteus mortis  
extitit, his vitæ fons Christus existat: & im-  
pleatur illud Apostoli, Sicut in Adam om-  
nes moriuntur, ita & in Christo omnes vi-  
uificabuntur. *Ego sum, inquit, resurrectio &*  
*vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non  
moriatur in æternum: credis hoc? Et mulier,  
Vtique domine, ego credidi, & credo, quia tu es  
Christus filius Dei viui, qui in hunc mundum ve-  
nisti.* Qui ad Lazarum venerat, quid sic  
occupatur in Martha? quid? ut antè ista in  
fide surgeret, quam ille resuscitaretur in  
carne. Sic facit qui & viuus & mortuus con-  
sulturus aduenit: nec pertimescit faciendi  
moras, penes quem facti & effectus per-  
manet & potestas. Fratres, patimini hodie  
differri verbum si desideratis audire latius  
quæ sequuntur.

## DE EODEM,

## SERMO LXIV.



Ingula scripturæ verba si libris  
singulis mandarentur, nec sic  
mytheria quæ in ipsis sunt au-  
dientibus perlucere: & quid  
faciet subitus & breuis sermo, qui in mo-  
dum fulguris priusquam illustret oculos,  
iam refugit: nec dat lucem videntibus, sed  
pauorem? Orate ergo, uti quia in sæculi  
obscuritate versamur, & in carne positi  
noctis tempus agimus, non diei, lucernam  
nobis verbi sui Christus accedat, qua præ-  
uia mysterij cœlestis ingrediamur obscu-  
ra: & gradu lento perueniamus ad scientiæ  
diuinæ quantam possumus charitatem: si-  
cut illi Magi, qui mentis suæ oculos me-  
tientes, non audent splendori solis, aut di-  
uinæ se committere claritati, sed nocte te-  
nerum stellæ lumen teneriorib. oculis as-  
sumentes, ad cubile Christi tenerimum  
perueniunt. Sed iam sicut promisimus,  
Euangelicæ lectionis quod superest, exe-  
quamur. *Martha, inquit, ut audiuisti, quia Iesus  
venit, occurrit illi.* Sic seruus non fuit, non  
proximus, non amicus, certè qui aderat  
consolator, vt mulier sola medias per tur-  
bas, per castrum totum: extra ciuitatem, &  
luctus tempore, venienti occurreret salua-  
tori?

a. Cor. 13.

Mat. 23.

Ioh. 12.

toris?

tori: Fratres, in his personis nō causæ cur-  
runt, sed sacramēta signantur. Mulier cur-  
rit pro morte, quæ cucurrit ad mortem, fe-  
stinat ad veniā, quæ festinauit ad culpam:  
ad redemptorem piū peruenit, seductor  
pessimus quam præuenit: resurrectionem  
quærit, quæ quæsiuit ruinam, & ipsa quæ  
mortem viro attulit, vt vitam viro referat,  
hæc anhelat. Hinc est quōd in loco Chri-  
stus restitit, expectauit Christus, quōd non  
intrauit turbas, quōd non contendit ad  
domum, quod non ad sepulchrum diuer-  
tit, quod non ad Lazarum propter quem  
venerat, festinauit: sed mulierem sustinet,  
mulierem remoratur, mulierem primam  
suscepit, quam primā sua for infecit: a mu-  
liere perfidiā fugat, ad mulierem reuocat  
fidem: vt qua fuit perditionis obsequium,  
salutis eadem sit ministra: & sit tādē per  
Deum uiuentium mater, hūc per diabo-  
lum diu mater exitit mortuorum. Et quia  
mulier fuerat mali caput, causam mortis  
agit, vt antē crimen diluat, quā veniam  
largiatur, ante causam tollat, quā sentē-  
tiam soluat, & cauet ne vir mulierem, per  
quam semel deceptus est, participē refu-  
geret ad vitam: ac ne multis periisset mu-  
lier, si antē ad virū Christus dominus per-  
uenisset. Hinc est fratres, quōd per mulie-  
rem nascitur Christus: hinc est quōd virū  
mulier semper vētris sui suscitaret de sepul-  
chro: vt doloribus reuocet, quem depulit  
blandimentis: vt flēdo repararet, quem per-  
didit manducando. Denique vbi Martha  
cōfessa est Christo, & quicquid suæ culpæ  
non in persona mulieris pia cōfessione de-  
leuit, mittitur ad Mariam, quia sine Maria  
nec fugari mors poterat, nec vita poterat  
reparari. Veniat Maria, veniat materni  
nominis bajula, vt videat homo Christum  
virginalis vteri habitasse secretum: quate-  
nus prodeant ab inferis mortui, mortui  
exeat de sepulchris. *Iesus, inquit, videns Ma-  
riam plorantem, & Iudæos qui cum ea venerant  
plorantes, fremuit spiritu, & turbauit seipsum, &  
dixit. Vbi posuistis illum? Responderunt, Domine,  
Veni & vide & lachrymatus est Iesus. Plorat  
Maria, plorant Iudæi, plorat & Christus:  
putasne simili cōpassione? Esto, quōd Ma-  
ria soror fletet: quia nec fratrem retinere  
potuit, nec morti potuit obuiare: quæ licet  
esse de resurrectione secura, destitutione  
tamen solatij præsentis, mora absentis tā  
longæ, tristitia diutinx separationis non  
potuit non deslere, simul quia tam crux, tā  
funera, tam crudelissima imago mortis,  
quamuis fidelem mētem non potuit non  
tangere, non mouere: flebant Iudæi & cō-*

ditionis suæ memores, & futuræ vitæ de-  
speratione possessi. Mors cum satis uiuen-  
tibus sit amara, satis turbat ipso exitu, plus  
conturbat exemplo: mortuum quotiens  
quis viderit, totiens se morti ciulat desti-  
natum. Sic de morte non potest non dole-  
re mortalis. Quid horum Christus? & si ni-  
hil horum, quare flebat? certē ipse qui di-  
xerat, Lazarus mortuus est, & gaudeo? de  
quo gaudet mortuo, ipsum cum resuscitat  
tunc lamentatur: qui cum amittit, non flet  
cum recipit, tunc deplorat, tunc fundit  
mortales lachrymas, vitæ spiritum cum  
refundit. Fratres habet hoc natura corpo-  
ris humani, vt producat lachrymas vis  
gaudij, vis mœroris. Quotiens enim visce-  
ra, aut lætitiæ, aut tristitiæ nimio arctantur  
impulsu, oculi in lachrymas mox erumpunt.  
Hinc est quōd Christus non dolores  
mortis, sed illius lætitiæ recordatione la-  
chrymauit: qui voce sua, voce vna, omnes  
est mortuos perpetuam suscitaturus ad vi-  
tam. Fremit spiritu, & tota se viscerum  
commotione conturbat, quia adhuc solū  
Lazarum, & non iam omnes mortuos sus-  
citabat. Quis ergo ex humana infirmitate  
existimet hic fleuisse Christum cum cœ-  
lestis pater luxuriosum filium non quan-  
diu abiit, sed quando recipit tunc deplo-  
rat? Christus recipiens fleuit Lazarum, nō  
amittens, denique non quando plorantes  
videt, tunc plorat Christus, sed quando  
interrogat, & in respondentibus videt fi-  
dei nil manere, dixerat: *Vbi posuistis eum? At  
illi responderunt, Domine, Veni & vide.* Puta-  
uerūt cum nescire vbi positus esset in ter-  
ra, qui sciebat vbi illum tartara dira retine-  
rent. Ille sic interrogans exigebat fidem,  
scientiam porrigebat, vt astantes scirent,  
quōd mors, quōd sepulchrum, quōd cor-  
ruptio, quōd putredo, quōd sceler non ex  
conditione Dei, sed ex delicto hominis  
hominibus accessisset. Nam cum dicit, vbi  
posuistis eum, mulieres increpat, mulieres  
arguit, hoc est, quem ego posui in Paradi-  
so, in regione vitæ, ecce vos vbi posuistis  
eum. Sed & Iudæi ad ignorantiam requi-  
rentis respondebant. *Domine, Veni & vide.*  
Quid? illum iubere mori? quid iubere il-  
lum inferis crederent, qui credebant eum  
quod erat in oculis non videre? qui de la-  
chrymis eius taliter disputabant? *Qui potuit  
aperire cæci oculos, quomodo facere non potuit, vt  
& hic non moueretur? Potuit facere vt non  
moreretur, sed mori permisit, qui mor-  
tuum ad suam gloriam voluit suscitare:  
permisit ad inferna descendere, vt appare-  
ret Deus ab inferis hominē cum reducit.*

Sed Iudæi parebunt corda uestra obstru-  
ctiora inferis; viscera uestra duriora mor-  
tuis, oculi uestri terriores sepulchris, cum  
vox quæ patefecit tartara, uestra non pa-  
tefecit arcana: cum iussio quæ exuscitat  
mortuum mentes uestras nõ suscitatur, cum  
lux quæ illustrat sepulchrum, uestram non  
illuminet cæcitatem. Sed ista sufficiant, ut  
cum Christo resurgentis Lazari gloriam  
patientius videre possimus.

DE EODEM,  
SERMO LXV.



Quoniam mortem Lazari, Mariæ  
fletus, lachrymas Marthæ, Iu-  
dæorum planctus iam perstrin-  
ximus sermone geminato, nunc  
exonremus animos, abiiciamus curas, ex-  
occupemus sensus, ut resurrectionis tantæ  
gaudia totis mentibus & capere & audire  
possimus, Euangelista uenisse ad monu-  
mentum sic prædicat saluatorem. *Iesus, in-  
quit, rursus fremens in semetipso, uenit ad monu-  
mentum: erat autem spelunca, & lapis superposi-  
tus erat ei. Iesus fremens uenit ad monumentum.*  
Fremit Christus, ut caro reuiuifcat: fremit  
uita, ut mors fugetur: fremit Deus, ut re-  
surgat homo: fremit indulgentia, ne sen-  
tentia contradicat: fremit Christus debel-  
lans mortem, quia non potest non fremere,  
qui singularem rapit de hoste uictoriã:  
quod autem dixit, *Rursus fremens.* Fremit  
rursum, ut geminata resurrectionis demõ-  
stret insignia: quia uoce Christi sicut mor-  
tuo corpore de sepulchris suscitatur ad ui-  
tam, perfidia mortui ad uitam fidei sic re-  
surgunt. *Erat, inquit, spelunca.* Dixisse suffe-  
cerat, uenisse ad monumentum: quid est  
quod tantopere speluncam Euangelista  
commemorat? Spelunca planè, ubi homi-  
nem diaboli latrociniũ collocauit: spelun-  
ca, ubi uirũ fraus condidit mulieris: spelun-  
ca, ubi Dei plasma mortis rapacitas inclu-  
debat. *Et lapis superpositus erat ei.* Duræ mor-  
tis ianua durior durissimo lapide clau-  
debatur: sed plorans quid proficit ad sepul-  
chrũ, quando sic duros & cõgestos obices  
non penetrat uox plorantis? Christiani plo-  
remus Deo pro peccatis nostris, & mortuis  
non audientibus, cum gentibus non ploremus.  
*Aut Iesus, tollite lapidem.* Inter diuinas  
virtutes humanum Christus requirit auxi-  
lium? non sufficit amouere lapidem, qui  
mortem sufficit effugare: sepulchri clau-  
stra referare non ualet, qui portas tartari  
præualeret aperire? Dixerat per Prophetã:

A Auferam cor lapideũ de carne eorum, &  
dabo eis cor carneũ: præcepit ergo, ut Iu-  
dæi ex se cor lapideum tollant, euoluant  
perfidia saxum, silicem duræ incredulita-  
tis excludant, quatenus animæ per infide-  
litate mortuæ de sepulchro pectoris profi-  
lirent: & non tantum surrexisse Lazarum,  
quantum se Lazaro nõ consurrexisse gau-  
derent. *Tollite lapidem.* Tollite miseræ hu-  
manitatis obsequium, ut diuinitatis beatæ  
opera nõc clarescant. *Tollite lapidem.* Quem  
posuistis uos, ut hominem quẽ ego posui,  
nunc reponam. *Respondit Martha, Domine,  
iam sciet. Mulier & quod sciet cuius est?*

B *Iam sciet.* Modò ad te pertinet, quod à te  
uenit, ad sepulchrum non sentires factorem,  
si in Paradiso suaorem noluisses au-  
dire. *Iam sciet.* Quod perditore sciet, non  
sciet creatori. *Iam sciet.* Quod horret a-  
lieni operis euerfor, amator sui operis non  
abhorret. Sed dicendo sic, testaris mortẽ,  
quam tu mulier intulisti: factorem clama,  
ut plena mors audientibus, innotescat, qua-  
tenus quod resurget Lazarus, redeuntis sit  
Spiritus, non latentis: Diuinae uirtutis sit,  
non sit artis humanæ: neq. Iudæi, qui nos  
dicunt in principe dæmoniorum eiciere *Mat. 3.*

C *Iam sciet, quatuoriduanus est.* Dicit & tem-  
pus, ut sciant, quia auctor est tẽporum, cui  
tempora nulla præscribunt. *Iam sciet, qua-  
triduanus est.* Dicendo sic, exaggerat despe-  
rationẽ, ut qui adsunt, uideant: quia Deus  
est, qui sic uitã mortuis, desperatis salutẽ,  
scietentibus dat vigorem, *Elenatis, inquit, ocu-  
lis sursum.* Eleuat oculos sursum, ut nobis  
formam supplicandi tribuat, non sibi uiam  
præparet impetrandi: namq. sursum respici-  
cit, qui semper est sursum eum patre, sem-  
per pater in ipso est, & ipse est semper in  
patre. Ego, inquit, in patre, & pater in me  
est. *Pater, inquit, gratias tibi ago: quia audisti me. Ioan. 14.*

D De præstito agit gratias, & quod pater au-  
dierit, hoc dicitur, quod filius petierit, hoc  
tacetur. Fratres, inter patrem & filium au-  
diendi est affectio, non est necessitas suppli-  
candi: charitas assensus est, nõ est austeritas  
iussionis: tibi amore geruntur omnia, ubi nõ  
indiget obsequio: sicut ex sequentibus  
elucescit. *Pater gratias ago tibi, quia audisti me:  
ego autem sciebam, quia semper me audis.* Vacat  
inuocandi cura, ubi fiducia certa est audiendi.  
Aut quid tibi facit petendi labor, ubi præ-  
standi est causa communis? Nemo ergo sic  
filium minoret precibus, ne patrem circa  
salutem hominum sic minoret. Quare  
autem sic loquatur filius, ipse aperit, sic

Ioan. 11.

Ezech. 11.

dicendo. *Pater gratias ago tibi, quia audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum dixi, qui circumstat.* Videtis quia loquendo talia suum, patrisque affectum tollit, prodit, pandit gratiam: loquitur vnitatem. Dixerat, Omnia quæ habet pater, mea sunt, & si sua sunt omnia, quomodo petit? Qui de suo petit quod petit, non necessitatis est, sed amoris. *Pater gratias ago tibi, quia audisti me: ego autem sciebam, quia semper me audis: sed propter populum dixi, qui circumstat: ut credant, quia tu me misisti.* Missum se dixit, ut populi sciant de cælo venisse Christum, non recessisse de cælo. Sic ergo mittitur, sic & quod habet, accipit, quomodo vnde venerat non recessit: sic ergo & filius quod habet: accipit, & pater quod dederit, non amittit. Fratres, & quod auditur, & quod mittitur, & quod venit, & quod accipit, & quod nascitur, & quod patitur, & quod moritur, & quod resurgit, non est hoc diuinitatis suæ, infirmitatis hoc nostræ est, nostræ est hoc naturæ: quod tamen totum causa nostri tulit in nostro corpore, non propter se in sua pertulit maiestate. Sed ad proposita redeamus. Quid est quod dicit, *Pater gratias ago tibi, quia audisti me?* Quid est? Vbi Christus cœpit inferi pulsare fores, portas tartari submouere, ianuam aperire mortis, gehennæ soluere legem vetustam, deturbare antiquissimum ius pœnarum, deposcere Lazari animam, ab inferis vitam reditum innouare, occurrit ei tartari tota furens potestas, præferens edictum superni principis excelsi regis portans decretum, gestans latam tot sæculis Deo loquente sententiã, & videns hominem, suscitabatur, quis iste esset: quid auderet, quid sibi vellent, cur solus, aut sine tremore tremendos mortis lacessat & incessat accessus. Cui dicenti quis esset responderunt Prophetica voce ministri resurrectionis angeli. Ipse est rex gloriæ, ipse est fortis & potens in prælio. Sed refert tartarus: Ego regem gloriæ in cœlestibus scio omnibus potestatibus cœlicis præsidere, cuius nutum tota sufferre non potest creatura: hunc autem video de terrenis vnum, concretum limo, corpore mortali septum, & in ipso habitu hominis, hominib. viliozem, & ad summam cito dandum sepulchro, subdendum meæ protinus esse ditioni. Sed persistentibus angelis, & reperentibus: Ipse est dominus virtutum, ipse est rex gloriæ, ipse cœli præful, ipse creator mundi, ipse saluator sæculi, ipse redemptor omnium, & de qua furis tu, lator ipse sententiæ, ipse tuum calca-

aturus caput, ipse tuum contriturus imperium, ipse te suo iudicio perditurus, qui reos iustus capere, attrahis innocentes, sanctos diripis, ipsi Dei filio comminatis. Redde ergo vnum, priusquam multos cogaris exoluere. Sed tartarus adhuc ista non credens, per consuetos nuncios recurrit ad cælum, hæc inuidiosa interpellatione deploratus. Ego Domine, & si extremus creaturæ tuæ, & si tristi seruitio mancipatus præcepta tua inuiolabili lege seruo, peruigilo, ne qui sententiæ tuæ verustum ius nouus temerator immuter: sed apparuit homo qui dicitur Christus, tuum se filium iactans, sacerdotes tuos notat, scribas tuos arguit, sabbatha tua violat, legem tuam soluit, & animas exēptas carne, & pœnæ iam, meæque custodiæ deputatas ad corpora, in quibus sceleratè vixerant, redire compellit: & tantis quotidie procedit ausibus, ut Lazarum iam carcere nostro clausum, iam lege nostra vinctum, iam in iure nostro manentem, extractis claustris inferi conetur eruere: aut scito subueni, aut si patefecerit semel ianuas, omnes quos tot sæculis seruauimus, nunc amittis. Ad hæc filius de sinu patris respondit, Pater iustum est, ut carcer non innocentes teneat, sed nocentes: pœna non iustos cruciet, sed iniustos. Quandiu sub vnus hominis culpa, propter Adæ solius noxam, Patriarchas, Prophetas, Martyres, Confessores, Virgines, Viduas, in castitate coniugij permanentes, omnes ætates, verumque sexum, certè paruulos nescientes bonum vel malum, hic carnifex ad se trahere crudeli infestatione non cessat? Pater, ego moriar, ut non moriantur omnes: Pater, ego Adæ debitum solui, ut per me tibi viuant, qui per Adam moriuntur inferno: Pater, propter sententiam tuam ego meum sanguinem fundam: tantum est ut ad te tua redeat creatura: præciū charitibi sanguinis mei redemptio sit omnium mortuorum. Ad hæc totius Trinitatis consensus, & Lazarum præcepit exire & tartarus ad reddendos omnes mortuos Christo iustus est obedire: hinc est quod filius clamat. *Pater gratias tibi ago, quia audisti me.* Testatur Apostolus, quod Christus aduocatus noster sit apud patrem, denique quando sedet, coniudicat patri, quando stat, officio fugitur aduocati. Tunc Christus perfecta aduocatione clamat voce magna: *Lazare veni foras.* Tunc tartarus ligatis manibus & pedibus, Lazarum retulit ad superna: timens, & tremens, ne dum soluit, ne

Ioan. 17.

Psal. 23.

Hebr. 4.

dum moras facit, ne dum tardius refert v-  
num, omnes cogerefferat : sic factus  
est viuorum relator, qui raptor esse con-  
fueuerat mortuorum. Nam quare Chri-  
stus vincula inferni dirupit, mortis liga-  
menta dissoluit, nisi vt nobis monstraret  
inferni tremendam feruitutem? Nam si  
de Moyfi corpore diabolus angelo contra-  
dixit, quomodo non tartarus Christo de  
vita & de resurrectione. Lazari contradi-  
cet? Orate fratres, vt qui gustum resurre-  
ctionis Lazaro propinante suscepimus, re-  
deunte Christo vniuersalis resurrectionis  
voces mereamus audire.

DE DIVITE ET LAZARO.

SERMO LXVI.



Vas hodie à duob. Euange-  
listis editas, ita recitari feci-  
mus lectiones, vt sermoni  
nostro, vester intellectus oc-  
curreret, paterent abdita La-

zari resurgentis occasio, cur alterius nos  
Lazari compulerit facere mentionem, ex  
sequentib. audietis: modò inhumani diui-  
tis, & Lazari pauperis, stupendas vices, pa-  
uendas successiones, cõditiones admodũ  
lamentandas in medium producere & af-  
ferre gestimus: quia diues qui participem  
pauperem in bonis præsentib. audire con-  
tempfit, in futuris malis cõpatientem pau-  
perem non meruit inuenire: nec ardens a-  
quæ refrigerium percepit, æstuanti pau-  
peri fame panis refrigerium qui negauit.

*Luc. 16. Cum esset, inquit, in tormentis, eleuauit oculos suos, & vidit Abraham de longè, & Lazarum in sinu eius. Gratis respicit modò Lazarũ fursum,*

*Psal. 16.*

qui ante deorsum Lazarum videre despe-  
xit. De talib. dixit Propheta: Oculos suos  
statuerunt declinare in terram. *Cum esset in  
tormentis. Pungit pœna, quæ non penitu-  
do compunxit, & vexant tormenta, quæm  
Lazari vulnera non mouerunt: nec gratis  
aculeos percipit pœnarum, qui in purpura  
volutabarur ingratus. Vidit Abraham de lon-  
gè. Longè illi erat Abraham, cui non fue-  
rat proximus pauper. Vidit Abraham di-  
uitiarum consortem, sed inhumanitatis  
exortem, & Abraham diues, sed plus hu-  
manitate quàm sensu, tu diues inhumani-  
tate tua maior tuis diuitiis exitisti: Abra-  
ham sibi peregrinus, cuius hospitum fuit,  
tu palatia possidens, tectum pauperi non  
dedisti, Abraham dum seruos suscipit, do-  
minum sic recepit, & cunctis hominibus  
ponens panes, ipsum dominum suam sus-*

cepit ad mēsam, tu dum singulari pauperi  
negas micæ, stillam refrigerij perdidisti.  
*Et ipse clamans, dixit. Sic clamat ibi, qui hinc  
clamantes contempfit audire, ibi cassa vox  
est, istic inanis est clamor. Audi Prophetã  
dicentem: In inferno autem quis confite-  
bitur tibi? In inferno quis misericordiæ loc-  
cus? in tormentis quæ spes veniæ, & in ho-  
ra sententiæ tempus indulgentiæ quis re-  
quirit? Pater Abraham miserere mei. Crudelis  
fili, quam misericordiam petis, quam tibi  
negando pauperi tu negasti? Et mitte Laza-  
rum. Miser fili, si Lazarus ad tuam mensam  
venisset, tu ad istum discubitum non ve-  
nisses. Vt intingat extremum digiti sui in aquam.*

**B** Qui claudit manum pauperi, extremi sti-  
pem digiti sic deposcit, & sicut aquæ guttã,  
qui vini lacus, ne guttam daret, inclusit. *Vt  
intingat extremum digiti sui. Qui diuitias suas  
non miserando pauperi dedit, sibi miseri-  
cordiam sic minorat. Et refrigeret linguam  
meam, quia crucior in hac flamma. Quasi reli-  
quum corporis ab incēdio haberet immu-  
ne: sed lingua plus ardet, quæ misericordia  
vt fieret, iubere neglexit: in lingua maius  
sentit incendium, quæ maledixit pauperi,  
misericordiam contradixit: lingua in tor-  
mentis prima est, quæ derogando pauperi  
pauperis blasphemauit auctorem. Sed au-  
diamus iam, quid responderit Abraham.*

**C** *Fili, inquit, recordare, quia receperisti bona in vita  
tua, & Lazarus similiter mala. Nemo putet  
audiēdo ista, quia diues pro bonis recepe-  
rit bona, quādo hinc magis reus est, quod  
cum à Deo pro malis receperit bona, bo-  
na pro bonis Deo reddere contempfit. Nã  
de diuitiis tantis nec victum dedit paupe-  
ri, nec sacrificium Deo minima oblatione  
dependit. At pauper diues vulnere, censu  
nudus, exutus corpore, vestitus pœnis, ani-  
mam quam solam non tenebant vulnera,  
Deo in hostiam iugiter offerebat. Hinc  
est, quod recipit pro dolorib. requiem, pro  
opprobrio gloriam, pro cõtumeliis hono-  
rem, pro despectu gratiam, pro pœnis im-  
mortalitatem, pro vulnerib. præmia, pro  
siti refrigerij fontem, pro fame cœlestis  
mensæ delicias sempiternas, & quem diui-  
tis angulus non cepit, sinus diuinæ cõsola-  
tionis includit. Tu diues fulgens quõdam  
purpura, nũc tegere simo, pro coccino ve-  
stire flammis: pro molli discubitu sustine-  
re tormentorum dura, pro lautis ferculis  
epulare pœnas, copias inopia compensa,  
ebrietates siti digere, pro odoribus asper-  
gere factore: & cui astiterunt voluptatis  
obsequia, astent tibi ministeria nunc pœ-  
narum, qui ista tibi despiciēdo pauperem*

raliter tu mutasti. A diecit autem Abrahā, *In his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire.* Dicendo sic, tam iustos, quā iniustos antē aduentum domini apud inferos fuisse declarat, & discretos locis tantum, non regionibus aperit fuisse diuisos. Postquam verō dominus resurgens à mortuis, aperuit infernum, patefecit cælos, Paradisi claustra reserauit, dedit sanctis Paradisi intrare requiem, ad cæli gloriam peruenire. Ista quia sic credit, intelligit quid mortalibus veniens donauerit Christus. Insuper ergo diues putat apud inferos mutari loca quando hic agendo homo bene vel malè ibi sibi terminum aut pœnæ, aut quietis indicit. Stultus in vita diues, stultior inuenitur in pœna: & qui bonorum suorum nesciuit tempus, nec malorum suorum tempus miserandus agnoscit. *Rogo te pater.* Modò rogas, modò tibi tempus patiendi est, non rogandi. *Rogo te pater. Quid? Ut mittas Lazarum in domum patris mei.* Antequam bene iacuit Lazarus: ad illam ianuam, in qua fame sua inhumanitatis tuæ titulos fixit, vbi postes tuos suis vlceribus laureauit, vbi sanie sua pinxit micæ tuas. Patere ergo stare vices, iam depone dolos, licet quia tu Lazarum non potes videre: scitur quia plus te felicitas Lazari, quā gehennæ torquet incendium. *Respondit Abraham, habent Moysen & Prophetas, audiant illos.* Hoc est, si Moysen, qui regna Ægypti elementis secum militantibus triuit, qui siccauit mare, qui durauit fluctus, qui lapides in fluentia conuertit, qui solem texit nube, qui noctem luce radiauit, qui cælum fecit pluere carnes, rorare panes, non solum non audierunt, sed & occidere sunt moliti, isti Lazarum dignabuntur audire, quem tot vulnera sepiunt, quot Moysen cinxere virtutes? patere, & me sentire quod genui, & tu patere quæ fecisti. *Non pater Abraham.* Verè non pater, quia non erat Abrahæ filius, sed gehennæ. *Non pater Abraham, sed si quis ierit à mortuis ad eos, penitentiam agens.* Hoc diues de corde omnium dicit, hoc de desideris cunctorum petit, hoc de votis omnium loquitur mundanorum, omnes enim susurrare consueuimus. O si quis veniret à mortuis, & quod ibi agitur, hinc referret, omnes crederent ei. Certè, vt dubitantes diceret, quis inde venit, vnde nemo venit? Post mortem quòd sit aliquis, quis probabit? Omnes audita loquimur, dictis insinuata sentimus: nam quid veri fides habeat, mensum est in pro-

fundum, sed perfidiæ, non ignorantie esse quòd sic loquimur, cum ita credimus, hodie beati Ioannis Euangelistæ lectio secuta monstrauit: Nam sicut diues petit, deus pro Lazaro, Lazarum misit. Sed quid missus, quid desideratus, quid resurgens profecerit, patienter audire. *Cogitauerunt, inquit, Ioh. 11. principes sacerdotum, ut Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudeis, & credebant in Iesum.* Quasi ad hoc desideratus aduenerit, vt iteratæ mortis pericula sustineret. Nolunt, nolunt referre visa, qui volunt audita non credi. Scimus, scimus, & vitam parari bonis, & malis tormenta præparari, sed dum vitis capri virtutum tempus nolumus aduenire, fingimus nescire quod scimus, & post mortem quid sit nolumus ab inferis venire qui dicat, cum de cælo Christus veniens: & ab inferis ipse rediens, & quid bonos in cælo maneat, & quid malos expectet in inferno, & verbo docuerit, & firmauerit exemplo, sed fortè ideo nec ista credimus, nec Christum volumus aduenire, quia mundum transire nolumus, imò non quia mundum transire nolumus, sed quia dolemus vitia præterire. Christus venit non vitam fugare, sed mortem: mortem fugare, non vitam: mundum reuocare: non tollere: vitia perdere, non suam disperdere creaturam. Sed orate fratres, vt veniens nos inueniat tales, quales regni sui cupit & præcipit esse confortes.

## IN ORATIONEM DOMINICAM,

## SERMO LXVII.



Ccepistis auditum fidei fratres charissimi, formam dominicæ orationis audite: Christus breuiter orare docuit, qui citò vult postulara præstare. Aut quid petentibus se non dabit, qui se ipsum non petentibus dedit? Aut in respondendo quam facit moram, qui in dictandis precibus vota supplicium sic præuenit? Hodie quod audituri estis, stupent angeli, miratur cælum, pauet terra, caro non fert, auditus nō capit, non attingit mens, tora sustinere non potest creatura, ego dicere nō audeo, tacere nō possum: Deus det vt & vos audire possitis, & ego dicere. Quid est magis tremendum, quòd se dedit terris Deus, aut quod vos dat cælo? quòd societatem carnis intrat ipse, aut quòd vos facit consortium diuinitatis intrare? quòd mortem sumit ipse, aut quòd vos resumit ex morte? quòd ipse in vestra

nascitur feruitutem, aut quòd vos sibi gignit in liberos: quòd suscipit paupertatem vestram, aut quòd vos sibi facit hæredes, sui vnici cohæredes: Est vtiq;ue terribilius; quòd terra transfertur in cælum: homo deitate mutatur: feruitutis fors dominationis iura fortitur. Sed hoc quamuis metuendum sit, tamen quia causa non doctentem respicit, sed iubèrem, accedamus filioli quo vocat charitas, trahit amor, inuitat affectio: Deum patrem viscera sentiant, vox personet, loquatur lingua, Spiritus clamet, & totum quod est in nobis, respondeat gratiæ, non timori: quia qui iudicem mutauit in patrem, amari voluit, non timeri. *Pater noster qui es in cælis.* Hoc

Marc. 6.

cùm dicis, non sic habeas, quasi non sis in terris: non sic accipias, quasi sis loco clausus, qui claudit omnia: sed intellige esse tibi genus è cælo, cuius pater habetur in cælo, & age vt viuendo sanctè, sancto respondeas patri. Dei filium ille se probat, qui vitiis non obscuratur humanis, qui diuinis virtutibus elucescit. *Sanctificetur nomen tuum,* Cuius genus sumus, eius censemur & nomine: rogamus ergo, vt nomen eius quod in se, & per se sanctum est, sanctificetur in nobis: nomen enim Dei, aut honoratur ex nostro actu, aut ex nostris actibus blasphematur: Audi Apostolum dicentem: Nomen Dei per vos blasphematur in gentibus. *Veniat regnum tuum.*

Rom. 8.

Et quando non regnavit Deus? Petimus ergo, vt qui sibi regnavit semper, modò regnet in nobis; vt & nos in illo regnare possimus. Regnavit diabolus, regnavit peccatum, regnavit mors, & fuit diu captiva mortalitas: petimus ergo, vt regnante Deo, pereat diabolus, deficiat peccatum, moriatur mors, captivitas captiuetur, vt nos liberi perpetuam regnemus in vitam. *Fiat voluntas tua sicut in cælo, & in terra.* Hoc est regnum Dei, quando & in cælo, & in terra Dei voluntas est sola, quando in omnibus hominibus Deus meus est, Deus vivit, Deus agit, Deus regnat, Deus est totù, vt iuxta illud Apostoli: Sit Deus

1. Cor. 15.

omnia in omnibus vobis. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Qui patrem se nobis dedit, qui sibi nos adoptavit in filios, qui rerum nos fecit hæredes, qui nos nomine sublimavit, qui nos suo & honore donavit, & regno, ipse nos vt panem quotidianum postulemus, addixit. In regno Dei, inter munera diuina, quid quærit paupertas humana? tam bonus tam pius, tam largus pater panem filiis non nisi postulatus indulget: Et vbi est illud? Nolite

Marc. 6.

A solliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid vestiamini. Hoc petere iubet, quòd prohibet cogitare, quatenus cælestis pater cælestem panem, cælestes filij vt postulemus, hortatur, ipse dixit: Ego sum panis, qui de cælo descendi, Ipse est panis, qui satus in virgine, fermentatus in carne, in passione confectus, in fornace coctus sepulchri, in Ecclesiis conditus, illatus altaribus, cælestem cibum quotidie fidelibus subministrat. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Homo si sine peccato esse non potes, & vis semper dimitti tibi totum, dimitte semper: quantum vis dimitti tibi, dimitte tantum, quoties vis dimitti tibi, toties tu dimitte: imò quia vis totum dimitti tibi, totum dimitte: homo intellige, quia remittendo alijs, tu tibi veniam dedisti. *Et ne nos inducas in tentationem.* Quia in

1. Cor. 6.

B sæculo est ipsa vita tentatio. Tentatio, inquit ille, est vita hominis. Rogemus ergo, vt nos arbitrio nostro non relinquat, sed in omni actu paterna nos pietate constringat: & in vitæ tramite cælesti moderatione confirmet. *Sed libera nos à malo.* A quo malo? à diabolo quippe, ex quo est omne malum. Rogamus liberari nos à malo, quia malo, qui non caruerit, frui non potest bono. Si adhuc non nati, si adhuc in vtero constituti, panem petunt, expetunt regnum, quare sit quæstio, quòd semper Dei filius, in Dei patris mansit arcano? Si Ecclesia generat, ratio non est, est cæleste mysterium, quòd in patre Dei, Dei filius fuerit, quomodo humana ratiocinatione tractetur non est, non est humano modo diuinitas æstimanda: audisti Deum, nil terrenum cogites, nil humanum: audisti patrem Christi, hoc per substantiam crede: audisti patrem tuum, hoc crede per gratiam: ille vt esset filius, habuit semper, te esse filium dedit modò. Sic ergo te filium seito, vt seruum te esse non nescias: sic audi ad Christi similitudinem te reductum, vt semper te Christo cognoscas esse subiectum.

1. Cor. 6.

IN EANDEM,

SERMO LXVIII.



Conditio mortalis, terrena compago, limosa substantia, vitæ ac mortis incerta, labore attrita, consumpta pœnis, putredini ac pulueri subiecta natura capere non valet, æstima-

re non sufficit, fugare non auder, credere  
 pertimescit, quod hodie cogitur confiteri  
 tantam donorum Dei gratiam, promissorum  
 magnitudinem, munerum largitatem,  
 fragilitas humana vnde promereri  
 valeat, non potest inuenire. Hoc reor non  
 ambiguum Abacuc Prophetam mētis in-  
 tuitu pr̄uidisse: dum se tāto pauore con-  
 cussus, huius auditus taliter exagitatum  
 tremore, dicit: Domine, audiui auditum  
 tuum, & timui: Consideraui opera tua &  
 expaui. Auditum timuit, non quia tunc  
 Propheta tantus audierit Dominum, sed  
 quia tunc seruus Dominum suum sibi cō-  
 uersum reperit, & audiuit in patrem: non  
 quia mundi huius fabricam elementis: ita  
 sibi dissonis consonantes cōtemplatus ex-  
 paupt, sed quia pietatis erga se tantā con-  
 siderans tunc opera admirationis tremore  
 concussus est, & pauore. Consideraui, in-  
 quit, opera tua, & expaui. Adoptatum se  
 tunc stupuit in filium, quando perdiderat  
 ipsius fiduciam seruituris. Deniq; vt sciat  
 huius orationis quam vobis hodie diuini-  
 tas insinuat, & infundit affectum, Prophe-  
 ta tunc audeat cœlitus percepti huius mu-  
 neris quodammodo pauore solutus. Quid  
 iterum dixerit peruidere, Custodiui, in-  
 quit, & expaupt venter meus à voce ora-  
 tionis labiorum meorum. Posteaquam di-  
 uini muneris se ferat largitatem, custodi-  
 uit se, ne se hostem, ne inimicum, ne la-  
 tronem se iterum sicut in paradiso sustine-  
 ret, sit vigilatior, sit sollicitior sui custos, qui  
 se post tantę rei iacturam cœlestem thesau-  
 rû in vasis fictilibus custodiuit. Et expaupt  
 venter meus. Ventrē cordis interna nomi-  
 nat hic Propheta: qui sicut vēter cibus, cor  
 sic sensibus pascitur & repletur. Et expaupt  
 vēter meus à voce orationis labiorum meo-  
 rû. Si intellectus cordis infuderat ori vocē,  
 labijs dederat verba, cur vota sua, cur desi-  
 deria sua, cur ex hoc quod est exoraturus,  
 expaupt? Quia non suggestionem sui cordis,  
 sed diuini Spiritus loquebatur affatu. Au-  
 di Paulum dicentem, Misit Deus Spiritum  
 filij sui in corda nostra clamantem. Abba  
 pater. Quod auditū cum ad interna trans-  
 mitteret, tantum se meruisse mirabatur:  
 & interna tota hominis pauebant. Merito  
 adiecit: Et intrauit tremor in ossa mea,  
 quia ipsa Propheta viscera vexabantur. Et  
 subtrus me, inquit, commota est virtus mea.  
 Quid est subtrus me? quatenus ipse, idem-  
 que homo sursum per gratiā iam leuatus  
 iacebat subtrus pristinam per natutam: nec  
 virtutem cœlestem virtus poterat sustine-  
 re terrena. Iam fumauit mons Sina, cum

A daturus legem Deus descendit in mon-  
 tem. Quid caro faceret, cum descendit  
 Deus in carnem, carni gratiam collaturus?  
 Venit pater quia homo Deum, seruus do-  
 minum non ferebat. Et quia fidelis est in  
 verbis suis, qui dixit: Aperi os tuū, & im-  
 plebo illud. Aperite nunc ora vestra, vt ip-  
 se ea tali, p̄ce, tali repleat & clamore, *Pa-  
 ter noster qui es in cœlis.* Vbi sūt, qui de Dei pro-  
 missione diffidūt? Ecce quam citò fidei est  
 remunerata confessio: mox vt Deum vni-  
 ci filij confessus es patrem, tu ipse es Dei  
 patris adoptatus in filium, vt esses cœli hæ-  
 res, qui Paradisi exul habebaris, & terræ:  
 & ideo nunc vocas, *Pater noster qui es in cœlis.*  
 Quia fuit tibi quondam pater, qui te re-  
 soluit in limum, qui te ad claustra duxit,  
 & pertraxit inferni: terram nesciat, amo-  
 rem carnis ignoret, patrem pulueris non  
 requirat, nihil in se vitij licere permit-  
 tat, qui Deum patrem cœlestem reperit  
 ad naturam. Et qui se Dei filium credit:  
 actu, vita, moribus, honestate, tanto ge-  
 neri respondeat, ne iterum ad terrena des-  
 cendens ad ipsam tanti genitoris tendat  
 iniuriam. *Sanctificetur nomen tuum.* Si no-  
 men Christi cæcis visum, cursum claudis,  
 defessis vario languore sanitatem, mor-  
 tuis dat vitam, teque homo ipsum, totam-  
 que sanctificat creaturam, quem admo-  
 dum tu ipse nominis oras, & ex postulas  
 sanctitatem? Quia à Christo vocatus es Chri-  
 stianus: & ideo supplicas, vt prerogatiua  
 tanti nominis meritis in te subsequenti-  
 bus roboretur. *Adueniat regnum tuum.* De-  
 uotionem mandat, exigit desideria, vota  
 perquirat ipse, qui aduentum suum in sua  
 continet potestate. Fidelis est ille miles,  
 qui regis sui præsentiam sitit, exoptat re-  
 gnum, expetit & concupiscit triumphos:  
 sed hic petis, vt tibi, & in te adueniat re-  
 gnaturus, in quo diabolus arcem, mors  
 imperium, diu infernus gessit, & tenuit  
 potestatem. Oremus ergo charissimi, vt  
 Christus semper suo regnet in milite: vt  
 miles semper suo triumphet in rege. *Fiat  
 voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Beatus  
 dies ille, qui terrenorum iungit, sociat, ex-  
 æquat cœlestibus voluntates, vt inter dis-  
 pares substantias, vna atque eadem sit vo-  
 luntas. Hæc est fida pax, inconcussa con-  
 cordia, gratia perseuerans, quando per v-  
 nius domini ordinem, familia natura di-  
 uersa, voluntate sit vna: eadem reperitur  
 & sensu. *Panem nostrum quotidianum da nobis  
 hodie.* Post cœleste regnum panem quis  
 postulet temporalem? Sed quotidianum,  
 & in diem vult nos in sacramento sui cor-

Abac. 3.  
 Intra  
 LXX.

Psal. 12.  
 Matth. 6.

Gal. 4.

poris panis viaticum postulare, vt per hoc ad perpetuum diem, & ipsam Christo perueniamus ad mensam, vt vnde hic gustum sumpsimus, inde ibi plenitudinem, totaque satietates capiamus. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris.* Qui sic petit, & debita non relaxat, iste se etiam per quod orat, accusat: qui sibi tantum donari postulat, remitti tantum, quantum ipse remittit, & donat, ad placitum Deum, Deum taliter inuitat ad partem. Quisque quantum ipse præstiterit alteri, tantum sibi exigat & ipse præstari. Dimittenda sunt autem fratres debita, non pecuniæ solum, sed omnium causarum, culparum, criminum, quicquid homo incurere poteris, in his tibi cum incurrerit alter, ignosce. Fides peccatis suis petit veniam, qui peccanti libenter ignoscit. *Et ne nos inducas in tentationem.* Hoc petere miles multis modis cogitur fratres, ne fragilitas plus ausa, & de se tumore præsumens, nec virium suarum modum colligens, in conflictu male cauta succumbat: deinde offensus Deus tradat tentationibus, quos relinquit. *Sed libera nos à malo.* Satis de se humiliter sentit, nec saluari per se præsumit, qui vt à malo per Deum liberetur, implorat. Signate vos. Intelligite filioli quanta perfectorum, quanta fortium gloria sit, & potestas, quando tanta virtus in ipso conceptu, tanta maiestas aperitur in partu. Nondum natus patrem vocat, sanctitatem postulat, regnum petit, dat iura terris, terrenis cælestibus exæquat voluntates, & laboribus profuturus exigit iam deuotus annonam. Panem nostrum, inquit, quotidianum da nobis hodie. Beati estis, qui cepistis ante pugnam vincere, ante triumphare, quam viuere: ante ad patris promptuaria, quam matris ad gremium peruenire: ante partum gregis, quam succum lactis inuadere: toto antè victoriarum sonare iubilo, quam vagitu respondere cunarum. Verè, vt dixit Apostolus, infirmum Dei fortius est hominibus. Aut quis poterit tanti conceptus referre sacramentum? vbi virgo mater parit orbe quotidie, nec relinquit posteros ad laborem, sed æternam germina præmittit ad gloriam.

1. Cor. 1.

IN EANDEM,  
SERMO LXIX.



Vt asne mortale pectus dominicę charitatis erga nos magnitudinem capiat? Putasne terreni corporis pondere mēs de-

A pressa erga nos diuinum intelligat ac sentiat affectum? Nam quicquid cæli micat, radiat, & splendet ornatus, quicquid terra fragrat in floribus, sapit in fructibus, in animantibus gaudet, nostro amore factum, nostræ additum est seruituti. Sed quamuis magna, parua tamen sunt ad supernam in nos dilectionis in nos indicium. Nobis principatus cælorum, nobis ætheriæ potestates, nobis supernæ dominationes, nobis angelorum officia excubijs militat indefessis. Sed ista adhuc asserendæ in nos diuinæ necessitudinis parua sunt, & minora, tantumque infima, quantum creatore suo minor est creatura.

B Deus vultu in contemptibilis, visu imperispicabilis, nullo sensu æstimabilis, inaccessibleis mente, ne ipso quidem ad plenum notus auditu, quoties, qualiter, quam varie, quam diuerse, se humanis aprauit obturibus? quam se communioni, quam se familiaritati præstitit, & concessit humanæ? Cum Noë consilij sui facit esse participem, & expiando mundo diluuium præmonet imminere, & torum sæculum ipso custode paruo arce designat in semine. Cum ad Abraham velut hospes aduertat, inuitatus tota dignatione succedit, oblata non respuit, apposita velut esuriens

Gen. 6.

Gen. 18.

Gen. 11.

C & lassus assumit, & diuina collatione velut egēs suscipit, & acceptat humana. Hinc est, quod emortua mox senis membra reuiuiscunt, sterilis vetulæ iam viscera suscitantur extincta, & natura in viuo caduere persepulta proditura suum resurgit auctorem, & generat plurimos transactio iam tempore per vnum quem crediderat conditorè. Ad Moysen igneus Deus glomeratur in rubo, deinde confert faciendacum seruo, exercetur varijs in Ægypto virtutibus, & patefit ad nutum famuli: irrogat flagella, vel tollit: & in mari quantus sit, quantumue homini dederit, vitricis vndæ demonstrant obsequia: cum sicato gurgite cedit vnda pijs: & liquore durato murum præstat, munimen exhibet liberandis: ac tota naturæ suæ virtute de hoste sequissimo triumphatura decurrit. Mi-

Exod. 5.

Exod. 8.

Exod. 14.

Deut. 25.

Iosue 10.

Iosue 6.

D in castris: numerosas gètes nunc ferit fulmine, nunc tangit grandine, nunc solo tubarum clangore prostrernit: vt sine cõstituto, sine vulnere Deus ducat victrices acies, quas præcedit: affuit desiderijs, votis annuit singulorum, mox ad interrogata respondit, occulta prodidit, prædixit futura, quæ sita patefecit, regnum contulit, donauit opes, temperauit pluias, fecundas præstitit terras, coniugia ipsa filiorum copia & ho-

nore decorauit. Sed adhuc parum esse cre-  
didit, si affectum suum erga nos præstando  
prospera tantum, & non etiam aduersa su-  
stinendo monstraret. Post omnia, mun-  
dum suum pauper ingreditur: iacet in cu-  
nabulis vt homo: vagitu suo implorat, in-  
quirit, exigit quam tibi præstitit ipse pieta-  
tem. Parens omnium vsus est te parente:  
subiectus tibi exitit, cui omnis subiacet  
altitudo: timuit, quem timenda metuunt:  
fugit, ad quem cuncta confugiunt: celo-  
rum arbiter est hospes in domibus pecca-  
torum: pane pascitur qui pascet omnes: &

*Id est om-  
nipotens.*

quid plura? *πατριάρχης* tenetur sæculorum:  
sistitur terræ fundator, iudicator humanæ B  
largitor veniæ, discutitur cordis scruta-  
tor, punitur vitæ dator & redditor: cun-  
ctorum resurrectio sepelitur, vt tarda mēs  
hominis, & intelligentia fatis pigra, vel  
morte in se Dei probaret affectum, quæ  
prædictis & innumeris Dei beneficijs, Dei  
erga se non intellexerat, non senserat cha-  
ritatem. Qui ergo esse fecit, dedit viuere,  
docuit & orare: quia totum voluit præsta-  
re, qui sua sibi prece voluit supplicari. *Pa-  
ter noster qui es in caelis.* Ecce homo tua te vo-

*Matth. 6.*

ce Christus hodie, vt sibi faceret cohære-  
dem Dei patris adoptat in filium, dum  
ait: *Pater noster.* Quod suæ dignationis est, C  
tuæ esse voluit potestatis, iuxta illud. Quot-  
quot receperunt eum, dedit eis potestatem  
filios Dei fieri, & tamen iubet dicere, vt  
dignatio donantis sit, non temeritas præ-  
sumptis. *Qui es in caelis.* Non quod non sit  
in terris, sed te qui caelestem patrem iam  
vocas, ad caelestem vult tendere, & repe-  
tere iam naturam, vt generi tanto vita no-  
stra respondeat, ne terreni mores degene-  
rent, quos caelestis donauit & contulit iam  
natura. *Sanctificetur nomen tuum.* Non quod  
tua sit prece sanctificandum, quod te san-  
ctificat nomen, sed quia Christi nomine  
vocatus es Christianus, petendum tibi est,  
vt actu tuo nomē hoc sanctificetur, & ho-  
noretur in te. Quia sicut virtutum fama  
nominis tantum respondet ad gloriam, ita  
male conuersantis infamia ad eiuſdem no-  
minis redundat iniuriam: dicente Apосто-  
lo: nomen Dei per vos blasphematur in  
gentibus. Et reuera filij, tunc gentilis no-  
mini derogat Christiano, quādo aliter quā  
profiteretur, & dicitur viuete, viderit Chri-  
stianum. *Veniat regnum tuum.* Non vt Deo  
veniat regnum habenti semper, sed postu-  
las vt tibi veniat non habenti: & percipias  
illud quod tibi affectu suo Dominus polli-  
ceretur, cum dicit: Venite benedicti patris  
mei, percipite regnum, quod vobis para-

*Rom. 2.*

tum est à constitutionemundi. Venite be-  
nedicti, non dixit veniamus: percipite, nō  
dixit, percipiamus. Nemo miretur, quia  
patrem vocat qui nondum natus est: nam  
si Ioannes exultat, & Iacob colluctatur in  
vtero, prudens æstimet quid possit natura  
diuina, si tantum potest per Deum huma-  
na conceptio. *Luc. 1.  
Gen. 17.*

IN EANDEM,  
SERMO LXX.



Mnia quæ diuinitus dicta, facta  
quæ referuntur, sunt miraculo,  
sunt stupori, sunt pauenda mor-  
talibus, ipsis etiam caelestibus sunt tremē-  
da: sed nihil tam super caelum, pauet ter-  
ra, expauescit vniuersa creatura, quam  
quod vos estis hodie nobis dicentibus au-  
dituri. Seruus dominum patrem vocare  
audet, iudicem suum teus nuncupat geni-  
torem, conditio terrena sua se voce adop-  
tat in filium: qui terrena perdidit, æstimat  
se diuinitatis hæredem. Sed audemus, quia  
præsumptio dicentis non est, vbi authori-  
tas est iubentis: ipse enim nos hodie dice-  
re sic voluit, qui nos docuit sic orare. Et  
quid mirum si homines Dei consecrauit in  
filios, quando se hominis dedit & aptauit  
in filium? Carnis nunc naturam transiit  
in diuinam, deitatem quando humanam  
derulit ad naturam: tunc hominem sibi in  
caelestibus præstitit cohæredem, quando  
se participem reddidit terrenorum. Aut  
homini negare quid amoris potuit, quid  
muneris, qui totum quod erat hominis,  
etiam peccatum suscepit, & mortem? Aut  
quomodo hominem in suis prosperis so-  
cium non habebit, qui in aduersis hominis  
se fecit esse consortem? Homo redi ad  
Deum sic amatus à Deo & ad illius gloriā  
da totum te qui se totum propter te ad  
D suam deduxit iniuriam, & voca patrem fi-  
dens, quem tanto amore tuum probas,  
sentis, intelligis esse genitorem. *Pater ne-  
ster.* Quod nondum natus patrem vocat,  
nemo miretur: Deo nata sunt nascitura, *Ecol. 3.  
Luc. 1.*  
futura facta sunt Deo. Quæ futura sunt,  
inquit, iam fuerunt. Hinc est quod in vte-  
ro suum Ioannes sentit auctorem: & extat  
nuncius matri, qui erat suæ nescius vitæ.  
Hinc est quod Iacob ante legitur bellare,  
quam nasci, ante triumphare, quam viuere.  
Hinc est quod iam sunt Deo, qui sibi  
adhuc non sunt, qui electi sunt ante con-  
stitutionem mundi. *Qui es in caelis.* Non  
quod ille non sit in terra, sed vt tu per hoc

*Ecol. 3.  
Luc. 1.  
Gen. 25.*

*Matth. 25.*

germen esse noueris te cœlestem : & si te  
 Dei filium esse fateris, uiue quasi Dei filius  
 ut actu, vita, virtutibus, tanto possis res-  
 pondere genitori, *Sanctificetur nomen tuum.*  
 Quia à Christo uocatus es Christianus, pe-  
 tis, ut prærogatiua tanti nominis sanctifi-  
 cetur in te: quia nomen Dei quod per se,  
 & sibi sanctum est, aut sanctificatur in no-  
 bis nostro actu, aut nostro actu blasphe-  
 matur in gentibus. *Veniat regnum tuum.*  
 Ipse dicit: Regnum Dei intra uos est: si in-  
 tra nos est, ueniat ut quid oramus? Est in  
 fide, est in spe, est in expectatione, sed ut  
 in te ueniat, iam precamur. Veniat autem  
 nobis, non ille qui semper contregnat pa-  
 tri suo, semper regnat in patre, sed ueniat  
 nobis. Venite benedicti patris mei, percipi-  
 te regnum quod uobis paratum est ab ori-  
 gine mundi. Dicimus, *Veniat regnum  
 tuum.* Ut sic Deus regnet in uobis, quate-  
 nus in uobis desinat mors regnare, desinat  
 regnare peccatum. Regnauit, inquit, mors  
 ab Adam usque ad Moysen. Et alibi. Non  
 regnet peccatum in uestro mortali corpo-  
 re. *Fiat uoluntas tua, sicut in celo & in terra.*  
 Nunc in terra multa sunt pro diaboli vo-  
 luntate, pro sæculi nequitia, pro desiderio  
 carnis: in cœlo uero, sit nihil præter Do-  
 mini uoluntatem: petimus ergo, ut inter-  
 empto diabolo, ut nouo sæculo, ut muta-  
 to corpore, ut destructo mortis imperio, ut  
 abolita dominatione peccati, in cœlo & in  
 terra, in Deo & hominibus, una Dei sit,  
 eademque uoluntas. *Panem nostrum quoti-  
 dianum da nobis hodie.* Post regnum cœleste,  
 terrenum panem petere nõ iubemur: pro-  
 hibente ipso, cum dicit: Nolite solliciti es-  
 se animæ uestræ quid māducetis, aut quid  
 bibatis. Sed quia ipse est panis qui de cœlo  
 descendit, petimus & precamur, ut ipsum  
 panem quo quotidie, id est, iugiter sumus  
 in aternitate uicturi: hodie, id est, in præ-  
 senti uita, de conuiuio altaris sancti ad uir-  
 tutem corporis, mentisque capiamus, *Et  
 dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus  
 debitoribus nostris.* Sic dicendo homo in-  
 dulgentiæ modum, mensuramque uen-  
 iæ tu tibi dedisti, qui à domino tantum  
 tibi petis dimitti, quantum dimiseris ipse  
 conferuo. Dimitte ergo delinquenti in te  
 totum, si uis ipse de tuis nihil domino de-  
 bere delictis: in altero dimitte tibi, si uis  
 ipse uindicem uitare sententiam. *Et ne nos  
 inducas in tentationem.* Deus, sicut scriptum  
 est, neminem tentat, sed tentare dicitur,  
 cum contumaciter euntes ad tētationem  
 laqueos derelinquit. Sic Adam tentatoris  
 incurrit infidias, dum sui præcepta deserit

Luc. 17.

Matth. 23.

Rom. 5.

Rom. 6.

Matt. 6.

Ioan. 6.

Iacob. 1.

Gen. 1.

conditoris. Vnde autem & à quo tentare-  
 tur homo, prodit sic dicendo. *Sed libera nos  
 à malo,* Hoc est, à diabolo, qui totius ma-  
 li & auctore est, & origo: diabolus natu-  
 ra cœlestis fuit: nunc est nequitia spiritua-  
 lis, ætate maior sæculo, nocendi vsu tri-  
 rus, lædendi arte peritissimus: unde non  
 iam malus, sed malum dicitur, à quo est  
 omne quod malū est. Hinc est quodd pro-  
 prijs uiribus liberari homo non potest, car-  
 nalibus uinculis illigatus. Petendum no-  
 bis est ergo, ut Deus nos à Diabolo liberet  
 qui Christum terris ut diabolum uinceret,  
 commodauit. Clamet homo, clamet ad  
 Deum, clamet, libera nos à malo, ut à tan-  
 to malo solo Christo uicente liberemur.  
*Pater noster qui es in cœlis.* Orandi thema,  
 materiam petendi, supplicandi normam  
 paucissimis in uerbis ipse tibi qui tibi est e-  
 xorādus indulsit: ut ex hoc tu pretendi su-  
 mas sensum, intellectum postulādi capias,  
 mensuram colligos impetrandi: & breui-  
 simo magisterio orandi latissimam capias  
 disciplinā, simul quia ad amoris iudicium  
 Rex ipse officio functus est aduocati, ut  
 preces quibus responsus erat, ipse dicta-  
 ret. Cunctatio ablata est impetrandi om-  
 nis, imò fiducia collata est tota promeren-  
 di, quando ipsum se legit in precibus qui  
 rogatur. Metus locum non habet, ubi à  
 patre filius pietate interprete desiderat  
 quæ sancta sunt, impetrare.

## IN EANDEM,

## SERMO LXXI.



Rares charissimi, qui uos dona-  
 uit credere, ipse uos docuit & o-  
 rare: & totam petendi formam  
 paucis aptauit in uerbis: quia  
 cum patrem postulat, multa prece filius  
 nõ laborat: sicut enim petere cogit neces-  
 sitas genitum, ita urget charitas dare ge-  
 nitorem. Pater ergo qui spõte præstat, non  
 tam ut petatur, quàm quid petatur ostendit:  
 ut filius petendo iusta placeat, qui po-  
 test stulta postulans displicere. Audite pa-  
 trem, & uos filios esse iam credite, ut quæ  
 petieritis incunctanter impetrare possitis.  
 Quid valeat fides, credulitas quid possit,  
 quanti sit confessio, hodie monstratur in  
 uobis. Ecce Trinitatis trina confessio, in  
 cœlestem sobolem de terrena uos sustulit  
 seruitute: ecce fides quæ Deum locuta est  
 patrem, patrem uobis Deum hodie, con-  
 quisuit: ecce uox quæ confessa est Deum  
 filium, uos Dei adopravit in filios: ecce

credulitas quę Deum Spiritum proclamauit, de carnis substantia mortali in vitalem Spiritus substantiam vos mutauit. Quis pietatis tantę dignus inuenietur asseritor? Deus pater homines dignatur hæredes, Deus filius non dedignatur seruos cohæredes, Deus Spiritus carnem consortem diuinitatis assumit, sit cælum possessio terrenorum, & inferis additi iurisdictione suscipiuntur in supernis:

**1. Cor. 6.** Apostolo probante, cùm dicit: An nescitis quia angelos iudicabimus? Vocate ergo Deum patrem, vosque & si nondum natos, iam tamen designatos filios esse iam credite, & dare operam: quatenus sit vobis cœlestis vita, sint vobis diuini mores, & forma deitatis tota vestra præferatur in forma, quia cœlestis pater respondentes generi filios muneribus ditat diuinis: degenerantes ad pœnalem reuocat seruitutem. *Pater noster qui es in cœlis.* Succumberet conscientia seruilis, terrena conditio solueretur, nisi nos ad hęc clamorem ipsius patris auctoritas, ipsius filij Spiritus excitaret. Misit, ait: Deus Spiritus filij sui in corda nostra clamantem Abba pater. Lacescit mens, caro nostra deficit ad diuina, nisi Deus quę fieri iubet, impleat ipse qui iubet. Quando ausa mortalitas Deum vocare patrem nisi modò, quando superna virtute hominis animantur interna? *Pater noster qui es in cœlis.* Homo quid cõmune cum terris tibi, qui confiteris tibi genus esse de cœlis? Ergo cœlestem vitam monstra in habitatione terrena: quia si quid in te gesserit terrena cogitatio, cœlo maculam, cœlesti generi iniuriam intulisti. *Sanctificetur nomen tuum.* Nos petimus, vt sanctificet nomen suum Deus, quod sanctitate sua totam saluat & sanctificat creaturam. Fratres, hoc nomen est, quod supernę potestates pauent, quod tremenda suscipiunt seruitute: hoc nomen est, quod mundo perditio dat salutem: sed petimus, vt nomen Dei actu nostro sanctificetur in nobis: nobis enim bene agentibus, benedicatur nomen Dei: nobis male agentibus blasphematur. Audi Apostolum dicentem: Nomen Dei per vos blasphematur in gentibus. Petimus ergo, petimus vt quantum nomen Dei sanctum est, tantum nos eius mereamur in nostris mentibus sanctitatem. *Veniat regnum tuum.* Quasi non semper fuerit, ac sit, sic regnum Christi vt veniat nunc rogamus. Et vbi est illud? Regnum Dei intra vos est. Intra nos est fide, sed vt reueniat, supplicamus. Fratres, quandiu diabolus varione quitiarum

A genere, multimoda arte fallendi rerum aciem turbat, sensus hominum, moresque confundit, sœuit idolis, sacrilegijs furit, fallit augurijs, diuinatione mentitur, signis decipit, illudit astris, spectaculis occupat, obsidet vitijs, peccatis vulnerat, criminibus sauciat, desperatione prostermit, Christi regnum prolongat & absentat à nobis. Petimus ergo vt veniat tempus, quo mali tanti auctore pereunte, mundus totus, creatura tota, totam solius Christi regnet & triumphet ad gloriam: & fiat quod sequitur, vt sicut in cœlo, ita & in terra vna domini sit voluntas. Sit terra cœlum, vita Deus, tempus æternitas, patria requies, census innocentia, honor immortalitas, furia castitas, Deus totum, Addidit, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Post paternitatem Dei, post diuini nominis sanctitatem, post cœli regnum, quotidianum panem iubemur exposcere. Christus obliuioni non subiacer, Christus mandatis suis contraria non demandat: *Matth. 6. Ioan. 6.* ipse dixit: Nolite solliciti esse animę vestrę quid māducetis, aut quid bibatis. Sed quia ipse est panis qui de cœlo descendit, qui legis & gratiæ mola aptatus est in farinam, qui crucis confectus est passione, qui magnę pietatis fermentatus est sacramento, qui consperisionis leuis leuamētum sustulit de sepulchro, qui vt diuinitatis suę calore coqueretur, ipse clibanum decoxit inferni, qui ad cœlestem cibum quotidianus Ecclesię defertur ad mensam, qui in remissionem frangitur peccatorum, qui edentes se perpetuum pascit & enutrit ad vitam: hunc panem quotidie nobis dari petimus, donec illo die perpetuo perfruamur. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Homo penes te est potestas veniæ, in te est indulgentiæ ius: tu tibi remissionis auctor es constitutus. Gratis petis veniam, qui tibi in alio indulgere contemnis. Homo tu tibi misericordiæ, factus es ipse mensura: quantum quæris misericordiæ, fac tantum. *Et ne nos inducas in tentationem.* Tentatio est fratres, species fallans, quę prospera in aduersis, aduersa occultat in prosperis, humanam que ignorantiam dolosos educit in lapsus: petimus ergo ne peccatis impellentibus in tentationum foveas incidamus. Inducere autem Deus dicitur, currentes ad crimina cùm relinquit. *Sed libera nos à malo.* Hic mali malum designat auctorem hoc est, diabolus. Petimus ergo vt munere hoc vno malis omnibus cùm mali carcamus auctore. *Pater noster*


**Rom. 2.**

**Luc. 17.**

qui es in caelis. Nemo cum se filium clamat manere se miretur in habitu seruitutis: ad diuinum germen hodie designatus es, non promotus: spem, non rem te noveris consecutum. Audi Apostolum: Spe salui facti sumus: spes autem quæ videtur non est spes, quod enim videt quis, quid sperat? si autem quod non videmus, speramus per patientiam expectamus. Hodie adoptionis est dies, hodie promissionis tempus est: audi, crede, expecta, crede creditori tuo, qui tibi creditur debitori, expecta parumper vt veniat, qui te diu sustinuit vt venires: da illi inducias de promisso, qui tibi quicquid erat debiti, iam donauit. Aut quare tu fatigaris spe Dei, cum genus omne hominum subsistat spe, fide viuat? Agricola nunquam sereret anhelus, si fructum laboris sui de tempore non speraret: viator laborem prolixi itineris non subiret, nisi se ad destinata crederet peruenire, nauta mare non intraret incertus, si se lucris sequentibus compensaturum viarum discrimina non speraret: miles tota iuuentutis tempora non ageret in periculis, si senectutis honores copiosissimos non speraret: filius paternæ dominationis tempora non duraret, si se substantiæ paternæ non speraret hæredem. Et tu si te iam filium Dei credis, iuxta Prophetam: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & expecta, vt hæreditatem Dei de expectationis fide: & de virtute patientiæ consequaris. Audi Apostolum: Filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Et iterum: Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cum autem apparuerit Christus vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Fratres beati sunt filij dei, quia & hæreditatem rerum omnium possidebunt, & de excessu patris luctus temporum non videbunt.

## IN EANDEM,

## SERMO LXXII.

od ego modò cum magno tremore dicturus sum, quod vos estis nunc terribiliter audituri: imò terribiliter vocaturi, stupent angeli, pauescunt virtutes, supernum cælum non capit, Sol non videt, terra non sustinet, tota non assequitur creatura. Quid ad hæc mortale pectus? Quid ad hæc mens hominis imbecilla? Quid ad hæc humani sen-

A sus angustia? Quid ad hæc humana vocis aura? Quid ad istud humana lingua citò <sup>1. Cor. 22</sup> tacitura? Hoc Paulus inuisibiliter cum vidisset, prodidit non prodendo, dicens: Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Hoc Isaias cum suo <sup>Esa 55.</sup> mox cœpisset auditu, ad hoc hominum peruenire posse dubitat, vel fidem, dicens: Domine quis credidit auditui nostro? Hoc Hieremias cum diuino concepisset <sup>Hier. 4.</sup> auditu, partus supernorum sensuum non sustinebat, clamans: Ventrem meum, ventrem meum doleo, & sensus cordis mei perturbati sunt. Hoc Abacuc diuini <sup>Abac. 3.</sup> spiritus perorabat afflatu, cum dicit: Custodiui, & expauit venter meus à voce orationis laborum meorum: & intrauit tremor in ossa mea, & subtus me commota est virtus mea. Elcuius virtute Dei sensit suam sub se succubuisse virtutem. Longum est super hoc sacramentum pauoris prosequi, & dinumerare sanctorum: tempus non finit diu me in hoc timore demorari, cœlestis partus impetus non potest tardare nascentium. Dico ergo, & vos in vtero adhuc penetrati voce compello, prouida exhortatione præmoneo: vt ante quam videatis matrem, vocetis & patrem, antè blandimenta matris, patris tendatis & festinetis ad regnum: ante patris præueniatis ad panem, quàm matris ad vbera pendeatis. Nec in vos quicquam sibi, aut matris necessitas: aut ætatis tempora vindicent: sed in vobis totum diuino patri, totum cœlesti respondeat & occurrat auctori. <sup>Matth. 6.</sup> Pater noster qui es in caelis. Hoc est quod pauebam dicere, hoc est quod trepidabam proferre, hoc est quod neque cœlestium, neque terrestrium quenquam sinebat seruitutis propriè conditio suspicari: cæli & terræ, carnis & Dei repente tantum posse prouenire commercium, vt Deus in hominem, homo in Deum, Dominus in seruum, seruus verteretur in filium: fieretq; diuinitatis & humanitatis ineffabili modo vna & sempiterna cognatio. Et quidem deitatis erga nos dignatio tanta est, vt scire nequeat quid potissimum mirari debeat creatura: vtum quod se Deus ad nostram deposuit seruitutem: an quod nos ad suæ diuinitatis rapuit dignitatem. Hinc est homo, quo te diuinitus adhortatur, qui tanto, nunc tuo amore flammatur: quod adhuc in vtero voce tua te Deus adoptat in filium: quod te non fieri solum liberum vult ille, sed nasci: quod ipsam propter te manumittit naturam: ne quem nœuum, ne quem

Rom. 8.

1. Sal. 26.

1. Ioh. 3.

Coloss. 3.

ne quam maculam imponat ortus pristinae seruitutis. O vos beatos, quibus dominari datum est ante, quam nasci: ante regnare, quam viuere: ante ad Dei patris gloriam peruenire, quam profapiam propriam vilitatis agnoscere. Ecclesia felix mater, quae vos tales respicit, quae cum virgo permaneat, genuisse tales & tantos vos taliter se miratur. Olim partus iste praecedentibus designabatur exemplis. Hinc est quod Iacob in utero matris cum fratre luctatur, praeripit & triumphos. Hinc est quod in utero Thamar gemini de primatus honore praeriantur, retardant partus: nec ante lucem cupiunt videre, quam vincere. Hinc est quod Ioannes exultat ante, & ante suo occurrit auctori, genitricis ex utero quam procedat. Et si humana pignora sic ante Deo militat, quam nascantur parentibus, quam viuant saeculo: quid mirum si Ecclesiae diuina germina, si Deo sua soboles in utero adhuc quod sit superni germinis iam faturus? *Pater noster qui es in caelis.* Stupor insurgit, Christus de Dei patris pectore matrem vocat, & faturus in terra: & homo de matris utero patrem vocat, & confitetur in caelis. *Pater noster qui es in caelis.* Quo te homo repente prouexit gratia? quo te rapuit caelestis natura? ut in carne & in terra positus adhuc, & carne iam nescias, & terram, dicendo: *Pater noster qui es in caelis.* Qui ergo se tanti patris filium confitetur, & credit, respondeat vita generi, moribus patri, & mente, atque actu asserat, quod caelestem consecutus est per naturam. *Sanctificetur nomen tuum.* Cuius utique genus esse cepimus, eius utique censetur & nomine: & ideo petimus, ut in nobis illius nominis sanctificatio perseueret, honor & prerogatiua nominis, quod sublimauit sic tanti genitoris celsitudo. *Adueniat regnum tuum.* Non illi petimus, cui nunquam defuit regnum: imo qui est ipse regnum, totamque in se regni continet potestatem: sed qui nos vult ad promissam regni gloriae peruenire, monet nos expetere omnibus hoc votis: in hoc vult nos totis mentibus inhiare. Quantum namque est temerarius, qui discutit de genere: ignarus est tantum, qui non gaudet, aestuat, anhelat, cum promissum intendit & pertendit ad regnum. *Fiat voluntas tua, sicut in caelo & in terra.* Sicut in caelo, sic & in terra: tunc iam totum caelum est, tunc agit Dei mens vna omnes, tunc in Christo omnes, & in omnibus Christus, quando omnes solius Dei sapiunt, & faciunt voluntates: tunc omnes vnum, imo vnus omnes, quando Dei spiritus in omnibus viuunt vnus. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Sicut in Psalmo:

A Benedictus dominus de die quotidie, ita hic: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Quotidianum iugem dicimus: iugis panis ille est, qui de caelo descendit. Ego sum panis, qui de caelo descendit. Perfectio ergo beatitudinis est hodie, hoc est, in praesenti illius panis, illius panis iam cibo viuere, cuius perpetuitate, quod est quotidie, saginabimur in futurum. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* De supplicantis pectore veniae fons emanat, & ad veniam refluat: quicquid pietatis exuberat, & effundit in alterum, quando indulget sibi tantum, quantum alteri condonaue-rit. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Satis potest homo misericors, qui cum Deo de pietate configit, cum tantum sibi dari, quantum dederit, quantum donauerit, tantum desiderat & donari. Homo sit semper in pectore tuo venia, si vis crimina non timere. *Et ne nos inducas in tentationem.* Haec interpretatione non indigent, quia tentatio diaboli praua & amara est sinistra eius: quamdiu vero hoc fragili continemur in corpore, necessario precamur, ut in nos nec tentationi pateat aditus, nec diabolo tribuatur accessus. *Sed libera nos a malo.* Ipse autem Dominus Deus noster liberet nos a malo, & perducatur ad omne bonum, qui viuunt & regnat Deus modo & semper, & per infinita saecula saeculorum. Amen.

## DE PASCHALI SOLENNITATE.

## SERMO LXXIII.

**M**Odierna festiuitas, fratres charissimi, nobis vetera non connectit, nec carnes agni seruat in crastinum: sed dum praeterita praesentibus solenni deuotione participat, & Pascha nostrum, Pascha redeunte coniungit, nouae regenerationis ablactat infantiam: quia iuxta Apostolum, Vetera transierunt: & ecce facta sunt omnia noua. Annus Domini perficitur temporibus, non fenescit, qui tandiu suo recurrit in circulo, quamdiu nos ad diem retributionis adducat. Paschalis hodierna solennitas a lacte, quos ante genuit, nunc repellit, ut solidioris cibi pastu, perfectum Christi roboretur in virum. Fecisse Abraham epulum magnum, totiusque domus suae laetitiam suscitasse ablactato Isaac, historia diuina referente cognouimus. Et si senectutis soboles, si sterilis vnicus, choris tripudiantibus, cithara & tympano, & toto psalterij resonante

concentu, vniuersæ familiæ corda traxit, & commouit in gaudium, quanto magis nos in hymnis spiritalibus conuenit exultare, vel canticis, quando virginei germinis, ablaçtatur vniuersa fecunditas? Anna quoque Saræ consterilis, quæ lachrymis orationum suarum tâdiu madefecit ariditatem sui corporis & naturæ, quamdiu fuerat longo vitæ tempore negata posteritas. Samuëlem diuino munere susceptum, ablaçtatum mox diuinum refundit in munus, & lætitiâ suam sacrificiorum victimis ad plenitudinem liberationis accumulât: multò magis nos oportet laudis immolare sacrificium, vota soluere, suauitatis incensum adolere, & tota holocaustorum pinguedine Deo patri victimas immolare, quando virgo mater enutrita & ablaçtata tot numero pignora: quot stellas coeli, patri toto orbe repræsentat, vt impleatur illud Propheticum: Benedices coronam anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur vbertate. Nemo ergo otiosum credat istud festiuitatis nostræ salutare mysterium, nec existimet pannum nouum veteri nos affuere vestimento, vbi nihil Iudaicæ vetustatis nouitati coniungimus Christianæ: scientes, Apostolo dicente, nouam totam in Christo nobis emeruisse creaturam: sed agnitionem diuinam supernæ virtutis euehimus ad profectum, vt dum simul nuper nati quid facere debeant, imbuuntur: & ante geniti quantam Deo gratiam de perfectione sua debeant, instruuntur, appèdantur collo ij, qui modo nati sunt: & pietate tota sub Ecclesiæ matris vberibus occupentur, trahant teneris faucibus innocentiæ pactum, in opere sancto brachia meditentur extendere, nitantur in cursu fidei tremula firmare vestigia. Nunquid sic relinquendi sunt iam nutriti, vt non patris cura, patris manu, patris regantur arbitrio? & ita matris consilio, matris fide muniantur, vt non humana solum, sed etiam diuina prudentia percipiant, & præripiât salutaria? Sic Iacob suo nimis timidus, matris consilio fatis ausus, patris vt præriperet benedictionem, plus mysticus, quam dolosus incescit: nam primogenitum se mentitus non est, quia ille primus est, quem cœlestis gratia generat, non natura mortalis: ille nos sub hircorum pellibus figurabat, qui vt moriamur peccato, horratu matris Ecclesiæ mortificati corporis induimur vestimento, & odore agri continuis confessionum fructibus & vbertate redolemus, donec cæcitati Israëlitiæ salutariter illudentes, paternam benedictionem toto fidei præripiamus arcano: dicente Apostolo, Cæcitas in patre in

A Israël facta est donec plenitudo gentium introiret.

DE RESURRECTIONE CHRISTI.

SERMO LXXIV.

**A** Liquantum nos tacere, fratres charissimi, & vigiliarum labor fecit, & coëgit ieiunij lassitudo: & ideo hodie reddimus de dominica resurrectione sermonem: in qua si diuinum est quod ex virgine nascitur Christus, quantum diuinius est Christus à mortuis quod resurgit? Quod ergo diuinum est, humano non accipiatur auditu. *Vespera*, inquit, *sabbathi qua lucefcit in prima sabbathi*. *Vespera sabbathi*, hoc nescit dies sæculi, hoc non habet mundi vsus. *Vespera* finit, non inchoat diem: tenebrefcit *vesper*, non lucefcit, non in auroram vertitur, quia lucis ortum ignorat. *Vespera* mater noctis parturit diem, mutat ordinem, dum agnoscat auctorem: radiat de nouitate mysterium, anhelat creatori seruire, non tempori. *Vespera*, inquit, *sabbathi, qua lucefcit in prima sabbathi*, *Venit Maria Magdalena & altera Maria videre sepulchrum*. Sero mulier currit ad veniam, quæ maturè cucurrit ad culpam. *Vespera* querit Christum, quæ in matutinis Adam se nouerat perdidisse. *Venit Maria & altera Maria videre sepulchrum*. Quæ de Paradiso perfidiam sumplerat, festinat fidem sumere de sepulchro: cõtendit rapere de morte vitam, quæ de vita rapuerat mortem. *Venit Maria*. Hoc nomẽ matris est Christi, venit ergo mater in nomine, venit mulier, vt fieret mater viuientium, quæ facta fuerat morientium mater: vt quod scriptum est impleretur: Hæc est mater omnium viuientium. *Venit Maria & altera Maria*. Non dixit venerunt, sed venit: sub vno nomine venerunt duæ mysterio, non casu. *Venit Maria & altera Maria*. Venit ipsa, sed altera, altera, sed ipsa vt mulier mutaretur vita, non nomine: virtute, non sexu: & fieret resurrectionis nuncia, quæ internuncia & lapsus extiterat & ruina. *Venit Maria videre sepulchrum*. Vt quam deceperat arboris visus, visus repararet sepulchri: & quam prostrauerat illecebrosus aspectus, aspectus salutaris attolleret. *Ecce*, inquit, *terra motus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de caelo*. Tremuit terra, non quia Angelus descendit de caelo, sed quia ab inferis dominator ascendit. *Ecce terra motus factus est magnus*. Mouetur chaos, dissiliunt ima terrarum, timet terra, montium tremunt pondera, orbis fundamenta quatuntur,

i. Reg. i.

Psal. 40.

2i. Cor. 5.

Gen. 27.

Rom. 1.

Matth. 23.

Gen. 5.

corripitur tartarus, sicut in inferna: ad dicitur mors, quæ in reos tendens incurrit in iudicem, dominata seruis, exarsit in Dominum, seuiens in homines, profuit in Deum. Merito ergo perit lex tartari, remota sunt inferni iura, potestas mortis ablata est, & in pœnam temeritatis suscitauit mortuos cognitoris iniuria, denique redduntur corpora, redintegratur homo, vita reparatur, & constat de venia iam totum, quia in auctorem vitæ mox est transgressa sententia. *Eccæ terræ motus factus est magnus. Modo terræ motus magnus: O si tunc vel leuis turbo arborem mortiferam deiecisset! O si nebula fumus illius mulieris tenebrasset as-*

*pectum! O si terra nubes lethalis pomi speciem caligasset! O si manus tangens inconcessa tremuisset! O si peccati diem tenebrasset nox iniusta, & lamenta mundi, & incrementa mortis, & creatoris iniuriã tunc tulisset, sed vitis semper feruiunt blandimenta, lenocinantur dulcia delictis, virtutibus vero austeris & fortia sunt amica: Angelus enim Domini descendit de caelo. Resurgente Christo, morte pereunte terrenis redditur cœlestis commercium: & mulieri cui fuerat cum diabolo lethale consilium, cum Angelo colloquium sit vitale. Angelus enim Domini descendit de caelo, & reuoluit lapidem.* Non dixit voluit, sed reuoluit lapidem, qui aduolutus probauit mortem, & reuolutus extitit resurrectionis assertor. Beatus lapis qui Christum & reuelare meruit & velare: Beatus qui non minus corda aperit, quam sepulchrum: beatus qui dat resurrectionis fidem, fideique resurrectionem, qui diuinam carnem resurrexisset testatur. Mutatur hic ordo rerum: mortem, non mortuum deuorat hic sepulchrum, domus mortis mansio fit vitalis, vteri noua forma mortuū concipit, parit viuum. *Angelus enim Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.* Et Angelo quæ causa sedendi erat, cui nulla inerat lassitudo? Sed sedebat vt fidei doctor, vt resurrectionis magister: sedebat super petram, vt soliditas sedis daret credentibus firmitatem. Ponebat Angelus super petram fundamenta fidei, super quam Christus erat Ecclesiam fundaturus, qui dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Erat, inquit, aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.* Ad Angeli gloriam non sufficit fulgor, ad cœlestem naturam quid fecit vestimentum? Sed splendore tali referebat speciem nostræ resurrectionis & formam: quia resurgentes per Christum, Christi mutantur in gloriam. *Præ timore autem eius exterriti sunt*

*A custodes, & facti sūt veluti mortui. Miseri quos tunc percussit pauor mortis, quando securitas redditur vitæ: sed crudelitatis ministri perfidiæ executores alienæ fiduciam sumere, quomodo poterant de supernis? Obsidebant sepulchrum, resurrectioni ianuas obstruebant, & ne qua posset intrare vita, mors perire, seruabant: merito eos Angeli percussit & prostrauit aduersus. Misera, & sibi semper inimica mortalitas dolet se mori: ne resurgere possit, oppugnat: sepulchrum aperire conuenerat, & ad resurgendum quicquid erat facilitatis afferre, vt esset miraculum de facto, de exemplo spes, de reuerberes, credulitas de videndo. Grandis demencia est hoc, hominem nolle credere, quod sibi desiderat euenire. Hoc de his custodibus hodie dixisse sufficiat: quid autem nostra fides habeat, ne hodie longum sit, post dicemus, præstante Domino nostro Iesu Christo, qui viuus & regnat cum patre Deus: in sæcula sæculorum, Amen.*

DE EODEM,

SERMO LXXV.



**Q**VANTVM à vobis ego, à me rãtum peregrinatus est sermo: sed orate fratres, vt sicut me vobis Deus reddidit, ita mihi dignetur reddere, & redonare sermonem. Audistis Euangelistam dicentem: *Vespera, inquit, sabbathi, quæ lucefcit in prima sabbathi.* Quid hic intelligit humanus sensus? quid hic humana sapit sapietia? *Vespera quæ lucefcit.* Vesper finit, nõ inchoat diẽ, nec lucem parturit, sed tenebras: sed hic elementorum author elementorum vices mutat, vt in resurrectione Domini totum diuinum sentias, nil humanum. Denique resurgente Christo fidelibus lucefcit vesper, dies infidelibus tenebrescit: Discipulis nox mutatur in diem, Iudæis dies vertitur & mutatur in noctem. Ab hora, inquit, sexta tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam. Vt ipsa quæ tota est meridiana claritas obscuraretur, & illud quod scriptum est, impleretur: *Occidet illis sol meridie: occidet illis, id est, Iudæis: nostris autem: Nox sicut dies illuminabitur.* Quia vesper, qui in profundã semper caliginem vergit, totam tunc Christi tendit & erexit in lucem: ac splendore toto tota mortalium pectora ab inferis Christo resurgente compleuit. *Vespera sabbathi, Quia illuminatur per Christum sabbatum,*

Sf ij

Matth. 16.

Matth. 28.

Luc. 23.

Amos 8.

Psal. 138.

non deferretur. Nō enim venit soluere legem, *Math. 3.* sed adimplere. Illuminatur, vt in die dominico luceat, clarescat in Ecclesia, quod in synagoga Iudæis obscurantibus fuscabatur. Venit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrum. Præcedunt Apostolos ad ministerium feminæ, quæ sexu viros, ordine discipulos sequuntur: sed non hinc faciunt Apostolos segiore, quæ non feminarum formas, sed Ecclesiarum typum deferunt dominicum ad sepulchrum. Maria, & Maria, sic altera, vt ipsa: ipsa vt altera, altera ipsa, Maria, Maria mater Christi: vnum nomen duas geminatur in feminas, quia hic Ecclesia ex duobus populis veniēs, vna figuratur ex duobus populis, id est, ex Gentibus & Iudæis, quia primi nouissimi, & nouissimi primi. Venit Maria ad sepulchrum, venit ad resurrectionis vterum, venit ad vitæ partum, vt iterum Christus ex sepulchro nasceretur fidei, qui carnis fuerat generatus ex vêtre: & eum quem clausa virginitas vitam protulerat ad præsentem, clausum sepulchrum ad vitam redderet sempiternā. Diuinitatis insigne est clausam virginem reliquisse post partum: de sepulchro clauso exisse cum corpore est diuinitatis insigne Maria & Maria venerunt, vt viderent sepulchrum, vides quia venerunt, non vt Dominū cernerent, sed sepulchrum, nec quærebant cum mortuis iam viuentem, quæ Dominum iam resurrexisse credebant. *Math. 20.* Angelus enim Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem. Reuoluit lapidem, non vt egredienti Domino præberet auditum, sed vt Dominum mundo iam resurrexisse monstraret: conseruis ad credendum daret fidem, non ad resurgendum Domino præstaret auxilium. *Reuoluit lapidem.* Reuoluit ad fidem, qui ad perfidiam fuerat aduolutus. *Reuoluit lapidem:* vt idem esset vitæ titulus, qui acceperat mortis tenere custodem. Orate fratres, vt nunc descendat Angelus, & rotam duritiem nostri cordis euoluat: aperiat sensuum clausa nostrorū, resurrexisse Christum nostris etiam testetur ex mentibus: quia sicut illud cor cælum est, in quo viuit & regnat Christus: ita illud pectus sepulchrum, in quo Christus adhuc habetur mortuus & sepultus, Christi mors sicut fuisse, ita pertransisse credatur: Christus homo passus, mortuus & sepultus fuit: est, viuit, regnat, manet, permanet Deus. Audi Apostolum dicentem: Et si nouimus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus. Et, Quod mortuus est peccato, semel mortuus est: quod autem viuit, viuit Deo: hoc est, viuit Deus.

*A* Et accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Sedebat ad docendam resurrectionem, nō ad lassitudinem subleuandam. Cælestis natura ignorat lassitudinem, nescit laborem: sed factus est lapis vas Angelicæ sessionis, doctrinæ cælestis cathedra, schola vitæ, quia Iudæis ad mortis ianuā, ad cineris seruitium, ad triste silentium fuerat constitutus. Erat, inquit, aspectus eius sicut fulgur, vestimenta autem eius sicut nix. Vultus claritas à vestium candore separatur, & facies fulguri, niui vestis Angeli comparatur, quia fulgur de cælo, nix de terra. Audi Prophetam dicentem: Laudate Dominum de terra ignis, grādo, nix. In facie ergo Angeli claritas cælestis seruator naturæ: in veste vero figuratur gratia communionis humanæ, & temperatur species Angeli colloquentis, vt carnales oculi, & vestium ferant placidam claritatem, & ex fulgore vultus nuncium sui tremere, & reuererentur auctoris. *Præ timore autem eius exterriti sunt custodes.* Quare territi? quia custodiebant crudelitatis studio, nō pietatis obsequio. Ruit, destruitur, stare non potest, quem conscientia destituit, impellit reatus. Hinc est quod angelus percellit impios, pios alloquitur & solatur. *Nolite timere vos.* Hoc est, illi timeant: quærentes non timeant, timeāt persequentes. *Nolite timere vos,* scio enim quod Iesum qui crucifixus est, quaeritis, non est hic. Hoc est, ego veni, vt instruerem vos, non vt illum eximerem, qui & rerum factor est, & sui est suscitator. *Nom est hic, surrexit enim sicut dixit.* Vides quia venit Angelus, vt factis assereret seruus, quæ Dominus prædixerat verbis: & doceret moriendi & viuendi penes illum potestatem fuisse, qui ante suam mortem prædixerat resurrectionem: nam vtique qui scire potuit, potuit & cauere, sed quia vincere potuit, declinare contempsit, quia resurgentis gloria sepeliuit mortis iniuriam. De sequentibus, fratres, sequenti sermone tractabimus, quia protrahere nos & dilatare sermonem adhuc recens itineris prohibuit lassitudo.

*De eadem, de qua secunda Christi manifestatione facta mulieribus, a monumento repredientibus.*

### SERMO LXXVI.

**S**UPERIORI sermone Mariā, & alteram Mariam Ecclesie ex duobus populis venientis figuram diximus habuisse: hoc ex sequentibus hodie cupimus

approbare, si modo nobis vester benignus A  
præbeatur auditus. Respondens, inquit, An-  
gelus dixit: Nolite timere vos, scio enim quia Ie-  
sum qui crucifixus est, quæritis: non est hic, surre-  
xit enim sicut dixit. Venite, videte locum ubi posi-  
tus erat dominus. Angelus prædicat nomen,  
crucem dicit, loquitur passionem, fatetur  
mortem, sed resurrectionem mox, mox  
Dominum confiteretur. Et si Angelus post  
tanta supplicia, post sepulchrum agnoscit  
Dominum, suam loquitur seruitutem, &  
iniuriã passionis totam trãfisse sentit resur-  
rectionis in gloriam: cui homo aut mino-  
raturum Deum in carne iudicat, aut in passio-  
ne existimat eius defecisse virtutem, aut con-  
sumptam dominationem credit seruitute  
digna? Dicit crucifixum, ostendit locum  
ubi positus erat Dominus, ne alter & non  
ipse idem resurrexisset crederetur ex mortuis.  
Et si Dominus eadẽ redit in carne, vulne-  
ra reportat, ipsa clauorum foramina resumit,  
& ipsa facit testimonia sui corporis, suæ re-  
surrectionis indicia, quæ suæ fuerant cõtu-  
melia passionis: quare homo se in alia pu-  
tat, aut in sua nõ putat carne rediturum, aut  
carne seruus forte dedignatur suam, cũ  
nostram Dominus nõ mutarit? A quiesce  
homo ipsum te futurum esse in carne tua,  
ne tu ipse non sis, si in carne surrexeris alie-  
na. Adiecit Angelus, dicens: Et citò euntes  
dicite discipulis, quia surrexit, & præcedet vos in  
Galiliam: ibi eum videbitis. Angelus hic non  
feminas, sed Ecclesiam duabus in feminis  
mittit, vnã mittit, vt eam mittendo sic  
longè, latèq; diffundat: Angelus hic spon-  
sam mittit ad sponsum: denique euntibus  
illis occurrit Dominus, & salutat eas, dicẽs:  
Aue. Occurrit, & non potestate terret, sed  
præuenit charitatis ardore: nõ autoritate  
turbat, sed salutat lege sponsi, nõ dominã-  
tis iure onerat, sed honorat dilectione con-  
sortis, salutat: Aue. Dixerat discipulis suis  
ipse: Neminem salutaueritis in via, & quid  
est quod hic in via tam festiuus salutat? oc-  
currit, non expectat cognosci, intelligi nõ  
requirit, non vt interrogetur admittit, sed  
in salutatione vadit totus, vadit feruens, &  
suum soluit ipse salutatione mandatum?  
Fecit, fecit, quia totum vincit, & exupe-  
rat vis amoris: simul, quia Christus in Ec-  
clesia se salutat, quam suam fecit esse, &  
sic viscera sua suum sic recepit in corpus:  
dicente Apostolo: Et ipse est caput corpo-  
ris Ecclesię. In istis verò feminis Ecclesię  
figuram manere plenam res ipsa ostendit  
euidẽter, quia discipulos suos Christus de  
resurrectione nutantes arguit, trepidantes  
firmat, ostensione lateris, clauorum cauer-

nis, sumptione cibi, vis reuocat ad fidem.  
Vnde & meritò in fide paruulos sic pueros  
appellat, dicendo: Pucri, nunquid habe-  
tis pulmentarium? ipsamque alibi Mariam  
flentem quasi de mortuo, mulierem vocat:  
atq; tangendi se licentiam negat: istas au-  
tem sic perfectas inuenit, sic credentes, sic  
non de sexu trepidantes, sed mysterio cur-  
rentes, sic Dominum toto fidei ardore re-  
quirentes, vt habendum se tradat eis salu-  
tatione tali, dicẽs. Aue. Angelus dixerat:  
Scio enim, quia Iesum crucifixum quæri-  
tis: & requirentibus Christus, aue te respõ-  
dit: alibi autem Marię nec tangendi datur  
facultas: hic non solum tangendi, sed &  
tenendi copia tota conceditur. Ille autem,  
inquit, acceperunt, & tenuerunt pedes eius. Iste  
tenent pedes Christi, quæ in Ecclesia ty-  
pum Euangelicę prædicationis tenent, &  
merentur ex cursu: ac sic fide tangunt sui  
vestigia saluatoris, vt ad totius deitatis per-  
tingant gloriam, perueniãt ad honorem, illa  
autem merito audit: Noli me tangere quæ  
in terris deflet Dominum, & sic in sepul-  
chro quærit mortuum, vt eum in cælis  
nesciat regnare cum patre. Noli me tan-  
gere, id est, obsequi tactu carnis, quem  
fidei tactu deberes attingere: nec quasi  
hominem tantum tangere tu præsumas in  
terra, quem Deum nondum sapias in cæle-  
stibus adorare: foeminea, cura desinat, mu-  
liebris sollicitudo desistat, virilis crudeli-  
tas tuam conscendat in mētẽ, ascensum  
meum cordis tui capiat latitudo, vt in cæ-  
lestibus, æterna tactus mei beatitudine per-  
fruaris. Iuxta illud prophetæ: Beatus vir,  
cuius est abs te Domine, ascensus in corde  
eius disposuit. In terra non tangit Chri-  
stum, qui fide in cælo non conscendit ad  
Christum. Quod ergo eadem Maria nunc  
in fidei vertice constituta, nunc in Eccle-  
się sublimata fastigio, & tangit Christum,  
& tenet toto sanctitatis affectu, nunc imbe-  
cillitate carnis, & foeminea infirmitate de-  
iecta dubitat, & tactum sui nõ meretur au-  
thoris, non facit quæstionem: siquidem il-  
lud de figura est, hoc de sexu: illud est de  
diuina gratia, hoc de humana natura, quia  
nos idem ipsi cũ diuina scimus, Dei munus  
est: cum humana sapimus, cæcamur ex no-  
bis. Sic beatus Petrus Christum, dum Dei  
filium confitetur, patre reuelante cogno-  
scit: cum negat Christum carnis sentit &  
patitur cæcitatẽ. Inter hæc ludæi crimi-  
na, aut malè emunt sua, aut distrahunt, pe-  
ius aliena, dum peccata taxant precio, cũ  
pecunia pensant & compensant delicta:  
dum in sceleribus suis fundunt, quod toto

scelere congregauerunt. Sic Iudam comparant traditorem Domini sui, & precio redemptoris mundi sanguinem pensant: sic aperti sepulchri fidelem claudunt sacculo, vt negandæ resurrectionis crimen nummis criminum mercarentur. Pecuniã, inquit, copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, quia discipuli eius venerunt nocte, & furati sunt eum, nobis dormientibus, & si hoc Praeses audiverit, nos suadebimus ei: & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti: & diffamatum est verbum istud apud Iudæos usque in hodiernum diem. Apud Iudæos, nunquid apud Christianos? Iudæe, quod tu in Iudæa obscurabas aurõ, fide toto clauditur & eluxit in mundo: discipuli receperunt, non furati sunt Christum: tu perfidiam comparasti, sed non furatus es veritatem: Iudæe, resurrexit Christus, tu pecuniam perdidisti. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Iudæe, Christus viuit: tu, & te, & tuos posteros occidisti.

Math. 27.

De resurrectione Christi.

SERMO LXXVII.

**R**LENVM fatis & perfectæ deuotionis indicium, quod tempore passionis tota creatori suo compatitur creatura. Quæ caro terra tremante non tremuit, quæ mens nõ torpuit, quod ingenium non defecit cum sol ante tempus occidit, lux refugit? Denique, fratres, & nostra occubere tunc viscera, sensus est commortuus, sermo noster suo est consepultus auctori, vt eius totam nunc suscitaretur ad gloriam. Ista extitit silentij mei causa: ista debiti mei deuota dilatio fuit. Nec mirũ, fratres, si prouidẽ sermo meus toto affectionis obsequio ad inferos etiam suum securus est largitorum? quia sine ipso vobis talibus, ac tantis creditoribus quod redderem non habebã, quod si cupidus aliquis, & audax exactor de solutionis tarditate cõqueritur, calumniam temporis nobis desistat inferre, quia diues Dominus meus multiplicem scõnoris ipsius auget & repensat vsuram. Absoluat ergo nos iam Euangelicæ largæ lectionis humanitas, quos officij necessitas hoc tatum deduxit, & addixit ad debitum. *Vespera, inquit, sabbathi quæ lucefcit in prima sabbathi.* In Domino resurgente non humane solum conuersum est ius naturæ, sed etiam ipse creaturæ ordo insigniter est mutatus. *Vespera sabbathi quæ lucefcit.* Ecce, Domino

Matt. 28.

resurgente, non tenebescit vespera, sed lucefcit, & fit lucis exordium, quod principium noctis esse consueuerat. *Vespera sabbathi quæ lucefcit in prima sabbathi.* Sicut mortalitas in immortalitatem, corruptio in incorruptionem, caro in Deum, ita tenebræ transferuntur in lucem: vt se nox ipsa taliter non periisse gaudeat: sed esse mutatam, quæ obscuritate magis, quam tempore sic defecit, quæ interualla, quæ vicem suæ felicius perdidit seruitutis, vt in perpetuæ lucis proflueret & erumperet libertatem, dicente Propheta: Et nox illuminatio mea in delitijs meis. *Vespera quæ lucefcit in prima sabbathi.* Sabbathum secundarium se lætatur effectum, quod iussione legis torpebat in otio, & per diei dominici primatum in diuinæ virtutis opera mirabiliter excitatur, quod Iudaicæ obseruationis inertia à virtute salutari reddebat extraneum, dicente Domino: Non licet sabbathis ægris curam, afflictiis opem, cæcis visum, vitam mortuis condonare? *Luc. 6.* & interpretando taliter à Deo diem sabbathi sanctæ legis studij deputatum, miseræ tantum ventris addixerat seruituti. *Vespera sabbathi quæ lucefcit in prima sabbathi, venit Maria Magdalena, & altera Maria.* Vna venit nomine, quæ nunc alia legitur in diuersa persona. *Venit Maria & alia Maria.* Quo & vna in duabus nominis vnitas figuraret: & mutatam scõminam diuersitas panderet personarum: venit enim, non venerunt, & cum dicit alia, in vtraque eandem mystico designat affatu, vt aliam venisse ante fidem, aliam post fidem redituram esse monstraret. Venit mulier, sed redit Maria: venit quæ intulit mortem, redit quæ genuit vitam: venit Adam quæ deduxit ad inferos, redit quæ ab inferis Christum recepit. *Venit Maria & alia Maria.* Quare? *Videte sepulchrum, & non Christum querere: tantum videre sepulchrum, D* reatus sui titulum, facinoris sui triste documentum, suæ cum diabolo præsumptionis, sui quæstus ferale commercium, vt inde recuperaret fidem, vnde perpetuum suæ præuaricationis sustinebat opprobrium. *Et ecce terremotus factus est magnus.* Si sic terra tremuit cum suorum Dominus resurgit ad veniam, quemadmodum cõtremiscet, cum noxiorum consurget ad pœnã dicente Propheta: Terra tremuit, & quicuit, cum resurgeret in iudiciũ Deus. Et quæ conserui, hoc est Angeli, præsentiam sustinere non valuit, quemadmodum Deum iudicẽ sustinebit? Ecce iisdẽ lineis quibus perierat salus humana, reparatur.

Psal. 138.

Luc. 6.

Psal. 71.

Prima ad perfidiam mulier, prima procurator ad fidem: prima currit ad interemptorem mortis, quæ prima cucurrerat ad mortis authorem: prima audit ab angelo, quæ prima cum diabolo fuerat collocuta. *Angelus Domini descendit de caelo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.* Non ut conferret resurrectionem tali operatione, sed ut proderet, dicente Domino: Potestatem habeo ponendi animam meam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nobis clausa aperit, nobis occulta referat, nec authorem suum qui iam non erat in sepulchro educit ad lucem, sed cõseruos suos qui positi erant in dubitationis obscuro, ad fidem resurrectionis adducit, ipso attestante, cum dicit: *Non est hic, surrexit: Reuoluit lapidem, & sedebat super eum.* Quare non voluit, sed reuoluit? Ut quem perfidia Phariseorum ad offensam voluerat, & scandalum, angelus ad fidem reuolueret, & salutem, dicente Propheta: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scãdali. Reuoluitur ergo lapis, ut euolueret mortem, qui vitam clauserat aduolutus, dicente scriptura: Videbitis vitam vestram pendentem coram oculis vestris, & non credetis. *Et sedebat super eum.* Non lassitudinem recreas, sed sacri & vitalis sepulchri se esse præsidem sic demonstrans, & destructam esse mortem cœlestis minister officij tali sessionis suæ declarabat indicio: & esse Deum qui passus est, Deum qui intra nostri corporis est receptus angustias, Deum quem habitu superno sic residens testabatur assertor: & quid plura, fratres? sedet, quia ab illo tam venerabili sepulchro nõquam angelus recedit. *Pro timore autem eius exterriti sunt custodes: & facti sunt sicut mortui.* Quos prosternit terror noxios, ad conscios mox recurrit. Sic, sic innocui cum resurgent terror, & mors iniustos, & impios possidebit. *Erat autem aspectus eius, sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.* Quid facit vestis vbi nulla est nuditas? Quid indumentum vbi tegendi necessitas nõ habetur? Sed angelus, fratres, nostrum habitum, nostram formam, nostram similitudinem, in resurrectione taliter præfiguratur, vbi homo ipsa corporis sui claritate restituitur, dicente Domino: Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. *Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos, scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, queritis.* Adhuc crucifixum & mortuum requirebant: quarum fidem sæua Passionis procella turbauerat, & tentationis eas ita pondus incurauerat, ut cœli Dominum adhuc quærerent in sepulchro. *Non est hic.*

A Secundum id quod in loco exitit: hic est autem, per hoc quod vbique est, & loci capacitate non clauditur. *Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus.* Mulieres vocat angelus ad videndum, ut sacri corporis locus mundaret oculos, quos diabolo claudente vetitæ arboris macularat aspectus. Ingressiuntur sepulchrum, ut conspulerent Domino totam fidei resurgerent in salutem: Si complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. *Euntes Rom. 6: dicite discipulis eius.* Revertere ad virum mulier iam sanata, & suade fidem, quæ perfidiam suasisti: refer homini dominicæ resurrectionis indicium, cui ante tentationis & ruinæ consilium detulisti.

De septima Christi manifestatione facta discipulis ad mare Tiberiadis.

SERMO LXXVIII.



Ost illam terris in experte, tremendam cœlis, inauditam sæculis, inferis non ferendam tempestatem dominicæ passionis, venit ad mare Dominus, & discipulos suos nocturnis in tenebris reperit fluctuantes: fugiente enim Sole quid de splendore lunari? quid de stellis ad noctis potuit solarium remanere? Erat enim vna terra, & confusa caligo, quæ non solum visum corporis, sed ipsum mentis cæcabat obrutum: nec sinebat littus fidei, portum salutis petere, vel repetere nauigantes. *Mant, inquit Evangelista, iam factis, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est.* Creatoris iniuriam tota fugerat creatura: necem Domini sui mundus euitare contendit: sciens ad totam domum vindictam pertendere, in qua fuerit seruorum scelere dominator occisus. Hinc est, quod suis se deferentibus fundamentis, terra tremuit: Sol ne videret, aufugit: dies ne interesset, abscessit: petra, quia non valebat discedere per naturam, nouum scinduntur per vulnus: facinus tantum sono, quia voce non poterat accusantes: infernus vbi ad se penetrare ipsum Iudicem vidit, victus, & euilas quos tenebat, amisit: hinc est quod redditæ corporibus suis animæ resurrectorum mortuos, quos mundus putauerat depẽriisse, viuentibus nunciarunt. Ergo taliter cum mundi compago tota confuso ordine fluctuaret, & ad primordiales tenebras, atque antiquum chaos crederet se authoris sui morte deuolutam, subito resurrectionis

suæ lumine Dominus diem reducit, & orbem totū pristinum reformat in corpus, ut quem sibi taliter viderat esse compassum, suam secum suscitaret ad gloriam, dicente Euangelista. *Manc iam factō.* Id est, transacta nocte dominicæ passionis. *Stetit Iesus in littore.* Ut in antiquum terminum reuocaret vniuersa, firmaret dubia, iactata compefceret, turbata componeret, & statione sua ipsa fundamenta orbis, quæ sic commota fuerat, stabiliret, quo mox mundus ad sui recurreret authoris obsequium, qui ad sui diffugerat authoris iniuriam. *Manc iam factō, stetit Iesus in littore.* Ut ecclesiam præcipuè, in qua discipuli amarum tunc fluctibus iactabantur, ad fidem fidei suæ reduceret stationem: denique quia eos fidei virtute repererat destitutos, & à virili robore inuenerat per deiectos, arguit tales, pueros nuncupando, cum dicit: *Pueri, nunquid pulmentarium habetis?* Ibi enim erat Petrus, qui negauerat: Thomas, qui dubitauerat: Ioannes, qui fugerat: non ergo ut fortissimos milites, sed pueros compellat ut timidos: & quos idoneos nec dum deprehēdit ad prælium, ut teneros inuitat ad mensam, dicendo: *Pueri nunquid habetis pulmentarium?* Ut humanitas ad gratiam, panis ad fiduciam, pulmentum reuocaret ad fidem: corpus enim resurrexisse non crederent, nisi eum toto hominis ordine cernebant manducantem. Hinc est quod peti-  
 efcas fatuitas tota rerum, panis ipse manducat, quia non ille cibum, sed suorum semper esurit charitatem. *Pueri, nunquid habetis pulmentarium? responderunt ei, non.* Et quid habebant, qui Christum iam secum positum non habebant, qui eorum stantem Dominum suis adhuc oculis non videbant? *Non enim cognouerunt discipuli quod Iesus est.* Dicit eis, *mittite in dexteram partem nauis rete, & inuenietis.* Reuocat ad dexteram, quos turbo passionis egerat, & redegerat ad sinistram. *Miserunt, inquit, & non poterant illud trahere à multitudine piscium.* Miserant in dexteram, miserant in vtilem partem, sed ut pueri adhuc trahere non valebant, senserunt tamē ex ipso pondere, senserunt pisces venisse ad iubentis imperium, non humanæ artis incurtisse capturam. *Discipulus autem ille, qui diligebatur ab Iesu ait, Dominus est.* Primus qui diligitur videt, quia semper amoris oculus acutius intuetur, & semper viuacius qui diligitur sentit. *Petrus ut audivit.* Quæ res illam Petri sic tardauerat mētem, ut ab alio audiret Dominum, qui cæteris consueuerat nunciare? *Vbi est illud ipsius singulare? Tu es Christus filius Dei viui: vbi est? In*

Matt. 26.  
 Ioan. 20.  
 Marc. 14.

Matth. 16.  
 26.

A domo aufugerat Caiphæ Principis Iudæorum, tardius suū Dominum videbar, qui vocem facillè ancillæ susurrantis audivit. *Ut audivit, inquit, quia Dominus est, tunica se præcinxit, erat enim nudus.* Mirū, fratres, cum comprehenderetur. Dominus, Ioannes abiicit sindonem, & Petrus inuentus est nudus, quia Ioannem texit fuga: Petrum negatio sic nudauit. Mirum, fratres, & verè mirum, quia qui in nauī nudatus est, in mare se demergit indutus, quia innocentia nūquam nuda est, & rearus semper refugit ad velamen, denique sicut Adam, ita & nūc Petrus post culpam suam gestit regere nuditatem, qui fuerant ambo utique ante culpam sancta nuditate vestiti. *Tunica se præcinxit, & misit se in mare.* Ut mare dilueret, quod negatio taliter sordidauerat. *Misit se in mare.* Ut esset primus in reditu, qui acceperat in ordine principatum. *Et tunica se præcinxit.* Qui præcingendus erat martyrij passionis, dicente Domino: *Alius te præcinget, & ducet quod tu non vis.* *Alij autem discipuli nauigio venerunt: non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium.* Alij nauigio perueniunt, & capturam piscium trahunt, ut Ecclesiam sæculi iactatam procellis, & eos quos Evangelico reti ad supernam lucem rapiunt, & eleuāt de profundo, ad Dominum secum fideli labore perducant. *Non, inquit, longè erant à terra.* Non erant longè à terra viuentium, quos presentium finis proximos esse fecerat iam futuris. *Sed quasi cubitis ducentis.* Ex Iudæis & gentibus centenarium numerum duplicat, qui duorum vitam, salutemq. iungit populorum. Reliquam partem lectionis sequenti sermone, Domino iuuante tractabimus.

Marc. 14.

Gen. 3.

Ioan. 21.

De resurrectione Christi.

SERMO LXXIX.



Voniam Matthæi & Marci super dominicam resurrectionem iam cucurrimus lectionis, modò quid hinc intonuerit Lucas beatissimus, exquiramus. *Vna, inquit, sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum mulieres, portantes quæ parauerant aromata.* Sæpè diximus quæ circa resurrectionem Christi gesta sunt, gesta esse resurrectionis nostræ in formam, hinc est quod Euangelistæ sermone plus mystico, quam nouo factorum Christi seriem proloquuntur. *Vna, inquit, sabbathi.* Bene vna, quia re-

Luc. 24.

surrectionis dies alteram nescit, lucis eter-  
 nae mater noctis tempus ignorat, perpetuus dies perpetuo illucescit, resurgentiū  
 lux mori non potest, lux quæ noctem de-  
 let, nescit extingui. *Venerunt, inquit, ad monu-  
 mentum portantes quæ parauerant aromata: Et  
 intrantes non inuenerunt corpus Domini Iesu.*  
 Quid est, quòd quæ antè de monumento  
 fugerant, nunc audaces redeunt ad sepul-  
 chrum, intrepidæ pauidum redeunt ad fu-  
 nus, sepulchri tristitiam confidenter inua-  
 dunt, & non inuenientes Dominum, con-  
 stanter quærent, còstantius immorantur:  
 nec illud pauesunt, quòd monumento  
 nox addita, dum tenebras generat, addit  
 timorem? Fratres, mulier mali causa, pec-  
 cati author, via mortis, sepulchri titulus,  
 inferni ianua, lamenti necessitas tota, ob  
 hoc nascuntur lachrymis, mancipantur  
 mœroribus, gemitibus, addiuntur, & in la-  
 mentis tantum fortes sunt, quantum viri-  
 bus inueniuntur infirmæ, & quantum im-  
 paratæ sunt ad labores, tantum ad lachry-  
 mas sunt paratæ: hinc est quòd lachrymis  
 arma vincunt, regna fletibus inclinant, la-  
 mentis totam fortitudinem virorum fran-  
 gunt. Non est ergo mirum, si ad lachrymas,  
 ad funus, ad sepulchrum, ad obsequium  
 dominici corporis fœminæ ardētiores A-  
 postolis hic videntur, ubi mulier prima  
 currit ad lachrymas, quæ prima cucurrit  
 ad lapsum: præcedit ad sepulchrum, quæ  
 præcessit ad mortem, sit resurrectionis nū-  
 cia, quæ fuit mortis interpret, & quæ viro  
 porregerat interitus tanti nuncium, viris  
 ipsa porrigit magnæ salutis auditum, vt  
 compenferet fidei nuncio, quòd perfidiæ  
 ademit auditu. Non est hic præposterus  
 ordo, sed mysticus, non postponuntur A-  
 postoli fœminis, sed ad maiora seruantur,  
 fœminæ obsequium Christi suscipiunt,  
 Apostoli Christi suscipiunt passiones: illæ  
 portant aromata, isti flagella: illæ intrant  
 sepulchrum, isti carcerem: illæ ad obse-  
 quium festinant, isti peruolant ad catenas:  
 infundunt illæ oleum, isti sanguinem fun-  
 dunt: mortem stupent illæ, suscipiunt hi  
 mortes: & quid multare sident illæ domi,  
 ad acies isti tendunt, vt deuoti milites pro-  
 bent aduersis fidem, virtutem laboribus,  
 iniuriis patientiam, periculis mortem, vul-  
 neribus tolerantiam, deuotionem pœnis,  
 viscerum laceratione constantiam: mulie-  
 res ergo ferunt pro Christo lachrymas: A-  
 postoli diabolo superato, & victis hosti-

bus, Christo & victoriam referunt, & triū-  
 phum. Verum quod Apostoli resurrexisse  
 Dominum mulieribus nunciantibus, aut  
 non credidisse, aut deliramentum iudicas-  
 se referuntur, grauius nemo arguat, al-  
 tère dubitat, qui altius credit: decipi nō potest,  
 qui non est facilis auditui, ignauus nimis  
 est, qui post exemplum inuenitur incau-  
 tus, rudis miles ad aciem concurrit, qui  
 causam belli nescit, vim bellatoris igno-  
 rat: peritia est, non est segnities, cum sen-  
 sim miles veteranus incedit. Sic Adam no-  
 uus citò cecidit, dum citò credidit, & dum  
 facilè dat aures ad mulieris auditum, se,  
 suosque posteros pessimo addixit inimico:  
 at veteranus Petrus feminam non facilè  
 audit, fœminis nunciantibus. credit tardè, &  
 vt veteranus deliberat, ne vt puer incur-  
 rat: denique ubi duo ex discipulis, qui post  
 resurrectionem Christum meruerunt ite-  
 neris habere còlegam, reuersi, nunciabāt  
 Dominum se vidisse. Apostoli quod au-  
 diunt non delirium iudicant, sed virile,  
 dant aures, ora figunt, aperiūt oculos, cor-  
 da pandunt, & quæ dicuntur sic commen-  
 dant sensibus, vt post cunctationis æstus si-  
 tientes bibant auditum fidei de flumine,  
 quod collegarum lingua fundebat. Sicut  
 ardorem sitis frigida pocula restinguūt &  
 refrigerant, ita mentis auditus latior sit  
 post mœrorem. Fratres, quis causas capere  
 dominicæ natiuitatis potest? Dominicæ re-  
 surrectionis negociū existimare quis me-  
 retur? Ista cogitare, capere, existimare, nisi  
 qui ab ipso Deo acceperit, non valebit:  
 quòd creator rerum fœmineo creatur par-  
 tu, quòd mundi Dominus in seruitute vi-  
 detur humana, quòd pastor omnium pa-  
 stu indiget, reis quòd addicitur, qui absol-  
 uit vniuersos, quòd punitur vita sæculi,  
 quòd mortuorū moritur suscitator, quòd  
 claudēs omnia sepulchro clauditur, quòd  
 supernorum Dominus apud inferos inue-  
 nitur, qui ergo ista capere potest, aposto-  
 lorum cunctationes, trepidationes, timo-  
 res, fugas, latebras profunde iudicans non  
 miratur. Ergo, fratres, quòd Apostoli du-  
 bitant, quòd ista tam tardè tanta creduli-  
 tate suscipiunt, non miremur nos qui hu-  
 cusque non credimus, sed oremus, vt de  
 his tantum sentire mereamur, quantum  
 dederit ille, qui diuina hominem sentire  
 largitur. Quod remansit de serie lectionis,  
 Deo iuuante, proximo sermone perseru-  
 tabimur.

De Christi resurrectione, & secunda manifestatione facta mulieribus a monumento regredientibus.

## S E R M O LXXX.



Ermone proximo, quia primam partem perstrinximus lectionis, hodie quæ sunt in sequentibus audiamus. Respondens, inquit, angelus dixit mulieribus, nolite timere vos, scio enim, quia Iesum, qui crucifixus est queritis, non est hic: surrexit enim sicut dixit, venite, videte locum vbi positus erat Dominus.

Math. 28.

Putasne Petri, Ioannis discipulorum omnium absentia vitur, castigatur ignavia, quod resurgenti Christo mulieres primæ solæ peruigiles ardentem occurrant, ipsa etiam virilis portio sic notatur, vt ad resurrectionis gloriam muliebris præcurrat infirmitas? Absit fratres, est illud causa, non casus: mysterium, non euentus: ordo, non culpa: nam mulier hic virum sequitur, nõ præcedit: vbi vir resurgit in Christo. Sentias ergo Petrum non mulieribus cessisse, sed Christo: non ancillæ, sed Domino: sacramento, non somno: ordini, non timori: denique iam vir erat in Christo, quando ad mulieres angelus venit, vt quantum præcellit Deus Angelum, tantum vir mulierem præcederet in honore. Nolite timere vos. Quia bonos amor possidet, malos pauor: & impios timor terret, pios solatur affectio. Nolite timere vos. Hoc est dicere, timeat Iudæus, qui tradidit: Pilatus, qui addixit: qui illisit: miles, qui crucifixit, impietas: crudelitas, amara pocula quæ propinauit: scruitia, quæ obsedit sepultum: perfidia quæ emit mendacium: fidem, quæ vendidit: inhumanitas, quæ Dominum suum resurrexisse dolet, nõ dolet occidisse: vos autem gaudere conuenit, non timere: quia resurrexit quem quærebatis mortuum, viuut quem lugebatis occisum. Scio enim, quia Iesum, qui crucifixus est, queritis. Hoc est, quid queritis viuentem cum mortuis: vitam quid queritis in sepulchro? Ite potius ad occursum viuentis: & iam nolite concurrere ad morientis obsequium. Scio quia Iesum, qui crucifixus est, queritis: non est hic. Sic dixit angelus, qui aperuit ob hoc sepulchrum, non vt inde exiret Christus, qui ibi iam non erat, sed vt ibi Christum iam non esse monstraret. Surrexit sicut dixit. Gemina virtus est, & redire à mortuis, & futura præscire. Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus. Venite mulieres, venite, videte vbi Adam posuistis vos: vbi se-

A pelistis hominem: vbi virum vestro consilio contrulistis, per quod fecistis proferuis ipsis Dominum sic iacere: & intelligite erga vos tantam magnitudinem veniæ, quanta fuit Domino iniuriæ magnitudo. Venite, videte locum, vbi positus erat Dominus. Virtus angelica esse Dominum qui crucifixus est, confiteretur: & infirmitas humana discutit, vtrum sit Dominus qui resurgit, Christus sic humanas suscepit passionis, vt totum quod diuinitatis est, non amittat. Et euntes cito, discite discipulis eius, quia surrexit: & ecce præcedet vos in Galileam: ibi cum videbitis. Neque hic mulieribus Apostoli postponuntur, sed mulier absoluitur à reatu, dum portat vitæ, portat resurrectionis auditum, quæ auditum mortis portauerat, & ruinæ. Et exeuntes, inquit, cito de monumento cum timore & gaudio magno. Mulieres intrant sepulchrum, vt fierent sepulturæ participes, sociæ passionis exeunt de sepulchro, vt ante fide surgerent, quam resurgerent carne. Exeuntes cum timore & gaudio magno. Et vbi est, nolite timere.

Quia timor non ablatum est, sed mutatum: timor abscesserat de reatu, sed de seruitio manebat: malus timor culpæ, bonus reuerentiæ timor: Adam datum perdidit, ne perderent ipsum redditum, pertimescebant. Cum timore & gaudio magno. Scriptum est: Seruite Domino cum timore: & exultate ei cum tremore. Cum timore & gaudio magno. Quia timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi. In sanctitate ergo manet, qui Dei permanet in timore. Currebant nunciare discipulis eius, & ecce occurrit eis Iesus, dicens, auete. Fideliter currentibus, occurrit Christus, vt quod fide crediderant, agnoscerent visu: & firmaret præsentia, quas adhuc trepidas habebat auditus. Occurrit eis Iesus, dicens, auete. Occurrit vt Dominus, salutat vt parens: affectu animat, seruat timore: salutat, vt per amorem seruiant, nõ fugiant per timorem.

At illa accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Haberi se voluit, qui passus est se teneri, accesserunt, & tenuerunt pedes eius. Vt scirent in capite Christi virum esse, se esse in pedibus Christi: & datum sibi virum sequi, non præire per Christum. Dicit eis, nolite timere. Quod dixerat angelus, dicit & Dominus: vt quas firmauerat angelus, Christus redderet firmiores. Sed ite, dicite fratribus meis, vt eant in Galileam, ibi me videbunt. Resurgens à mortuis, Christus resumpsit hominẽ, nõ reliquit: vocat ergo fratres, quos corporis sui fecit esse germanos: vocat fratres, quos patris sui adoptauit in filios: vocat fratres,

quos benignus hæres sibi præstitit coheredes. Sed resurgente Christo impietas qualiter resurgat audite. *Ecce venerunt quidam de custodibus in civitatem: & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. At illi congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes, dicite, quia venerunt nocte discipuli eius: & furati sunt eum dormientibus nobis. Qui dant pecuniam, non perdenda comparant, sed seruanda: Iudæi vendente Iuda emerunt, vt perderent Christum: nunc pecuniam copiosam, vt se, legem, templum, patriam perderent, effuderunt. Viri sanguinum, & dolosi, statuant precii falsitatis, perfidiae conficiunt instrumentum, commercio crudeli fraudem fidei, veritatis atrocium nundinatur: corrumpunt milites, vt furtum vocet, quod erat resurrectionis arcanum. Venerunt discipuli eius nocte, & furati sunt eum. Non cõterti interfecisse magistrum, quomodo discipulos possent perdere moliantur: discipulorum crimen esse faciunt virtutem magistri. Venerunt nocte discipuli eius & furati sunt eum. Plane amiserunt milites, perdiderunt Iudæi, sed discipuli magistrum suum, non furati, sed fide: virtutem, non fraude: sanctitate, non crimine: viuum, non mortuum sustulerunt: hinc est, quod in Galilæam vt eum possint videre, mittuntur, quia Deus in loco perfidiae nõ videtur. Quod autem dixit: *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Quid ipse in se sibi dederit, hoc declarat: probate Apostolo, cum dicit: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Filius Dei virginis filio, Deus homini, diuinitas carni contulit, quod semper cum patre possedit, & spiritu. Et ideo ait: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Vt omnes gentes potestas vna, eademque recrearet ad salutem, quas crearat ad vitam. *Et ecce, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Est semper vobiscum, qui cum patre est semper: & veniet nobis per hoc quod assumpsit ex nobis. Et quid plura fratres? Quod nascitur, quod patitur, quod resurgit, quod accipit, non est, non est, necessitatis suæ, nostræ est hoc salutis.*

*De quinta Christi manifestatione facta discipulis, cum Thomas abesset.*

SERMO LXXXI.

**D**VM rebellis Iudæa creatorem suum debellare contendit, & in authoris sui necem leuat impias manus, terris abstulit pacem,

A concordiam reru soluit elementorum, sic fœdus rupit, vt mundum totum ad chaos reuocaret antiquum: deniq. diem fugat, noctem inuadit, lucem tenebris, cœlũ rebus aufert, facit tremere terram, miscet mortuos viuis, inferos, superosq. confundit, & dissipato ordine in creatoris iniuriã pacificũ nil penitus, amicũ penitus nil reliquit. Hinc est, quod reuersus ab inferis Christus, vt rebus pacem reddat, exclamat, *Pax vobis. Dum hæc loquuntur, inquit, discipuli, Iesus stetit in medio eorum & dicit eis, Pax vobis.* Bene addidit vobis, quia iam terra steterat, dies redierat, Sol recurrebat, & ordinem suum compago mundi redditum iam tenebat. Discipulis autem manebat adhuc bellum: & collidebat eos acriter fidei, perfidiaeque conflictus: non sic terram, sicut discipuloru cordi turbo cõcussit passionis: & ideo animos eorum credulitatis & incredulitatis acies pertinaci dimicatione vastabat: insiltebant mentibus eorum cogitationum cateruæ: & excursibus desperationis ac spei, robusta licet pectora, rumpebantur. Inter miracula innumerosa signorum Christi, & multimoda passionis eius genera, inter deitatis insignia, & imbecilla carnis, inter mortis damna, & dona vitæ, discipulorum sensus, mentesq. ferebantur: nunc spiritus eorum tollebatur ad cœlũ, nunc eorum animæ collidebatur in terram, & in intimis eoru tali procella sequente, portum quietis nullũ, nullam stationem pacis poterat inuenire. Hoc videns scrutator pectorum Christus, qui iubet ventis, procellis imperat, & solo nutu tempestates tranquillitate commutat, mox eos sua pace cõfirmat, dicens, *Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Ego sum crucifixus ille, mortuus, sepultus. *Ego sum.* Per me Deus, per vos homo. *Ego sum,* Non spiritus in figura carnis, sed ipsa veritas in carne. *Ego sum.* Ego ex mortuis sum viuus: ex inferis sum supernus. *Ego sum.* Quæ mors fugit, inferna tremuerunt: tartarus Deum confessus est cũ pauescit. *Nolite timere.* Petre, quod negaueris, quod fugeris tu Ioannes, quod delerueris omnes, quod infidelibus de me totis cogitationibus iudicastis, quod adhuc nõ creditis, me videntes. *Nolite timere, ego sum.* Qui vos per gratiam vocauit, elegi per veniã: pietate sustinui, charitate portauit, & modo vos sola bonitate suscipio: quia culpas videre nescit pater cum filiu recipit, suos affectio cũ resumit. *Conturbati, inquit, & conterriti existimabant se spiritum videre.* Quare? quia clausis ostiis intrauerat Dominus. Discipuli ergo cõsternati mœroris somno, dabant Christo non

i. Cor. 15

Luce. 24

Mat. 26  
Mat. 28

Ioh. 20

quod potest diuina virtus, sed quod natura accipit humana. *Putabant se spiritum videre.* Namque spiritus hominis in utero septa transit, penetrat muros, ut clauso corpore intreret corpus inclusum: sic anima quando dat vitæ finē, à corporis dulci contubernio cum recedit, domorum claustris, mundanis obstaculis non tenetur: substantia celestis terrenis ergastulis nescit includi, iuxta illud: Spiritus nescis unde veniat, aut quo vadat, discipuli ergo post resurrectionem clausis ostiis Domino ingresso reportasse eum soliditatem corporis non credebant: in imaginē carnis solam rediisse animā suspicantes, ut dormientibus solent corporeæ imagines apparere. *Existimabant se, inquit, spiritum videre.* Ergo, sicut diximus, in discipulis non sedabantur cogitationū bella, non sedabantur, sed magis magisque cogitationum bella crescebant: & tumultus mentium ipsis etiam visionibus augebatur: & unde resurrectionis afferebatur fides, inde totius cunctationis scrupulus nascebatur. Quod venerat, erat res: quod clausis ostiis intrauerat, fides non erat: non erat fides, sed virtus erat: humanum non erat, sed homo erat: ut esset verum corpus in deitatis potentia, non inanis carnis species in resurrectionis iniuriam. Ergo ad comprimēdos ex hoc nascentes conflictus cogitationum, respondit Christus, *Quid turbati estis? & cogitationes ascendunt in corda vestra? Bene ascendunt, non descendunt: quia depressæ carnis pondere cogitationes humanæ ad altum Dei mysteriū conantur ascendere, & conatibus in ipsis franguntur, ruunt, deponuntur ad terrā, nisi ille iuuerit, qui donat homini cogitare diuina. Quid turbati estis? & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes.* Videte, hoc est dicere, vigilate: quare? quia non est somnium quod videtis. *Videte manus meas & pedes.* Quia grauatibus oculis caput adhuc respicere non potestis, videte carnis vulnera, quia Dei opera non videtis: considerate inimicorum titulos, quia Dei adhuc non considerastis insignia, palpate, ut vel manus fidē faciat, quia videns oculus, sic cæcatur: oculus non videt, videat tactus: digiti vestri intrēt vestigia clauorum, manus vestræ alta vulneris exquirant, aperite manuum foramina, sulcate latus, renouate vulnera, quia negare non possum discipulis ad fidē, quod inimicis in poenā sequentibus non negauit: palpate, palpate, & vsque ad ossa inquisitores ardui peruenite: ut vel ossa carnis astruāt veritatem, & me esse ipsum, vel vulnera seruata testentur. Rogo quare me resurrexisse non

A creditis, qui innumeros mortuos sub vestris oculis suscitauit? Nisi forte virtus quæ aliis affuit, mihi defuit, iuxta illam vocem quæ mihi pendenti insultauit in cruce, dicens, Alios saluos fecit, seipsum saluū facere non potest: si rex Israël est, descēdat de cruce, & credemus ei. Et quid est maius, excussis clauis descēdere de cruce, aut ab inferis calcata morte conscendere? Ecce & meipsum saluum feci, & ruptis inferni vinculis ad superna conscendi: & tamē neque apud vos fidem meæ deitatis inueni. Aut forte tridua mors abnegat fidē credēdi. Nonne quadriduanum Lazarum iam fœtentem vobis coram vocauit ab inferis vox mea? mea iussio reuocauit ad vitam? Et si seruus quadriduanus surgit, cur triduanus Dominus non resurgit? *Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio & mirantibus.* Votiuia gaudia & cum data fuerint, vix creduntur: optata cū perueniant, dant stuporem: hinc est quod Apostoli resurrectionem Christi celeriore quam sperauerant, admirantur: & quod credunt tardius, non est perfidiæ, sed amoris, scrutantes enim taliter fidem non adnegant, sed requirunt: & dum intendunt altius verum esse quod intuentur, exoptant. Fratres, discipulos ad ista tardos, stupidos ad tanta, non perfidiæ timor, sed causæ præstitit magnitudo, visa non videre, nescire scita, credita non credere, non incredulitas facit, sed miraculum singulare. Fratres, ad virtutes natura est nimis infans, quæ nisi per Deum creuetur, capere matura non potest, non valet perfecta sentire. Deus ergo quod per nos non possumus, ipse nos capere per se, & sentire concedat.

De Christi resurrectione, & quarta manifestatione facta duobus cunctibus in castellum.

### SERMO LXXXII.



Quoniam Mattheus sanctus iam nobis quæ de resurrectione nominis cognouerat, salutariter indicauit, hodie quid etiā beatus referat Marcus, audiamus. *Et cum transisset, inquit, sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome, emerūt aromata, ut venientes vincerent Iesum.* Mulieres hoc loco feminea deuotione discurrūt, quæ non ut viuenti fidem, sed ut mortuo vnguēta deferunt ad sepulchrum, & sepulto parāt mœoris obsequia, non resurgenti diuinorum gaudia triumphorum. Mortem Christus, ut mors

more-

moretur, accepit: Christus dum occiditur, illud quod omnes occidebat, occidit: sepulchrū Christus infernū patefacturus intrauit. Soluta ergo lege tartari, & inferni carcere destructo, & ipso mortis imperio perempto, iam Christus non est vngendus vt mortuus, sed adorandus vt victor. Mulieres pernoctant, vigilant, infomnes agūt, obscura penetrāt erumpentis auroræ: vnde etiam lucem dubiam non minus cordis videntur sustinere, quam corporis. *Et Valde mane, inquit, vna sabbathorum, veniunt ad monumentum orto iam sole.* Si valde mane, quomodo orto iam Sole? Sic nescit Euangelista quid dicat? Euangelista quid dicat scit, sed quid audiat, qui non didicerit nescit, nō est erroris ista relatio: Veritatis est: nec lapsum patitur sermonis humani, sed rei gestæ cœlitus aperit veritatē, dixerat: Ab hora sexta, vsq. ad horam nonam tenebræ factæ sunt: ergo Sol qui præter horam vt Domino compateretur, abcesserat claritate, cum resurgeret Dominus ante tēpus occurrit: & qui vt suo cōmoreretur auctori, ipsam meridianam suam mortificauerat claritatem, vt cōsurgeret auctori suo, euitis tenebris antelucanus erupi. *Valde mane.* Quia tunc sol vt mane faceret, manicauit: & qui ante noctem fugerat, nunc ipse nocte præuenit fugaturus, vt reddat luci nox horas, quas terror dominicæ passionis inuaserat. *Dicebant, inquit, ad iuuenem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Ab ostio monumenti, an cordis? à sepulchro, an ab oculis? Mulieres, obseruatū est pectus, oculi sunt clausi: & ideo patefacti sepulchri gloriā non videtis, oleum non corpori dominico, sed lucernæ cordis vestri, si videre desideratis, infundite, vt luce fidei pateat, quod clauditur incredulitatis obscuro.* *Et respicientes, inquit, viderunt lapidem reuolutū: erat quippe magnus valde.* Plane magnus, & magnus valde, & plus iam magnus merito, quā forma, qui creatoris mundi corpus & claudere, & operire suffecit. *Et introeuntes monumentum, viderūt iuuenem sedentē à dextris, coopertam stola candida.* Introierunt sepulchrū, vt conspulerent Christo, Christo consurgerēt de sepulchro: & impleretur illud Apostoli, Cōsepulti estis ei in baptismo, in quo & resurrexistis. Vident iuuenem, vt cernerēt nostræ resurrectionis ætatem: vident iuuenem, quia nescit resurrectio senectutem, neq. ætates recipit æterna perfectio. Homo vbi nescit nasci, mori nescit: & vbi nasci, moriq. nescit, ibi ætatem nec admittit detrimentum, nec indiget incrementis. Vident iuuenem sedentem à dex-

tris, quia resurrectio recipit nil sinistrum. Vias, inquit, quæ à dextris sunt, nouit Dominus. Et, Tunc statuet iustos ad dextram suam. Orate fratres, vt & nos moriamur vitiis, sepeliatur temporalibus pompis, vt æternitati resurgamus in Christo, & à dextris positi mereamur audire, Venite benedicti patris mei, percipite regnū, quod vobis paratum est ab origine mundi. *Coopertū stola candida.* Stola ista nō ex mortali velle re, sed ex virtute vitali: splendens cœlesti lumine, nō colore terreno: & clara creatoris munere, nō arte fullonis, dicente Propheta: Amictus lumē sicut vestimētum, & de iustis. Tūc iusti fulgebūt sicut Sol. Terreni terrenis velati sunt vestimētis: & ideo sicut nouitate splendent, ita verustate fordescunt: cœlestes vero amictu cœlestis luminis ambiūtur: & à terreno squalore suspensi, nec fœdantur verustate vnquā, nec vllis sordibus obscurantur, sed vestes quas semel dederit resurrectio, perpetuo lumine vestiuntur. *At ille exeuntes de monumento, fugerunt: inuaserat enim illis tremor & pauor.* Angelus sedet in monumento, de monumento fugiūt mulieres: quia ille de cœlesti substātia confidit, turbantur istæ de cōditione terrena. Sepulchrū qui mori nō potest timere nescit: mulieres autem & de facto tremunt, & sepulchrū sicut mortales adhuc mortaliter expauescunt: hinc est quod nemini quicquam dicunt. *Et nemini quicquam dixerunt.* Quia mulieribus audire, non loqui datum est: discere datū est, non docere: dicēte Apostolo: Mulieres in Ecclesia taceāt. Denique eadē Maria postea & vadit, & nunciat, sed iam nō fœminam, sed Ecclesiam gestans: vt ibi sicut fœmina taceat: hic vt Ecclesia enunciet & loquatur. *Post hæc, inquit, duobus ex his ambulansibus ostensus est.* Quare non tribus, quare non quatuor, sed duobus? Quia duobus populis, id est, Gentibus & Iudæis resurrectionis fides hic prædicanda monstratur: vnde sicut diximus, probatur in duabus fœminis, aut in discipulis duobus Ecclesiam vnam figurari. *Ostensus est in alia effigie.* Nemo putet Christum sua resurrectione sui vultus effigiem commutasse, vt qui in vulnere erat ipse, alter esset in vultu: sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis, & ex corruptibili incorruptibilis: vt hoc sit mutasse substantiam, non mutasse personam, & acquisiuisse vultus gloriā, non vultus notitiam perdidisse. Et ne festiuus sermo aut fugiat, aut trāsuolet quæstiones, quod sequitur proximo sermone, Domino reuelante, innoscescamus.

De nona Christi manifestatione facta, recumbentibus undecim discipulis.

SERMO LXXXIII.

**N**odie beatus Euangelista sic retulit Apostolos in ipso crucis tempore mēsis deditos, inhiantes epulis, cōuiuuiis occupatos. Dominicæ passionis oblitos, *Recumbentibus*, inquit, *illis undecim, apparuit Dominus*. Recumbentibus, ubi? ad sepulchrū Domini, mox ad mensam serui? Hæc est seruorum fides? hæc discipulorum charitas? hic Petri ardor? hæc est Ioānis de ipso Christi pectore assumpta dilectio? hæc est tanto tempore, tantis donis, virtutibus tātis, affectio conquisita, vt in ipso articulo passionis, calēte adhuc morte, recenti adhuc funere, exultantibus inimicis, insultate Iudæa tota, discipuli toto tori cultu, totaque discumbentium voluptate pranderent? Moyſi mortuo assistūt Angeli, agit sepulchri, curā Deus ipse: Iudaica castra sistuntur, dissimulatur iter, horrida eremi statio duratur, indicitur triginta dierū planctus, & longo lamentationis obsequio seruire funus honoratur, & Christus verus vnus Dominus, creator rerum, redemptor omnium, post illam tragicam passionem, post mortem, & mortē crucis, triduanus à discipulis lachrymas nō meretur? Terra tremit, turbatur tartarus, scinduntur saxa, monumenta dissiliūt, Sol fugit, dies sepelitur, sit nox torū, & soli discipuli altro sigmate, choro vno, toto otio, deliciis securi epulantur: & hoc fratres reuersus ab inferis ipse sic magister inuenit. *Recumbentibus, ergo illis undecim, apparuit Dominus, & exprobrauit incredulitatē eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eū resurrexisse, non crediderunt*: Adhæc Petre fidelis, Petre deuotissime quid dicemus? *Recumbentibus, illis*. Nunquid prandētibusc? Fratres, hoc non erat discumbere, sed iacere: nec cōiuij erat chorus ille, doloris erat ille cōuentus: ibi panis nō erat gaudij, sed mæroris: ibi crucis felle, non vini dulcedine pocula miscebantur. *Erant, inquit, clausi propter meū Iudæorum*. Si metuentes, si clausi, certe nō prandentes, & si non prandētes, non erat domus illa, sed carcer: illud sigma nō erat, sed sepulchrum: tūc tota ad discipulos, pœna dominicæ tranſierat passionis, & non solum laterib. eorum, sed & cordib. doloris lancea tota figebatur: tunc tristitiæ clauis affixæ manus eorū, pedēsq. tenebatur: tunc illis acetū, tunc fel amaritudo Iudaica propinabat, tunc illis Sol occidit, dies fugit: tunc illorum mentes, ani-

masq. nox profundissima possidebat: tunc illos in perfidia scopulos, in naufragiū fidei cogitationū tētatio sæuissima collidebat: tunc desperatio, quæ est inter omnia mala peior, & in aduersis venit semper extrema, funereis illos sternebat sepulchris: vnde sicut diximus, non discumbentes, nō epulantes eos Dominus, sed iacentes inuenit, sed sepultos: & ideo exprobrat incredulitatē eorum, quia tantum crederāt desperationi, vt resurrectioni prædicit: à Domino nil crederent, à seruis non crederent nunciatæ: atque in se nihil fidei relinquerēt & salutis, sed sæculo mortui, sepulti mundo, vnam domum illam, vnum sibi esse omnes crederēt iam sepulchrum. Hinc est quod eos Dominus videns exmisit se mundo, ad mundum reuocat, remittit in mundū, dicens: *Ite in mundum vniuersum, prædicate Euangelium vniuersæ creaturæ*. Venite in mundum, vt qui putatis vos in vno omnes domicilio iā iacere, subiacere vobis omnem mundum repente videatis. *Venite in mundum vniuersum, prædicate Euangelium vniuersæ creaturæ*. Hoc est dicere, estote vos spes omnibus, qui vobisipsi desperationis causa fuistis: & incredulitas vestra quāta sit, tunc probate, cum videritis auditui vestro mundū credere, qui credere vestro visui nō potuistis: & cordis crederet quāta sit duritia tūc scitote, eum senseritis, nō viso me, orbe toto gentes ferocissimas me fateri, quem positū vestris in oculis vos negastis. Videbitis in terra diuisos, clausos insulis, pendētes rupib. solitudine remotos, Magnorum sciolos, Græcorum querulos, Romanorum peritos, fidem fide sola quærere, quā manu, digito, fulcatis meis vulneribus vos quæſistis. Sed quia meæ passionis, meæ mortis, meæ resurrectionis vos mitto testes, altius vos ista perscrutatos esse concedo, dummodo cunctatio vestra fiat eis, qui vobis credituri sunt firmamentum. *Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit*. Fratres, quod est anima corpori, hoc est baptizati fides: hinc est quod qui generatur ex fonte, ex fide viuuit: Iustus, inquit, ex fide viuuit. Moritur ergo omnis quicumque fuerit sine fide. *Qui crediderit, Quia trinitas Deus vnus est, quia in patre & filio & Spiritu sancto vna est tota æqualitate maiestas, quia deitas Trinitate diuisa est, non est vnitate confusa, sed deitate vna est, est trina personis: quia Deus trinitatis nomen est, quia pater & filius non censendi sunt ordine, sed æstimandi sunt charitate: quod Spiritus sanctus non est habendus inferior, plus, minūſve, non vt*

Deut. 34.

Ioan. 20.

Rom. 1.

exterior habendus est plus, minusve, quia A nescit exteriora diuinitas: quia Christus sic vt homo factus est, vt quod Deus est permaneret: sic est mortuus, vt mortuorum sæculis sua resuscitaret ex morte: quod non sibi resurrexit ille, sed nobis: quod nos cælo intulit, dū se sustulit cælo: quod fedet ad authoritatem Iudicis, non ad requiem fatigati: quod veniet nō loco, qui vbiq. est ad mouendū: neque vt mundum suum teneat, qui totum possidet mundum, sed vt mundus iam semper visionem sui mereatur authoris. Credat homo etiā peccatorum remissionē, quia cælestis regio cum sit latissima, nō capit peccatorem: neq. de suorum desperet homo magnitudine peccatorū, quia si est quod Deus donare non potest, omnipotens nō est. Credat & carnis resurrectionem, vt sit homo ipse, vt accipiat ipse qui peccat, pœnā: ipse præmium, qui laborat. Credat æternā vitam, ne locum habeat mors secūda. Quod autem de humanis corporib. dæmones, id est, hostes effugantur antiqui, quōd ex vno ore varius effunditur sermo linguarū, quōd tacti per Christum nesciunt sua venena serpentes, quōd venenata pocula bibentes non valent nocere per Christum, quod morbi corporum fugantur Christū prædicantis ad tactum, est, fratres, summū credulitatis indicium. *Signa, inquit, credentes hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si quid mortiferum biberint, non nocēbit eis, super agros manus imponent, & bene habebunt.* Homo ergo esto tibi per fidem medicus, ne cogaris extraneis medicis tuo quispēdio subiacere, & care quōd gratis possides, comparare. Orate fratres, vt & si præsentī medicinam semper fidei sentiamus: & in expectatione Christi positi in aduentu eius securi de nostra conscientia gloriemur.

*De quinta Christi manifestatione facta discipulis cum abesset Thomas, de qua sexta cum adesset.*

#### SERMO LXXXIV.

**D**iebus quadraginta, quibus post resurrectionem suam dominus diuerso modo refertur, & creditur suis apparuisse discipulis, haud immerito sermone ipsis lectionibus, ipsis deseruit & nititur sacramētis, vt Dominicæ passionis mœrorem multiplici resurrectionis indicio perfectū vestræ chari-

tatis cōuertat in gaudium: & qui ante per virtutem suam nostro resurrexit in corpore, nunc etiam per fidem nostris resurgat in cordibus. *Et cum esset sero die illa vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum: venit Iesus, & stetit in medio eorum.* Cum esset sero erat plus mœrore, quam tempore: sero est mœroris & tristitiæ nubilo mentibus obscuratis. *Sero erat.* Quia & si crepusculum dederat aliquod resurrectionis indicium, necdum tamen eis Dominus resullerat plena sui luminis claritate. *Et cum fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum.* Magnitudo terroris & facinoris tanto turbine discipulorum domum simul & corda concluderat: & ita totum luminis abdicarat ingressum, vt magis, magisque mœrore-sensibus occupatis, cæca noctis augetur offusio. Nullæ noctis tenebræ caligini mœroris & formidinis comparantur: quia nullo possunt aut consolationis, aut consilij lumine temperari. Audi Prophetam, Timor & tremor venerunt super me, & operuerunt me tenebræ. *Et cum fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum: venit Iesus, & stetit in medio eorum.* Rogo cur dubitatur clausi corporis arcanum, & obsecratum tota integritate domicilium virginalē absoluta diuinitas potuisse penetrare, quæ post resurrectionem corporis nostri crassata mysterio, foribus ingreditur & egreditur clausis: tali que indicio se totius creaturæ demonstrat auctorem, cui non obstitit, cui deseruit ad omnia creaturæ. Sed si conceptum, partūque virginitas excusare suo nescit creatori, si ingressum, egressūque clausa ianua creatori suo non potest denegare, quemadmodum lapidis monumenti quamuis magnus, quamuis Iudaica malitia signatus, resurgenti poterat obistere saluatori? Sed sicut virginitas & ianua claustris suis fidem faciunt deitatis: ita reuolutus lapis fidem resurrectionis affirmat, qui nullum resolutus Domino suo præparauit egressum, sed nocte fidei præstat & admittit ingressum. *Venit Iesus, & stetit in medio eorum: & dicit eis, pax vobis.* Discipulorum corda fidei & dubitationis, desperationis & spei, defectus & magnanimitatis, cōtinui conflictus prælia sustinebant: taliū ergo cogitationum bella inspector præuidens, secretorum pacem primitus se videntib. reddit, vt qui taliter ablati materiam reliquerat confingendi, redditus oculis eorum causam totā certaminis amputaret. *Gaui si sunt, inquit, discipuli,*

viso Domino. Gauisi sunt, quantum post tenebras gravior lux est, serenitas post tēpētatis obscura, tantum est acceptius gaudium post mœrorem. *Dicit eis iterum, pax vobis.* Quid repetitæ pacis largitas ista manifestat, nisi quia quietem, quam sensib. indixerat singulorū, vult inter eos etiam repetitæ pacis donatione seruari, quos vtiq. non modica habituros esse nouerat in posterum de sua cūctatione certamina: dum vnus se in fide perstitisse iactaret, dubitasse alter mœreret. Vt ergo & arrogantis iactantiam, tumorēq. refecaret, & eius qui infirmatus fuerat, sanaret, & excluderet passionēs, causæ non discipulis quicquid acciderat pius moderator ascribens, imperio pacis suæ bella nascitura compressit: ne alter alteri improperaret quod ipse, cui torū debebatur, donauerat in futuro. Petrus negat, Ioannes fugit, Thomas dubitat, cūcti relinquunt: quibus nisi pacem suam Christus dedisset: & Petrus qui primus erat omnium, putaretur inferior, & sequēs indebite forsitan tolleretur aduersus primum. *Sicut misit me pater, sic & ego mitto vos.* Missi sermo nō minorat filium, sed declarat: quia non mittentis potestatem hic, sed missi voluit intelligi charitatē: cum dicit, *Sicut misit me pater.* Non dominus, sed pater. Sic & ego mitto vos. Non autoritate adhuc iubentis, sed toto diligentis affectu: mitto vos ad tolerantiam famis, ad onera vinculorum, ad squalorē carceris, ad perferenda omnia genera pœnarum, ad subleuandum cunctis execrabile mortis iugum, quæ omnia charitas vtiq. humanis mentib. imperat, non potestas. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Dedit potestatem remittendi peccata, qui in sufflatione sua infudit ipsum cordib. eorum, & largitus est remissorem. *Hæc cum dixisset, insufflauit eis, dicens: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Vbi sunt qui per homines hominibus remitti peccata non posse præscribunt: qui semel diabolica impulsione collapsos opprimunt, ne se erigāt: qui languorib. curam, vulnerib. crudeli Spiritu subtrahunt, negantq. medicinā: qui peccatorib. remittendi & redeundi desperatione impia resultant? Remittit Petrus peccata, & toto cum gaudio suscipit pœnitentes, atq. omnibus sacerdotib. hanc à Deo concessam amplectitur potestatem: qui post negationem nisi pœnitentiam reperisset, Apostolatus gloriam & vitam pariter perdidisset. Et si Petrus per pœnitentiam rediit, quis sine pœnitentia

substitit? *Thomas autem cum audisset à discipulis suis, quod vidissent Dominum, respondit: Nisi videro figuram clauorum, & misero manum meā in latus eius, non credam.* Cur Thomas vestigia fidei sic requirit? cur tam piē patientem, tādurē discutit resurgētē? cur ea vulnera, quæ manus infixit impia, deuota dextera sic resulcat? cur latus quod impij militis læcea patefecit, refodere manus nititur obsequentis? cur dolores persecutorū furorib. irrogatos, famulantis curiositas renouat immitis? cur tormentis dominum, cur pœnis Deum, cur cœlestem medicū probaturus de vulnere discipulus sic requirit? **B** Cecidit potestas diaboli, patefactus est carcer inferni, disrupa sunt vincula mortuorum, moriente Domino sunt euulsa monumenta, & resurgēte Domino tota mortis est mutata conditio, ab ipso Domini sacratissimo sepulchro lapis reuolutus est, linteamina resoluta sunt, & resurgentis ad gloriā mors fugit, vita rediit, caro amplius casum nescitura, surrexit: & cur tibi solus Thoma, sola vulnera præstiterat ad indicium fidei nimis callidus explorator expositus? quid si ista cū alijs abolita fuissent, quod periculū fidei tuæ curiositas ista peperisset? Nulla pietatis monumenta, nulla dominicæ resurrectionis inueniri æstimas potuisse documēta, nisi manib. tuis sulcates Iudaica crudelitate exarata sic viscera? Quæsiuit fratres, pietas ista, exegit ista deuotio, vt resurrexissē Dominū nec ipsa in posterum dubitaret impietas: sed Thomas nō solum cordis sui, sed omniū hominum curabat incertum: & prædicaturus hæc in gētibus, quemadmodū tantæ fidei astrueret sacramentū executor strenuus perquirebat. Certe prophetia magis, quā cunctatio fuit. Nam cur talia peteret, nisi à Domino ad indicium resurrectionis suæ seruata sola vulnera prophetalī spiritu cognouisset? Denique spōte præstitit cæteris, quod iste tardius implorat. *Venit, inquit, Iesus, & stetit in medio, & ostendit eis manus & latus.* Nā qui ingressus fuerat clausis ostiis, & merito à discipulis spiritus esse putabatur: non aliter ipsum se, nisi ipsa corporis passione, ipsis vulnerū notis, taliter dubitantibus, poterat approbare. *Deniq. venit & dicit Thomas: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & offer manum tuam, & mitte in latus meū, & noli esse incredulus, sed fideus.* Vt effundant toto orbe, iterum te aperiētē, hæc vulnera fidem, quæ aquam in lauacrum, sanguinē in omniū precium iam fuderūt. *Respondit Thomas & dixit: Dominus meus & Deus meus.* Veniāt & audiāt heretici: & sicut dixit Dominus,

Mat. 16.  
Marc. 14.  
Ioan. 20.

Mat. 26.

non sint increduli, sed fideles: Ecce non solum corpus humanum, sed per pœnalis corporis passiones, Deum & Dominum esse Christum, Thoma vociferante, manifestant. Et vere Deus est qui viuit ex morte, refurgit ex vulnere: qui talia & tanta cum suscepit, viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum, Amen.

*In illud Ioannis, Iam die festo mediante.*

SERMO LXXXV.



**B**TSI aliqua videntur occulta sui profunditate mysterij, nulla tamen est Ecclesiastici cultus in fructuosa solennitas, diuina festiuitas non pro nostris est voluntatibus consecranda, sed pro suis est percolenda virtutibus: Christianus animus quæ sunt traditione Patrum, & ipsis roborata temporibus, nescit in desperationem deducere, sed venerari ea toto desiderat deuotionis eloquio. *Iam die festo, ait, mediante, ascendit Dominus in templum. Quod templum? Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Ascendit hodie Dominus nostri pectoris in templum, qui tam clementer nostri corporis descendit in formam: quod autem ascensus Dei fit in humani cordis excelso: beatus Propheta asserit, cum decantat, Beatus vir cuius est auxilium abs te Domine, ascensus tui in corde eius. Iam die festo mediante, ascendit Dominus in templum. Merito die festo medianre ascendit Dominus in templum, quia nobis erat perfectum diem festum præstaturus è ecœlo: quicquid sublime, quicquid ad cœlum tendens in cordibus habebatur humanis, vsque ad infernum Dominicæ pondus incurrauerat passionis. Id namque est, quod Christus quadraginta diebus residet & remoratur in terris: & si dicifas est, patris occursum differt, patris suspendit amplexum, donec totum se releuet, & reformet suæ ascensionis in gloriam. In cuius ergo templo hic non ascendit Christus, cœlum non ascendit ille cum Christo. Ascendit in templum, & docebat & mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Bene miratur Christum, quod non didicerit scire, quando ipsi probantur, quæ didicerint & doceant, legis præcepta nescire: dicente Domino: Tu es Doctor in Israël, & hæc ignoras: Mirantur Iudæi iam rebelles, nolunt crede-*

1. Cor. 3:

psal. 85:

Mat. 1:

Ioan. 3:

re: mirari norunt, delectant sapere, inem, re possunt. *Mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Quis Virgo peperit derogas, non miraris: quod Deus nostro sentitur & operatur in corpore abrogas, non fateris: quod cæcus videt, surdus audit, claudus currit, surgit mortuus, & tota Christus arcana Dei loquitur, non miraris? hoc solum quod sciat cum non didicerit, hoc miraris? Hic est ipse qui non didicit literas, sed donauit: hic est qui sensum condidit, per quem literæ finguntur: Peritus legis, auctor omnium cur literas non didicerit, admiratur? Deus utique adest origo cunctorum, qui facit esse quod non fuit: cum non didicerit, docet. *Deesse videntur non pauca.**

*De annunciatione & conceptione sancti Ioannis Baptiste.*

SERMO LXXXVI.



**M**VNDANVS sermo, ut humano profertur ex sensu, humanis seruit & obsecundat ingenij: Diuinus verò sermo in potestate dantis est, non dicentis. Audistis quemadmodum Zacharias ille summi sacerdotij splendor dum exorat, obmutuit: tacuit patet vocis, Ego, inquit, vox clamantis in deserto, genitor clamoris obmutuit: & egressus silentium retulit, qui responsa relaturus intrauerat. Videtis ergo quia silentium meum quod antea contristauit vos, venit de antiquo pontificali vsu, non de nouitatis incurfu. Ille vbi sensit linguæ suæ vincula sui ianuam clausisse sermonis, imperauit nutu, ne quis causas taciturnitatis inquireret, quia cœleste mysterium non didicerat, qui didicerat scire: sed hoc ad tempus, quia sacerdotis differtur sermo, non aufertur: reconditur, non negatur: mysterio suspenditur, non fugatur: denique Zacharias ipse quod tacet, non est pœna, sed signum: non est terrena debilitas, sed cœleste secretum: Deus qui loqui dat, tacere facit: & imperat silentium, qui inserit verbum: dominatur diuinus sermo, non seruit, quia Deus verbum: & ideo non cum iubetur, loquitur, sed cum iubet: non cum exigitur, sed cum donat: non cum cogitur, sed cum venit. *Vnde fratres: & cum venit, audite, & cum non venit, sustinete, & cum se donat, accipite, & cum se negat, orate: quia hoc*

Matth. 23:

Doctor accipit, quod meretur auditor. Ergo tam nobis, quam mihi præteritus suspensus est sermo, vt profuuium mulieris, & verecundi vulneris causam, & illius pudorem sic nostra verecundia celaret: vt quod illa tacuit, etiam nostro silēcio clauderetur: sed cœptum reuertamur ad verbum. Hierosolymitanus fons abūdat, cum impellit Angelus, nō cum sicut auditor, sic sacerdotis sermo exuberat: quando dat Deus, non cum perorat sacerdos. Hinc est quod Zacharias ipse qui prophetias loquebatur populis, tacet sibi, vt nos ingrati Deo non simus: si nos semel tacere voluit, quib. semper inoffensum largitus est verbū. Ille non dedignatur à filio verbum recipere, cui dederat lucem; & vos filij orate nobis vocem, vt possitis audire sermonem: Reparate gaudiū meum, vt assuetam possitis lætitiā possidere, & implere illud Apost. 2. Cor. 2. Quis est qui me lætificet, nisi qui cōtristatur ex me? Veniat ergo, veniat in medium beatus Zacharias qui nos tacens pio consolatur exemplo, & silentio suo nos de nostro nō finit tristes esse silentio. Veniat, veniat præcursor verbi, sacerdotij speculū, sanctitatis exemplum, Euangelistarum Princeps, clausula Prophetarū. *Fuit, inquit, in diebus Herodis Regis Iudææ, Sacerdos quidam nomine Zacharias. Dum dicitur sub quo Rege quis Sacerdos sit, tēperātur mala: adest semper in mœrore solatium, nec consolator deest, cui imminet persecutor. Fuit in dieb. Herodis Regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias. Vtque ad Herodem Iudæicæ Genti sacerdotalis sanctitas, senum grauitas, patrum pietas, præsidebat: ius erat lex diuina, ambitio nil ibi, nil temeritas, præsumptio nil valebat: quia gerebatur totū diuino ordine, non humano: sed Herodes veniens ex Gente aliena inuasit regnum, violauit sacerdotium, confudit ordinem, mutauit mores, spreuit senes, infecit iuuenes, trib. miscuit, deleuit stemmata, corripit genus, tulit quicquid erat & diuinæ & humanæ fūditus disciplinæ. Sed hoc quid ad Zachariam sanctum? Ne quid ergo tale & in ipso Zacharia crederetur admissum: Euangelista cogitur sic referre, *Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia. Quia vsque ad ipsum ab atavis, auis, patribus, transfusum genus mansit sacerdotij: tempus legis: sacrificij omnis seruata est disciplina, eo quod impietatem Regis, iniquitatem tēporis, ambitionis rabiem, temeritatis furorem, sacerdotis & meritum superauit & vita. Sed quid sequatur, audiamus. Factum est vs in-**

*A censum poneret, ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi orabat foris in hora incensu. In hora incensu fratres, iam Sol Iudæico occumberebat in templo, vt in Ecclesia matutinus exurgeret, & Iudæicæ doctrinæ instabat vesper: quia Euangelij imminebat aurora: legis obscurabatur dies, vt totus reluceret in gratia. Hinc est quod Zacharias in hora incensu, hoc est, in extremo tēpore legalium cæremoniarum propheta Spiritu incensum infert: offert preces, desideria ingerit, vota commendat, tempus admonet, promissa repetit, exigit Christum. Et omnis multitudo orabat foris. Vt ergo populus, qui stabat foris, intromitteretur, exoratur: quia quos lex adducit ad ianuam, gratia intromittit in templū. Apparuit, inquit, ei Angelus Domini, stans à dextris altaris incensu, & videns Zacharias, turbatus est & pauor cecidit super eum. Ergo non est mirum si turbatur sacerdos, si stupet doctor, si pauescit antistes, si tacet minima, cum videt maxima: si deserit verba, cum signa conspiciunt. Et ne solus Zacharias timuisse videatur, audi alium Prophetam dicentem: Domine, audiui auditum tuum & timui, consideravi opera tua & expaui. Qui cum Deo loquitur expauescit? vnde loquatur Angelus ignorat? & quid tenemus? Vnde sacerdos taceat, iam dicamus. Et respondens ei Angelus, dixit: Ego sum Gabriel, qui asto ante conspectum Dei, & missus sum ad te hæc loqui, & hæc tibi euangelizare: & ecce eris tacens, nec poteris loqui. Quæ tacentis culpa, si imperat silentiū vis iubentis? Ergo & nos tantilli qui tacuimus, quod tacuimus habetote nō obliuionis fuisse, sed temporis: diuini negotij, non rationis humanæ. Ergo tristes non sumus, quia donante Deo, silentiū momenti continuato sermone pensabitur, & modicum quid tristitiæ nostræ magnum vertetur in gaudium. Gratias ago Deo meo, qui mihi in amoris lucrum vertit damnū sermonis: nam quæta sit in me charitas vestra, pallor prodidit: restatus est clamor, ostenderunt lachrymæ, oratio effusa monstrauit.*

## DE EISDEM,

## SERMO LXXXVII.



*S*icut nimio dolore, & infirmitate longa luminibus obscuratis, nisi sensim refusa fuerit, fit inimica lux: certè cum solis sit condita lux oculis, solis sit oculis lux amica, per quos vtique reliquo corpo-

ri vel traditur, vel negatur: ita diurno perfidiae morbo contenebratis mentibus, nisi paulatim fuerit fidei claritas restituta, subito ipso fidei splendore magis perfidiae crassescit caligo, longo usu aut producitur, aut obtunditur semper natura. Hinc est quod Dominus terro infidelitatis nubilo cordibus iam caecatis, ut irradiaret partus virginici sacramentum, desperatę & annoſę sterilitatis antę pręmisit conceptum: ut qui videbat post senectutem longam arida membra reuiuifcere, & tráſacto curriculo iam vitę veteranę in primam reflorescere pubertatę, atque ipsam naturam in occiduam ætatem ad nascentis serui insignia fuscitari, pudicitię florem, pudoris titulum, castitatis insigne, virginitatis claustra manere post partũ crederet, posse auctore ipso ex utero procedente seruari. Et ut pręfationi nostrę ac similitudini, quam de oculis sumpsimus uetusto lãguore defessis: ipsa, de qua loquimur modo, adsit, & stipuletur auctoritas, ac probet oculos hominum nocti malę assuetos, obscuratos, promotos sęsim reuocatos ad lucem: in Ioanne Dominus accendit sui luminis, & pręmisit lucernam, ut degustato lumine in se iam diuini Solis iubar ipsum pręferrent, ipsam deitatis caperent claritatem. Iuxta illud quod dictum est de Ioãne, Ille erat lucerna ardens & lucens: ut ille defas noctis placido lumine aperiret tenebras ipse noctis nescium diem iam desiderantibus, ad lucem perpetem redonaret. Hinc est quod & Magos adhuc noctis incolas, & totis obtupescentes oculis, tenuiter micæ stella affuefacit ad lucem, & gradatim pertrahit ad ipsum fontem luminis & dierum. Et re uera fratres, congruit, quia totius anni metas temporum quadriga percurrit, ac nobis Domini nostri natalicia festa reuocat, & gaudia iam reducit. Nunc de Ioannis ortu, de partu sterilis iam loquamur, ut compendio credulitatis isto, ad illud ubi partus est sine partu, ubi creatur author ipse procreantis, ubi nascitur ipsa origo generantis, inter hyemales, ac nubibus & nebulis dubias luces, lucerna pręuia, stella duce peruenire possimus. Fuit, inquit, Euangelista, sacerdos quidam nomine Zacharias, & uxor eius Elizabeth: & non erat illis filius, eo quod esset Elizabeth sterilis: & processissent ambo in diebus suis. Sterilitas senectute exaggeratur extrema: & abspe generanditorum subducitur quicquid est corporis & naturę: & ne vel cogitatio sobolis vlla remaneret, ad id peruentum est temporis & ætatis, quo tráſacto calore vitali mortale frigus sterilis iam viscera possidebat: ut genitor ipse cognosceret inde iam

A per hominem non posse nasci hominem, unde abscesserant res humanę. Sic, sic fratres, duris hominum pręcordiis credulitas asseritur, & inseritur fides: & tunc totum diuinum creditur, cum fuerit nil humanum. *Sorte exijt ut incensum poneret Zacharias ingressus in templum Domini.* Bene dixit, ingressus in templum, non ingressus templum, quia, ipse erat Dei familiaris templum, portans in sui pectoris puritate tota legis arcana: & apponens non tam thuris, quam purę supplicationis incensum. Gratius namq; Deus in suo, quam in hominis opere requiescit: & non tam libenter odoratur Arabicę arboris guttam quam synceri cordis & pectoris sanctitatem. *Apparuit ei Angelus Domini, inquit, stans a dextris altaris incensi.* Dicere suffecerat, apparuit ei Angelus, quid magno perere a dextris altaris? Ut esse in sanctis Angelis auditor intelligas nil sinistrum, dicente scriptura, Vias quę a dextris sunt, nouit dominus. *Apparuit ei Angelus.* Cum iam defecerat totus homo, ut antę Ioãnes nascere-tur ex sterili, quam Christus nasceretur ex Virgine, dictum est de Ioanne: Ecce ego mitto Angelum meum. Felix, quę ut in deum crederet, in senibus sic defecit natura: felix, quę sterilitatis damna virginea fecunditate mutauit: felix, quę vno concepit in partu, quicquid in toto orbe confundere deplorabar: felix, quę facta est vitalium germinans mater, quę erat antę origo miseranda mortalium, ad dolores pariens cum dolore, ad gemitus edens cum gemitu, ad pericula producens hominē cum periculo generantis, & in ipso ortu occasum nuncians per lamenta & lachrymas: semper deuorās partus suos, sciens se tantis mæroribus generare morituros. Pascebatur ergo sterilitate magis natura, ne ipsa fecunditate grauius defæuere, fletus potius editura, quam pignora: quę utique lachrymis, mærore, gemitu, tanto tempore suum quætebat & interpellabat authorem: intelligens hoc sibi accidisse per culpam non esse ab authore piissimo institutum, cum crearetur. Hinc est quod Dominus conditor ipse naturę viam virginici conceptus, virginici partus, inuisibili vestigio & ignoto calle pertransit, & iter humani ortus diuino gressu ambulat, non humano, ut nascendo ipsam naturam a seruitute mortis, cui taliter addicta fuerat, primitus liberaret: & fonte purgato supernam riuis redderet puritatem. Merito Ioannes in utero exultat, qui originis suę libertatem ante nosse, quam esse meruit, ante meruit sentire, quã viuere. In hora incensi per Angelum aperi-

Ioan. 5.

Matth. 2.

Luc. 1.

Prov. 4.  
Inuta  
LXX.

Matth. 11.

tur sterilitas, cōceptus iubetur, promittitur A partus, & inter factaria natiuitas sacra procuratur: hinc est, quod adhuc in utero cum mēbrorum compage pene concepta in Ioāne est prophētia: ante nutu Dei loquitur, quam perueniat ad vocis officium. Verum ne dū profunda & mira latissima lēctionis breuiato cupimus sermone concludere, quæ maxime dicenda sunt transeā: proxime, si Deo placuerit, de sequentibus differemus.

DE EISDEM,

SERMO LXXXVIII.



Emper debere anxium est, fratres, semper triste scēnoris vinculis alligari: sed me, quem vobis mea sæpe facit promissio debitorem, satis sibi de talis debiti natura & obligatione blanditur, qui dat, non accipit, qui promittit: & qui dando debet, sibi magis ipsum facit obnoxium creditorem: atque vbi qui credidit debet, & qui debet credidit, ibi necessitudinis, non necessitatis probatur esse contractus: & in tali scēnore animæ non oneris, sed honoris prædulcis currit usura. Posteaquam Zachariæ sacerdoti apparuisse Angelum Domini euangelicus sermo descripsit, adiecit dicens: *Et turbatus est Zacharias videns, & timor irruit super eum.* Si de iudicis potestate sollicitus est, qui semper de apparitoris turbatur & contrēmiscit aduentu: & mandati meritum de persona venientis aestimat, & metitur: & quamuis bene concitus pauet, donec causas venientis agnoscat & intelligat qualitatē: quid faciet, quo pauore trepidabit, cum potestatem supernam senserit hominis imbecilla natura, cū respexerit homo Angelum, & diuinæ sedis ministrum viderit? Caro nunquam de sua conscientia est securo: sicut Zacharias ipse, de quo loquimur nunc comprobauit: qui in ipso tempore placationis offendit: qui dum credit, dubitat, dicente Angelo, quia non credidisti verbis meis: dum postulata promeretur, incurrit, condemnatur, muna ipsa cum suscipit: qui vocem, cum vocem percipit, tunc amittit. Hinc est quod Angelus antequam mandata pandat: dona tradat, referat impetrata, metum discutit, fugat timorem, confortat animos ancipiti cogitatione turbatos, vt mens quæ migrauerat à se nimio pauoris excessu, in semetipsam reuerfa beneficiorum tantam sentiret & caperet largitatem, dicens: *Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis*

*nomen eius Ioannem.* Putasne sacerdos tantus sic est populi, sic vniuersitatis oblitus, vt de conceptu veteranz coniugis, de partu desperanz sterilis rogaret, vt sibi soli legatus omnium tunc adesset, vt aduocatus omnium pro se singulariter oraret, vt tantum Pontificatus officium intra domesticas arctaret curas, inter familiares clauderet & occuparet angustias, & incensum totius plebis in solum desiderium proprij pignoris addiceret veteranus antistes, ac tali desiderio grandæuus, & ipsum tempus iam respiciens, ad partum succenderetur in tempestiuum? Absit, fratres, absit, vt hoc de sancto Zacharia fidelis anima suspicetur. Et quidem Angelus in hoc fuisse refert totius supplicationis effectum, dicens: *Exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium.* Si Angelus ad petita respondit, sacerdos pro solo pignore supplicauit, si pro omnibus egit supplicatio sacerdotis, cur Angelus de solo pignore retulit impetrata? Quid tenemus, quid diu suspendimus animos auditorum? quam non sibi soli, sed omnibus affuerit iste venerandus antistes, quam responderit Angelus vniuersis, quam Deus prospexerit in vno isto germine sacerdotis, quem genitoribus vtique, & ipsi ob hoc delegerat naturæ, vt eum daret vniuersitati, largiretur seculis, populis condonaret, & fieret sacramenti filius inter sacraria delatus, inter sacramenta concessus, esset antistes de venerando generatus antistite, esset Angelus ore angeli sacra delatus in viscera, esset vox Christi, *Ioan. 1.* ergo vox clamantis in deserto, esset vox Christi ad Christum suæ reseruatus ad tēpora, esset præco Iudicis præsentiam clamaturus: esset pœnitentia populos Christi vocaturus ad veniam: quam sacerdos ergo iste iam sui nescius, iam sibi mortuus, extraneus coniugi, soboli iam negatus egerit omnibus, omnibus impetrarit mox Angelo referente discamus. *Et multi, inquit, in natiuitate eius gaudebunt.* Non est vnigenitus qui est eunctorum creatus ad gaudium. *Erit enim magnus coram Domino.* Qui coram Deo magnus est, quantus sit penes homines quis probabit? *Et vinum & siceram non bibit.* Qui natus est sancto de corpore sacerdotis, & summa senectute, ab omnibus vitiis defæcato, atque exempto iuuentutis incendiis, vinum nescit, ignorat siceram, quæ pariunt luxus ebrietatis & vitia: & tota dissipant morum decora, ornamenta virtutum. *Et vinum & siceram non bibit, sed Spiritu sancto replebitur ad-* *huc in utero matris suæ.* Iuxta illud Apostoli: *Eph. 5.* Fratres, nolite inebriari vino, in quo est lu-

Luc. 1.

xuria, sed repleamini Spiritu sancto. *Et Spiritu sancto replebitur adhuc in utero matris sue.* Beatus Ioānes, qui ante Dei Spiritu meruit intonare, quam hominis vagiret in fletu: beatus, qui ante diuina possidere meruit, quam sortiretur humana: beatus, qui ante meruit cælum scire, quam terram: beatus, qui antequam videret præsentia, futura meruit nunciare: beatus, qui ante Deum capere potuit, quam suo ipse caperetur à corpore: beatus, & singulariter est beatus, qui antequam saperet quærere, meritum conquisiuit: beatus, qui non peruenit ad gratiam per laborem, sed ad labores ipsius gratiæ dignatione descendit. *Et multos,* B inquit, *filiorum conuertet.* Ad quem? Dicat Angelus, vt quia blasphematur, quia negat hæreticus, contumescat: dicat Angelus, vt audiat fidelis, & gaudeat: credat hæreticus, & recurat. *Conuertet.* Ad quem? Ad *Domini- num Deum*, inquit, *ipforum.* Quis est hic Deus? De quo Propheta dicit, Hic est Deus noster, & non est alius absque eo qui inuenit omnem viam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Quādo dedit? Tunc vtique quando legalibus in tabulis totius vitæ regulam, totam disciplinæ descripsit & normam. Attentus esto auditor, vt scias quis est hic Deus noster, absque quo alius non est. *Quis est?* Post hæc in terris visus est: & cum hominibus conuersatus est. *Quis est alius visus in terra nisi Christus,* qui nostra est conuersatus in carne? Et quis est alius conuersatus cum hominibus, nisi ille qui cum hominibus humano est commoratus in corpore? Et si hic est Deus noster, & non alius absque eo, heretice cum hunc non habueris, quem habebis? Non est alius, inquit, absque eo: & hunc non dicis, ergo vbi est pater? Propheta dicit, Non est alius absque eo: & vbi est? In filio vtique, quia præter filium non est pater. Ego in patre, dicit, & pater in me est. Vnde & Propheta non dixit, non est alius, sed non est alius absque eo: hoc est dicere, est: sed in ipso est. Sed dicis, & si in ipso est, quomodo est alius? Hæretice, sic est alius persona, vt sit ipse substantia: sic est ipse substantia, vt nulla sit confusio Trinitatis: sic est vnitas Trinitatis, vt nulla sit in deitate distantia: sic in se est, & sine se tota Trinitas non est, vt insit in patre, & filio, & Spiritu sancto, personalitas diffinita, non separata diuinitas. *Et ipse præcedet ante illum.*

Id est, est  
qui anima  
sum dem-  
grationem  
asserunt.

Ante quem? Ante Christum, qui est Deus ipforum. Deus noster, Deus omnium, Deus absque quo alius non est. *In virtute Eliæ.* Nemo cum hoc audit, *μῆτις φρονεῖ*, imputet:

hic Spiritum dicit illum, quem per diuinam gratiam meruit, non quem carnis est conleccutus ad vitam: & virtutem dicit illam, quam de supernis habuit: non illam, quam propter corporis adeprus est firmitatem. Ioannes ergo Eliæ venit in spiritu, & in eius virtute graditur, qui totum victu, vestitu, honore, castitate, abstinentia, & omnibus Eliam virtutibus repræsentat, & Christum. *Præparet Domino plebem perfectam.* Quam in vobis Deus, & Dominus noster præparare & cõfirmare dignetur in gloriâ nominis sui.

## DE EISDEM, SERMO LXXXIX.



Mnia quæ à Deo creata sunt nobis bona sunt, & bona valde: dicente scriptura: *Et vidit Deus omnia quæcunq; fecit, & ecce valde bona.* Ergo omnia quæ à Deo creata sunt, bona sunt, & valde bona: sed inter vitia, virtutesque media sic habentur, vt ex ipsis, & periti doctrinæ materiam sumant, & erroris causam inueniant imperiti. Sapientes namque creatorem creaturæ cõtemplatione cognoscunt: stulti vero dum creaturas ipsas Deos existimât, sapere nequeunt creatoris. Hinc est quod Solem, Lunam, Stellas, aurum, lapides, ligna, Deos sibi fecerunt Gentiles, quæ Christiani addicta suæ sapiunt seruituti. Nec mirum sic esse mediam creaturam, quando ipse creator omnium Christus est fidelibus in salutem, infidelibus in ruinam, Euangelista dicente, Hic positus est in ruinam & resurrectionem multorum. Apostoli etiam aliis habentur in mortem, aliis habentur in vitam: Paulo probante, cum dicit: *Quibusdã fumus odor mortis in mortẽ, quibusdã autem odor vitæ in vitam.* Ergo & Euangelicæ læctiones fiunt bonis intelligentiæ salutaris, malis vero erroris occasio. Antehac Euangelista beatissimus, cum referret Ioannẽ Baptistam Herodis astrictum vinculis, adulteriis Herodiadis extinctũ, truncatum in præmium saltatrici, sensimus aliquos fuisse permotos, cur Deus sacrilegæ sanctum, adulteræ virginem, Angelum ad dixerit saltatrici. Fratres, virtutes Ioannis, Herodis crimina abundanter alio sermone tractabimus: nunc eloquamur quæ vinculo- rum causa, carceris quæ necessitas, quæ mortis utilitas fuerit in Ioanne, Ioannes non potuit mori communi sorte, qui natus est priuilegio singulari: cum Christus Deus nasceretur in carne, Ioannes Angelus est generatus in terris, vt ita officia terrena officii se cælestibus miscerent, sicut humanis se diuina miscebant, & in terra Deo

Gen. 1.  
Iuxta  
LXX.

Lxx. 2.

2. Cor. 2.

Infra ser-  
mone  
CXCII.

Angelus, Domino ordo cœlestis obsequij non deesset. Sed audiamus ordinem nascantis Ioannis, vt causas mortis eius inuenire possimus. *Fuit, inquit, in diebus Herodis Regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor eius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth: Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.* Oratores magni & excellentes ingenio, quoties illustrium virorum parant narrare virtutes, auos, atausque commemorant, vt ad honorem præsentium accedat dignitas antiquorum, & laus patrum filiorum redundet ad gloriam. Maior est innata gloria, quam quæsitæ: præcedit quod venit ab origine, quod sequitur ex labore: gloriam beatius est habere, quam quærere: hinc est, quod Euangelista vt extollat Ioannis gloriam, Zachariæ patris, Elizabeth matris genus dicit, auos memorat, scribit merita, loquitur titulos, gradus diggerit, vitam pandit, dilatat insignia, prædicat sanctitatem. *Fuit, inquit, in diebus Herodis Regis Iudææ,* Tempus memorat Regis nefandi, qui sacrum sacerdotij violauit morem: confundit ordinem, statutum soluit, abstulit institutum. Et hoc accedit ad meritum Zachariæ: quia cum in omnes pene Herodes ausus suæ temeritatis extenderit, ausus sit nihil in isto: virtutibus sit huius oppressus, vt sacerdotis immaculata successio ad gloriam germinis seruarietur. Et vxor eius de filiabus Aaron, Aaron primus Pontifex in lege fuit sacerdotij origo: propterea merito prætermisiss omnibus eius filia dicitur, cuius in se memoria prætulit sanctitatem, quam tanti generis pia custos gloriosissime transfudit in filium, Sed huius matris laudes Euangelista describit. *Erant, inquit, ambo iusti ante Deum.* Est noua felicitas, est coniugium singulare, quando manet in duobus mens vna, vna sanctitas in duobus, constabat mente, quod distabat in sexu: & in minoribus erat vnum quod geminabat aspectus: & virtutibus reddebat pares, impares dederat quos natura. *Erant, inquit, iusti ambo ante Deum.* Placere iudiciis humanis, coram hominibus esse iustum, est virtutis humanæ, maximi est & laboris: ante Deum qui scrutatur corda, cogitationes discuit, videt mentium motus, esse iustum humani laboris non est, muneris est diuini. Si magnus est qui non peccat in carne, quantus est qui corde non peccat? Ioannes ergo supra carnem est natus de istis, qui ante Deum nec corde, nec corpore peccauerunt. Ad-

A iecit Euangelista, dicens, *Incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.* Incedentes, incedit qui non stat in triuijs peccatorum: qui peregrinum se hoc sentit in seculo: qui asperas virtutum intrat intrepidus mansiones: qui montes iustificationum, mandatorum colles indefessus viator ascendit: vt præsentia parentes Dei, patriæ cœlestis beatitudine perfruatur. *Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus.* Hi in omnibus, in quibus nemo vel pauci. In omnibus mandatis & iustificationibus. Quis fumi nefcius cupiditatum transit incendia? qui vitæ lubricum nunquam lapsus euadit? per vitiorum gurgites quis impollutus incedit? carnis negotia, vitæ causas, actus mundi quis peragit, & non erit in querela, cum nasci ipsum plenum sit & lachrymis & querelis? Namque parturiens quæritur ex dolore, & natus in lachrymas quæritur ex natura: sed in Zacharia & Elizabeth reatus occidit, perit querela, omnis est amputata causatio, quia in illis parabatur vnde tota sanctitas nasceretur: sed hoc ex ipsa iam lectione luceat. *Et non erat eis, inquit, filius, eo quod esset Elizabeth sterilis.* Sterilitas ista non erat male dicta, sed mystica, in qua partus non ablatu est, sed dilatus: neque erat pignori clausa, sed tempori: colebatur tempore, virtute ferebatur, maturabatur ætate, senectute crescebat, vt in filio singulari tota fecunditas pensaretur, quando in vno nascebatur numerositas congesta virtutum. Beata sterilitas quæ vnum seruabatur ad partum: & expectabat Ioannem, cui quia prima omnia debebantur, primogeniti dignitas non periret. *Et ambo processerant in diebus suis.* Processerant, non decesserant: vixit in sanctis ætas, non defecit, sed processit. Aut quid illis deficit, quibus accedunt semper incrementa virtutum? Ergo in Zacharia & Elizabeth stupet sexus, frigescit caro, membra sopiuntur, tempus præterit, ætas transit, abolefcit totum quicquid est & humani ordinis, & negotij coniugalis, vt diuino munere, non partu ex hominibus Angelus nasceretur. Promiseramus de ortu Ioannis causas mortis eius expromere, sed quia nos hodie longius sermo protraxit, & ad probationem rei satis nobis necessaria sunt quæ sequuntur, quæ modo dicta sunt, ortus eius deputentur ad gloriam: nosque ingrati non sumus vobis, qui differimus debitum, non negamus: nam debitoribus dilatio crescit ad gratiam creditoris. Expectate ergo quod promittit debitor, & expectate securi, quia promissa negari neque-

unt, quando sterili tam largiter negata A se pignora promereri: stare inter acies criminum, obsideri vitiorum cateruis, infirmitatum quati, & quassari semper impulsu: videre eminus vexilla virtutum, spem legis, gratiæ libertatem, nec tamé illac quenquã proprijs posse viribus peruenire, velle bona & non facere, crimina odisse, nec vincere: debere iam misereri Deũ: debere iam taliter subuenire captiuus. Pontifex ergo iste cum Dei aures continua & tali querela, tali lamentatione pulsaret, Deus sic pia, ac iusta poscenti, ex germine ipsius responsionis suæ sumpsit, & instituit mirabile documentum: quo crederet posse Deum dare vitam mortuis, salutem reddere desperatis, si senectuti mortuæ sobolem, si sterilitati dedisset filium desperatæ, sicut Euangelicus aperit sermo, cum dicit: *Exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium.* Redemptio huius nunciũ, huius salutis præuium: qui Deum non sicut tu voce audiat, non gemitibus flectat, non ad impetrandum nostra ille sicut tu suffragia requirat, sed ipse in nostro ordine constitutus, & Angelico honore fultus, Deum satis ab omnibus desideratum, nec vlli vnquam cognitum, etiam ipsis Angelis inuisum, manu teneat, amplectatur gremio, & iam conspicuum mundo vniuersis felicibus tradat? palmis beatissimis assignet humanis oculis peruidendum, Deum cognitũ faciat vniuersis, perducat dominum ad confortia seruulorum, misceat reis Iudicem, censorem in se testetur noxiorũ suscepisse personam, ac si probet condemnationis humanæ sententiã cessaturam, quando ipse agitur, ipse currit per veniam, qui reos erat daturus ad poenam. Ut luceat hoc mysteriũ pietatis immense Zacharia tuus filius suum dominum poenitentia demergit in baptisma, in remissionem diluit peccatorum, quia voluit fons dilui, cognitor suscipere veniam, Iudex ipse suam subire sententiam, ne dånaret reos, ne vindictam profertet in noxios, ascendit crucem, degulst mortem, sepulturam patitur, intrat infernũ, qui puniri voluit, ne puniret, qui amari magis voluit quam timeri. Quod vbi Zacharias fratres, audiuit, tantũ se meruisse suis precibus sacramentum, rei ipsius consideratione territus, sacramenti ipsius æstimatione turbatus, nec se mereri tantũ credidit; & Deum dubitauit ad hæc talia, & tanta descendere: hinc est quod dicit, *Vnde hoc sciã? Ego enim senex sum, & vxor mea processit in diebus suis.* Hoc est dicere, quomodo me habere filium ratio nõ permittit humana, ita nasci & mori Deum maiestas non finit sempiterna. Cui Angelus veniabiliter

DE EISDEM,  
SERMO XC.



Rigi nos sanctorum lapsibus, sanctorum trepidatione fundari, cüstatio nos hodie Zachariæ docuit sacerdotis: qui cum nõ credit Dei promissa, sed discutit, & opera diuina non fide percipit, sed humana ratione disquirat, infidelitatis culpam longa silentij condénatione persoluit. audierat ab Angelo: *Exaudita est depre-*

Luc. 1.

*catio tua: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium. Qui tunc respondit: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex & vxor mea processit in diebus suis.* Nonne quantum senectute longa spem posteritatis amiserat, tantum longo vitæ vfu fuerat edoctus, quod Deus impossibile nil haberet? Legerat tanti tēporis sacerdos, sciebat veteranus Pontifex lege naturam, non authorẽ naturæ posse constringi: & tempus homini posse, suo non posse præscribere conditori: mouerat de Abrahæ & Saræ emortuis extrema senectute corporibus, & à patris, matrisque nomine famosissima sterilitate sum-

Gen. 21.

motis. Isaac ad totam fœcunditatem Israëlitici germinis erupisse, cui nõ obfuit tantũ defuisse naturam, quãtum nasci profuit authoris beneficio non naturæ: didicerat Rebeccæ & Annæ effoetis diu, diu naturæ suffragio destitutis dedisse Deum quod sterilitas abnegauerat: edoctus ergo tantis, quid est quod dicit? *Vnde hoc sciam? Ego enim senex sum: & vxor mea processit in diebus suis.* Fratres, satis ad Deũ trepida, satis ad diuinas virtutes hominis est imbecilla natura: nec talem se in causa inuenit, qualem se æstimat ante causam: & satis se ignorat ante quam se reb. probet, & experiatur exemplis, petit cœlũ, petit alta, scrutatur superna, mouet cœlum, pulsat cœlum: sed cum cœlũ mouerit, cœli pondera nõ poterit sustinere, ambit fidei subire verticem, ardet cœlum sua penetrare virtute: sed æthereas in vias vbi incedere humanis gressibus inchoat, & cum suã deorsum respicit ad naturam, non tantum fidit de præteritis, quantum trepidat de ruina. Sic B. Petrus cum per æquora diuinos imitatur incessus, & nouus viator molle iter duris gressibus calcatur, ante de lapsu supplicat, quam gaudeat de donato. Sic nunc Zacharias, qui cum diu fletet diabolum posse regnare mortem culpa hominis vnus: nasci homines ad labores, ad gemitus, ad pericula, optare licet ærũnosa, moritura: nec pos-

Gen. 25.  
2. Reg. 1.

soluit. audierat ab Angelo: *Exaudita est depre-*

Matth. 14.

*catio tua: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium.* Redemptio huius nunciũ, huius salutis præuium: qui Deum non sicut tu voce audiat, non gemitibus flectat, non ad impetrandum nostra ille sicut tu suffragia requirat, sed ipse in nostro ordine constitutus, & Angelico honore fultus, Deum satis ab omnibus desideratum, nec vlli vnquam cognitum, etiam ipsis Angelis inuisum, manu teneat, amplectatur gremio, & iam conspicuum mundo vniuersis felicibus tradat? palmis beatissimis assignet humanis oculis peruidendum, Deum cognitũ faciat vniuersis, perducat dominum ad confortia seruulorum, misceat reis Iudicem, censorem in se testetur noxiorũ suscepisse personam, ac si probet condemnationis humanæ sententiã cessaturam, quando ipse agitur, ipse currit per veniam, qui reos erat daturus ad poenam. Ut luceat hoc mysteriũ pietatis immense Zacharia tuus filius suum dominum poenitentia demergit in baptisma, in remissionem diluit peccatorum, quia voluit fons dilui, cognitor suscipere veniam, Iudex ipse suam subire sententiam, ne dånaret reos, ne vindictam profertet in noxios, ascendit crucem, degulst mortem, sepulturam patitur, intrat infernũ, qui puniri voluit, ne puniret, qui amari magis voluit quam timeri. Quod vbi Zacharias fratres, audiuit, tantũ se meruisse suis precibus sacramentum, rei ipsius consideratione territus, sacramenti ipsius æstimatione turbatus, nec se mereri tantũ credidit; & Deum dubitauit ad hæc talia, & tanta descendere: hinc est quod dicit, *Vnde hoc sciã? Ego enim senex sum, & vxor mea processit in diebus suis.* Hoc est dicere, quomodo me habere filium ratio nõ permittit humana, ita nasci & mori Deum maiestas non finit sempiterna. Cui Angelus veniabiliter

B

C

D

non credenti poenam signitantum dedit, A  
 non perfidia. cautela est tarde de Deo hu-  
 milia credere, de Deo tardius contumelio-  
 sa sentire: adiecit Angelus, dicens: *Ego sum  
 Gabriel. Ut ex nomine tanto, & ex merito  
 ministri tanti, Pontifex promissionis, fidem  
 pensaret, & crederet qualitatem. Ego sum  
 Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui  
 ad te. Dum dicit nomen, designat meritum:  
 cum se refert altare, se missum refert: serui-  
 tutem fateretur, ne prerogatiua nominis de-  
 bitum celaret obsequium. Ego sum, inquit,  
 Gabriel, qui asto ante Deum, & missus sum loqui  
 ad te: & hec tibi nunciare. Vere magnus Domi-  
 nus, & sapientia eius non est numerus: in-  
 firmantem curat de vulnere, nutantem de  
 vltione confirmat, de supplicio fidei perfici-  
 cit argumentum, dicendo, *Et ecce eris tacens,  
 & non poteris loqui. Ut ex te & in te credendi  
 regulam consequaris: & vernaculo exem-  
 plo Deum posse credas facere quod pro-  
 mittit: nam cum vult tuæ vocis organum  
 claudit: & cum vult tui aperire oris officium,  
 profecto potest: & cum vult fecundam ex  
 sterili facere, ex fecunda sterilem cum pro-  
 mittit, potest: cum vult largiri partus officia,  
 obsequia naturæ cum vult, præualet denegare.  
 Egreditur ergo Angelus ut tali documento  
 Pontifex eruditus non dicat amplius, Vnde  
 hoc sciam? Qui totius creaturæ indicio  
 potuit approbare, quod Deus, qui cælum,  
 terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, ex  
 nihilo legerat substituisse, credere debuit,  
 quod potuit ex aliquo facere, quod vult, &  
 desperato reddere, quod promittit: & qui  
 totum fecit ex eo quod nõ erat, ex eo quod  
 est quicquid vult facere, non laborat. *Et e-  
 rat plebs expectans Zachariam: & mirabatur quod  
 tardaret in templo. Egredessus autem Zacharias non  
 poterat loqui ad illos: & cognouerunt, inquit, quod  
 visionem vidisset in templo. Ille autem erat innuens  
 illis, & permansit mutus. Egreditur Pontifex  
 gestans in ore sterilitatis indicium, portans  
 in pectore conceptionis figuram, ut cum  
 mater pareret filium, daret filius vocem,  
 tunc verbi pater ederet sacramentum, &  
 ante natus daret patri veniam, quam dilue-  
 ret crimina verusta populorum: & quia qui  
 non credidit, tacuit: merito Propheta, quia  
 credidit, gloriatur, dicendo: Credidi, pro-  
 pter quod locutus sum. Fratres, dat verbum  
 fides: negat infidelitas verbum. Si nos ergo  
 fratres, sicut dixi, sanctorum lapsus erigit,  
 firmat trepidatio beatorum: nihil vnquam  
 Deo esse impossibile iudicemus, neque in-  
 quiramus quemadmodum facturum sit quod  
 promittit, cuius voluisse, fecisse est, cuius  
 dedisse, est promississe.***

## DE EISDEM,

## SERMO XCI.



VRVM de terra legere qui no-  
 uerunt, vbi diuitem senserint  
 venam, ibi quicquid artis est,  
 quicquid laboris impendunt:  
 & nos quia in sancto Zacharia  
 cælestem nouimus latere thesaurum, in  
 ipso torum quod sermonis est nostri, quod  
 vestri auditus est, occupemus: quatenus  
 commune lucrum sit, quod fuerit com-  
 muni labore quæsitum. *Fuit, inquit, in diebus  
 Herodis Regis Iudææ sacerdos quidam nomine Za-  
 charias, ex vice Abia. Hoc iam diximus. Et  
 vxor eius de filiabus Aaron. Sic cœpit Euan-  
 gelista, ut in coniuge sacerdotis seruata sa-  
 cerdotalis stemmatis generositas monstra-  
 retur. Erant, inquit, ambo iusti ante Deum. Am-  
 bo iusti, quia in ambobus erat vna iustitia.  
 Ambo iusti. Quia constabat inter eos non de  
 diligentia, sed de sanctitate coniugum. Ambo  
 iusti. Quia sexu dispares, pares meritis ha-  
 bebatur. Ambo iusti. Quia ut erat in duobus  
 vna caro, sic erat in duobus vnus Spiritus.  
 Imitentur coniuges, ut quos coniungit af-  
 fectio, iungat & virtus. Erant, inquit, iusti am-  
 bo ante Deum. Ambo iusti ante Deum. Et vbi  
 est illud, Non iustificabitur in conspectu  
 tuo omnis viuens? Ante homines fortè quis  
 putetur iustus, quia homines ut culpas cor-  
 porum norunt, sic vitia mentis ignorant:  
 ante Deum verò, cui pectoris claustra pa-  
 tent, quem cogitationum secreta non latet,  
 quis innocens habetur, & iustus? Est ne  
 homo qui corde non peccet, non cogita-  
 tione delinquat, non offendat dubitatione,  
 non lapsum trepidationis incurrat? Moyses  
 dubitat, Aaron deuiat, Petrus negat, & quis  
 iustus? Et quomodo ambo iusti ante Deum?  
 Ante Deum, sed semper. Ambo iusti apud Deum.  
 Non labore, sed gratia. Audi Apostolum,  
 Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et iterum:  
 Non ex vobis, Dei donum est: non ex ope-  
 ribus, ne quis gloriatur. Et iterum. Quid ha-  
 bes quod non accepisti? si autem accepisti,  
 quid gloriaris, quasi non acceperis? Euân-  
 gelista ergo sic refert, non quid non habuerit,  
 sed quid acceperit: non quid quæsitum sit,  
 sed quid donatum. Erant, inquit, ambo iusti  
 ante Deum, incedentes in omnibus mandatis &  
 iustificationibus Dei sine querela. Incedentes  
 dixit, ut eos ostenderet cucurrisse virtuti-  
 bus, non stetisse: & ambulasse in via iustitiæ,  
 non sedisse: nec remansisse in itinere man-  
 datorum, sed ad mandatorum plenitudinẽ  
 peruenisse;*

Psal. 145.

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

B

Psal. 115.

Num. 10:  
Exod. 32:  
Matt. 26:  
Rom. 3:  
Eph. 2:  
1. Cor. 4.

peruenisse. *Incedentes in omnibus mandatis. & iustificationibus Dei sine querela.* Beati, fratres, quos culpa non percutit, non vulnerat crimen: sed beatiore istis, quos tetigit nec querela. *Sine querela.* Si pueritia, si adolescentia, si iuuetus, sine querela exiit, ubi tota querela est, qualis horum senectus? Si tale initium, qualis finis? Ascendisse iustificationem vertices, colles mandatorum, nec in aliquo titubasse, est gratiæ singularis, est vnicæ felicitatis in signe. *Es non erat, inquit, illis filius, eò quod esset Elisabet sterilis.* Non dixit, non erāt illis filij, sed nō erat illis filius, quia singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus. Audi Dominum dicentem, **B** Non surrexit maior in natis mulierum Ioāne Baptista. *Eò quod esset Elizabeth sterilis. Sterilis corpore, sed fecunda virtutibus: tarda soboli, sed non tarda Deo: non genimini clausa, sed temporis: non negata pignori, sed seruata mysterio. Et ambo, inquit, processerant in diebus suis.* Processerant: sic describitur sacramentum senectutis, quæ nondum decidit meritis, non ætate deficit, sed procedit: nec sentit detrimenta corporis, quæ sumit augmenta virtutis. Fratres, Elizabeth sanctæ partus non ablatus est, sed dilatus: donec transiret tempus carnis, passio corporis, coniugij necessitas, voluptatis causa, cupiditatis sensus, & totum quod humanum confundit, grauat, onerat conscientiam. Mundabatur enim longo tempore sacrificij domus, sanctitatis hospitium, meatus meritoris Christi, Angeli domicilium, aula Spiritus sancti, Dei templum. Nescitis, inquit Apostolus, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Denique ubi tota corporis sedata querela est, & in totum facti sunt sine querela, mox sterilitas fugit, reuiuiscit senectus, fides concipit, parit castitas, nascitur maior homine, par Angelis, tuba cœli, præco Christi, arcanum patris, filij nuncius, signifer superni Regis, peccatorum venia, Iudæorum correctio, vocatio Gentium, & vt propriè dicam, legis & gratiæ fibula, quæ diploidem summi sacerdotis sancto patri iungebat in pectore, Euangelista ergo virtutes patris, matrisque describit, vt ex generatorum tantis meritis dignitas germinis nosceretur: & probaretur maior homine, qui in ortu suo excedebat legem natiuitatis humanæ. Sed si processurus est, iam nascatur Ioannes, quia instat natiuitas Christi: surgat nouus Lucifer,

**A** quia iubar iam veri Solis erumpit: det vocem præco, quia adest iudex: clamet tuba, quia venit Rex: & quia processurus est Deus, Angelus iam præcedat. Verum, quia quod supra homines est, homo referre non sufficit, virtutes nascentis Angeli Angelus iam loquatur, *Dixit Angelus ad Zachariam, iustitiam Zacharia: exaudita est deprecatio tua, ecce Elizabeth vxor tua pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Ioannem: & erit tibi gaudium & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino: & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris sue, & multos filiorum Israël conuertet ad Dominum Deum ipsorum, & ipse præcedet illum in Spiritu & virtute Elie, vt conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.* Vacat humanus sermo, filiet prædicatio tractatoris, quando angelico præconio Ioannis profertur gloria, virtus insonat, laus collaudatur: nec est quod illi adiciat homo, cui Deus contulit totum. *Spiritu sancto, inquit, replebitur adhuc ex vtero matris sue.* Videtis quæ admodum Ioannes antè peruenit ad cœlū, quàm tangeret terram: antè accepit diuinum Spiritum, quàm haberet humanum: antè suscepit diuina munera, quam corporis membra: antè cepit viuere Deo, quam sibi: imò antè vixit ille Deo, quam Deus vi-

**C** ueret illi: iuxta illud Apostoli: *Viuo autem iam non ego, viuunt vero in me Christus.* Sexto mense suæ matris exultat in vtero, & in vterum Virginis venisse nunciat Christum. Feruens nuncius, qui ante gestiuit nunciare, quam viuere: impatiens dux, qui antequam perueniret ad corpus, peruenit ad Regem: ante rapuit arma, quam membra: ante aciem petiit, quam lucem: & vt vinceret mundum, vicit ante naturam, ipse sine visceribus viscera matris exfufcit: & quia tardabat corpus, solo spiritu implet euangelizantis officium. *Quid dicam? Ioannes antequam Christum præcederet, se præcessit, Patris, matris, filii corda vnus, atque idem implet Spiritum sanctus: vt vno sanctitatis organo resonet natiuitatis dominicæ cantilena. Nec mirum, fratres, semper ortus regios honorat festiuitas, dulcis gratificat symphonia. Et nos, fratres, natiuitatem Christi glorificemus canticis, honoremus muneribus: quia mentitur fidei, si quod facit Magus, non facit Christianus.*

DE EISDEM,

SERMO XCII.

4. Reg.



Ensim nos sermo Euangelicus ad altiora promouet, ad superna extollit. Nec mirum fratres, si Eliam curru æthereo euexit ad cælum, cum quotidie ista Euangeliorum quadrigis, hominum genus cœli perferat & transmittat ad regnum. Ecce iam nos ipsa, fratres, de partu sterilis ad Virginis partum & à Ioannis ortu, ad ortum nostri fecit proximos Saluatoris. Sed quod superest adhuc de Zacharia Pontifice patientius audiamus, ut ad cunabula nostri Regis regali itinere peruenire possimus: qui ob hoc cœlestis quadrigæ fidam conscendimus sessionem, ut sollicitas & arduas compendiorum semitas vitaremus. Sic enim lectum est: *Et factum est ut impleri sunt dies officij eius, abiit in domum suam.* Ita vni templo altabat tribus tota: parebant millia sacerdotum, propter quod ipsa obseruatio Pontificalis officij erat diuisa per plurimos, dispensata per tempora, distributa per vices, ne aut ordinem sacerdotij multitudo confusa turbaret: aut alter legendo iugiter alteri debitum negaret officium. *Post hæc autem concepit Elizabeth uxor eius.* Erat illis cōiugij facultas, erat illis licentia donata generandi, quibus inerat adhuc legis adolescentia, instabat adhuc religionis infantia. Lex, fratres, illicita prohibuit, licita non negauit: intra donum tenuit, supra donum conferre nil potuit: naturam rexit, supra naturam hominem non erexit. Lex fidei ianua, gratiæ nuncia, Euangelij præuia, pædagogus religionis infantia, remisit in sacerdotio legalis coniugij castitatem, ut in Pontificatu gratiæ venturam perpetuæ virtutis gloriam nunciaret. Secundum hanc ergo indulgentiam Elizabeth annositate iam mortua, sanctum reuiuiscit in partum: & arida, atque exarata rugis membra medullis vitalibus in viscera fecunda viridantur: ipsum quoque tempus, ipsum quo desierat reuocatur ad corpus: & vetustate nimia domus vteri dilapsa, in faciem nouæ repete reparatur: stuper ordo, deficit consuetudo, miratur ipsa natura, & ex apparatu mansionis hospitis meritum, dignitasque innotescit. Verum Ioannes in generali habitaculo satis se miratus est esse peregrinum, qui se exclusum tempore, abdicatum naturæ, receptum se in eo autho-

ris beneficio didicit, non parentis. *Et celabat se mensibus quinque, dicens, quia sic mihi fecit Dominus.* Bene totum fecisse Dominum confitetur, quæ sibi collatum per hominem nil videbat. Et occultabat se mensibus quinque: quia etserat diuini muneris, sui tamen temporis non erat quod habebat. *Celabat se mensibus quinque.* Erubescit anus facta, verecundatur vetula primi partus, & puerperam senectus abscondit extrema, ne sterilitatis opprobrium risus fecundæ senectutis augeret. Quod autem risui subiaceret senilis & veterana conceptio, persimilis huius sterilitatis & ætatis Sara probat, quæ sibi cum reddi partum, donari filium, cui iam vita prope deerat Domino promittente cognosceret, & ipsa de suo partu risit: & quod risui posset esse omnibus prægnans, & onerata canicies, ipsius germinis testatur ex nomine, dicente scriptura, Et vocauit nomen filij sui Isaac. Quod interpretari risum docuit, adiiciens, Risum mihi fecit Dominus. Hinc est quod Elizabeth sacrum vult celare mysterium, dicendo, *Quia sic mihi fecit Dominus.* Ut modo conceptus fatigaret verecundia, quamdiu negati partus ærumna afflixit: pater tacet ex pena, ex verecundia mater celat. O quanta silentio vox nascitur! O quanta taciturnitate tuba seculis inclamatura generatur! O quod secretum diuini iudicis dat præconem: *Quia sic mihi fecit Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Honor coniugij, matrimonii dignitas, est procreatio dulcium liberorum: satis enim graue est & fatis triste, & virginitatis carere præmio, & filiorum solatia non habere, sustinere onera matrimonij, & ad fructum matrimonij non venire. Hinc est, quod gaudet à se ablatum sterilitatis opprobrium, dicendo, *Quia sic mihi fecit Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.* Quia hoc apud homines miserum computatur, apud Deum verò reatus nullus est, ubi parentis culpa nulla est, sed iudicium denegantis: Certè si hoc affert aliqua corporalis infirmitas, necessitas in causa est, non voluntas. Sed iam nunc omnis ignaua carnis intelligetia sit remota, tota corporei sensus abiiciatur infirmitas: & quæcumque est ingenij humani omnis excludatur intentio, fidei pateant oculi, cordis referretur aures, mentis currat & incurrat incessus: ut peruenire ad mysterium Virginei cōceptus, ad sacramentum partus Virginei penetrare possimus: adiuuante Domino Iesu Christo, qui ex ea genitus nunc in cœlestia regna cum Deo patre, Spiritu sancto viuunt per infinita secula seculorum. Amen.

Gen. 12.

Gen. 21.

C

D

DE EA QUAE VNXIT DOMINUM Vnguento.  
SERMO XCIII.



**D** prandium, & ad Pharisei prandium venisse Christum sollicitus forsitan miretur auditor. Pharisei domum Christus intrauit, non accepturus Iudaicos cibos, sed diuinam misericordiam largiturus: neque accubuit pocula saporata melle floribus odorata sumpturus, sed penitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus potaturus: Deus delinquentium gemus esurit, sicut lachrymas peccatorum. *Rogabat, inquit, Dominum quidam Phariseus, ut manducaret cum illo: & ingressus domum Pharisei discubuit: & ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quod accumberet Dominus in domo Pharisei: attulit alabastrum vnguenti, & stans retro secus pedes eius, lachrymis coepit rigare pedes eius, & capillus capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguebat vnguento.* Videtis quia ad Pharisei mensam venit Christus, non ut carnalibus repleretur escis, sed ut in carne negotium caeleste monstraret: neque ut probaret posita humanitus ante se, sed post se gesta diuinitus approbaret. Christum namque semper agnoscimus per humanos actus diuinas exercuisse virtutes: dum noua, & praeter vsus mortalium cuncta esse quae ab eo etiam corporaliter gesta sunt, comprobantur. Phariseus ad manducandum vocat Christum: quid ibi quaerit mulier non vocata? Claustra domus non prorumpit extraneus, conuiuii secretum non praesumit non inuitatus intrare, cibos paratos relaxandis mentibus post laborem perturbare non audet arbiter luxuriosus: & quid est quod haec mulier ignota, imò male nota, onusta luctibus, plena lachrymis, clamorosa planctu, nescio ianitore, nullo conficio, ipso ignorate pastore, domus aditus percurrit omnes, transit totas ministeriorum cateruas, ipsum conuiuii peruolat ad secretum, & facit domum laetitiae, domum lamentationis & planctus? Fratres, non rogata venit illa, sed iussa: intrauit exhibita, non praesumens: ipse sic fecit eam sibi sibi, qui illam caelesti sententia iussit absolui. Denique dum Phariseus veste clarus, primus in sigmate, in ipsis oculis Christi tumes, epulis homini, non Deo placiturus, festiuus infunditur, venit mulier, & venit retro: quia reus animus post tergum stat ad veniam: quia per culpam nouit se vultus fiduciam perdidisse: venit satisfactura Deo, non homini placitura cum venit: ve-

nit pietatis illa, non voluptatis exhibitura conuiuium: denique & penitentiae ponit mensam fercula compunctionis apponit, panem doloris infert, potum lachrymis temperat in mensura, & ad delicias deitatis totas totam pulsat cordis sui & corporis symphoniam, organi planctus dat clamorem, citharam per suspiria longa modulatur, gemitus aprat in fistulam: & dum peccus ipsam conscientiam arguens saepe percutit, facit placitura Deo cymbala personare: dumque taliter apportat diuini oculis cibos, totas misericordiae copias sic reportat. *Ecce mulier quae erat in ciuitate peccatrix.* Exaggerat Euangelista mulieris facinus, ut accumulet indulgentiam largitoris. *In ciuitate peccatrix.* Ciuitate peccauerat, quia fama sua famam totius terigerat ciuitatis: sicque iam non peccatrix solum, sed ipsius ciuitatis facta fuerat ipsa peccatum. Haec cognouit, quod nisi ab illo solo ciuitatis peccatum non posset auferri, qui solus mundi venerat abolere peccatum. *Et ut cognouit, quia accumberet Dominus in domo Pharisei.* Non ad stantem, non ad sedentem audet venire peccatrix: Deus cum stat, corripit: cum sedet, iudicat: prostratis coniacet, cum decumbit. *Ut cognouit quod accumberet Dominus in domo Pharisei.* Inclinem ad miserandum supernam didicit maiestatem: & ideo credidit, quod esset ad veniam sibi promptus, qui Pharisei venerat tam promptus ad mensam. *Attulit alabastrum vnguenti.* Portauit oleum, quia medicinam lethali vulnere à superno Medico perquirebat. *Stans retro secus pedes eius.* Ad pedes tendit semper citam veniam qui requirit. Et bene stans, quia iam cadere non potest, qui ad pedes Christi meruit peruenire. *Stans retro secus pedes eius.* Ut Christi vestigiis innixa percurreret per viam vitae, quae per viam cucurrerat mortis. *Lachrymis rigabat pedes eius.* En mutatur ordo rerum, pluuiam terrae caelum dat semper: ecce nunc rigat terra caelum: imò super caelos, & usque ad ipsum Dominum imber humanarum profilit lachrymarum: ut iuxta Psalmistam & de aquis steruom cantetur illud, Et aquae quae super caelos sunt, laudent nomen Domini. *Lachrymis rigabat pedes eius.* O quanta vis in lachrymis peccatorum: rigant caelum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus lata diuina promulgatione sententiam. *Et capillus capitis sui tergebat.* Dominicos pedes lauat lachrymis, crinibus tergit, vacat ab excusatione paupertas, inhumanitas veniam non habebit: quia in totum sibi natura sufficit ad

obsequium creatoris. *Et capillis capitis sui tergebat.* In peccatricis caput purgandis criminibus refluebat vnda, vt sua frôte mulier in nouum baptifma fuorum dilucret illuuiem peccatorum. *Et capillis capitis sui tergebat.* Vt iuxta Pſalmiſtam, Verticem capilli, ex quo ambulauerat in delictis ſuis, in ſanctitatem tali verteret feruitute. *Et osculabatur pedes eius.* Præceſſerant interuenientes lachrymę, vt oscula deuota ſequerentur, quia lachrymę ſatisfactionis ſunt documentum: oscula ſunt reconciliationis indicia. *Et ungebat unguento.* Mulierem ſuper caput Domini fu-diſſe oleum: alio Euangelifſta referente, cognouimus: non eſt ergo quod facit hæc mulier mollis & carnalis obſequij, ſed plenę humanitatis eſt ſacramentum: quia in capite Chriſti Deus eſt, in pedibus Euangelizã-tium pacem. Orate, fratres, vt & nos in vnguine Domini commercemur aliquatenus computari, & vngamur vngueto quod pedibus funditur Saluatoris: quia ſicut oblatio eſt, cum offertur vnguentum: ita Chriſma perfectum eſt, de dominicis veſtigis cum redundat, Cuius autem mulier iſta typum præferat, vel quam magnum præfiguret arcanum, donante Deo, tunc dicemus, quãdo ea quę ſunt in ſequentibus exponentur.

## DE EODEM,

## SERMO XCIII.



Quoniam ſermone proximo partem primam hodiernę percurrimus lectionis, admirari pariter ſumus quo ſeruore, qua fide, quali aſſu, quantã obſequij nouitate, peccatrix mulier ipſius veſtigia contigerit Saluatoris: modo quid Phariſæus tacens dixerit, quid Chriſtus, cui loquuntur tacita, reſponderit, audiamus. *Videns, inquit, Phariſæus, qui vocauerat eum, ait intra ſe dicens: Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtrique quę, & qualis eſt mulier quę tangit eum.* Phariſæe, quod conſpicis non eſt ignorantia, ſed poteſtas: eſt diuini iudicij, non erroris humani. Phariſæe, erras, neſcires magis potuit ſi fuiſſet Propheta: quia propheta non eſt humani arbitrij, muneris eſt diuini: vnde Propheta ſit, non quantum vult, ſed quãtũ dederit ille, qui tribuit prophetiam. *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtrique quę & qualis eſt mulier quę tangit eum.* Mulieris malę tactus vrit male conſcium: patrem polluit, ſuſpectũ notat, hominem malę voluntatis infamat: cæ-

terum peccatrix ſit bona, ſit ſancta, ſit innocens, cum tetigerit veniẽ largitorem. Stercora contingunt, ſed non inquinãt Solem: medicum cum tangit vulnera, putredo nõ polluit: Iudicem quamuis tangat reus, non poteſt maculare cum ſupplicat. ſic peccator cum Dominum tangit, non Dominum ſordidat: ſed ipſe & peccatõ caret omni, & rapit ſubito ſanctitatẽ. Probat hoc mulier in profluuiio ſanguinis conſtituta, quę vt tangit ſimbriam Domini, non ſimbriam polluit, ſed ipſa mox inquinamento vetuſtę caruit paſſionis. *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtrique quę, & qualis eſt mulier, quę tangit eum.* Phariſæus Chriſtum Prophetam crederet, ſi expoſita oculis, nota populis ſi videret. Quid putas crediturus erit, cum mox cum mentis ſuę arbitrum, cordis ſui iudicem, teſtem conſeientię ſuę, cogitationum ſuarum didicerit cognitorem? Putaſne, vel tunc fatebitur Deum, quem modõ poſt virtutes tantas iudicat nec Magiſtrum? *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtrique quę, & qualis eſt mulier, quę tangit eum.* Mulier habebat vulnus, ſciebat illud, & ideo taliter tanti vulneris Medicum perquirebat: Phariſæus perfidię morbo ſaucius, ſuperbię ſtamma febriẽs, per phreneliſm ſe neſciebat inſanum. Hinc eſt quod Chriſtus illuc primum curam vertit, vbi ignota ſæuebat infirmitas: vt cœleſtis Medicus vno medicamine duos curaret ægrotos. *Videns Phariſæus qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicens. Cui, quia intra ſe cogitauerat Phariſæus, Chriſtus publica voce reſpondit: & dum Phariſæi cordis patefecit arcanum, ipſum fuiſſe totius prophetię demõſtrat auctorem. Reſpondens, inquit, Ieſus ait: Simon, habeo tibi aliquid dicere. Tibi, cui opus eſt medicinã, & neſcis quærere medicinã: tibi, qui Deum Magiſtrum vocas, & Dei deſeris diſciplinã: ignoras quoniam Magiſtro magnã facit iniuriã, qui ſe diſcipulum faceret eius, cuius non ſequitur inſtitutum? Nam ſicut diſcipuli probitas laus eſt magiſtri, ita magiſtri vituperatio diſcipulus neſciens diſciplinã. Simon, habeo tibi aliquid dicere. Reſpondit, Magiſter, dic. Iterum, Magiſter dic, & non Deus dic. Iam iam Deum ſenties, quem vocas Magiſtrum. Duo, inquit, debitorum erant cuidam ſueneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſque: quus ergo amplius diligit? Reſpondens Simon dixit: AEſtimo quod is qui plus donauit. Et Dominus, reſpõdente indicaſti. Auditiſtis quemadmodum cœleſtis creditor totum debitum charitate compenſat, & ad incrementum*

totius sc̄enoris amoris solius exigit, & requirit vsuram. Plectendus debitor, qui dilectione sola suam negligit redimere cautionem. Vis scire homo, quid Deo debeas? Quod factus es, Dei creditum est: quod es rationis capax, Dei sc̄enus est, quod discretionē mali, bonive possides, accepisti: & quod viuendi normam acceperis per chirographum legis stipulanti Deo spondisse te non potes diffiteri. Sed dum te per vitia carnis in lulum instar suis demergis, & quadrupedum more viuens qua pr̄editus es ratione priuaris, & in gurgite criminum boni, malive perditā discretionem confundis, & diuinæ legis substantiam dissipas, mundana voluntate captiuus, factus es gloriosi sc̄enoris debitor luctuosus: cui deficientibus virtutum lucris criminum multiplicatur vsura. Sed licet in hac re cecideris, licet fueris in ista deuolutus, vide ne desperes: homo remansit tibi vnde pijssimo satisfacias creditori. Absolui vis? Ama, charitas cooperiet multitudinem peccatorum. Negationis erimine quid peris? & tamen Petrus amore solo valuit hoc delere, probante Domino, cum dicit: Petre amas me? Inter omnia Dei pr̄cepta amor obtinet principatum. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota m̄te tua, & ex tota virtute tua. Ama ergo homo Deum, & ama totus: vt possis omnia sine labore vincere peccata. Tenetæ militiæ, delicati conflictus est, amore solo de cunctis criminibus reportare victoriam, sicut ex sequentibus elucescit. *Conuersus, inquit, ad mulierem, dixit Simoni. Quid est quod conuersus ad mulierem, Simoni loquitur Christus? Quia cum p̄nitentem respicit, arguit oblatrantem. Dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui terxit, osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui non cessauit osculari pedes meos: oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propterea dico tibi: dimittantur illi peccata multa, quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Probatum est, quia dilectio delet & abluir vniuersa peccata. Quid est autem quod dixit: *Cui minus dimittitur, minus diligit?* Ergo ad peccandum factus est, vt maior charitas comparetur? Absit. Charitas de præteritis subuenit, non liberat de futuris: charitas nescit peccare cum diligit: charitas non est charitas, si delinquit: charitas Dei custos est sanctitatis. Fratres, si nos esse peccatores nouimus, & esse nolumus peccatores, pedibus Christi demus lachrymas, spargamus capillos, figamus oscu-

la, pietatis oleum tota deuotione fundamus: vt dicatur nobis: dimittuntur vobis peccata multa, quia dilexistis multum. Imitemur hanc mulierem, quā conspicimus non solum caruisse peccatis, sed ad totum sanctitatis verticem peruenisse. Quæ sit autem hæc mulier, quia hodiernus sermo charitatis nos distulit, sicut iam promissimus, in sequentibus Deo auctore pandemus.

## DE EADEM,

## SERMO XCV.



Mnia quæ à Christo corporaliter gesta referuntur, sic subnixa sunt historica veritate, vt plena semper sacramentis cœlestibus approbentur. Et quia quod erat in facie lectionis iam perstrinximus sermone repetito: orate vt sicut promissimus, interna eius Spiritu sancto reuelante, pandamus. Inhonora est dictio quæ Dei facta humana tantum expositione depromit. *Rogauit, inquit, Dominum quidam Pharisæus vt manducaret cum illo.* Pharisæus, fratres, catholicus dicitur Iudæorum: nam & resurrectionem credit, & à Sadducæo resurrectionē negante dissentit: hinc est quod rogat Christum, id est, resurrectionis auctorem, vt manducet cum illo: quia qui cōiuiuit Christo, mori nescit, vtique viuunt semper. *Rogabat Dominum, vt manducaret cum illo.* Rogas Pharisæe, vt manduces cum illo, crede, esto Christianus, & manducas ex illo. Ego sum, inquit, panis qui de cœlo descēdi. Sēper Deus maiora tribuit, quā rogatur: nam se manducandum dedit, qui rogabatur vt manducandi secum fiduciam largiretur, & tamen si hoc dedit, vt illud quod postulat us est, non negaret: Nonne promittit hoc & sponte discipulis suis? Vos qui perseuerastis mecum manducabitis & bibetis in mēsa mea in regno meo. Christiane, qui se tibi hic manducandū dedit, quid suū tibi denegare poterit in futurū? Et qui tantū tibi viaticū parauit ad victū, quid in illa tibi māsione perpetua nō parauit? Manducabitis in mēsa mea in regno meo. Audisti Dei cōiuiuiū, sollicitus non sis de qualitate conuiuij. Qui peruenire regis meretur ad mēsa, māducauit quicquid regni dominatio possidet & potestas: sic qui ad conuiuiū venerit creatoris, habebit in delitijs suis quicquid cōtinetur in creatura. Sed ad cœpta redcamus. *Et ingressus domum Pharisæi. Quam domum? Nempe synagogam ingressus accu-*

i. Ioan. 4.

Ioan. 12.  
Mar. 12.

Luc. 7.

Ioan. 6.

Luc. 12.

buit. In synagoga fratres, tunc accubuit, quādo occubuit Christus: sed corpus suum Ecclesie transmisit ad mensam, vt esset celestis caro manducaturis gentibus ad salutem. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quemadmodum autem manducetur caro Christi, quomodo bibatur & sanguis eius, norunt illi, qui sunt sacramētis celestibus instituti. *Ecce, inquit, mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Quæ mulier? Ecclesia sine dubio. In ciuitate peccatrix. Ciuitate qua? Illa de qua dixerat Propheta:*

Isa. 6.

Esa. 1.

Esa. 54.

Luc. 11.

Psal. 15.

Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Et alibi: Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, & iniquitas & labor in medio eius & iniusticia, & non defecit de plateis eius vsura & dolus. In ciuitate ergo perfidie septa muris, superbie turribus communita, distincta iniquitatum plateis, obserata contradictionum portis, depicta doli fucis, indurata silicibus vsurarum, negociorum, doloribus aggrauata, infamata lupanaribus, id est, idolorum templis, mulier hæc, id est Ecclesia, grauissimum trahebat reatum ex tanta præcedentium colluuiæ peccatorum. Sed vbi audiuit venisse Christum ad domum Pharisei, id est, ad synagogam: ibi, hoc est, ad Iudaicum Pascha, passionis suæ mysteria tradidisse, aperuisse sui corporis & sanguinis sacramentum, manifestasse nostræ redemptionis arcanum, scribas velut pessimos despiciens genitores. (Væ vobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ) irruptis contradictionum foribus, contempto ipso chori Pharisæici principatu, ardens, anhelans, æstuans ad totum legalis cõiuij penetrale peruenit: ibique reperit Christum inter amoris epulas & dulcia pocula traditum, Iudaicam occubuisse per fraudem: iuxta illud Propheta:

A quem abeuntem videre non meruit, mereatur videre redeuntem. Lachrymas ergo ad pedes Domini profuso amore perfundit, dum pedes euangelizantium regnum eius bonorum operum manibus tenet, lauat lachrymis charitatis, confessionis labiis osculatur: & totum misericordie profundit vnguentum, donec cõuersus ad eam: quid est conuersus: hoc est, reuersus, dicat Simoni, dicat Phariseis, dicat negantibus, dicat populo Iudæorum. Intraui domum vestram, aquam pedibus meis non dedistis. Et hæc quando dicit? Quando venerit in maiestate patris sui, & segregabit iustos ab iniustis, quasi pastor qui segregat oues ab hædis: & dicit, Esuriui, & non dedistis mihi cibum, sitiui, & non dedistis mihi potum: hospes fui, & non suscepistis me. Hoc est dicere, aquam pedibus meis non dedistis: hæc autem, dum meorum pedes lauat, pedes vngit, pedes osculatur, fecit seruis, quod vos Domino non fecistis: fecit pedibus, quod capiti vos negastis: impendit minimis, quod vos vestro denegastis auctori. Tunc dicit ad Ecclesiam, Dimittitur tibi peccata multa, quia dilexisti multum. Quia tunc erit remissio peccatorum, quando tolletur materia tota peccandi, quando corruptio induet incorruptionem, quando mortalitas immortalitatem consequetur: quando peccati caro, caro totius efficietur sanctitatis: quando terrena seruitus celesti dominatione mutabitur, quando militia humana diuinitate promouebitur ad regnū. Orate fratres, vt & nos in parte ecclesie cõstituti ad ea quæ numerauimus, peruenire mereamur: auctore ipso Christo, cui est honor & gloria vna cū Spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Matth. 25.

## DE PARABOLA ZIZANIORVM.

## SERMO XCVI.



I dicta, vel facta Christi passim carnalibus sensibus subiiceretur, torpesceret animus meus, vacaret, dormiret ingenium, cor tabesceret, extingueretur quicquid humani vigoris est & calor. *Proposuit, inquit, illis parabolam.* Sicut in lapide friget ignis, latet ignis in ferro: ipse tamen ignis ferri ac lapidis collisione flammatur, sic obscurum verbum verbi ac sensus collatione resplendet. Certe si mystica non essent inter infidelem, fidelemque, inter impiū atque piū, discretio non maneret: & esset deuotus, sicut contumax: iners, sicut qui laborat, peruigil, vt ille qui dormit:

Matth. 13.

nunc vero cum petit anima, mens pulsatur, quærit sensus, sperat pietas, fides exigit, meretur intentio, apparet & sudantis fructus, & pœna desidis, & iniustitia largitoris simul, quia plus accepta sapiunt, quam possessa: inuenta magis, quam subiecta delectant. Hinc est quod doctrinam suam Christus parabolis velat, tegit figuris, sacramentis operit, reddit obscuram mysteriis. *Proposuit, inquit, illis parabolam.* Illis, hoc est, non suis, sed extraneis, inimicis utique, non amicis: spectantibus ad calumniam, non audientibus ad salutem. *Ideo in parabolis, inquit, loquor eis, quia videntes, non vident: & audientes, non audiunt, neque intelligunt.* Quare? Quia qui calumniatur præterita, videre præsentia non meretur: neque dignus est agnoscere gratiam, qui legem ne cognosceretur, abscõdit. *Væ vobis, inquit, legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.* *Proposuit, inquit, illis parabolam, dicens: Simile est regnum cœlorum homini.* Et quid offendit Christus, si in similitudinem hominum factus est, ut percuncti humano generi subueniret? Scandalizat Dominus, si, ut manumittat seruos, inueniatur in habitu seruitutis? quando quicquid est maiestatis futuræ, quicquid aduentus & regni, ecce homini cõparatur. *Simile est, inquit, regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo, cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superfeminavit zizania in medio tritici, & abiit.* Audistis quemadmodum sator mundi rerum principia bona seuit, nec vllum malum ab originis processit auctore: ab inimico superfeminatum est malum, malum non est à rerum parente procreatum. Et vidit Deus, inquit, omnia quæcunque fecit, & ecce bonum valde. Bona, & valde bona: nam quem Deus faciens vocauit mundum, inficiens reddidit inimicus immûdum: & hominem quem Deus in paradiso deliciarum collocavit ad vitam, inimicus in hac laboris vita detraxit ad mortem: & affectum quem carni Deus inseruit per naturam, inimicus in parricidium per inuidiam cõmutauit. Cain probat hoc qui primus germano sanguine terram tinxit: & in exitum fraternum mortis dignus exitit dedicator. Sic ex discordia nata mors semper humanam scindit, & separat charitatem. Et quia solum est ire per singula, vel paucis aperire cõpellimur, inimicus qualiter bonis mala, virtutibus vitia, vitalibus mortalia nostram semper persevererit ad ruinam. Nõnne ex vno homine Deus omnem repleuit terrã, & semine ex vno pius sator totum genus hominum tan-

A tam multiplicauit ad messem? Sed inimicus mox homines in vnum redegit omnes: & superfeminando mala quod bene satum fuerat, deleuit diluio, non rigauit. Sic legem diuinis & veracibus satam præceptis, humanis & mendacibus, fucavit inuentis: ut de sacerdote fieret persecutor, & de doctore deprauator existeret, de defensore legis redderetur inimicus. Sic creaturas ad agnitionem cõditas creatoris, ut nesciretur Deus, deos esse mentitus est. Hinc sapientes sæculi fecit stultos, speculatores mûdi docuit nihil videre: professores scientiæ fecit scientiam nõ habere: inquisitores rerum omnium dimisit ignaros. Sic Euangelicam segetem satam cœlesti semine hæretica zizania superfeminando confudit inimicus: ut manipulos fidei gehennæ fasciculos faceret, ne triticum fieret cœlestium horreorum. Et quid plura? Posteaquam est ipse in dæmone conuersus ex Angelo, ne qua creatura in suo statu consisteret, arte, dolis, machinis, fraude, contendit. Sed iam præsentis parabolæ verba pandamus. *Simile est regnum cœlorum homini.* Cui? utique Christo, *Qui seminavit bonum semen.* Quia in ipso rerum semine nescit malum, conditio creatoris. *In agro suo.* Hoc est, in mundo: dicente ipso Domino, *Ager hic mûdus est.* *Cum autem dormirent homines.* Id est, sancti Patres, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, in sopore mortis temporaliter dormientes, quia sanctorum mors somnus est: peccatorum vero mors est, quia in inferno pœnæ viuunt, vitæ percunt peccatores. *Venit inimicus eius.* Id est, diabolus. *Superfeminavit zizania.* Superfeminavit, non seminavit. Præcedunt creatoris bona, mala diaboli post sequuntur: ut malum quod est ex diabolo, sit accidens, non natura. *Superfeminavit zizania in medio tritici.* Quia diabolus hæreses inter fideles: inter sanctos, peccatum: inter pacificos, lites: inter simplices, dolos: inter innocentes, nequitiam gratis serere confuevit: non ut acquirat zizania, sed ut triticum perdat: nec ut reos capiat, sed ut adimam innocentes. Hostis plus ducem, quam militem petit: nec obsidet mortuos, sed impugnat viuentes, sic diabolus non peccatores quærit capere, quos possidet subiugatos, sed ut iustos capiat, sic laborat. *Superfeminavit zizania in medio tritici, & abiit.* Quia diabolus impellit quidem viribus ad ruinam, sed posteaquam prostrauerit, derelinquit: diabolus non quærit hominem, sed hominis interitum quærit. Fratres, ille malis nostris gaudet, turgit ruinis nostris, nostris vulneribus conualefcit, nostrum sanguinem sitit, nostra

faturatur ex carne, nostris viuit ex mortibus. Diabolus hominem non vult habere, sed perdere. Quare? Quia ad cælum, vnde ille cecidit, non vult, non fert, non patitur hominē peruenire. Et quia nos sermo trahit longius hodie, reliqua differamus, vt & communem releuemus laborem, & quæ dicenda sunt, plenius exequamur, Deus autem noster & mihi dicēdi gratiam, & vobis audiendi desiderium donare dignetur.

## DE EODEM,

## SERMO XCVII.



VIA festius ante hac sermo vt communem temperaret laborem, ad totum parabolæ prætereuntis non valuit peruenire secretum, nunc reliqua, domino reuelante, pandamus. *Proposuit, inquit, illis parabolam, dicens: Simile est regnum cælorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo: cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superfeminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem dormirent homines, insidiator in noctibus latitat: in diebus vigilans fugit, appetit dormientes, fortis conflictum petit, prouocat palam spectantibus omnibus, & coram populis vult habere victoriam. Maximæ infirmitatis indicium est dormientibus irruisse. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius. Malus nunquam non stultus. Quid hic egit inimicus? Esto, quod dormierint serui, nunquid & dominus dormiebat? Esto, quod oculos seruorum sopor clausit post laborem: nunquid & dominantis oculos vlla vicerat lassitudo? Inimice, lucis refuga, vigilasti, laborasti, sed non latuisti: nam dormientibus seruis dominus ipse te videt: desertor cæli præuenisti, fecisti, sed non profecisti. Deo perire non potest, quod ipse custodit: fraudis auctor in dominum nõ committis, sed in seruos, dum facis vt negligentia illorum quod tuæ fraudis est, ascribatur. Ille, ille te videt, qui totius & fraudis testis est & laboris. Manent ergo laboris sui fructus benefacientem, manent & nequitia tuæ pœnæ fraudantem, illi triticum ad horreum cœleste portabit, tu mihi zizaniorum tuorum portabis fasciculos ad gehennam. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superfeminavit zizania. Vt quid? Vt periret dominica messis, & hoc ad lucrū quid pertinebat inimicini nisi quod inuidiæ spiritus hominum damnū suum computat lucrū: & quod perierit hominibus, hoc se æstimat*

acquisuisse: Sed diabolus hoc ideo, vt diximus, tenebris celantibus est molitus, vt adulteratæ messis noxa redundaret ad seruos, & hinc pœnam fumerent, vnde sperauerant palmam. Denique vigilantes serui præ timore, ista cur euenerint, expauescunt: hoc metuentes, ne zizaniorum germina ad illorum redirent offensam, quorum conscientia præter iactum boni seminis nil habebat. Hinc est quod auditū sui domini præuenerunt, ne securi de innocentia, reatum de silentio sustinerent: cum vocatur innocens ad reatum, dum purgari æstuat, vrget & stimulat cognitorem. *Cum autem creuisset herba, & fructum fecisset, tunc, inquit, apparuerunt & zizania. Quod latet in herba, manifestatur in spica: & quod celatur in gramine, aperitur in fructu, sic quos credentes putamus pares: fide dispares inuenimus, sic iudicij prodit messis, quod Ecclesiæ germen occultat. Iuxta illud dictum dominicum: Ex fructibus eorum, cognoscetis eos. Flores multi, multitudinem fructuum pollicentur, sed examinati ventorum flabris ad fructum paucissimi perseverant, sic credentes in Christo multi Ecclesiæ videntur in pace, vbi autem persecutionis procella perflauerit, pauci martyrij reperiuntur in fructu. Sed Euphemia sancta plus soluit in fructu, quam promisit in flore, quæ manente virginitatis flore, copiosum martyrij peruenit ad fructum. *Accesserunt, inquit, serui patris familias, dicentes ei. Accesserunt fratres, mente, non corpore: non loco, sed fide: dixerunt non clamore vocis, sed cordis tacito cum dolore. Domine, nõne bonum semen seminasti in agro tuo? Seminasti, non feminauimus: nos quod per te facimus, tibi semper nostro assignamus auctori, & tu in iis, quæ nobis facienda præcipis, ipse operator assistis. Ergo si nos operis tui facis esse pro tua dignatione consortes, non nobis solis quod zizania nascuntur, ascribas, Domine, aut tecum nos munit innocentia, aut nobiscum te reatus attingit, nos nostro operi non potuimus inuidere, magnis sudoribus offensam non potuimus non parate: tu quod vis, vnde vis, quando vis, habes: nos præter tuam gratiam nil habemus, per quam stamus, viuimus, mouemur & sumus: & sine qua iacemus, deficimus & perimus. Ergo nos hæc nobis sic laborauimus, vt perirent? Sed quis hoc fecerit, qui solus non dormis nobis dormientibus tu vidisti: & si tu vidisti iuste iudex, factum quis scit? ille qui vigilat, non ille qui dormit, ergo tu prode eum, vt nos quos sic anxios conspicias, facias sic securos. *Ait Do-***

Matth. 13.

Matth. 7.

C

Matth. 17.

Psalm. 120.

*minus, inimicus homo hoc fecit.* Inimicus homo hoc fecit: & tu quare hoc cum videres Domine, permisisisti: Quare? Quia timere fraudes non potest, cui nil potest deperire: & quia plus est mystica discernere, quam prohibere mysterium: maius est reparare perditam, quam illæsa reseruare, simul quia oportet zizania esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. *Serui autem dixerunt ei, Vbi imus, & colligimus zizania: Sic deuoti serui indefessum promittunt laborem: nec patiuntur dominicæ messis videre, vel temporaliter fœditatem, sed Dominus quem tempora non fatigant, & quando vult potest abolere suæ messis iniuriam, vetat dicendo, Non. Et quare prohibuerit mox reuelat. Ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.* Sic imperiti erant cultores, sic operis nescij, sic discretionis scientiam non habentes, ut euellentes zizania eradicarent & triticum? Vbi sunt Prophetæ per Dei spiritum prophetantes? Vbi Petrus cui pater reuelat? Vbi Paulus in quo operatur & loquitur Christus? Vbi omnes sancti, planè sancti, sed serui, tantum scientes, quantum singulis scientiarum largitor indulset? Sed dicis, hic occultum nil erat, nil erat ibi occultum, quando aliud videbatur in specie, aliud habebatur in flore: & quod hodie erat zizania, cras in triticum vertebatur: sic hodie habetur hæreticus, qui crastina sit fidelis, & qui ad præsens peccator cernitur, ad futurum iustus assistit. Hinc est etiam quod auctor vtraque re ferebat ad messem, id est, vsque ad iudicium diuinæ patientiæ suæ: & nostræ poenitentiae tempus, ut qui se de malo commutarit ad bonum, dominicū deputetur in triticum cœlestib. horreis aggregandus, qui se de fideli fecerit infidelem, gehennæ deputetur incēdio. Et quid plura? Si zizaniis non Dei patientia subueniret: nec Matthæum de Publicano Euangelistā, nec Paulum de persecutore Apostolū Ecclesia possideret. Denique Ananias eradicare triticum tunc quærebat, quando ad Saulum missus. De Paulo talia quærebatur, Domine, quanta mala fecit sanctis tuis: hoc est, eradicare zizania: quid ad lupū ouis? quid ad cōtumacem deuorum? quid ad persecutorem talis prædicator missus? Sed cum Ananias videret Saulum, Paulum Dominus tunc videbat: cum Ananias persecutorem diceret, tunc Dominus prædicatorem sciebat: & cum ille eum zizania iudicaret inferni, Christus eum vas electionis, triticum in cœlesti horreo iam ponebat. Vade, inquit, quia vas electionis est mihi.

*Desit fortasse quippiam.*

*De parabola grani sinapis.*

SERMO XCVIII.



V D I S T I S hodie fratres, quemadmodum grano sinapis tota regni cœlestis comparata est magnitudo. Et quid est quod potestatem tantam, sic parua, sic minima, imo minimorum minima similitudo concludit? Sic enim ait Dominus, *Cui est simile regnum Dei, & cui simile est æstimabo illud?* Cum dicit, Cui est simile, quasi quærentis indicat & producit affectum. Et ille solus verbum, scientiæ fons, dicendi flumen, qui omnium corda rigat, sensus aperit, ingenium dilatat, in inuenienda similitudine nūc laborat? Sed quid inuenit audiamus. *Simile est, inquit, regnum cœlorum grano sinapis.* Quærens in cœlo & in terra, nil inuenit nisi granum sinapis, in quo potentiam totam supernæ dominationis includat: & illud regnum singularitate potens, æternitate felix, diuinitate fulgens, diffusum toto cœlo, tota terra dilatatum, in grani sinapis coarctat & concludit angustias? *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Spes ista est credentium tota? Expectatio ista est fidelium summa? *Ista est felicitas virginum longis continentiae laboribus cōparata? Ista est gloria martyrum totius effusione sanguinis conquiritæ? Hoc est, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit?* Hoc est, quod ineffabili sacramento diligentibus Deum promittit Apostolus esse præparatū: Fratres, non faciliè dominicis moueamur in dictis: nam si infirmum Dei fortius est hominibus, & stultum Dei sapientius est hominibus: hoc minimum Dei tota magnitudine mundi magnificentius inuenitur, si modo hoc granum sinapis nos sic nostris: feminemus in mentibus, ut intelligentiæ magnam nobis in arborem crescat: & sensus altitudine tota leuetur ad cœlum, ac totos scientiarum diffundatur in ramos: atque ita ora nostra feruentia viuido fructu sui saporis succendat, & ita igne seminis sui toto nobis ardeat, & flammetur in pectore: atque nostræ ignorantiae totum nobis auferat sua degustatione fastidium. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius.* Grani sinapis, sicut dicit, instar est regnum Dei, quod de supernis affertur verbo, suscipitur auditu,

*1. Cor. 13.*

*Matth. 10.  
Galat. 2.  
2. Cor. 13.*

*Matth. 9.*

*Luc. 13.*

*1. Cor. 2.*

*1. Cor. 1.*

fide feritur, credulitate radicatur, spe cre-  
 cit, confessione diffunditur, virtute tendi-  
 tur, & dilatur in ramos, ad quos vocat a-  
 ues cœli, id est, spirituales sensus, atque in  
 ipsis eas quæta suscipit mansione. Veniat  
 hæreticus, veniat, quia redeuntibus Eccle-  
 siæ semper patefcit ingressus, veniat, audiat,  
 & pietati dominicæ iam desinat oblatrare.  
 Si cœlestis regni maiestas omnis ad grani si-  
 napis similitudinem venit, quid quæritur,  
 quod Deus ad hominem, Dominus serui  
 descendit in formam? Sic enim venit hære-  
 tice, vt tibi torum per fidem crefeceret, cui  
 iam torum defecerat per naturam. *Simile est*  
*regnum cœlorum grano sinapis.* Sed sinapis re-  
 uertatur ad granum: sic tota regni summa  
 manet, & consistit in regno cœlorum. Chri-  
 stus est regnum cœlorum, qui vult granum  
 sinapis in hortum virginæi corporis missus,  
 orbe toto crucis in arborem ereuit, ac tan-  
 tum dedit fructus sui saporem, cum teritur  
 passione, vt quicquid est vitale suo sapor-  
 ret & condiret tactu. Nam sicut in integ-  
 ritate grani sinapis virtus habetur occul-  
 ta, apparet verò virtus eius vehementissi-  
 mæ, si teratur, ita Christus corpore teri vo-  
 luit, qui suam noluit latere virtutem. Et  
 nos, fratres, teramus istud granum sinap-  
 is, vt eius vim in hac similitudine sentia-  
 mus. Christus Rex, quia tota ipse est origo  
 regnandi: Christus regnum, quia in ipso  
 est regni sui tota maiestas: Christus homo,  
 quia rotus homo reparatur in Christo:  
 Christus granum sinapis, vnde magnitudo  
 tota Dei, tota hominis exiguitate minora-  
 tur. Et quid plura? Omnia ipse factus est,  
 vt in se repararet omnes. Christus homo  
 accepit granum sinapis, hoc est, regnum  
 Dei accepit homo Christus, quod habuit  
 semper Deus Christus: misit in hortum  
 suum sponfam: Huius horti sæpè meminit  
 in Canticis Canticorum, dicendo: Hortus  
 clausus: hortus est Euangelij vomere orbe  
 tota diffusa cultura, clausus stimulis disci-  
 plinæ, ab omni pessimo gramine Apostoli-  
 co labore purgatus, fidelium plantariis, li-  
 lis virginum, rosas martyrum, confessorum  
 viriditate amœnus, fragrans floribus semp-  
 ternis. Hoc itaque granum sinapis in hor-  
 tum suum misit Christus, id est, promissio-  
 ne regni sui, quod radicatum est in Patriar-  
 chis, natum est in Prophetis, creuit in Apo-  
 stolis, in Ecclesia fecit arborem magnam,  
 multiplices dedit in donationibus ramos,  
 quos enumerat Apostolus, dicendo: Alij  
 datus est sermo sapientiæ, alij verbum sci-  
 entiz, alij cura sanitarum, alij operatio virtu-  
 tum, alij prophetia, alij discretio Spiri-

tuum, alij genera linguarum. Audistis, fra-  
 tres, istud granum sinapis in arborem quam  
 prorupit, audistis quas fundauit radices, au-  
 distis quales, quantosque se iam diffuderit,  
 & secauerit in ramos, in quibus cœli, non  
 aëris aues, in pennis sapientiæ & prudentiæ  
 volatu, fidei securitate requiescant. Et tu  
 audi, si vis terrenas bestias non timere, si vis  
 euitare aues rapaces, voraces vultures, hoc  
 est, aues æreas, quæ sunt omnes nequitiz  
 spirituales, eleuare à terra, terrena desere,  
 fume alas columbæ propheticæ deargenta-  
 tas, fume pennas diuini solis fulgore radia-  
 tas, euola in specie auri, vt in tantis, & talib.  
 ramis iam nullis laqueis attentanda re-  
 quiescas semper, & de volatu tali valida, &  
 de tanta mansione secura. De similitudine,  
 sequenti verbo, Domino docente declara-  
 bimus.

De parabola fermenti.

SERMO XCIX.



**B**ENE cucurrit hodiernæ  
 series lectionis, vt Euange-  
 lica mulier, mater nostra  
 acciperet à Domino fer-  
 mentum, per quod nobis  
 hodie hoc tēplum tantam  
 sãctitatis exigeretur & surgeret in massam.  
 Sic enim cepit Dominus: *Cui simile estima-*  
*bo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptam*  
*mulier abscondit in farina mensuris tribus, donec fer-*  
*mentatum est totum.* Bonus Dominus, amator  
 suorum Christus, regni sui similitudines  
 iterat, variat comparationes, quas non de  
 occulto sumit, non captat de cœlestibus,  
 sed profert de quotidiano vsu, de commu-  
 ni conuersatione proponit, vt ad omne ge-  
 nus hominum perueniat, quod est omni-  
 bus profuturum iuxta illud Prophetæ: *Au-*  
*dite hæc omnes gentes, auribus percipite*  
*omnes qui habitatis orbem, quiq. terrigen-*  
*æ, & filij hominum, simul diues & pauper.*  
 Si quid de diuinitatis occulto, si quid de se-  
 creto regali, si quid de penetrabilibus diui-  
 tum affertet in mediũ, hoc nesciret pauper,  
 non caperet mediocritas, notum simplici-  
 tas non haberet, nunc verò loquitur nota  
 diuiti, vilitata pauperi, omnibus vitæ ipsius  
 necessitate vernacula, quia homo in Dei  
 vocatione quæritur, non discernitur in eius  
 vocatione persona. Sed lectam similitudi-  
 nem replicemus. *Cui simile, inquit, estimabo*  
*regnum Dei? Sic dicendo appendit animos*  
 auditorum, & attonitos reddit stupore to-

to, quid regno Dei, quid imperio diuino valeat comparari: atque illis mente per multa & magna peruagantibus, coeli Dominus in hospicio pauperis, in manu panicoctatæ mulieris regni sui inuenit, & format exemplum, dicendo: *Simile est fermento; quod acceptum mulier abscondit in farinæ mensuris tribus, donec fermentatum est totum.* Antè regnum suum grano sinapis comparabat, nunc illud efficit simile fermento. Antè sinapis granum memorat accepisse virum, mulierem nunc asserit accepisse fermentum: dicit antè exiguum semen virum seuisse in magnæ arboris incrementum, mulierem modò fermentum, breue ad profectum totius massæ abscondisse manifestat. Verè, sicut dixit Apostolus Paulus, Neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino. Ad vnum regnum diuersum sexum variâ similitudo perducit: neque virum separat à muliere vocatio Christiana, quos Deus coniungit, natura sociat, & mira similitudine similes reddit habitus, forma componit, & facit Deus, vt sit homo vnus, duo: duo, vnus: alter ipse, homo in copula cõiugali: ne sit aut singularitas destituta, aut confusa coniunctio: Sed quare has similitudines regni sui Dominus per virum producit & fœminâ? Quare maiestatem tãtam tam vilibus, tam disparibus format exemplis? Fratres, preciosum latet in hac vtilitate mysterium, dicente Apostolo, Mysterium hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia. Comparationibus istis humani generis negotium geritur principale: per virum & mulierem mundi causa sæculis tractata finitur. Adam primus homo, mulier prima Eua ab arbore scientiæ boni & mali: ad Euangelici sinapis arborem deducuntur, vt oculos quos illecebrosa arbor aperiendo clauserat, sinapis arbor grani sui collyrio & acritudine ipsa dum claudit, aperiret, vt ora quæ venenosæ arboris gustus infecerat, salutaris arbor flammeo gustus sui sapore sanaret, & ista arbor igneo pastu suo conscientiam toto conuersationis suæ ardore succederet, quam frigidam illa toto iam rigore perfecerat. Neque hic iam vel agit, vel confunditur, nuditas, vbi hominem totum tegit venia: fidei facit calere vestitus: sed hoc per granum sinapis quod acceperat vir, confertur fœminæ. Quid verò per fermentum, quod accepit mulier, conferatur homini, sollicitius perscrutemur. *Simile est, inquit, regnum Dei fermento, quod acceptum mulier, abscondit in farinæ mensuris tribus.* Res de vsu geritur: vir in agro sinapis arborem ferit, domi

A mulier fermentum procurat, & panes præparat alimonix: quia virum foris expectat labor, intus mulierem domestica cura constringit. Hinc est quòd Sara sterilis, & anus ex ista præparatione fermenti, & ex tribus mensuris, tres subcinericios panes dominicæ hospitalitati offert, mystico & apponit obsequio, vt sterilitas mundi tota senectute conclusa, in mensuris tribus, hoc est, in æqualitate Patris, & Filij, & Spiritus sancti, fermentum fidei collocaret, & Domino suo tres panes poneret confessione trinitatis: atque pro munere hoc totam Christiani generis fœcundaretur ad prolem. Sed ad proposita redeamus. Mulier accepit à Deo fermentum fidei, quæ acceperat à diabolo perfidix fermentum: abscondit in mēsuris tribus, hoc est, in tribus hominum temporibus, quod est ab Adam vsq. ad Noë, à Noë vsque ad Moysem, à Moyse vsque ad Christum: vt mulier quæ corruerat fermento mortis in Adam, totam massam generis humani, fermento resurrectionis, totam carnis nostræ massam redintegraret in Christo: vt mulier quæ confecerat panem gemitus & sudoris, panem vitæ coqueret, & salutis: & esset omnium viuientium mater vera per Christum, quæ erat in Adam mater omnium mortuorum. Ob hoc namq. Christus nasci voluit, vt sicut per Euam venit ad omnes mors, ita per Mariam rediret omnibus vita. Quæ Maria huius fermenti implet typum, similitudinem præfert, consignat figuram, dum de supernis suscipit fermentum verbi: & humanam carnem in aluo Virginis, imò in alueo Virginis celestem totam consperit in massam. Sed quid allegorici sensus in hac similitudine maneat, iam prodamus. Mulier quæ accepit fermentum, Ecclesia est: fermentum quod accepit, cœlestis doctrinæ est sacramentum: mensuræ tres in quibus perhibetur abscondisse fermentum, Lex, Prophetæ, Euāgelia, vbi diuinus sensus mystico absconditur & celatur in verbo, vt fidelè non lateat, lateat infidelè. Quod autem dixit: *Donec fermentatum est totum*, illud est quod Apostolus dicit: *Et parte* scimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, cessabunt quæ ex parte sunt. In conspersione scientia nunc diuina est, aspergit sensus, leuat corda, incrementat ingenia, & doctrinarum more ad sapientiæ cœlestis dilatat, suscitatur, diffundit augmentum, fermentatur totum quando adueniente Christo.

Deest finis:

1. Cor. 11.

Ephes. 5.

Gen. 3.

Gen. 18.

1. Cor. 13.

*De Syrophœniſſa, ſive Cananea.*

SERMO C.

**H**ODIE beatus Marcus cum Syrophœniſſæ mulieris commendat prudentiam, fidem refert, credulitatis extollit ardorem, ſolicitis auditoribus non

*Matth. 7.*

paruam generat quæſtionem, dicendo: *Et inde ſurgens Dominus abiit in partes Tyri & Sydonis, & ingreſſus domum, neminem ſcire voluit, & non potuit latere. Voluit, & non potuit: velle, & non poſſe, non eſt diuinæ maieltatis, eſt*

*Psalm. 134.*

infirmiſſimæ humanæ. Scriptum eſt enim: Omnia, quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſſis. Et Apoſtolus. Voluntati eius quis reſiſtit? Succumbit neceſſitati quæ non libera & abſoluta voluntas. Leproſus dicit ad Dominum. Si vis, potes me mundare: & Euangelifta dicit. Voluit & non potuit. Quid ait beatus Marcus? Nunquid extollenda ita eſt mulieris fides, vt inclinetur Domini poſſibilitas, & voluntas? Aut eſt tanta ſagacitas fidei vt nolente Deo diuinum valeat inueſtigare ſecretum? Tale mihi videtur & illud eſſe, cum Dominus Hemorrhoiſſæ fidem in ſuæ virtutis vult prodere ac probare documento, interrogando: *Quis me tetigit? Cui diſcipuli: Turbæ te comprimunt, & dicis, quis me tetigit? Diſcipulis videbatur, quod omnes tangerent Dominum ſolo corpore comprimentes: & tali carnali inceſſu omnes ſimiliter iungerentur: ſimiliter ille, qui aliter ſenſerat, & aliter inquirebat, perueniſſe mulierem ad maieltatem ſuam, ad ſuam penetraſſe virtutem, mente non corpore, non communi tactu, ſed fide, iſta ſciebat. Vnde clamat non homo, ſed Deus: non caro, ſed Spiritus. Quis me tetigit: vt eum proderet virtus operis, quem*

*Rom. 9.*  
*Matth. 8.*

*Matth. 5.*

tunc humanitas occultabat. Sed quid ſic voluit, & quid ſic non potuit, euidentius inquiramus. Promiſſionis ſuæ memor Chriſtus Iſraëlitici populi primum venerat ad ſalutem, vt quod Abraham promiſerat, & ſemini eius David, eiusque poſteris, fidele redderet perſolutum: ſed quia indignos ſe ſua perfidia præſtiterunt, obtinuit, rapuit, traxit fides gentium, quod infidelitas ſpreuit & perdidit Iudæorum. Audi ipſum dicentem: Non ſum miſſus niſi ad oues perditas domus Iſraël: ſed oues luporum contagione iam rabidæ, & iſtis beſtiis propria fericitate ſæuiores, laniare & violare ſuum

*Gen. 2.*  
*Psalm. 131.*

*Matth. 15.*

D

A ſemper voluere paſtorem: atque ideo velle ſuum Chriſtus implere non poterat, non impoſſibilitate ſua, ſed nequitia perditorum, & quod aliis derulerat, aliis conferre cogebatur, dicente ipſo: Regnum cœlorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud. Vim fecit fides gentium, vt raperet hæreditatem patris: ipſam hæreditatem totam diriperet filiorum, ſicut euidentius præſenti lectione monſtratur. *Mulier enim ſtatim vt audivit de eo, cuius habebat filia Spiritum immundum, intravit, & prociſit ante pedes eius, erat autem gentilis Syrophœniſſa genere: & rogabat eum, vt demonium eiceret de filia eius, qui dixit illi, Sine prius ſatiari filios: non enim eſt bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus. Non dixit, non eſt bonum tollere filiis, & mittere canibus: quia dare panem canibus, & ſi humanitatis non eſt, humanæ tamen eſt rationis. Canis dormientibus dominis nocte & cuſtos & peruigil prodit extraneum, turbat furem, occurrit latroni, vt curam releuet, & ſollicitudinem ſeruulorum. Veruntamen quomodo tulit panem filiis, quibus toties & taliter obtulit, tribuit, ingeſcit? Sed illi oblarum, conculcare ad ſcelus, non ad vitam ſumere ſunt conati: & tamen comminutum & conculcarum à filiis, canis tota fide, toto deſiderio lambere feſtinavit. Hinc eſt quod ſic reſpondit: *Vtique domine: nam & catelli ſub menſa comedunt de micis puerorum. Merito quæ ſe canem conſeſſa eſt, in hominem commutatur: & iuſtè conuertuntur in canes, qui ſe filios eſſe noluerunt: merito adoptatur in filiam, leuatur, honoratur ad menſam, quæ ſe ſub menſa laudabili & prouida humilitate deiecit: iuſtè toto nunc epulatur micæ ex pane, quæ ſuis meritis ſe intellexit, & conſeſſa eſt vix mereri. Et quid plura? Hinc eſt, quod propter iuſticiam ſuam dominus, nec Iudæis dare potuit, nec gentibus denegare.**

*Deeſt aliquid.*

*In illud Luca, Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. de que morte contemnenda.*

SERMO CI.



**V**DISTIS fratres, quemadmodum milites ſuos Chriſtus regia exhortatione cõpellat, vt deſpectu mortis interfeſtores corporis nõ pauſcant: denique

Zac. II.

denique eos in amicorum iura transcribit, A qui studio triumphi, qui amore libertatis, sanguinem cum gaudio, & sine trepidatione fuderint, sic enim ait: *Vobis autem dico amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant: Ostendam autem vobis quem timeatis: timere eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam.* Vobis autem dico amicis meis ne terreamini: quia libertatem probat virtus, metus indicat seruitutem: nam liber ad gloriam, seruus natus est ad timorem: meritò ergo ad Dei amicitias sublimatur, qui propter Deum humanas despicit mortes, nescit timores. Si amicos morum facit imitatio, morum similitudo coniungit, conuenienter eos amicos vocat Christus, quos imitatione sua mundi iacula, & ipsam mortis formidinem conspicit, & præuidet calcaturos. *Vobis autem dico.* Id est, non omnibus, sed amicis. *Vobis autem dico.* Quos mors absoluit ista, non finit. *Vobis dico.* Quos corporis resolutio promouet ad melius, non trans ducit ad pœnam, *Vobis dico.* Quibus morte vita inchoatur, non finitur. *Vobis dico.* Quorum mors preciosa fit non sui qualitate, sed causa: dum vitæ magis lucra inuenit, quàm vitæ perdat vsuram. Sed audiamus, quid dicat amicis suis. *Ne terreamini ab his qui occidunt corpus.* Audiant qui de bono mortis veterum vetusta volumina detriuerunt, nihil tamen inde capere virtutis, aut consolationis aliquid inuenire valuerunt. Quia & si totis eloquentiæ viribus ad tolerantiam mortis armarunt animos, siccarunt lachrymas, suspiria sustulerunt, negauerunt gemitus, incluserunt dolores: nihil tamen aut de spe certa, aut de perpetua vita, aut de vera suis lectoribus salute conquisierunt. Quis homini, quis sapienti dicat? *Mori naturæ est: necesse est deperire.* Nobis vixerunt veteres, viuimus non futuris: nemo sibi, quod non potest tolli velle virtutis est: suscipe voluntarius ad quod vrgeris inuitus: mors antequam veniat non est, cum autem venerit, venisse nescitur. Nec ergo amisisse te doleas, quod cum amiseris non dolebis. Sed hæc talia cum dixerint, dicunt totum de sententia, non de vita. Quia vnde, & quando, & quomodo tibi, & per quem mors venerit, nescierunt: nobis autem author vitæ prodidit mortis authorem. Deus namque vitam fecit, diabolus machinatus est in vitam, diuino eloquio sic prodente, Deus mortem non fecit, inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Sed dicis, quare Deus opere diaboli opus suum passus est deperire? O ho-

Sep. 1. 2.

mo, si interrogata scire velles, vacares paululum, dares animum, appeteres aures, vt negotium principale arbiter ipse tu tam curiosus agnosceres: sed tu occupatus aliis semper, tibi nunquam, quare nescias rerum causas, negotia tota sæculorum, iudiciorum profundum, & impeneurabile secretum, deses & ociosus accusas. Nonne vt apices literarum, vt elementa cognosceres, addictus magistro, scholis affixus, totus patiens laboris & pœnæ, nec domum noueras, nec parentes? Quàm vile tibi est ad quod tibi magister addicitur, ingeritur schola, & tibi pœnis tuis, labore suo doctor supplicat, vt ista velis scire, vt talia & tanta digneris audire. Probant hoc Apostololi, & maximè Paulus, qui vapulando docuit, non cædendo, vt eximius magister quot sunt homini mores, tot ferret & exciperet passiones. Et nos ea in puncto temporis rerum principia, causas sæculi dicamus, quia iubemur: & quomodo nos iubemur? & tu audis non quomodo debes: & nos ista seruitus, necessitas talis excusat: te libertas tanta, volunras talis, indubitanter accusat: quod dicimus, officij nostri est: quod minus dicimus, est fastidij tui. Quæris homo, sur non mortem Deus mox cum ipso extirxit authore, & lethale virus sua providentia tunc non prouidit, ne ad totius orbis, & præcipuè ad suæ imaginis perniciem perueniret? Cælum quod tu vides homo firmatum aère toto portat aquas multas, nec portatur ab aliquo ipsum, quia sola illud appendit insilio, sola sustinet vis præcepti, diuino eloquio sic prodente. Qui extendit cælum sicut pellem: qui tingit in aquis superiora eius. Terra quæ tanto calcatur pondere, atque onere montium, ac mole solidatur, supernatat liquido fundamento, dicente Propheta: Qui fundauit terram super aquas: vt quod stat, mandati sit, non naturæ. Ipse, inquit, dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt, vt quod stat, sit diuini operis, non rationis humanæ. Mare quod tanto commotionis suæ vertice fertur, & eleuatur ad nubes, frænant tenues arenæ, vt videamus potestatem non pulueri cedere, sed præcepto. Omnia quæ in eis sunt, mouentur, ac viuunt solo iussu facta, iterum sola iussione soluenda confirmat Propheta, cum dicit: Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli: ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut vestimentum veterascent, & velut oportorium mutabis eos, & mutabuntur. Quomodo?

Psal. 106.  
Psal. 135.  
Psal. 148.

Vt tempori vetustas, non creatori pereat A  
 creaturâ. Sed tu iam nos quicunque quæ-  
 ris, euagatus es, dicis: quia cum tu quæris,  
 quare Deus mortem in destructionem sui  
 plasmatis permiserit permanere, nos cœ-  
 lum, terram, mare ex nihilo facta, & sol-  
 uenda iterum ex nihilo longo sermone de-  
 scripsimus, tibi magis ac magis disquirendi  
 materiam conquisiimus. Dicis: Ego quæ-  
 siui cur homo pereat, tu & ipsa elementa  
 peritura firmasti, vt de generalitate pereû-  
 di solatium, non quietem de ratione, fessis  
 mortalium sensibus prouideres, quasi non  
 doloris sit perire cœlum, solui terram, &  
 rotam rerum faciem iure mortalitatis abo-  
 leri. Dicis, rogo quid pulchrius cœlo? quid B  
 splendidius sole? quid ornatus stellis? quid  
 luna gratius? quid salubrius terra? quid ve-  
 lius mari? aut quæ in istis vetustas? quæ si-  
 cut nata vel facta sunt perseuerant, quod  
 vtiq;e gratius esset ista stare, quàm perde-  
 re. Homo, forsitan esset iucundius, sed non  
 vilius: nam istis stantibus tu nutasti: istis lu-  
 centibus cæcatus es, ne videres: cœli clari-  
 tas stupefecit sensus tuos, oculos tuos sol  
 splendore cæcavit: nam decore deceptus  
 horum, horum opificem tu negasti, istos  
 rectores mundi, istos confessus es Deos,  
 quos tuæ Deus verus subiecerat seruituti,  
 necesse est ergo solui cuncto, nouari om-  
 nia, vt vel tunc facta credas, cum videris ef-  
 se reparata. Nec nos estimes euagatos, quos  
 in argumentum tuæ intelligentiæ totam  
 percurrisse conspicias creaturam. Homo  
 quando te author tuus fecit ex puluere,  
 non vidisti: nam si te vidisses factum, nun-  
 quam te moriturum sic desleuisses, vidisti  
 te perfectum, vidisti te viuentem, vidisti  
 te decorum, authori tuo te similem iam vi-  
 disti; vnde esses, qualis esses, quia nec nas-  
 centem, nec morientem videras, nesciebas?  
 Hinc est, quod naturæ dedisti totum, tibi  
 te, Deo nihil, propterea Deus per naturam  
 redegit te, permisit ex nihilo in puluerem  
 reuocari, vt quid fueris sic videas, & resur-  
 rectorus agas gratias, qui factus, qui crea-  
 tus ingratisimus extitisti. Non timeamus  
 ergo fratres, sicut dixit Dominus, eos qui  
 occidunt corpus, quia istam vitam nō peri-  
 munt, sed destruunt, dum de temporali  
 faciunt sempiternam. Quid plura fratres?  
 Permisit tunc mori, qui poterat suscitare,  
 qui viuificare sufficit, permisit occidi: cui  
 est honor & gloria in sæcula sæculorum,  
 Amen.

De Centurione.

## SERMO CII.

**C**hristus in corpore nostro manens,  
 quod omnes non suscitauit mor-  
 tuos, omnes non sanauit ægros,  
 credamus hoc non potestati defuisse, sed  
 tempori. Tunc orbem totum toto virtutis  
 suæ fulgore radiasset, & sustulisset tempus  
 fidei: & nihil secundi aduentus sui reserua-  
 set ad gloriam. Nec verò sic virtutum sua-  
 rum temperauit insignia, vt & diuinitatis  
 suæ manifestaret indicium: & credendi do-  
 cumentum plenissimum largiretur, & ex-  
 cusationem callidæ infidelitatis auferret, si-  
 cut hodie Centurio, cuius Euangelista Lu-  
 cas meminit, fide sua, prouidentiaque mō-  
 strauit. *Centurionis, ait, cuiusdam seruus malè ha-* Luc. 7:  
*bens moriebatur, qui illi erat preciosus.* Centurio  
 hic Romanus erat: sed plus erat hic ipse  
 fructu centesimo Christianus. Et Deo ma-  
 gis militabat iste, quàm sæculo: & in huma-  
 no bello fortis, fortior in diuino pacis cu-  
 stodia permanebat. *Cuius seruus malè habens*  
*moriebatur, qui illi preciosus erat.* Seruus erat,  
 qui precio taxabatur. Quæramus ergo, quis  
 est iste seruus, qui illi erat preciosus. Si do-  
 minabitur anima, corpus seruit: & homini  
 nil corpore preciosius. Hic seruus Centu-  
 rionis istius preciosus infirmabatur ad mor-  
 tem: ergo Centurio rogabat vt Christus so-  
 lus mortali corpori largiendo vitam perpe-  
 tem subueniret. *Cum audisset, inquit, de Iesu, mi-*  
*isit ad eum seniores Iudeorum.* Gentilis Iudæos  
 ad Christum mittit, & in lege positus, qui si-  
 ne lege erat, legis demonstrat authorem.  
 Nemo ergo miretur si Gentilis, hoc est  
 Christianus, aut vocat, aut ducit, aut per-  
 ducit ad Christum. *Misit ad eum seniores Iudeo-*  
*rum, rogans eum vt veniret, & saluaret seruum eius.*  
*At illi cum venissent ad Iesum, rogabat eum sollici-*  
*te dicentes: Dignus est vt hoc illi præstes: diligit enim*  
*gentem nostram, & synagogam ipse adificauit no-*  
*bis.* Iudæi rogant pro Gentili, qui pro se non  
 rogant: & agunt satis pro salute alieni ser-  
 uui, qui pro salute suorum nihil agunt filio-  
 rum, aiunt. *Dignus est vt hoc illi præstes.* Si di-  
 gnus est qui audit, credit, mittit ad Chri-  
 stum: ad Christum qui venit, videt, & non  
 credit, quam probatur indignus? *Diligit enim*  
*gentem nostram.* Ille diligit gentem vestram,  
 quam sic Christo supplicem facit: sed vos  
 audistis eam, quam sic Christo redditis cō-  
 tumacem. Aut quomodo Christianus non  
 diligit gentem vestram, qui dum Christum  
 fatetur ex gente vestra, quicquid gentis

vestræ est, cœlestem tollit & extollit ad gloriam. *Diligite enim gentem nostram, & synagogam ipse edificauit nobis.* Audistis quia semper diruta est synagoga, & iacet iugiter in cæmentis, nec cœlestem surgit in fabricam, nisi eam in Ecclesiæ culmen Christianus fabricator instruxerit. *Iesus, inquit, ibat cum illis.* Sed illi non ibant cum Iesu, cum quo mente non ibant: nec cum illo erant, qui seiuncti corde, corpore videbantur adiuncti. *Et cum iam non longè esset.* A quo? A gentili. Quantum Iudæi se seiungebant à Christo, Christus tamen gentibus iungebatur. *Et cum longè iam non esset, misit ad eum Centurio amicos.* Qui ante miserat Iudæos, nunc amicos mittit: vt Iudæos sic dicendo iudicet inimicos: probante hoc Apostolo cum dicit: Inimici propter vos. Iudæi dum credidisse gentes, inuident, quicquid erat & legis & gratiæ perdidissent. *Misit ad eum amicos.* Audi ad Apostolos Dominum dicentem: Iam non dicam vos seruos, sed amicos. Sicut fides seruos promouet in amicos, ita perfidia filios in pœnalem redigit seruitutem. *Misit ad eum amicos, dicens: Domine, noli vexari. Quare? Quia non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Videtis quia Christus ducebat magis Iudæos quam adduceretur à Iudæis, vt audirent esse penes Centurionem diuinitatis reuerentiam, penes Gentilem legis cultum, penes militem stipendium gratiæ, penes Romanum fidei doctrinam, in frigore pagano Christianum calorem, in terreno pectore cœleste secretum, & notitiam tuam dominationis superne in tota sæculi seruitute. *Domine, noli te vexare.* Hoc est dicere, Deus quid te vexas humano in corpore? quid te conficis labore terreno? & viæ longitudine te fatigas? quid peregrinans locis qui es vbique totus? atque intra te totam tenes & possides creaturam. *Domine, noli te vexare, non sum dignus vt intres sub tectum meum.* Fratres, quod est tectum quod hominem aut dignum facit, aut reddit indignum: quod diuinum inuitet, aut repellat accessum? Fratres, hoc tectum corpus est, quod tegit animam, quod operit sensum spiritus, quod cordis domicilium velat, quod libertatem mentis à cœlesti visione secludit. Sub hoc ergo tecto Centurio indignum ducit intrare Christum, hoc est, in corpus humanum diuinam succedere maiestatem. *Non sum dignus vt intres sub tectum tuum.* Sed Deus qui quod humanum est, cum vult facit esse diuinum, & quod nostræ carnis est cum dignatur suum commutat in spiritum, nec habitare carnem, nec tectum nostri corpo-

ris dedignatur intrare. *Propter quod, inquit, & meipsum indignum arbitratum sum venire ad te.* Hoc est, vtrumque deuoti, quia & ad se Deum venire indignum ducit, & se accedere ad eum scit esse non dignum. Quis intrat ad Iudicem non vocatus? quis non iussus ingreditur ad Regem? quanto magis ad Deum non venit quis non vocatus? Quos vocauit, inquit, eos & iustificauit. Centurio ergo non refugit aduentum Domini Christi præsentiam non recusat, sed agit, vt vocantis sit gratia, non sit temeritas præsumptis. Nam Deus quid possit, humano suggerit & informat exemplo, dicendo: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic Vade, & vadit: & alij Veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit.* Hoc est, si ego, qui sum sub potestate constitutus, imperio verbi solo facio mihi parere subiectos: quomodo tu qui nulli subiaces, & cuius omnia subiacenti potestati, verbo non potes iubente curare? sanitatem mittere? mandare virtutes? Aut verbo reficere non potes, quod verbo fecisti? Dixit, inquit, & facta sunt: mandauit & creata sunt. Aut aliquid ex aliquo reparare nõ sufficias, cuncta ex nihilo qui parasti? *Dic ergo verbo, & sanabitur puer meus.* Impleuit illud, quod Propheta de Deo cecinit: *Misit verbum suum, & sanauit eos, & eripuit eos de corruptela eorum, Fratres, Centurio iste dicendo: Non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* Christiani populi gerit figuram, qui Christi præsentiam corporalem se iudicat non mereri: sed solo verbo, nuncio, auditu, fidei tantum, totas Domini audit, credit, respicit in sua sanitate virtutes. Nam quod dicit: *Dico huic Vade, & vadit: & alij Veni, & venit: & seruo meo fac hoc, & facit:* Iudæorum repulsam, vocationem gentium, Christiani populi obedientiam sic demonstrat. *Dico huic.* Hoc est Iudæo, qui non credidit. *Vade, & vadit: & alij.* Hoc est, Gentili, quia credidit. *Veni, & venit: & seruo meo.* Hoc est, Christiano, *Fac hoc, & facit.* Oremus fratres, vt mereamur Christiani non nomine tantum esse, sed fide: & vt quæ iubentur, non audiamus tantum, sed faciamus, audita. Quia sicut deuoti serui est fecisse iussa, ita iussa contumacis est non fecisse. *Dic ergo verbo, & sanabitur puer meus.* Quo audito, inquit, Iesus miratus est. Creator mirabilem miratur: aurum conditor quasi qui non audita nesciat, sic stupet audita: sed dum Gentilem sic credidisse miratur, incredulitatem corripit Iudæorum: denique, *Sequentibus se turbis dicit. In morte manentes arguens sic Iudæos.* Amen dico vobis, nec

in Israël tantam fidem inueni. Verum est fratres: fides sola uiuit, & uiuet in gentibus: signa & uirtutes lassant, & nihil proficiunt in Iudæis.

*De filio uiduæ excitato à mortuis, deque corporum resurrectione.*

SERMO CIII.

Leu. 7.



**D**IE beatus Euangelista, quia uideque matris unicum iam funeris uinculis illigatum, lamentabili impositum iam feretro prosequentibus turbis eum iam carceris ad sepulchrum, per Christum uitæ redditum nunciauit, omnium concussit corda, mouit mentes, stupefecit auditum. Sed hoc Gætes mirentur, Iudæi stupeant, mundus pauescat: nos autem, qui omnes à sæculis mortuos ad unam uocem Christi sepulchris excitandos credimus, cur miramur? Exurgent, inquit Isaias, mortui, & resurgent qui in monumentis sunt. Et Dominus. Veniet hora quando mortui audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. Ad hæc Apostolus: In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Quæ est ista tuba, quæ inferis infert bellum, sepulchri resolutis moles, insonat mortuis uitam resurgentibus in lucem perpetem dat triumphum? Quæ est? Illa quam superius Dominus dixit: Mortui audient uocem filij Dei. Tuba non quæ arctato spiritu per concauum cornu ligni, uel æris tristem bellantibus. dat mugitum: sed quæ de corde patris, ore filij, uitalè simul & inferis & superis dat clamorem. Et in nouissima tuba: tuba quæ in principio mundum uocauit ex nihilo, ipsa in nouissimo mundum reuocabit ex perditio: & quæ initio hominem suscitauit ex limo, ipsa in fine hominem resuscitabit ex puluere. Fratres, sic credimus, quia tuba, diuinæ uocis chaos diuisit, collegit, orbem, mundauit elementa, distinxit mundum, suspendit cælum, fundauit terram, mare uinxit, misit infernos, dedit ordinem uices, iussit rerum continuam seruitutem, ac ne uacuum horreret orbis, aptauit habitatores, habitacula sic discreuit, in cælo posuit Angelos solo spiritu uiuentes, in terra constituit uitas uarias terrenorum: in aëre dedit animas aligeras peruolare in aquis tam pusilla quam magna fecit, ut uiueret animantium multitudo, ac miro modo sic ex dispersis partibus iunxit compagem mundi, ut nec commixtio discreta confunderet, nec discretio rerum inscinderet unitatem. Hinc

Esai. 26.

Inuia

LXX.

Ioan. 5.

1. Cor. 15.

A est, quod diem ac noctis copula sic diuisa est, ut ex quiete labor, requies ex labore constaret. Hinc Sol & Luna uicissim mundi circumeunt metas, ut Sol germinata luce amplificet claritatem diei: & Luna lumine suppari ex toto cæca noctis tempora non relinquat. Hinc stellæ suo cursu varios mutant ortus, ut noctibus & signent tempora, & uariantibus dent ducatum. Hinc tempora euadendo ueniunt, esse incipiunt dum desistunt. Hinc semina nascuntur, crescunt, adolefcunt, iuuenescunt, senescunt, decidunt, moriuntur, & iterum uitalibus sepulta fulcis, resoluta putredine, salutari ex morte in uitam suam redeunt: de corruptione propria suscitantur in forma. Et si hoc fratres Dei uox, tuba Christi, per dies, per menses, per tempora, per annos, uocat, reuocat, ducit, reducit, præcipit esse, facit non esse, dat morti, uitæ reddit, quare quod in omnibus semper facit, semel facere non possit in nobis? Aut in nobis solis uirtus diuina lascessit, propter quos solos totum quod prædictum est, Dei est operata maiestas? Homo, si tibi omnia sua ex morte reuiuiscunt, cur tu Deo tua non reuiuiscas ex morte, Aut te in solo Dei creatura deperit propter quem subsistit, agitur, mutatur, innouatur tota quotidie creatura? Fratres, hæc dico non signorum Christi cupiens exinanire uirtutes, sed hortor ut unius resurgentis exemplo ad fidem resurrectionis omnium concitemur & credamus quod crux nostri corporis sit aratrum, fides, semen, sulcus, sepulchrum, resolutio, germen, expectatio, tempus, ut cum Veri Dominici aduentus ariserit, corporum nostrorum matura tunc uiriditas uitalem resurgat in messem, nescituram iam finem, nescituram canicie, non passuram falces, nec flagella sensuram. Quia depositis in morte uerustatis paleis nouum gloriosi corporis confurgit in fructum. Si ad unius uiduæ lachrymas temporales sic motus est Christus, ut occurreret in uia, ut ex oculis stillantia dolorum flucta restingeret, ut recurreret mortem, reduceret hominem, resuscitaret corpus, uitam reduceret, planctum uerteret in gaudium, & exequias lugubres in festiuitatem natalitiam commutaret, & feretro datum, matris uiuum redderet ex morte, quid modo faciet quædo inardescet uiribus suis ad Ecclesie suæ lachrymas diurnas, ad sponsæ suæ sanguineos sudores? Nam per supplicentem Ecclesiam lachrymas fundit iuges, per martyres sacrum sanguinem sudat, donec unicum suum, hoc est populum Christianum, quem tot ad mortem ferunt tempora,

occurrentes Christus de mortali feretro per-  
petuam vitam reddat in supernae matris gau-  
dium sempiternum. Verum quia nascentis  
Christi venit tempus, & miraculum coele-  
ste iam radiat paritura virginitas, atque or-  
tum diuini Regis nobis non stella iam nunti-  
at, sed ipse Solis ascensus, adoraturi oc-  
curramus omnes: & muneribus sacris Deum,  
Regemque virgineo processisse fateamur  
ex templo: offeramus munera, quia nas-  
centi Regi semper publica paratur obla-  
tio, offeramus munera, quia indeuotus sa-  
tis est vacuus adorator. Hoc probat Magus,  
qui onustus auro, succensus thure, sacratu  
myrrha, Christi cunabulis inclinatur. Qua-  
le est, si quod fecit Magus, non faciat Chri-  
stianus? Quale est, si ad gaudium nascentis  
Christi fleat pauper, captiuus gemat, hos-  
pes lamentetur, eiulet peregrinus? Festa  
coelestia Iudaeis decimis semper honora-  
uit, Christianus quid de se sentit, si vel cen-  
tesimis non honorat? Fratres, ne quis me  
hoc dicere existimet declamantis studio,  
non dolentis affectu. Doleo, certe doleo,  
quando lego Christi cunabula Magos ri-  
gasse auro: & video altare corporis Christi  
Christianos vacuum reliquisse: & in tem-  
pore hoc praesertim, quando se pauperum  
fames vastat: quando se fundit turba la-  
mentabilis captiuorum. Non habeo, nemo  
dicat, quando Deus ex eo quod habes, non  
ex eo quod non habes, quarit: quando duo-  
zra viduae in acceptum dignanter ascribit.  
Deuoti sumus creatori, vt nobis deuota sit  
creatura. Proximorum nostrorum susten-  
temus angustias, vt ad nostris liberemur an-  
gustis. Repleamus altare Dei, vt nostra  
horrea repleat fructuum plenitudo. Certè  
si non damus: quia non accipimus, non  
queramus. Ipse autem Deus noster donet  
vobis tam praesentia, quam futura bona, per  
Dominum nostrum Iesum Christum, cui  
est omnis honor & perpetua gloria, vnà  
cum Spiritu sancto, nunc & semper, & per  
omnia saecula saeculorum, Amen.

*De diuite, cuius ager ferax.*

### SERMO CIV.



**V**OTIENS diues iste venit  
in medium, quem tot saeculis,  
orbe toto, die omni, clamor  
diuinae vocis accusat,  
totiens diuitiarum fallax fu-  
gatur illecebra, totiens cupi-  
dicatum furcens flamma restinguitur, aua-

ritiae totiens rabies vesana mitigatur. Sic  
namque hodie cepit Dominus Iesus. *Ho-*  
*minis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit*  
*& cogitabat intra se dicens: Quid faciam? quod*  
*non habeo, quo congregem fructus meos? Et di-*  
*xit, hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora*  
*faciam: & illuc congregabo omnia quae nata sunt*  
*mibi bona mea: & dicam anima mea: Anima,*  
*habes bona multa posita in annos multos, requiesce:*  
*manduca, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, Stul-*  
*te, hac nocte animam tuam repetunt à te, quae autem*  
*parasti cuius erunt? Miserum, què vbertas ste-*  
*rilem, abundantia anxium, inhumanum cop-*  
*ia, diuitiae fecere mendicum. Humanus*  
*ager, inhumanum Dominum sustinebat: &*  
*quod terra fundebat largiter, concludebat*  
*& congregabat anguste: vt esset alienorum*  
*cultos, qui esse suorum noluit protogator, in-*  
*gratus Deo, sibi nequam: hostis pauperum,*  
*diuitium nota, carcer naturae. *Homini cuiusdam**  
*diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat in-*  
*tra se. Quasi possit extra se quispiam cogita-*  
*re, sed intra se iste cogitabat, qui in corde*  
*suo impietatis consilio recepto nil pietatis si-*  
*bi, misericordiae nil reliquit. *Cogitabat intra se,**  
*dicens: Digno consiliario se usus, qui mali a-*  
*nimi non poterat habere solatium, non po-*  
*terat habere collegam. Et cogitabat intra se,*  
*dicens: Mens impia cum pietate certabat, &*  
*patiebatur intestinum bellum, qui miser-*  
*cordiae pacem perdiderat, & quietem. Et*  
*cogitabat intra se, dicens. Quid faciam? Interro-*  
*gantis vox est: & quem putas interrogabat*  
*iste? Erat in illo alter, quia ad eius penetra-*  
*lia iam diabolus possessor infederat: & qui in-*  
*trauerat in cor Iudae, mentis eius tenebat*  
*arcanum. *Quid faciam? quod non habeo?** Audi-  
*stis quomodo non habet diues? Ecce cla-*  
*mat, Non habeo. Verum est, quia non habet*  
*semper, qui quarit semper: & non habet*  
*vbi congreget, qui vt congreget sic requirit.*  
*Sed audiamus quid ei responderit consilia-*  
*rius internus. *Destruam horrea mea.** Euiden-  
*ter apparuit qui latebat: quia à destructione*  
*incipit semper inimicus: Agit, agit, vt quae*  
*habes destruas, & quae concupieris non re-*  
*formes. Miser diues ignarus de praesenti-*  
*bus, disputas stultissime de futuris. *Destruam**  
*nonnulla. Praesens vbi est sedes animae tran-*  
*stulisses: at nunc catenae horreorum tuorum*  
*strinxerunt fauces pauperum: vixerunt hos-*  
*pitum colla, esurientium viscera contriue-*  
*runt: vnde pauperum te praecedunt gemitus,*  
*& sequuntur, accusant te hospitum lu-*  
*ridi vultus: te turba impetit ludgens peten-*  
*tium: vt addictus à superno Iudice fatietate*  
*penarum capias, qui horreorum tuorum*  
*scras negando caeteris tibi met conclusisti.*

Cogitabat intra se diues, merito illi taliter A  
respondit, qui scit cogitationes hominum,  
quoniam vanæ sunt. *Stulte, hac nocte repe-*  
*tunt animam tuam à te, quæ autem parasti, cuius*  
*erunt? Bene stulte, quia ibi totum de carne*  
*fuerant, nil de corde: Bene stulte, quia mi-*  
*graturæ mox animæ condita satis longa*  
*præparabat. Hac nocte à te repetunt animam*  
*tuam.* Conuenienter hac nocte, quia fu-  
giens misericordiæ lucem, avaritiæ tene-  
bris se mancipat, dicendo: *Manduca, bibe,*  
*epulare.* Quod autem bibentes filij noctis  
sint, non dici, Apostolus sic declarat: Et qui  
inebriantur, nocte ebrij sunt: per obscura  
ferrur, assumitur per tenebras, qui vitæ sub-  
sidium suorum mandauit & condidit hor-  
reorum. *Repetunt animam tuam à te.* Quare  
non dixit, qui dederat, reperit, sed repe-  
tunt? Quia sanctorum Deus repetit ani-  
mas, & reducit: tartarei ministri repetunt  
& pertrahunt animas impiorum. *Et cogita-*  
*bat intra se, dicens: Quid faciam? quod non habeo,*  
*quo congregem fructus meos? Et dixit, hoc fa-*  
*ciam, destruaui horrea mea & maiora faciam, &*  
*illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi bona*  
*mea, & dicam animæ meæ: Anima, habes mul-*  
*ta bona posita in annos multos, manduca, bibe,*  
*epulare. Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte*  
*repetunt animam tuam: quæ autem parasti cuius*  
*erunt? Vnde iste diues sic præuentus est, vt*  
*magis cogitata perderet, quam parata: &*  
*impletum est illud Propheta. Exhibit spiri-*  
*tus eius, & reuertetur in terram suam, in il-*  
*la die peribunt omnes cogitationes eorum.*  
Cogitauit iste quid post se relinqueret, non  
quid præmitteret ante se: vnde iuxta Apo-  
stolum, Euanuerunt in cogitationibus suis,  
& obscuratum est insipiens cor eorum: æ-  
stimantes se esse sapientes, stulti facti sunt.  
Cui dicitur, stulte, & excitatus de somno  
præsentis vitæ in illa perperuitate nihil in-  
uenit in manibus suis: sicut dixit Psalmista:  
Dormierunt somnum suum, & nihil inue-  
nerunt omnes viri diuitiarum in manibus  
suis. Vigila ergo diues in opere bono, in D  
malo dormi: vt non sit manus tua pauperi  
vacua, vt tibi plena sit semper. Quia diues  
quantum largiter profundit, tantum largi-  
ter redundat in rebus. Esto ergo diues: in  
misericordia, si semper esse vis diues: &  
tunc erunt horrea tua maiora, tunc plena,  
si non fuerint largitate vacua, cupiditate  
inclusa.

De muliere quæ habebat spiritum infirmitatis.

SERMO CV.



**H**ODIE cura Christi, & di-  
uinæ virtutis dedit mira-  
bile documentum, & dia-  
bolicæ fraudis nudauit a-  
stutiam, & absoluit mulie-  
rem longo & obscuro vul-  
nere fauciatam: sicut ait Euangelista: *Erant Luc. 13.*  
*Iesus docens in synagoga sabbathis, & mulier quæ*  
*habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo:*  
*& erat inclinata, nec omnino poterat sursum re-*  
*spicere. Quam cum vidisset Iesus: vocauit illam,*  
*& ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.*  
*Et imposuit illi manus, & confestim erecta est,*  
*& glorificabat Deum. Habebat spiritum in-*  
*firmitatis, & erat inclinata: patebat vulnus:*  
*sed auctor vulneris non patebat: languo-*  
*rem videbant cuncti, sed languoris matre-*  
*riam non videbant: erat in aperto pœna,*  
*sed in ipsa pœna carnifex latebat inclusus:*  
*corpus aspiciebatur incuruum, sed non a-*  
*spiciebatur incurui corporis pondus: in me-*  
*dio ciuium portabat mulier hostem suum,*  
*sed hostem ciues vt percellerent, non vi-*  
*debant. Ars nequissimi spiritus, corporis*  
*necessitas credebatur: vt prædo callidus te-*  
*neret captiuam dolo, quam tenere viribus*  
*non valebat. Diabolus nihil esset, si essent*  
*solicitiores homines & cautiore. Aut quid*  
*in homine vnquam præualuit ille virtute,*  
*nisi arte, mēdacio, insidiis, fraude, dolo, ne-*  
*quitia, vitiorum ministerio, furore crimi-*  
*num? Ille voluntates hominum semper ex-*  
*plorat, & bonas quidem voluntates refu-*  
*git: malis autem voluntatibus obsecundat,*  
*vt sit minister scelerum, criminum leno,*  
*parasitus ipse vitiorum. Et quia potestate*  
*non potest: dominatur turpissimis mentib.*  
*turpissima feruitute. Sic mendacio decepit*  
*Euam, sic cupiditate laqueauit Iudam: sic*  
*Iudæos cæcauit inuidia, sic Gentes idolo-*  
*rum caligauit errore, sic confudit populos*  
*pompa rerum, sic paruulos vanitate ne sana*  
*saperent, occupauit. Denique quid circa*  
*præsentem mulierem molitus sit, audia-*  
*mus. Et ecce, inquit, mulier, quæ habebat spiritum*  
*infirmitatis annis decem & octo, & erat inclina-*  
*ta: nec omnino poterat sursum respicere. Videtis*  
*quia hæc mulier depressa nequissimi spiri-*  
*tus onere suspirabat, qui semper oneribus*  
*peccatorum deprimit homines, & incli-*  
*nat ad terram: ne cœlum videant, ne aspera*  
*sapiant, ne Deum aspectent, ne ad liberta-*  
*tem suam per suum reuertantur auctorem*

Psal. 93.

1. Thess. 5.

Psal. 145.

Rom. 1.

Psal. 75.

Gen. 3.  
Marc. 14.  
Marc. 15.

sed inclinato capite, defixis oculis, prono vultu, captiui sub iugo semper hostis teneatur antiqui. Sic premebatur Publicanus ille, qui oculos suos ad cœlū tollere nō valebat, sed percuriebat peccati consciū peccatus, & quia negandi locus non erat, locum misericordiæ perquirebat, dicendo, Deus propitius esto mihi peccatori. Hoc sustinēs Propheta beatissimus sic canebat, Iniquitates meæ superposuerunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me. Et vt sui operis aperiret auctorem, alibi sic profatur, Verticem capilli perambulantium in delictis suis: quia qui non resistunt delictis, sed perambulant in eis, eorum diabolus & equitat, & percurrit in verticem: vt qui ad mala suo vadunt studio, ad peiora diaboli ducantur impulsu: Apostolo dicente, Tanquam euntes ducebamini. Sed quid in hac historia spiritualis intelligētia maneat, perscrutemur. *Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quæ est ista, cuius infirmitatis etiam tempora describuntur? Quæ est ista, cui ferre de terra, sed inclinare, aut languor calidus sic studebat? Quæ est? Hæc quæ modo est sanctorum genitrix Ecclesia sancta filiorum, quæ, sicut dicit Apostolus, spiritus aëris huius, spiritus diffidentia, spiritus erroris, spiritali vexabat incommodo, atque ita ponderibus diuersis pronam dabat & deponebat ad terram, vt ad cœlum nunquam subleuaretur aspectu. Sed quid est quod hæc quæ Ecclesiæ typum portat, in synagoga sic reperitur incurua? Quid est? Quia dum fugit gentiū sacrilegia, & declinat sarcinas idolorum, grauiora incurrit, & portauit pondera synagogæ, probante Domino, cum dicit: Væ vobis Scribæ & Pharisei, qui alligatis onera graui, & imponitis super humeros hominum: Ipsi autem nec vel minimo digito ea vultis mouere. Vnde & beatus Petrus: Nunc ergo quid tentatis Deum, inquit, imponere iugum super ceruices discipulorū quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Hinc est quod Christus ab his oneribus homines cupiens alleuiare, clamat: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: tollite iugum meum super vos, quia suaue est. Cū dicit omnes, & Iudæos vtique vocat, & Gentes. Sed quare per decem & octo annos mulieris huius trahitur egritudo? Quia nisi decalogus legis ogdoadis venisset ad gratiam, nunquam sancta Ecclesia, nunquam mulier hæc ad plenitudinem temporis, ad diem salutis, ad tempus acceptum, ad*

fui saluatoris præsentiam peruenisset. Hæc autem mulierem gessisse Ecclesiæ sic figuram ipsius qualitas curationis assignat. *Vocauit, inquit, ad se illam, & imposuit illi manus.* Sic curare semper Ecclesiam satis nouit, qui fieri Christianus meruit, & quotidie fieri conspicit Christianos. Namq; vt incuruus peccatis erigatur Gentilis ad cœlum, prius a Gentili per impositionem manuum, nequam spiritus effugatur. Nam qui solo verbo fugarat dæmones, & infirmitates omnes sola sanauerat iussione: quare super hanc mulierem suas imponit manus? Quare circa istam curandi ordinem nouat, nisi quia iam tunc in vna sanat omnes: imò quia nō antè suscipit Ecclesiam, nisi eam per impositionem manuum suarum purget à diabolo, & faciat Christianam: & amplius faciendorū Christianorum curam præsentis eurtæ formet & instituat sacramento? Sed Archifynagogus indignatur, quare Christus sabbathis curet, hodieq; Iudæus in Ecclesiæ cura zeli furore torquetur: dum cœlestes sensus intelligentia terrena præuoluit, ac putat sabbathum iumentis, non hominibus consecratū, qui periclitanti boui, vel asino sabbatho festiuis occurrit, hominique morienti sabbatho pietatis quicquam, miserationis quicquam, non indulget. Et hoc facit excors, vt in pectore violet sabbathum: & in homines ipsam violet sanctitatem, ac sic Deo Dei lege præscribit: & obseruando sabbathum, Deo sabbathum sic refundit, quod Deus Iudæo pro labore terreno, & opere carnis clementer indulgit. Et cōuersi sunt in arcum peruersum, qui in Dominū legis, legis præcepta rectissima sic retorquent. Iudææ, qui te ab humanis, vt vel vno die, vel sabbatho, salutis tuæ curatione cessares. *Deest quippiam.* Et tu Christiane, diē Domino dominicum serua, si vis illum videre Domini diem, si vis quicquid est dominicum per Dominum possidere.

*De ficu quæ fructum non protulit.*

## SERMO CVI.



Sicut peritus magister ad audiendum rudes, ad intelligendum tardos, discipulorum sensus vario genere doctrinæ pulsata, suscitata, accendit ingenium: ita Dominus similitudinibus variis, diuersis comparationibus,

populorum pigros, tardosque animos ad A  
 euangelicum conuocat & inuitat auditum:  
 namque hodie sic cœpit: *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quaerens fructum in illa, & non inuenit: dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce tres anni sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: succide eam, ut quid & terram occupat? At ille respondens, ait illi, Domine, dimitte illam etiam hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora, & siquidem fuerit fructum: sin autem, in futuro succides illam. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua. Rogo quid tam planum, quid tam lucidum, quid tam cominune, quid rusticis sit vernaculum, quid proprium sit peritis, quàm propositæ similitudinis forma? Quæ de generali vsu veniens omnes & verbo instruit & conuertit exemplo. Infructuosa arbor intricat cespitem, necat spatia, exhaurit terræ vires, cultorem conficit damno, afficit tædio possidentem: ac sic excidere istam lucrum est, est istam commodum non habere. Sic homo utique, qui naturæ donum, munus animæ, rationis beneficium, excellentiam sensus, iudicium mentis, artis industriam, culturæ bonum, per steriles atque inopes actus reuertit, occupat, mergit, auctori fructum, cultori gratiam negat, sicut arbor è terra, sic iste è vita meretur excidi. Et sicut infœcunda arbor si fuerit in vinea, dum fundit mortiferam subiectis viribus umbram, inimica non sibi soli, sed etiam palmitibus sic fecundis: ita homo deses, ignauus, si præsit populis, non sibi soli fit noxius, sed multis: dum sequentes se suo vitiat & perdit exemplo: Sed hanc similitudinem quare Dominus dixerit, audiamus: Arbor ficus, brumali tempore tranfacto, dum grossos producit in florem, & simulat suum suis floribus fructum, decipit incautos, illudit ignaros. Nāque mox projicit grossos, pigrum proficit & prorumpit in germen: & fit posterior cæteris fructu, quæ videbatur cæteras anteisse. Merito ergo à Domino synagoga arbori fici comparatur, quæ calefacta tempore legali temporaliter ecclesiastici fructus floruit in figura. Patriarcharum namque radice solidata, sacerdotali exaltata culmine, Prophetiis dilatata ramis, Iudaicæ obseruationis repleta grossis florebat, tunc spe sola fructum datura per Christum, imò ipsum Christum datura post fructum, dicente Psalmista: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vnde sancti sciētes hæc, spem fructus ex flore capiebant, & solabantur præsentia de futuris: videntes iam iamque succedere æterna mortalibus, perpe-*

Psal. 137.

tua caducis, Legi gratiam, Synagogæ Ecclēsiam, cælestia terrenis, humanis diuina, omnibus Christum: quem quia venturum longa patientia sustinebant, venisse fidei gaudio sunt gauisi. Ex istis erat Simeon ille, cui promissum erat ut non videret mortē, donec videret Christum Domini quem in vlnas habens, talem prorupit in vocē: Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, Quia viderunt oculi mei salutarem tuum. Ignari vero dum fiduciam gerunt in lege tota, neque sunt de Christi expectatione solliciti, neque suscipere Christum, neque agnoscere meruerunt: & ita sunt legalibus decepti flosculis, sicut nescios grossis suis decipit ficus. Hinc est quoddam Dominus aduentus sui tempora scire cupientes mittit ad ficum, dicens: Vide. Luc. 21.  
 te ficulneam, & omnes arbores cum producunt iam fructum: scitis quia prope est ætas, ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote, quia prope est regnum Dei. Videtis quia ficus non signat præsentia, sed indicat sic futura. Sed iam per ordinem propositum prosequamur exemplum. *Arborem fici habebat quidam plantatam, in vinea sua.* Synagoga est arbor ficus, possessor arboris Christus, vinea in qua refertur plantata arbor ista, Israeliticus est populus: Isaia Propheeta sic dicente: Vineam Domini sabbaoth domus Israël est. *Venit, inquit, quaerens fructum in illa, & non inuenit.* Venit Christus, & in synagoga fructum fidei reperit nullum: quia tota dolis erat inumbrata perfidix. Ad ficulneam venit Christus, ad quam legitur Adam nudus fugisse post culpam: dicente Geneleos libro: Et cognouerunt quia nudi sunt: & confuerunt folia fici, & fecerunt sibi succinctoria. Venit ergo ad ficum Christus, ut inueniret Adam, ut nudum tegeter corpore suo suo corporis indumento: cuius ficus non velabat, sed stimulabat pudorem: cuius ficus ista, id est synagoga, circumcisionibus suis nudabat patrem verecundi corporis, non tegebat. *Venit, inquit, quaerens fructum, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac, & non inuenio, succide eam.* Cultor vineæ, qui infructuosam ficum iubetur excidere, est præsul synagogæ augelus, qui sterilitatem, quia non potest excusare, inducias impetrat supplicando. Sed illud prætereundū non est quod dixit, *ecce anni tres sunt.* Tres anni, tria sunt tempora per quæ Christus ad synagogam fructum quaesiturus aduenit, id est, per Legem, per Prophetas, per ipsam sui præsentiam corporalem, ut infructuosa ficus, quæ iam diuini-

Luc. 21.

Luc. 21.

Isa. 5.

Gen. 3.

nitari fructus, velut non necessarios denegabat, vel homini, vel esurienti, vel manducaturus Christo cibos necessarios non negaret. Sed nunc quid cultor vineæ responderit, audiamus. *Domine, dimitte illam & hoc anno.* Cultor vineæ concedi adhuc Evangelici temporis precatur annum, de quo Iſaias dicit: *Prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Ut quid? Vſque dum fodiam circa illam.* Vult eam Apostolico vomere perfodere, quia legalis cultri non valuit sentire culturam. *Et mittam stercorea.* Tantæ radici necessaria, quæ pro tanta pinguedine cespitis sancti tora cœlesti imbre non meruit esse fecunda. Ficus sterilis, synagoga misera miseratione gentium stercorea: ut vilissimis adiuta fomentis redeat ad fructum quæ tanto & precioso vberè decessit ad fructum, quæ si post hæc in eadem sterilitate permanferit, iam non cultoris falce, sed ipsius dominantis securi desperata & inutilis succideretur. Et ideo non dixit in futuro succidam eam, sed succides eam: iuxta illud Ioannis: *Iam securis ad radicem arborum posita est.* Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Quia post Evangelici cultum temporis infructuosas arbores securus iudicij succidet, & nouissimum suscipiet & cremabit incendium.

Isa. 61.

A quemadmodum igitur sanctitatis regulam disciplinis monasterialibus imbutus exercet. Pallent ora ieiunijs, macies corpus attenuat, eleemosyna pro delictis supplicat, lachrymæ peccata baptizant. Sed ne fortè hoc deuoti populi turba miraretur, solet Petrus flere, cum in eum Christus intendit. Nec quisquam in Apostolo imbrem irrigui luctus accuset: *Iucundæ sunt lachrymæ, quæ gaudium immortalitatis emerunt.* Ipse est ergo custos fidei, petra Ecclesiæ, ianitorque cœlorum. Ipse est Apostolicus piscator electus, qui ad se turbas errorum fluctibus mersas hamo sanctitatis inuitat, & doctrinæ suæ reti concludit ad fidem hominum multitudinem copiosam. Est etiam ipse beatissimus & apostolicus auceps, qui animas iuuenum per aëra volantes calamo diuini sermonis attingit. Iure igitur venerabilis Dei sacerdos olim Apostoli nactus vocabulum, nunc adeptus & meritum, ferit in populos præcepta iustitiæ, & manifesta luce referat sacrorum voluminū mysticas quaestiones: tantumque est in cœlestibus magisterium disciplinis, ut qui conuertitur, ipsi absolutionem debeat: qui non corrigitur sibi reatum. Omnis vndique ad eum ex diuersis regionum partibus visendi studio turba concurret. Quicumque inuias felitudines, aut latentes eremi latebras incolebāt, mirabilem Petrum magis veniunt videre, quàm seculum: *Datum est illis aliquando discere, difficilius quidem, sed gloriosius, mundo præsentem luctari: & aduersus instructas delinquentes turbas aciem quandam disponere sanctitatis.* Quanta enim in mundo positus post certamen palma est, si in solitudine constitutus sine luctamine coronæ debentur: Vnde fratres, Quoniam beatissimus Petrus omnia quæ sunt diuinæ virtutis, prædicationis vos suæ doctrina instruit, pariter & exemplis edocet, deprece-mur Dominum Deum nostrum, ut æuo longissimo doctrinæ cœlestis vos sermone lætificet.

Matth. 26.

Mar. 16.  
Luc. 5.

IN DIVVM PETRVM  
Episcopum.

SERMO CVII.



**L**icet fandi sterilitas silentium mihi indicare videtur, loqui tamen vehementia cogit & sanctitas imperantis. Præstantius est enim imperium prode-re eloquium, quàm officiosum negare sermonem. Quis ergo tanti viri adhortationem recuset, cui è cœlo cõtigat & Apostolici vocabulum, & summi priuilegium sacerdotis? Neque enim absque diuino iudicio fuisse credendum est, quod prima illa viuendi rudis infantia tanti nominis adepta est dignitatem? Quem tunc affuisse, nisi Deum ipsum putamus, cum nescij parentes de futuris meritis iudicaret? Petrum enim vocari in alijs appellatio nominis est, in hoc prærogatiua virtutis. Verè beatus Petrus immobile fundamentum salutis talem se exhibet in sacerdotio, quales videri volūt, qui sacerdotium concupiscūt.

*In Verba Apostoli, Obsecro vos per misericordiam Dei, & cetera.*

SERMO CVIII.



**M**ira pietas, quæ ut precetur, ut largiatur, exorat. Hodie naq; beatus Apostolus nõ humana pctens, sed diuina cõferēs, sic precatur: *Obsecro, inquit, vos, per misericordiam Dei, Medicus aũstera reme-*

Rom 12.

dia cum recipere persuadet aegrotos, agit precibus, non compellit imperio: sciens infirmitatis, non voluntatis esse, quod salutaria respuit, quoties profutura repellit infirmus. Et filium pater non potestatem, sed amore ad rigorem pertrahit disciplinæ, non ignorans quam sit aspera immaturis sensibus disciplina. Et si corporalis infirmitas ad curam precibus sic mouetur, sic puerilis animus vix ad prudentiam ducitur blandimentis, quid mirum si Apostolus, qui semper est & medicus & pater, humanas mentes morbis carnalibus fauciatas, ut ad remedia diuina subrigat, sic precatur: *Obsecro, inquit, vos per misericordiam Dei.* Nouum genus obsecrationis inducit. Quare non per virtutem? quare non per maiestatem, non per gloriam Dei, sed per misericordiam Dei? Quia per ipsam solam & Paulus crimen persecutoris euasit, & Apostolatus tanti indeptus est dignitate: sicut ipse fateretur, dicēs: Quia prius sui blasphemus & persecutor, & iniuriosus, sed misericordiam Dei consecutus sum. Et iterum, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quia Christus in hunc mundum venit peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, sed misericordiam suam consecutus, ad exemplum omnium, qui credituri sunt illi in vitam æternam. *Obsecro, inquit, vos, per misericordiam Dei.* Rogat Paulus, imo per Paulum rogat Deus: quia plus amari vult, quam timeri. Rogat Deus, quia non tam Dominus esse vult, quam pater. Rogat Deus per misericordiam, ne vindicet per rigorem, Audi rogantem Dominum: Tota die, inquit, expandi manus meas. Nonne qui expandit manus, ipso habitu rogat? Expandi manus meas: ad quem? Ad populum. Et ad quem populum? Non tantum non credentem, sed contradicentem. Expandi manus meas. Distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, gremium pandit, ut patrem se tantæ obsecrationis demōstret affectu. Audi & aliter rogātem Deum: *Popule meus quid feci tibi, aut quid contristauit te?* Nonne dicit? si diuinitas ignota est, vel caro sit nora. Videte, videte in me corpus vestrum, membra vestra, vestra viscera, ossa vestra, vestrum sanguinem. Et si quod Dei est, timetis, quare vel quod vestrum est, non amatis? Si Dominum fugitis, quare non recurritis ad parentem? Sed fortè vos passionis meæ, quam fecistis, magnitudo confundit. Nolite. † Crux hæc, non meus, sed mortis est aculeus. Clauis isti non mihi infligunt dolorem, sed vestram mihi infligunt alacritatem. Vulnere hæc non educunt gemitus meos, sed magis vos meis visceri-

1<sup>a</sup> Thim. 1.

Esa. 63.

Mich. 6.

bus introducunt. Extensio corporis mei vos dilatat in gremium, non meam crescit in poenam. Sanguis meus non mihi deperit, sed vestrum prorogatur in precium. Venite ergo, redite, & vel sic probate patrem, quem videtis pro malis bona, pro iniurijs amore, pro vulneribus tantis tantam reddere charitatem. Sed iam quid obsecret Apostolus, audiamus: *Obsecro, inquit, vos, ut exhibeatis corpora vestra.* Apostolus rogando sic omnes homines ad sacerdotale fastigium prouexit. *Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuam.* O inauditum Christiani pontificatus officium, quando homo sibi ipse est & hostia & sacerdos, quādo homo non extrinsecus, quod Deo est immolaturus, inquit: quando homo secum, & in se, & quod pro se est, Deo sacrificaturus apportat: quando & eadem manet hostia, idem permanet & sacerdos: quando hostia maceratur & viuit, sacerdos nescit occidere qui litabit. Mirum sacrificium, ubi corpus sine corpore, sine sanguine sanguis offertur. *Obsecro, inquit, vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuam.* Fratres, hoc sacrificium Christi descendit ex forma, qui corpus suum pro vita seculi vitaliter immolauit: & vere corpus suum fecit hostiam viuam, quia viuit occisus. In tali ergo victima mors expenditur, hostia permanet: viuit hostia, mors punitur. Hinc martyres morte nascuntur, sine inchoant, occisione viuunt & in cœlis lucent, qui in terris putabantur extincti. *Obsecro, inquit, vos fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam.* Hoc est illud *Psal. 39.* quod Propheta cecinit, Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi. Esto homo, esto & da sacrificium: & sacerdos, non amittas quod tibi diuina dedit & concessit auctoritas, induere sanctitatis stolam, præcingere baltheum castitatis, sit in velamento capitis tui Christus: D Crux in frontis tui munimine perseveret, pectori tuo appone diuinæ scientiæ sacramentum, in odorem thymiana semper orationis accende, arripe gladium Spiritus, altare cor tuum pone: & sic corpus tuum admoue Dei securus ad victimam, Deus fidem, non mortem querit: votum, non sanguinem sitit: placatur voluntate, non nece. Hoc probat Deus ad hostiam Abraham: sancti filium cum poposcit. Nam quid aliud Abraham quam corpus suum immolabat in filio? Quid aliud Deus quam fidem requirebat in patre, qui filium sicut offerri iussit, sic non permisit occidi? Tali ergo homo confirmatus exemplo, offer corpus

Gen. 22.

tuum, & non solum maſta, ſed etiam ſeca per omnia virtutum membra. Quia toties tibi vitiorum artes moriuntur, quoties à te Deo viſcera fuerint immolata virtutum. Offer fidem, vt perfidia ſit punita: immola ieiunium, vt voracitas ceſſet: ſacrifica caſtita- tem, vt moriatur libido: impone pie- tatem, vt deponatur impietas: inuita miſe- ricordiam, vt auaritia deleatur, & vt con- ſumatur ſtultitia, ſemper ſanctitatem con- uenit immolare: ſic fiet corpus tuum tua hoſtia, ſi nullo peccati iaculo fuerit ſaucia- ta. Viuit corpus tuum homo, viuit, quoties à te Deo virtutum vita vitiorum mortibus immolatur. Non poteſt mori qui vitali gla- dio meretur occidi. Ipſe autem Deus no- ſter, qui eſt via, veritas & vita, & à morte nos liberet, & perducatur ad vitam.

## IN EADEM,

## SERMO CIX.



Quoniam præcedens ſermo tantum primordia cogit apo- ſtolicæ lectionis, nunc de his quæ ſequuntur, quod Domi- nus inſpirat audiamus, ſic e- nim cœpit: *Obſecro, inquit, vos, per miſericordiã Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam.* Nunquid Apoſtolus ſic dicendo, ſola cor- pora digna diuinis hoſtiis probat? & animas velut reprobas aut tacet, aut præterit, aut relinquit? Nonne anima de cœlo eſt, corpus è terra? hoc regitur, regit illa: illa domina- tur, hoc ſeruit? hoc viuit, viuificat illa? illa manet, hoc deficit? hoc ætates patitur, illa neſcit? & ad extremum mors, quæ tan- tum dominatur in corpus, nec anima præ- ſente contingit? Et quid eſt quod tacetur anima, & ſolum corpus ad Dei hoſtiam ſic vocatur? Fratres, hic Apoſtolus honorat corpus, non minorat animam. Nam corpus quod capiunt peccata, quod delicta vin- ciunt, quod deprimunt crimina, quod vitia corrumpunt, quod deiiciunt paſſiones: hoc Apoſtolus cupit ſoluere, liberare ſtudet, la- borat at tollere, expirare contendit, vt cor- pus ad originem animæ conſcendat, non anima deſcendat corporis ad naturam: & corpus animam comitetur ad cœlum, non anima corpus ſequatur ad terram. Audi ſcripturam dicentem, anima qualibus & quantis corporis aggrauetur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimat terrena cogitatio ſenſum multa cogitatem.

A Ergo non deponi animam, ſed corpus A- poſtolus vult leuari: & animam & corpus, id eſt, hominem totum, ad hoſtiam ſan- ctam, ad placitum Deo ſacrificium vult ve- nire. Quod autem & anima ſit Dei ſacrifi- cium Pſalmiſta declarat, dicens, *Sacrificiũ Deo Spiritus contribulatus.* *Vt exhibeatis cor- pora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, placentem Deo.* Quia non homo ex eo quod viuit, pla- cet: ſed placet ex eo, quod bene viuit: nec ex eo fit homo hoſtia ſi ſe Deo offerat, ſed ſi ſanctè offerat Deo. Quantum enim imma- culata viſtima placat Deum, tantum Deũ viſtima, ſi maculata fuerit, exacerbatur. Au- di dicentem Deum, Non offeras mihi clau- dum, non luſcum, non mortis contagione pollutum, ſed maturum ſine macula. Hinc eſt quod Apoſtolus viuam Deo petit ho- ſtiam. Ergo, fratres, ſi nos ipſius propitia- tionis incenſum.

*Deſunt nonnulla.* Probat hoc Cain, qui cum Deo parua, à quo totum perceperat ingratus Pontifex ſic diuiſit, vt quod erat peſſimum, hoc adoleret altari: quod erat optimum, in ſuam reſeruaret offenſam: de- nique cũ ſuaſuo male cum patitur auctore, ſe ſuoſque poſteros & à vita: & ab humano genere perdiuiſit. Ergo Abel ſequamur ad præmium, non Cain comitemur ad pœ- nam. Abel agnum portans ad Dei ſacrificiũ, ſicut agnus aſſumitur: Cain geſtans ſibi ſti- pulam, fomētum ſibi per quod exureretur, inuenit. *Vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctam, placentem Deo, rationabile obſequiũ veſtrum.* Quantum placat obſequium quod ratione ſubnixum eſt, tantum quod ratione nõ habet, exacerbatur. Rationabile obſequiũ, quod non præſumptione turbatur, non re- meritate confunditur, non violatur illicitis, non ſimulatione fucatur. Ad obſequium Regis militaris ſtatjo contremiſcit: humana dominatio exigit ſollicitam ſeruitutem, ad arbitrium iubentis timor obedientis inuigi- lat: quia & cauta deuotio præmium iuſtæ remunerationis acquirit, & temeritatis pœ- nam præſumptrix ſeruitus nõ euadit. Quis non vocatus ad aula regalis ſe proripit ſer- uitutem? Quis ſine titulo militæ ſe auſus eſt profiteri? Quis ſine dignitatis infulis nomẽ dignitatis inuadit? Et ſi hæc penes homines ſollicita, cautaque ſunt, ſi ratione cõſtant, ſi conualeſcunt ordine, ſi tremore ſeruantur: quanto penes Deum magis cauta eſt deuotio, magis tremẽda ſeruitus, magis ſollicitus cultus, vt diuinum ratione præſter obſe- quium? *Rationale, inquit, obſequium veſtrum.* Obſequium ratione calens, ſeruor eſt: furor eſt, quod ratione non frænatur. Hinc Iu-

Rom. 12.

Sapient.

Lea. 10.  
1. Reg. 17.

daicus populus Deum dum sibi præter rationem querit, Deum qui cum ratione seruiebat, amisit. Hinc filij Aaron dum rationis sunt immemores, dum præsumunt terrenos ignes diuinis ignibus admouere, flammam sacrificij salutatis in pœnale sibi incendium commutarunt. Hinc Saul tremens regali vertice, dum putat sibi, & de sacerdotis quid licere, regnum quod acceperat, altaris temerator amisit. Hinc Iudæus dum legem sine legis ratione excolit, legis interemit auctorem. Hinc Gentilis dum Deorum populis, & deorum monstis nescius rationis obsequitur, ad Dei, qui vnus & verus est, peruenire non meruit seruitutem. Hinc Arrius patri se putat obsequi filium blasphemando: & dū filio dat initium, patri finē miserandus imponit. Hinc Photinus dum cœternum patri filiū negat, pater vt pater non semper fuerit elaborat. Hinc omnes hæreses dum feruntur ad diuinitatis iniuriam, dum Trinitatem mentiuntur vocabulis, blasphemij obsequuntur. Nos autem, fratres, & corpora nostra aptemus in viam Dei hostiam, & obsequium nostrum rationabile procuremus, vt sit fides vera, pura conscientia, mens sobria, spes firma, cor mundum, caro casta, sanctus sensus, pius animus, tuta ratio, casta charitas, larga misericordia, vita sancta, verecundus habitus, & ad omne Christi obsequium humilitas nostrum semper comitetur incessum.

In Verba eiusdem, Non est autem scriptum  
propter Abraham tantum, &c.

SERMO CX.



Beatus Apostolus primis & nouissimis, id est, Iudæis & Græcis, fidei vexillum vnicum, semper & singulare erigit ad salutē: quod quisquis habere non meruerit & tenere, cœlestium possidere non poterit gloriam triumphantium. Solum est fratres, quod cōtra perfidiam dimicantibus aciem dirigit, Regem indicat, connectit socias, impiūmq; hostem sola sui visione terrificat. Sic enim hodie cœpit, Non est autem scriptum propter Abraham tantum, quod reputatum est illi ad iustitiam: sed & propter nos credentes in eum: qui suscitauit Iesum Dominum nostrum & mortuis. Videtis, fratres, quia dum priores futura, dū præterita credunt posteris, sic vno itinere fidei vtrique perueniunt ad salutem: dum illi venturum Christum, nos iam venisse profitemur, illi

Rom. 6.

vsq; ad mortem more hominis descensurū mirantur & credunt, nos esse mortuum, & resurrexisse gloriamur. Et quid plura, fratres? Ideo salus hæc tam antecedentium, quam sequentium oculis est negata, vt tota esset in fide. Quod autem dixit, Qui suscitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis. Ne quis ab alio credat, ipse sui factor & resuscitator est corporis, qui dixit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, neque enim ab alio resurrectio suscitari, neque ab alio viuificari vita potuit: nec eadem negare sibi; quod erat omnib. collatura. Quia nec fons sitit, nec panis esurit, nec Sol indiget luce, nec requies ipsa lassescit. Qui traditus est, inquit, propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. Traditus propter delicta: non vt ea quæ non poterat mori, vita puniretur, sed vt delicta quæ nos à vita exulauerant sola delerentur. Et resurrexit propter iustificationem nostram. Manente cōdemnatione iustificari non potest condemnatus: nos ergo quos primi culpa sic parentis addixerat, vt mors obnoxios sibi iure retineret, Christus cœlestis & verus parens soluta mortis cōdemnatione per mortem propriam resurrectione iustificat: vt nō reus pereat, sed reatus: ipsaq; pœna, id est mors quæ reos fuerat iussa percellere, merito deficiat: & suæ amittat infulas potestatis. Cur innocentem, cur ipsum iudicem crudelis & impia est causa contingere? & ideo addidit. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum. Hoc est dicere, designat, definat mater diffensionum, hostis quietis, pacis inimica cōtentio, non extollatur Iudæus per legē, Gentilis nō superbiat per naturam, Philosophus ab opinionibus suis spumosis & inanib. detumescat: nemo de meritis, nemo de operibus, gloriatur: quia vitā quam præuaticatio prima sustulerat, & elōgauerat à nobis furiosa cōtērio, restituit & reddidit pax diuina. Pacem habeamus ad Deum, per Dominū nostrū Iesum Christum. Terra non rebellet in cœlos, caro non insurgat in spiritum: sed supernæ pacis humilis perpetem iungatur ad gloriā. Per quem accessum habemus. Quia nobis ipse factus est via, Fide in gratiā istam. Dux viæ istius fides est fratres. In quo stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Stamus certe fide, non corpore: & in spe, non in re iam percepta gloriamur. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationib. scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem: probatio autem spem, spes vero non confundit. Ecce quibus ætaticibus iustus perfectum roboratur in viri in tribulatione, patientia, probatione, spe.

Tribulatio

A vsq; ad mortem more hominis descensurū mirantur & credunt, nos esse mortuum, & resurrexisse gloriamur. Et quid plura, fratres? Ideo salus hæc tam antecedentium, quam sequentium oculis est negata, vt tota esset in fide. Quod autem dixit, Qui suscitauit Iesum Dominum nostrum à mortuis. Ne quis ab alio credat, ipse sui factor & resuscitator est corporis, qui dixit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, neque enim ab alio resurrectio suscitari, neque ab alio viuificari vita potuit: nec eadem negare sibi; quod erat omnib. collatura. Quia nec fons sitit, nec panis esurit, nec Sol indiget luce, nec requies ipsa lassescit. Qui traditus est, inquit, propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. Traditus propter delicta: non vt ea quæ non poterat mori, vita puniretur, sed vt delicta quæ nos à vita exulauerant sola delerentur. Et resurrexit propter iustificationem nostram. Manente cōdemnatione iustificari non potest condemnatus: nos ergo quos primi culpa sic parentis addixerat, vt mors obnoxios sibi iure retineret, Christus cœlestis & verus parens soluta mortis cōdemnatione per mortem propriam resurrectione iustificat: vt nō reus pereat, sed reatus: ipsaq; pœna, id est mors quæ reos fuerat iussa percellere, merito deficiat: & suæ amittat infulas potestatis. Cur innocentem, cur ipsum iudicem crudelis & impia est causa contingere? & ideo addidit. Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum. Hoc est dicere, designat, definat mater diffensionum, hostis quietis, pacis inimica cōtentio, non extollatur Iudæus per legē, Gentilis nō superbiat per naturam, Philosophus ab opinionibus suis spumosis & inanib. detumescat: nemo de meritis, nemo de operibus, gloriatur: quia vitā quam præuaticatio prima sustulerat, & elōgauerat à nobis furiosa cōtērio, restituit & reddidit pax diuina. Pacem habeamus ad Deum, per Dominū nostrū Iesum Christum. Terra non rebellet in cœlos, caro non insurgat in spiritum: sed supernæ pacis humilis perpetem iungatur ad gloriā. Per quem accessum habemus. Quia nobis ipse factus est via, Fide in gratiā istam. Dux viæ istius fides est fratres. In quo stamus & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Stamus certe fide, non corpore: & in spe, non in re iam percepta gloriamur. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationib. scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem: probatio autem spem, spes vero non confundit. Ecce quibus ætaticibus iustus perfectum roboratur in viri in tribulatione, patientia, probatione, spe.

1. Tim. 10.

Rom. 7.

Tribulatio fratres, velut prima iusti viri A  
 concutit & conturbat infantiam: sed cum  
 inuenerit ista patientem, ad maiora adoles-  
 centem iam bonæ indolis tunc erudit. *Tri-  
 bulatio patientiam operatur.* Patientia est fra-  
 tres, quæ Christi iuuenem aptum probat  
 esse virtutibus. *Spes vero non confundit.* Spes  
 est quæ virum perficit: & ad mensuram  
 Christi plenitudinis indefessa perducit.  
 Perfectæ virtutis est, quod in re non teneas  
 spei robore possidere. *Quia charitas Dei dis-  
 fusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum,  
 qui natus est nobis.* Et vt diffusæ in nos diui-  
 næ charitatis ostenderet qualitatem, adie-  
 cit: *Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi  
 essemus secundum tempus pro impijs mortuus est?  
 Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono  
 forsitan quis audeat mori. Commendat autem  
 charitatem suam Deus in nobis: quia adhuc cum  
 peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.*  
 Si Christus genus hominum sic dilexit, vt  
 daret pro impijs & peccatoribus mortem  
 suam: iustis eum qui credimus largiturum,  
 quam vitam suam, regnum suum, gloriam  
 suam? Ex te suscepit mortem, quam impijs  
 impenderet super terram: referuat tibi,  
 quod in se, & per se semper possidet & pos-  
 sident in celo. Dicamus ergo cum Prophe-  
 ta: *Quid retribuam domino pro omnibus  
 quæ retribuit mihi? Calicem salutaris acci-  
 piam. Hoc est, & ego moriar pro illo. Et  
 quid simile? Ille sponte pro impio & pecca-  
 tore: ego vix pro iusto & bono: ego vix  
 quia me ad mortem non tam voluntas,  
 quam necessitas ducit. Audi ipsum dicen-  
 tem ad Petrum: Cum autem senueris, præ-  
 cinget te alius, & ducet quo tu non vis. In  
 aduersis fratres, necessitas voluntati non  
 potest comparari: acquiescere necessitatis  
 est, velle virtutis. Volenti mors ipsa subie-  
 cta est, quia semper dominata est mors no-  
 lenti. Et tamen fratres, quia diuinæ chari-  
 tatis nil simile potest homo redhibere, det  
 quod potest: quia secundum quod habet, D  
 acceptus est, Desiciat ad gloriam, mori-  
 tur ad vitam, pereat ad salutem. Glorie-  
 mur fratres, de noua istius commutatione  
 commercij: quia mors quæ erat inter ho-  
 mines reparatio tota pietatis, per Chri-  
 stum diuinæ commendatio est facta chari-  
 tatis.*

Psalm. 113.

Ioan. 21.

IN VERBA EIVSDEM,  
 propterea sicut per vnum hominem peccatum  
 in hunc mundum intravit, &c.

SERMO CXI.

**R**æsens fratres, Apostoli lectio  
 cum dicit, per vnum hominem  
 mundum totum suscepisse sen-  
 tentiam: nõ ad perorandum nos,  
 sed ad flendum renouato & intimo dolo-  
 re compellit. Si enim eximij vates singula-  
 ris populi & vnus vrbs, ac folius nonnun-  
 quam hominis diu lamentauere discrimen,  
 quæ mens non totis tenebris obscuretur,  
 quos sensus non tota heberudo confundat,  
 quos oculos non redigat in fontes, & fluen-  
 ta lachrymarum quando vnus lapsus exti-  
 tit ruina cunctorum, & vnus culpa omniũ  
 defluxit ad pœnam, ac parentis vitium vni-  
 uerso generi exitium ferale præparauit di-  
 cente Apostolo: *Propterea sicut per vnum ho-  
 minem in hunc mundum peccatum intravit, & per  
 peccatum mors.* Miserunt me, ipse qui erat  
 causa honorum omnium ianua factus est  
 hic malorum. *Peccatum in hunc mundum in-  
 travit.* In hunc mundum: miraris eum po-  
 teris obfuisse, qui facinore suo damnaue-  
 rit mundum? Sed dicis, quomodo intra-  
 uit, per quem intravit, quomodo? Per cul-  
 pam. Per quem? Per hominem. Et quid?  
 Peccatum natura, an substantia? Nec na-  
 tura est, nec substantia, sed accidens: & ad-  
 uersa est hæc potestas quæ videtur in ope-  
 re, sentitur in pœna, impugnat animam,  
 vulnerat mentem, ipsam violat, confun-  
 ditque naturam. Et quid plura fratres?  
 Hoc est peccatum naturæ, quod est fumus  
 oculis, quod febris corpori, quod dulcissi-  
 mis fontibus amara faldedo. Vtique purus  
 & lucidus est oculus per naturam, sed per  
 fumi conturbatur & obscuratur iniuriam.  
 At corpus membrorum partibus, & sensi-  
 bus suis per hoc quod est à Deo conditum,  
 viget: sed vbi vis febrium cœperit, & pro-  
 cella dominari, totum efficitur imbecil-  
 lum: tunc amaritudo oris, tunc oculorum  
 caligo, tunc gressuum mutabunda vestigia,  
 tunc inimica aura, tunc chari graues, tunc  
 ipsa obsequia videntur ociosa. Et fontes  
 quantum grati sunt per suam dulcedinem  
 & naturam, tantum efficiuntur ingrati,  
 cum aliquod vitium ex accessione susce-  
 perint. Sed ad cœpta redeamus. *Sicut per  
 vnum hominem in hunc mundum peccatum in-  
 travit, & per peccatum mors.* Ecce fratres,  
 ianua, per hominem peccatum, & per pec-

catum intrasse videmur in mortem. Peccatum, ó crudelis fera, & non vno capite in hominum genus sçzuite contenta: quam fidem vetrino ore tota humani stirpis germinatam preciosa deuorantem, trino ore fratres, peccatum capit, mors deuorat, deglutit infernus. Et quo, sicut diximus, fonte lachrymarum talis nobis plane descendendus est parens, qui nos tantarum miseriarum reliquit hæredes, qui non solum collata bona perdidit, sed omnes posteros suos tam fetis creditoribus obnoxios sic reliquit? O dura hæreditas ac crudelis: O miseri, quibus nec adipisci libuit, nec renunciare licuit nos hæredes. Audi quod sequitur. *Et ita in omnes homines mors transiuit.* Sed ne iniustum forte videatur, cur per vnum in omnes, quia omnes per vnum: per eum te detestaris esse dånarum, per quem te editum esse gloriaris in lucem. Sed dicis, si generi debeo, quod natus sum, nunquid & crimini, vt ante me rerum faciat natura, quam culpa? Huic quæstioni tuę mox qui sequitur Apostoli sermo respondit dicendo. *In quo omnes peccauerunt.* Si in illo omnes peccauerunt, merito per illum omnes suscipere supplicium. *Sicut per vnum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: & ita omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt.* Siue in homine, siue in peccato: per illum, & in illo omnes peccauerunt. Non ergo peccatum verum est in naturam, sed dum peccatum mortem ingerit, pœnam sibi debitam exigit per naturam. Deus naturam ita fecerat, vt homines crearet ad vitam: quæ tamen dum morti nolens generat, illa se peccato fateatur obnoxiam, cuius pœnæ deseruit in vita. Nam quis ista sentiat fratres, quod extingui velit natura partus suos & germina sua tam chara velit necari? Sed dum ingemiscit & condolet, amissam suspirat & desiderat recipere libertatem. Sed per quem receperit, Ioannes primus signanter ostendit, qui viso Christo proclamatur & vociferatur, dicens: *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mudi, peccatũ mudi, hoc est fratres, quod per vñũ hominẽ Apostolus intrasse testatur.* Gaude te ergo fratres, quia peccatũ quod nos graui pòdere deprimebat ad tartarũ, à Christo sublatum est, & in tartara iã demersum: & nos, quos morti culpa primi parentis addixerat, secundi & diuini parentis gratia à pœna reuocauit ad vitam. Saluari ergo sine Christo homo non poterat: quia totius mundi peccatum ante ipsius permanebat aduentum. Sed tu quod per Christum iustificaris, amplecteris: & quod per Adam damnatus es, tu refutas: & alterius tibi pœ-

A nam obfuisse conquereris, qui tibi concipis alterius subuenisse iusticiam: Nunquid non in semine tota arbor? Vitium ergo feminis, vitium est totius arboris. Si sibi ipsa per se natura subuenire potuisset, nunquã eam ad reparandũ in se author ipse suscepisset. Ad vitam eam creatam credis, qui adhuc eam per authorẽ dubitas esse reparatam? *Vsq; ad legem enim, inquit, peccatum erat in mundo.* Vsq; ad legem cum audis, vsq; ad finem legis, hoc est, vsq; ad aduentum Domini nostri Iesu Christi accipe. *Quia peccatum non imputabatur, ait, cum lex non esset.* Et quando lex non fuit, quæ cum ipso homine cœpit? si lex non fuisset, Adam præuaricator vtique non fuisset: sicut idem aperit Apostolus, cum dicit, *Sed regnauit mors ab Adã, vsq; ad Moysen.* Vtrique legem acceperant: sed Adam mox præuaricatus est, vt acceperit: Moyses præuaricatoribus promulgauit acceptam dicente Apostolo, Lex præuaricationũ causa posita est. Regnauit ergo mors per legem, quia grauius præuaricatores, quam peccatores, & non tantum parentis vitio, sed suo iam lapsos facinore, sæua deuorauit. *Sed regnauit, inquit, mors ab Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adã.* Quia non tantũ magnos sed deuorabat & paruulos: & non tantum noxios, sed & deuastabat innoxios, innoxios dico à culpa propria non parentis. Et hinc grauius erat lamentanda conditio, quia eius parentis soluebat pœnam, cuius vix vitam degustarat infantulus: & luebat peccatum mundi qui mundum cognatum non habebat. Acquiescamus ergo fratres, quod per vnum, & vnus delicto mors regnauit, si omnes per vnum absolui desideramus, & esse per Christum: quia qui viuunt, Christo debet, non sibi: & Adam quod moritur, id debet.

Gal. 3.

*Ita Verba eiusdem, Si enim vnus delicto mors regnauit, per vnum, &c.*

### SERMO CXII.

**S**I quis poculum aquæ frigidæ sitiẽti porrigit viatori, aliquantum quidem animum recreat astuantis: & humanitati plane succurrit, non tamen pœnitentiam extinguit: ita & magnum diuinæ scienciæ desiderantibus nosse secretum, noster sermo non sufficit qui ad præsens festinationi deseruit, & tempori. Nam si ad humana perdiscenda tota hominis breuis est vita: quod tempus sufficere credimus ad intelligentiam posse diuinam?

Date ergo veniam fratres, si intra punctum temporis & horæ vnus vix momentum obscura lucidare, clausa referare, firmare dubia, profunda contingere, tot sæculorum ineffabile sacramentum per omnem modum aperire non possum, & eloqui, si vel caute æmulis, secure filijs, credentibus confidenter, constanter incredulis non valemus. Verum quia hodie apostolicus sermo claro se lumine sensibus audientium totus infudit, nec quicquam catholicis mentibus reliquit ambiguum, cum dicit: *Si enim vnus delicto mors regnavit per vnum.* Declamandi studium seponentes, tota simplicitate ipsis apostolicis eloquijs innitemur: vt verum scire cupientibus nulla sermone nostro generetur obscuritas: *Si enim vnus delicto, vt dicit, mors regnavit per vnum.* Quare mortem ab vno, & primo homine esse posteris acquisitam insinuare & approbare euangelica laborat auctoritas? Et quamuis sufficiat illa sententia, quæ dicit, Deus mortem non fecit: quare eam tam trucem, tam crudelem, tam immitem, nonnulli à Deo velint esse conditam, scire non possum. Nemo sine piaculo æstimat tam pium, tam bonum Deum, mortem creare potuisse: cuius vniuersus mundus dolore continuo, gemitu, lachrymis, accusat, & detestatur auctorem. Si mors etiam penes homines est criminum poena, quo ausu concreata homini, & pœnæ ante creditur innocenti à Deo insita esse, quam vita? Sed audiamus Apostolum: *Si enim vnus delicto mors regnavit per vnum, multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iustitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Christum dominum nostrum.* Ecce vnum, & vnum: Adam, & Christus. Per illum peccatum regnavit in mortem: per istum gratia regnavit in vitam. Denique duo hæc principia vitæ, & mortis absolutionis, & pœnæ, desideratæ libertatis, & damnationis extremæ, is qui sequitur, sermo Apostoli aperit & declarat. *Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: ita & per vnus iusticiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* Per vnum & vnum, aut mors regnat, aut vita conceditur. Quid hic ergo addere sermo possit interpretis? quibus adiunges silentium, omnis æmulorum succumbit intentio. *Per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: ita & per vnus iusticiam in omnes homines in iustificationem vitæ.* Sicut fonti fluuius, sic fructus semini: ita origini deseruit, aut addicta, aut erepta posteritas: sicut ex his quæ adiecit Apostolus

A plenius approbatur. *Sicut enim vnus hominis inobedientia peccatores constituti sunt multi, ita vnus obedientia iusti constituentur multi.* Sit homo peccator, vt sit Deus iustus, quia reatus redundat ad iudicem, si pœna percellit innoxium. Et ideo dicit: *Sicut per vnus hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi.* Vt scirent se eius culpæ fuisse participes, cuius pœnæ socios se esse perferunt. Sed iam quid lex profuerit attestante Apostolo, audiant legis amatores.

*Lex autem, inquit, subintravit, vt abundaret delictum.* Ecce vt Apostolus dicit. Non imminutionem delictorum. Lex fecit esse, sed copiam: non per se fratres, sed per eum, qui legem per imbecillitatem ferre nõ poterat. Non magnitudo lucis hebetat oculos, quæ solis à Deo creata est oculis, sed colorum infirmitas lucis totam sustinere non potest, & ferre claritatem: ita & lex fratres, quæ per se satis iusta erat, & satis sancta, dum ab homine fragili seueram exigit disciplinam, magis magisque oneravit & prodidit delinquentem. Et hoc quare fratres? Vt per gratiam & veniam conditoris rediret ad vitam qui per tumorem & ignorantiam, cum male innocentia gloriaretur, in debitum parentis deducebatur & pœnam.

Morbus igitur latebat occultus: per quem omnium secreta medullarum, & venarum meatus in ipsorum vitalium tendebant exitum, & quandam *αυριον*, Id est, idem indicium, hoc est, omnia viceriora similiter erant affecta. in omnia generabant internis. Venit lex quæ & vulnus proderet, & tandem vetusto languori supernum aduenite Medicum nunciaret. Venit lex quæ mandatorum fomentis in cutem produceret, quod in altum lethaliter sæuiebat. Venit lex vt gladio præceptorum velut apostema longi temporis aperiret: & collectam diu faniem salutaris subinde siccaret effusio. Nec tamen per se, fratres, aut vulnus claudere, aut ægrotanti perfectam addere valebat ipsa sanitatem. Quod vbi vidit ægrotus, & tandem statum suum miserandum agnouit, cœpit tendere festinus ad Medicum: vt quod per legem proditum, & per ipsam diu fuerat ampliati, tanti Medici peritia curaretur, & gratia. Ampliatum vulnus dicimus fratres, quia post incisionem, putredo, factor, horror, vexatio, ipsi vulnere abscissione generatur: & fide per curam deterior miserandi facies ipsa læguoris, quam fuerat ignorati periculû cum lateret. Venit ergo Medicus: & iam fesso curis, & curarionum vexationibus perdefesso solius: verbi auctoritate subuenit. Sicut Cæturio ille cõfiteretur, cû dicit: Dic verbo, & sanabitur puer

Rom. 5.

Sapient. 1.

Rom. 5.

Id est, idem indicium, hoc est, omnia viceriora similiter erant affecta.

Matth. 2. 23400.

meus. Et impleretur illud Propheticum **A** Misit verbum suum, & sanauit eos. Et ideo sequitur: *Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia.* Ac si diceret, vbi dilatarum est vulnus supereffusa est sanitas. Nemo ergo ingratus sit legi, quia quem ægrotantem & iacentem inuenerat, leuauit, fouit, & vt saluti traderet, ipsum vsque ad Medicum salubri exultatione perduxit, vt sicut dixit Apostolus: *Quemadmodum regnauit peccatum in mortem, ita gratia regnet in vitam æternam, per Iesum Christum dominum nostrum.* Gratia in vitam, peccatum regnat in mortem. Recta fides non mortem, non interitum hominis, authori Deo, deputat, sed salutem. Mors sit hominis, sic peccati, vt vita creata, & reddita solum credatur esse per Christum.

*IN VERBA EIVSDEM,*  
*Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, vt gratia abundet, &c.*

SERMO CXIII.

**B**

Eatus Apostolus quando interrogat, quando manifesta perquirat eos videlicet obiurgat & increpat, qui eloquia **C** diuina sua interpretatione cor-

Rom. 6.

rumpunt: & inde concipiunt suffragia criminum, vnde assumere debuerant documenta virtutum. Sic enim hodie cœpit: *Quid ergo dicemus? permanebimus in peccato, vt gratia abundet?* Superius dixerat fratres: *Vbi abundauit peccatum, superabundauit & gratia:* & ideo ita exorsus est: ac pro illo diuino & singulari magisterio, imperitis se velut interrogatione participat: vt quæ sunt prudentiæ cœlestis plena eruditione respondeat. Si enim ibi abundauit peccatum, superabundauit & gratia. *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, vt gratia abundet?* Si prona est delinquentibus pietas, si gratia copiosa peccantibus, si iniustis amica largitas est diuina, certe si futura bona malis præsentibus acquiruntur, quid nobis virtutum iter arduum, quid durus obtinendæ iustitiæ labor, quid inter malos iugis seruandæ innocentæ cruciatus? Augeantur humana facinora, vt bonitas cœlestis exuberet: faciamus mala vt dixit, vt veniant bona: permaneamus in peccato, vt gratia abundet. Ad hæc fratres, idem qui interrogat Apostolus, ipse respondit: *Abstir-*

Rom. 6.

*Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?* Cum dicit, abstir-

telligentiam insipientium execratus est, & sensum: siquidem medicus non vulnere, sed curæ proficit, & salutem: nec putredini, nec morbis, sed soli congaudet ille sanitati: ita & Deus, qui pro magnitudine vulneris adhibuit magnitudinem, vigoreque medicinarum: & nec peccato, sed homini largitus est gratiam, nec ad multiplicanda, sed ad delenda delicta imbrem suæ pietatis effudit. Nemo, nemo sic de ægritudine gratuletur, vt velit in vulnere permanere. Ingratus medico, inimicus est curæ, qui semper curari æstuat, nec vnquam desiderat hic sanari, & ita Dei gratiam suis cupit exuberare peccatis, vt sibi cupiat peccata cumulari. Miser qui tali voto reus esse contendit per veniam. Fugienda fratres, dementia ista est, fugienda: quæ etiam post curam captiua tenetur amore morborum: recidua enim lethalis est sæpius ægritudo. Quod autem dixit: *Qui enim mortui sumus peccato,* Præsentis temporis loquitur hic figuram: quia mortuos nos dixit esse peccato, non nobis iam in toto mortuum dixit esse peccatum quia & si peccatum ipsum actu operis sanctis & fidelibus est defunctum, viuunt tamen, & adhuc in nostram dēscendit mortem: tunc autem peccatum ipsum moritur in nobis, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem: & mortale hoc induerit immortalitatem, & factus fuerit sermo qui scriptus est: vbi est mors aculeus tuus? vbi est inferne victoria tua? Aculeus autem mortis peccatum est: viuunt autem peccato, qui eius, sicut in consequentibus dicit, concupiscentiis famulatur: & stimulis miserandus inseruit, qui obsecundat vititiis, qui criminibus infelici & continua captiuitate succumbit: qui quod delicti est, esse autumat hoc naturæ: & morbo, qui est accidens, vitur velut opere & beneficio conditoris. Et ideo ad arguendum talium ignorantiam addidit, dicens: *An nescitis, quia quicumque in Christo Iesu baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus illi per baptismum in mortem.* Audiant fideles & intelligant, quemadmodum tri-duana Domini sepultura trina demersione figuratur in baptismo: & resurrexisse cum Christo: & si nec dum corpore, vitæ iam nouitate congaudeant: sicque totus homo virtutum domicilium, qui receptaculum fuerat ante vitiorum. *Vt sicut dixit, quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.* Christum quicquid suarum virtutum est refert ad gloriam patris: & homo, cuius suum nihil est, sibi ven-

dicare, quod per Christum resurrexit elaborat: Quod autem dixit: *In nouitate vitæ ambulemus*. Quæ superius diximus, illa confirmat: vt si nec dum hoc corpore, vita tamen iam totus immutatus incedat: intelligat se, & dominetur elementis, qui elementis hætenus per ignorantiam seruebat: largiatur sua per gloriam, qui prius turpiter furabatur aliena: & qui carnis exercebat illicita, contemnat etiam licentias corporales: & qui innocentiam hætenus impie moliebatur extinguere, pro innocentia gloriosius ipse moriatur. Et quid plura? Si ex veterere homine iam nouus effectus est, vitiorgurgitem in fontem commutet ipse virtutum. Vsq; ad finem autem lectionis hoc ingerit beatus Apostolus, hoc demonstrat, illum posse cum Christo viuere, illum regnare cum Christo qui resurgentis Christi innocentiam sequitur, imitatur vitam, implere nititur sanctitatem, quum dicit: *Vt destruarur corpus peccati*. Destruatur fratres, actu, nõ substantia: opere, non figura: quia peccato, non Deo vult hominem perire, qui ait: *Existimate vos mortuos esse peccato: viuere autem Deo*. Et supernæ libertati fratres, restituere hominem tota pietate contchdit, qui dicit: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*. Et iterum: *Peccatum vobis non dominetur*. Non dixit, non veniat ad vos: non dixit, non pro-uocet, non titillet: sed non regnet, non dominetur, configat ad vincens gloriam, dimicet & decidat ad triumphum victoris: & tandem se doleat impia peccati dominatio à seruis quondam suis tota securitate calcari: & crudelis tyrānus ingemiscat subiectum se suorum pedibus captiuorum: & ad eorum triumphum, de quibus diu triūphauerat se veteranus hostis peruenisse deplorat.

*In Verba eiusdem: Peccauimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia, & cetera.*

### SERMO CXIII.

**S**icut peregrinanti reditus ad propria dulcis semper & charus est, & vernaculæ domus vestibula sunt gratiosa post tempus: ita mihi post interualla sermonis ad apostolicarum seriem lectionum suauior est recursus. Siquidem à proposito dicendi ordine, & continuo tramite loquendi discedere nos sæpè necessitas religiosa compellit: quia sic doctrinæ ordo moderandus est, vt non modo aliud impediatur ex alio. \* Vnde quid

A hodie beatus Apostolus dixerit, audiamus: Quid ergo ait? *Peccauimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit*. Hæc interrogatio fratres, eorum arguit imperitiam, qui legis consuetudine captiuati, gratiæ beneficio nesciunt sentire virtutes: & quos præceptorum legalium series prodidit contumaces, eos sola munerum commoda, & festiuitatum pompa obseruationibus vanis fecit & reddidit obstinatos. Et cum legem tempus excluderet, quid cultor legis à lege faciet abdicatus? Iudæe quid habes quod non perdidisti? Si autem perdidisti: quid gloriaris quasi non perdidideris? Vbi est templum, vbi est sacerdos, vbi sacrificium, vbi incensum, vbi purificationes tuæ, vbi solennitatum tuarum non omittenda deuotio? Sed vt sis Iudæus merito circumcideris, quia bonis omnibus abscissus es supra dictis. Scriptum est enim: *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis*. Si maledictus est qui in vno offenderit, quoties maledictus est, qui nihil ex omnibus probabitur effecisse? *Peccauimus, ait, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Ac si diceret fratres: Peccauimus, quia in cura non permansimus iam sanati? Peccauimus, quia ignem, ferrum, medicamenta reliquimus iam curati? Infelix æger, qui post curam non vult curare tormentum*. Et quid plura fratres? Nunquam curat, qui infirmantis quærit & expectat arbitrium? Nam cum ex humore frigidus semper ignis succendatur in corpore: & rigor nimius dum membra vexat & concurrit, acrius ipse efficit & gignit incendium: ita ægrotus ad augendam flammam quæ suis semper æstuat, & anhelat in venis, dari sibi aquam frigidam impatienter expectat nesciens quod tunc calor calore restinguitur, frigore nutritur incendium: Lex ergo dum hominis semper expectat, & sustinet voluntatem, nec tamen hominis peccati sarcina præpeditus sufficere legalibus præualer obedire mandatis: cultorem suum lex non absoluit à peccati vinculo, sed crimine præuaricationis obligat. Et ideo addidit, dicens: *Nescitis quod cui exhibuistis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obediens ad vitam? Quid est fratres, quod cum de lege loqueremur, hominem prodidit seruum fuisse peccati? Siue peccati, ait, ad mortem, siue obediens ad vitam*. Quia superius dixerat, peccatum vobis non dominetur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. Qui ergo sub lege sunt peccati, deprimuntur, & incuruantur imperio: nec po-

terunt miseri de peccati turpissima seruitute nisi gratia manumittente liberari. *Gratias autem ago Deo, dixit, quia fuistis serui peccati. Sic gratias agit, quasi qui congaudeat hominem seruum fuisse peccati? Absit. Gratias agit, non quia ante serui fuimus domini tam crudelis, sed quia ei iam non sumus subiugati, sicut ex sequentibus id ipsum manifestat expressius, dicens: Obaudistis autem ex corde in eam formam doctrine, in quam traditi estis: liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. Obaudiuimus fratres, beneficio vocantis, non nostro: quia captiui sic tenebamur arbitrio. Obaudistis autem ex corde in eam formam doctrine. In quam? In Euangelij nempe: vbi nouo libertatis genere non est ommissa seruitus, sed mutata: quia melior est deuota famulatio, quam vaga & præsumpta libertas. Serui facti estis iustitiæ. Hæc seruitus fratres, non obligat sed absoluit: non onerat, sed honorat, abstergit seruitutis maculam, non inurit. Quid hic rogo non diuinum est, vbi seruitus pellitur seruitute, vbi fugatur conditione conditio, vbi mors morte moritur, vbi perditio perditione sanatur, & vt propriè ac breuiter dicatur, vbi tota aduersitas ipsius aduersitatis mucrone prosternitur? Quod autem dixit: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestra: sicut enim exhibuistis membra vestra serui immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Magnitudinem pietatis ostendit, cum Euangelicam doctrinam ad tam humilia & penè verecunda deponit exempla: vt sanctitati tantum, quantum immunditiæ, quantum iniquitati, iustitiæ tantum imponat & impetret seruituti. Absurda fratres, atque indecens videtur comparatio, quæ tantum gloriæ, quantum turpidini hominem cupit esse subiectum, sed vtinam vel tantum. Et quando tantum Deo, quantum mundo, quando tantum cælo, quantum terræ, quando tantum virtuti, quantum vitijs fragilitas humana famulatur? Totus homo miser sic carni deditur, sic rebus præsentibus occupatur, vt nihil in se, quod futuræ vitæ, quod diuinis bonis deseruiat, derelinquat. Illecebræ temporales vim beatus Apostolus vno sermone humanis conscientijs conuenienter aptauit, conuenienter expressit, vt tanta vitali pondere iustitiæ voluntate, pudicitiz ac munditiæ humana membra seruiant, quanta vehementia, dementiaque, turpitudini, vitiisque dederunt. Parua aut forè nulla exigit qui cupit deuicta proprietate concedere:*

A & adimit excusationem qui possibilia sibi, & vitata præcipit vt repensari debere pro maximis. Da ergo homo Deo tantum, quantum carni, vitiisque tribuisti. Et quid est, quod ante vitijs, non Deo debeas te ipsum, quod à te Deus tuo tantum vtique amore perquirat? Sequitur: *Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ: nunc autem liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ.* Ante serui peccati: nunc serui iustitiæ. Per Apostolum ecce succedit seruitus seruituti: contumax tu nunc tempus tuæ libertatis ostende: peccatum te ante mentiebatur liberum, quem tenebat miserandæ captiuum: nunc gratia te vocat seruum, quem vt verè faceret esse liberum, Dei ipsius adoptauit in filium, Impleta est ergo Christi sententia, qua dicit, *Qui vult esse dominus, sit seruus.* Beata est hæc seruitus, quæ dominationem generat sempiternam. Illa enim libertas fructum pœnæ & confusionem nobis intulit non ferendam, sicut dicit: *Quem enim fructum habuistis tunc in his, quæ nunc erubescitis? nam finis illorum mors est.* Ecce qualiter manumittit, ecce quali præmio honorat illam diabolus seruitutem: vt mors simul, & vitam finiat, & inchoet pœnam, & qui Christo seruiunt fratres, illusa morte cum stipendijs, sanctitatis perpetuam transferuntur ad vitam: finis enim Christi non suscipit finem: quia non interficit hominem finis iste, sed perficit.

IN VERBA EIVSDEM,  
*An ignoratu fratres, scientibus enim legem loquor, & cætera,*

SERMO CXV.

**D** Osteaquam Dauidicam eitharam spiritualis intelligentiæ plectro, & modulatione tangentes, amicos vestros & corda permulsimus: intonantis quoque Euangelij ad suscitandos sensus vestros principia metuenda præbuimus: ad Apostolicum magisterium mox credidimus esse remeandum, vt tripartitus ordo sermonis Ecclesiasticæ doctrinæ salutiferam teneat & præbeat disciplinam. Nam & cantilena à continuo labore relaxat animos, & Euangelica auctoritas mentes reparat & exuscitat ad laborem, & Apostolicus vigor tramite recto remouet, & nostros non sinit sensus euagari. Hanc beati Apostoli per ordinem sequi hodie reprimus lectionem. *An ignoratu fratres, in*

quit, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini, quanto tempore vivit. Et inducit similitudinem. Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri, sicut vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Videtis fratres, beati Apostoli magnum cœlestis magisterij documentum, quemadmodum legis tempora legalibus testimoniis asserit præterisse, totamque eius prærogativam miro coniugij exinanivit exemplo. Et merito lex carnali coniugio comparatur, quæ non obtinuit cum synagoga spirituale consortium. Nam cum accepisset eam ad observantiam disciplinæ, ad sancti germinis fecunditatem, ad augmentum pudoris, ad custodiam castitatis, ad superni thalami sacrum, reverendumque secretum, ad mysticam thori cœlestis vnitatem, reperit in ea totius meretricationis illuviem. Occurrit enim tanto viro, id est legi, non compta moribus, non monilibus ornata virtutum, non incessu grauis, non verè illo flammeo virginalis verecundiæ operata velamento: sed lasciva oculis, soluta gressibus, præventa illecebris, & tota dolis & simulationibus perfucata. Quam cum vir tantus visam iusta indignatione despiceret, & eam procul à sua societate propelleret, atque toto execraretur iudicio gravitatis: illa nec despecta erubuit, nec contempta se correxit, nec respuit sic repulsa, sed tota præceps ad idolorum lupanaria conuolavit, & maluit subire fornicationis infamiam, atque adulterij crimen incurrere, quam malè placiti habitus turpitudinem non habere. Vnde & merito eam beatus Propheta deplorat, dicens: Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Cuius adulteria quoque Ezechiel sanctus toto penè volumine præscribit. Hinc est fratres quod cum in Euangelio à Scribis & Doctoribus legis apud dominum ista accusaretur adultera, auertit faciem suam dominus, & declinauit in terram: ne crimen cerneret quod puniret: & maluit fratres, in puluere scribere veniam quam dare in carne sententiam. Hanc, Apostolus adulteram ad Christi nititur reuocare consortium, nec patitur pristini lapsus timore tardari, quæ vivente viro merito extitit adultera, quia fuit cum alio viro, nunc verò non deserit legem, quæ ad legis recurrit auctorem: sed moritur legi legalibus addicta sententiis, vt viuat gratiæ, & resurgat per veniam, quæ fuerat interem-

Esa. i.

Ioan. 8.

pta, & mortificata per legem. Denique cum eam à maritali iure defuncto viro asserat absolutam, ipsam potius non vitum, in sequentibus defunctam esse testatur: quia non lex homini, sed homo moritur legi, nec mandatum præterit, sed mandato deficit ille, qui labitur à mandato. Audi quod sequitur. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi. Nunquid dixit, mortua est vobis lex? Et vos mortificati estis legi. Et bene addidit, Per corpus Christi. Quia lex rerum astringit, arctat obnoxium, punit & interficit criminofum. Qui ergo per corpus Christi ab omni crimine exemptus est & eruditus, feliciter moritur legi, vt innocentia viuat & gratiæ. Vt sitis, inquit, alterius, qui ex mortuis resurrexit. Alterius. Alter ipse effectus est cum nostram corruptionem in incorruptionem mutauit, & mortalitatem immortalitatis transiit ad gloriam. Vt fructificemus, ait, Deo. Consortes cœlestis naturæ per Christum non terræ, sed Deo: non morti, sed vitæ, & Deo fructum asserit deferti, non carni. Cum enim, inquit, effemus in carne, passionibus peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificaremus morti. Cum dicit: Cum effemus, præteritum tempus indicat: dum in sola carne positi, imo magis expositi, quæ carni sunt tantum sapere, facere, velle cogebamur, iuxta illud Apostoli. Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Cum enim effemus, inquit, in carne, passionibus peccatorum, quæ per legem erant. Dicam sicut distum est à Domino: Si lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ? Si per legem passionibus peccatorum membris dominantur humanis, quid ipsæ per se faciunt passionibus quæ nascenti mox homini infelicitè & pœnaliter obsecundant? Cum taliter nascentem, generatum taliter angores deprimunt, vrgent pericula, afficiunt pœnæ, passionibus sunt, fratres per quas infirmatur infantia, pueritia trahitur, adolescentia insanit, iuuentus & senectus multis luctibus, cumulantur, ipsæ sunt quæ totam hominis vitam inimico conturbante comitatur ad lapsum, quas lex dum prohiberet, admonuit: dum discuteret, ampliauit: dum accusaret, reddidit chariores: & quæ per ignorantiam latebant, fecit, esse per scientiam notiores. Et sicut per falcem spinæ magis dum succiduntur: accrescunt: ita dum refecantur per legem, pululant passionibus: quia intrinsecus velut in radice carnis fixæ solidantur. Lex intrinsecus culturam fidei habet satis iustam, nec proficit, vnde ad frugem mortis ipsam

Rom. 8.

Math. 6.

cespitem humanæ carnis sua excitatione A  
perducit. *Passiones, inquit, peccatorum, quæ per  
legem erant, operabantur in membris nostris, vt  
fructificaremur morti.* Instrumentum quod  
ad vitam erat, ad frugem mortis sibi in nô-  
bis vendicant passiones. Sauciati ergo tali-  
ter per Christi gratiam à lege mortis ab-  
soluimur, & Spiritum sanctum percipimus  
intrinsecus debellatorem, victorémque vi-  
torum, vt passiones forinsecus exclusæ  
pulsent, tentent, prouocent, sed consi-  
dant ad nostrorum gloriam triumphorum.  
Nobis, nobis cupit vincere, qui cum do-  
minaretur nobis dignatus est militare, si-  
cut dixit\*. Ergo seruiamus in nouitate B  
Spiritus à carnis seruitute iam liberi, quia  
vera dominatio est famulatus dominicæ  
sanctitatis, nam & verus homo, & vetus li-  
tera totam corrumpit & perdidit discipli-  
nam.

IN VERBA EIVSDEM,

Quid ergo dicemus? Lex peccatum  
est? Absit, &c.

SERMO CXVI.



VOTIES diuerso genere, sed v-  
ce consona mystica resonat can-  
tilena, mira dulcedine pascit &  
delectat auditum: ita cum vario  
modo, sed vno Spiritu, eodémque sensu  
diuina & cœlestis doctrina depromitur, li-  
bentius & cum suauitate maxima Euange-  
licæ scientiæ pandit & aperit sacramentum.  
Et ideo post Propheticam melodiam, &  
virtutum Christi stupenda miracula, ad A-  
postolicarum redeamus ordinem lectio-  
num. Talis ergo hodiernæ extitit conti-  
nentia lectionis. *Quid ergo dicemus? lex pecca-  
tum est? Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi  
per legem: nam concupiscentiam non sciebam, nisi  
lex diceret: Non concupisces. Occasione autem ac-  
cepta, peccatum per mandatum operatum est in me  
omnem concupiscentiam.* Audistis fratres, quo  
morbo sine Christo laborauerit humana  
conditio, quam captiua sine gratia fuerit  
humana fragilitas, quæ lege, quæ man-  
datis non prohibebatur, sed armabatur ad  
crimina: quæ ob hoc audiebat, ob hoc  
cognoscebat, non vt vinceret peccata, sed  
faceret. *Peccatum non cognoui, nisi per legem.*  
Vitia non nosse felicitatis est, nosse peri-  
culi, vicisse virtutis est Rex nobilis & for-  
tis, hostibus suis longius occurrit: & ita  
præuenit ingruentium dolos, vt deiici ne-  
queat fides militum, ciuium nequeat con-

turbari constantia: sic modo generosus a-  
nimus per Christi gratiam corporis sui  
transgreditur miserandas angustias, & ita  
totus delicta præuenit, proculcat vitia, &  
crimina tota internectione prostermit, vt  
nequeant fucis sensus fallere, dolis inge-  
nium deprauare, tumultuantibus misera,  
imbecilla corda dissoluere ardore, sangui-  
nibus, fumantes occasiones incendere,  
vario passionum genera membra natura-  
liter infirma vexare. Quod ignis aridæ se-  
geti, hoc vitia corpori sunt humano, quæ  
sola secutius separationi vincuntur: necan-  
tur ignorantia, & nescita sceleriter euanes-  
cunt. Nam si ad mentem & sensus perue-  
nerint, si contigerint animos, si semel mem-  
bra penetrauerint, inextinguibile gigni-  
tur. & exaltatur incendium: & nisi vnda  
cœlestis corda rigauerit, mentes infuderit,  
membra madefecerit, totum quod est ro-  
boris humani, subditur & redigitur in fa-  
uillam. *Lex inquit, peccatum est? Absit. Sed pec-  
catum non cognoui nisi per legem.* Ac si diceret:  
Autum auaritia non est, sed auaritiam non  
cognoui, nisi per aurum. Vinum ebrietas  
non est, sed ebrietatem non cognoui, nisi  
per vnum, Pulchritudo corporis non est  
concupiscentia, sed formæ decus concu-  
piscentiæ me rapuit & perduxit ad lapsum.  
C Sic ergo ipsa per se mala non sunt quæ à  
Deo ad vtilitatem, ad salutem, ad gra-  
tiam sunt creata, sed per ea delinquendi  
datur occasio. Ergo auaritia aurum accu-  
sat, ebrietas vinum, lasciuus aut lepidus,  
formæ vult esse quod contigit ad ruinam.  
Ita & lex quæ à Deo data fuerat ad salu-  
tem, quæ erat per se cœlestis & sancta, facta  
est per hominem miseris hominis ad rui-  
nam: sicut ex sequentibus probat Apo-  
stolus, qui dicit: *Iraque lex quidem sancta, &  
mandatum sanctum & iustum & bonum.* Quod  
ergo bonum erat, non intulit mortem, sed  
peccatum, quod principaliter intulerat  
D mortem, quod fragilem, quod imbecillum,  
quod humanam naturam pronam fecerat  
ad lapsus & vitia. Quod latebat, & hostili-  
ter humano grassabatur in corpore, lex re-  
prehendit, lex prodidit, dum admonet ho-  
minem de innocentia, de sanctitate, de ius-  
ticia, de virtute, de fide: dum arguit de vi-  
tiis, de delictis, de criminibus. Sed homo  
audite quidem cœpit virtutes, cœpit velle,  
sed non attigit: cœpit detestari, sed sequi  
vitia: odisse delicta, sed facere horrere cri-  
mina, sed implere: vnde tarde se seruum  
captiuum, se malè rabiei sensu addictum  
& cœpit clamare: *Infelix ego homo, quis me  
liberabit à corpore mortis huius? Cui responde-*

tur. *Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* Quo audito cœpit libertatem querere per auctorem, salutem per veniam, vitam per solam sperare gratiam. Nam diu ignorauerat vnde esset, difficilis innocentia, vnde laboriosa iustitia, anxia sanctitas, virtus ardua, fides tota periculis plena, vnde sic tantas copias haberent delicta: vnde crimina dum succiduntur, increfcunt: virtutes deficiunt, dum coluntur. Lex aperuit docuit, lex tota luce monstrauit, crimina per peccatum virtutes per Deum in humanis sensibus, in humana mente dominari: nec posse antè superari delicta, quam delictorum fuerit auctor extinctus, quod est peccatum, quod Christus abstulit: attestante Ioanne, cum dicit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Sine lege enim inquit, peccatum mortuum erat, ego autem vivebam sine lege; aliquando, sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit: & ego mortuus sum & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem: nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me, & per illud occidit.* Peccatum mortuum erat, non quia non erat, sed quia ignorabatur, & propriè dictum est *Peccatum reuixit.* Quia erat sepultum in ignorantia nostra, non mandatum sed peccatum per mandatum reuixit, dum facit præuaricari qui fuerat ante peccator? dum reum perficit etiam contumacem desertorem exuscitat & rebellem. Vnde merito homo iam tunc se exclamat mortuum, quando se vnde & quare, & per quem moreretur, agnouit. Peccatum fratres quam crudelis tyrannus sit, iam videmus. *Per mandatum seduxit me, & per illud occidit.* Quia argumentum salutis tetendit in laqueum, quia curam fecit esse languorem: quia instrumentum sanitatis exitiale mutauit in vulnus: quia vitam ipsam in gladium lethalem conuertit. *Per mandatum seduxit me, & per illud occidit.* Vt qui sibi iam quòd esset occisus, quid prouideret iam mortuus: nam quis poterat subuenire occiso, nisi Christus, qui vitam reparauit occiso? qui rationè morti reddidit per mortè, mortè peremit: atque eam prodidit contumacem, quæ incubare iussa pœnis reorum, attentare ausa est ipsum iudicem, inuadere ipsum innocentia præsumpsit auctorem: vnde merito mors, mors tua est, & in me non ego vivo, sed viuit, agit, regnat, imperat Christus.

*In Verba eiusdem, Factus est primus homo Adam in animam viuentem, &c.*

## S E R M O CXVII.

**D** vos homines beatus Apostolus hodie retulit humano generi dedisse principium. Adam videlicet, & Christum, duos homines pares corpore, sed merito dispares, cõpage membrorum tota veritate perfimiles, sed ipso sui principio tota dissimiles veritate. *Factus est, inquit, primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in Spiritum viuificantem.* Ille primus ab isto nouissimo factus est, à quo est & animam consecutus, vt viueret, hic est ipso se figuratus auctore, qui vitam non expectaret ab altera, sed ipse vitam solus omnibus largiretur: ille vilissimo plasmatur ex limo, ex vtero precioso Virginis hic procedit: in illo terra mutatur in carnem, in isto caro promouetur in Deum. Et quid plura? Hinc est Adam, qui suam tunc in illo cum fingeret imaginem collocauit. Hinc est, quod eius & personam suscipit & nomen recepit, ne sibi quod ad suam imaginem fecerat, deperiret. Primus Adam, nouissimus Adam: ille primus habet initium, hic nouissimus non habet finem. Quia hic nouissimus verè ipse est primus, ipso dicente: Ego primus, & ego nouissimus, Ego sum primus, est sine initio. Ego nouissimus, utiq. sine fine. *Sed non prius, inquit, quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale.* Prius utique terra, quàm fructus: sed non tam preciosa terra, quàm fructus: illa gemitus exigit & labores, hic substantiam largitur & vitam. Merito Propheta de tali fructu gloriatur, dicens: Terra nostra dedit fructum suum. quem fructum? Illum nempe, de quo alibi dicit: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Primus homo, ait, de terra terrenus: Secundus homo, de caelo coelestis.* Vbi sunt qui conceptum Virginis, Virginis partum, mulierum partibus existimant exæquandum: cum illud de terra sit, hoc de cœlo? hoc diuinæ virtutis sit, illud infirmitatis humanæ? illud sit in corpore passionis, hoc totum sit in tranquillitate diuini spiritus? humani corporis in quiete? Sanguis siluit, caro stupuit, soporata sunt membra, & aula Virginis tota est in caelestis commoratione suspensa, donec auctor carnis, carnis sumeret indumentum: & fieret homo coelestis, qui non solum terram redderet homini, sed homini donaret cœlum. Virgo concipit, Virgo parturit, Virgo

Ioan. 1.

1. Cor. 15.

Esa. 48.

Esa. 8.

Esa. 13.

permanet. Ergo virtutis est caro conscia, non doloris, quæ magis pariendo integritatis augmenta suscipit, damna pudoris ignorat, testis potius sui partus existit, quæ nullas partus pertulit passiones, & Sacramentis cœlestibus interfuisse se noua mater miratur, quæ nascentis ordinem intelligit humanæ consuetudinis nil habere. Si Deum sic nasci magnus fatetur munere, fatetur dum adorat, aduertire quid sentire, quid credere debeat Christianus. Sed quod sequitur audiamus. *Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes.* Quem admodum non nati taliter, tales poterunt inueniri, non manendo quod nati sunt, & quod renati sunt, permanendo? Hinc est fratres, quod virgineum fontis vterum cœlestis spiritus arcana luminis sui admixtione fœcundat: vt quos origo limosæ stirpis profuderat sub misera conditione terrenos, cœlestes pariat, & ad similitudinem sui perducatur auctoris. Ergo iam renati, iam reformati ad nostri imaginem creatoris, quod præcipit Apostolus, impleamus. *Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlesti.* Fuerit necessitas quod de terra concreti cœlestia aspirare nequiuimus: quod de concupiscentia nati, concupiscentiam non valuimus euitare: quod illecebris dominantibus acquisiti, coacti sumus illecebrarum turpitudinem sustinere: quod sæculi huius habitaculo recepti, captiui fuimus malis: ad instar nostri domini, sicut diximus, iam renati, quos vti que concepit virgo, viuificauit spiritus, portauit pudor, genuit integritas, nutriuit innocentia, edocuit sanctitas, virtus exercuit, Deus adoptauit in filios, imaginem totam tota similitudine nostri portemus auctoris: non maiestate qua solus est, sed innocentia, simplicitate, mansuetudine, patientia, humilitate, misericordia, concordia, qua dignatus est nobis fieri & esse communis. Cesset vitiorum pruritus pestifer, delictorum lethalia blandimenta vincantur: execrandus furor: criminum comprimatur origo, discutiat a sensibus caligo tota pompæ secularis, abieciatur a mentibus mundanæ cupiditatis illusio: appetatur paupertas Christi, quæ diuitias in cœlestibus possidet sempiternas, tota sanctitas animæ custodiatur & corporis, vt non magnitudine, sed actu imago creatoris nostri portetur & clarescat in nobis. Afirmat quod diximus Apostolus, cum dicit: *Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt.* Ecce quomodo carnis resurrectio prædicatur, quia ibi caro possidebitur à spiritu,

non caro spiritum possidebit, sicut ex sequentibus elucefcit. *Neque corruptio incorruptionem possidebit.* Vides quia, non caro deperit, sed corruptio: non homo sed culpa: non persona, sed crimen: vt homo in Deo, & coram Deo viuens, finem se delictorum tandem gaudeat consecutum. De resurrectione proprius sermo proferendus est fratres, quia transcursum, & in ipso verbi fine, non conuenit dici de eo, quod nos ad æterna tempora perpetuam transmittat ad vitam.

IN VERBA EIVSDEM,

Notum autem vobis facio fratres, Evangelium, &c. de morte.

SERMO CXVIII.



Voniam tota spes fidei Christianæ in resurrectione constituta est mortuorum, ne quisquam de ea ausus sit dubitare: beati Pauli asserentis eam auctoritate, rebus, exemplis, latissimam recitari vobis fecimus hodie lectionem, ad quam sermo noster quod adiacere possit, non potuit inuenire. Sed quia nostri officij vestra charitas semper exigit seruitutem, repetere hæc eadem, inculcare vehementius hæc ipsa, resurrectionis ipsius ardore gestimus. Fratres semper de resurrectione libet dicere, iugiter de resurrectione delectat audire, quia mori nunquam libet, viuere semper delectat. Resonet ergo in ore nostro resurrectio semper, semper resurrectio ad nostræ mentis transmittatur auditum: vt mors, quæ nostros semper obsidet sensus, cum terrore suo, cum laments suis à nostris sensibus effugatur. Quia sic agricola fructus vberes, & exsatiatas epulas cantat, vt imminentem vomeris laborem non sentiat & sudorem. Sic nauta portus modulatur & lucra, ne vndarum ruinas, ne maris discrimina pertimescat. Sic miles, ne vulnera metuat, vt gladios non pertimescat, prædas personat & triumphos. Vnde resurrectionem mente, ore, oculis, spectet, cantet, cogitet Christianus: vt totam mortis possit despiciere & calcare formidinem. Mors est fratres, desperationis domina, incredulitatis mater, germana corruptionis, inferni parens, diaboli coniunx, omnium malorum Regina, quæ omne genus hominum tali ordine inexplebili impugnat: vt primum suffratricem suam desperationem præmittat talia suadentem. Homo, cur tua perdis tempora? Ecce domina mors tua venit animam tuam

in nihilum redigens, carnem tuam putredine, ossa tua vetustate consumens: ut te qui non fuisti antequam nascereris, faciat non esse post mortem. Redde ergo debita ante mortem, moriturus cito, tibi, ætatibus tuis: da lusibus infantiam, da deliciis adolescentiam, da voluptatibus iuuentutem, da senectutem mihi, ne sine causa de spe cogites desperatus. Post istam mittit incredulitatem suam filiam, que minantem. Quasi non moriturus, quasi euasurus mortem, sic de vita disponis. Homo, te decipit fides, tu fidei credis, quæ ut tollat præsentia, futura promittit, & ut auferat quæ sunt ante mortem, nescio quæ inuisibilia pollicetur esse post mortem. Quis inde venit, aut quis sapiens credit tot sæculis promissa nec reddita? O si manduces & bibas, manduca & bibe, cras enim morieris. Tertiam germanam nequitiae suæ corruptionem tali dirigit cum furore, ut aspectus hominum inuadat, attrahat, occupet, per sepulchra extremos ostendens carceres, suos iacere ibi demonstrat immobiliter vinculatos: & ut homines sensus hominis horrore toto, toto pavore conturbet, effundit putredinem, eructat saniem, spargit foetores: atque ad vnum corpus hominis innumeros carnifices ob se vermes dedisse proclamat. Quare non desperationi, quare non incredulitati crederent Christiani? Hæc sunt mortis bella, his ducibus, his consiliis, tali conflictu captiuat, vastat, interficit omnes quos natura præsentem perducit ad vitam, ducit Reges, trahit populos, gentes impellit, non diuitiis redimi, non flecti precibus non lachrymis molliri, non virib. vnquam potuit ista superari. Errauere fratres, qui de bono mortis scribere sunt conati. Et quid mirum? tunc se mundi sapientes magnos æstimant & præclaros, si id quod est summum malum, hoc esse summum bonum simplicibus persuaserint: merito scriptura de istis dicit, Væ qui dicunt bonum malum, & malum bonum. Væ qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras. Et re vera quem non isti fallerent, quem non cæcare potuerunt, qui viuere malum, mori bonum, incautis credere perfece-  
runt? Sed hæc fratres, veritas submouet, lux fugat, impugnat fides: Apostolus notat, Christus delet, qui dum bonum vitæ reddit, malum mortis, prodit, damnat, excludit. Sicut enim cepit Apostolus, *No-  
tum autem vobis facio fratres, Euangelium, quod*

*A prædicauit vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini: qua ratione prædicauit vobis, tenere debetis, nisi sine causa credidistis. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Dei largitas victurum, non moriturum dicit: Aut cui bonum accipit, si non erit ipse qui accipit. In quo & statis. Stat utique qui semper viuat, quia moriturus semper iacet. In quo & saluamini. Si quis moritur, perit: saluator vero ille qui semper viuat. Qua ratione prædicauit vobis, tenere debetis, nisi sine causa credidistis. Non solum fratres, sine causa credidit, sed & sine causa vixit, qui se ad hoc solum natum credidit ut periret. Homo quid tibi oritur quod non occidat? quid tibi quod occiderit, non resurgit? Dies mane oritur: & iterum resurgit in mane: sero sepelitur in nocte, & iterum resurgit in mane. Sol quotidie nascitur, quotidie moritur: resurgit ipse quotidie tempora dum transeunt, peribunt: dum redeunt, reuiuiscunt. Vnde homo si Deo non credis, si non acquiescis legi, si non consentis auditui, vel oculis tuis crede, vel elementis resurrectionem tuam tibi iugiter prædicantibus acquiesce. Certe si ista longe sunt inferiora, quæ in tuis manibus sunt, & de morte tuo opere suscitantur, te posse Dei opere doceant suscitari. Vade ad semen, Apostolo  
*1. Cor. 15.* te docente: tolle triticum aridum sine sensu, sine motu: duc sulcum, fodi terram, fac sepulchrum, sepeli triticum, inspice quemadmodum morte deperit, humore turgescit, putredine corrumpitur & cum peruenerit ad totum quicquid desperatio, quicquid incredulitas, quicquid superbia tibi superius ingerebat: tunc subito reuiuiscit in germine, in herba pubescit, iuuenescit in caule, maturescit in fruge & ad illam totam ipsam, quam tu periisse descebas, speciem resurgit & format: ut te homo triticum non tam doceat manducare, quam sapere: non tam cogat laborare, quam credere. Reliqua nos taceamus, quia & vnde, & quando, & quomodo, & per quem mors venerit: beatus Apostolus plano & satis lucido ac diuino declarat eloquio. Homo, accipe fidem, quia gratis datur: crede resurrectionem, quia qui promittit illam, precium non requirit.*

Esa. 22.

Esa. 5.

1. Cor. 13.

*In verba eiusdem, Nescitis quod hi qui in stadio currunt, &c.*

SERMO CXIX.

**B**Eatus Apostolus Paulus nō solum per doctrinam legis, sed sæculi huius exemplo ad coronam nos glorię cœlestis hortatur. Sic enim inter cætera, ait, vt audiuit dilectio vestra, *Nescitis, inquit, quod hi qui in stadio currunt: omnes quidem currunt, sed vnus accipit branium?* Et addidit: *Sic, inquit, currite, vt comprehendatis.* Secundum terrenū exēplum, multi quidem, vt ait Apostolus, in stadio currūt, sed vnus accipit coronam, id est, ille qui melius currit: ita & in stadio vitæ præsentis, multi quidem currunt, sed vnus accipit coronam. Currunt Iudæi per legem, currunt Philosophi per inanem sapientiam, currunt & hæretici per falsam annunciationem, currūt catholici per veram fidei prædicationem: sed de his omnibus vnus coronam accipit, id est populus catholicus qui recepto fidei cursu tēdit ad Christum: vt ad palmam immortalitatis coronamq. perueniat. Quapropter & Iudæi, & Philosophi, & hæretici in vacuum currunt, quia non recto fidei tramite gradiuntur. Quid enim prodest Iudæis currere per obseruationem legis, qui Christum Dominū legis ignorant? Currunt & Philosophi per inanem sapientiam sæculi, sed superfluis & vacuis cursibus ipsorum est, qui veram Christi sapientiam nesciunt. Vera enim sapientia Dei Christus est, quæ non ornatur verbis, nec luculenta oratione sed fide cordis agnoscitur. Currunt & hæretici per venenatam fidei suæ assertionem, currunt per ieiunia, currunt per elemosynam, sed peruenire ad coronam nequeunt: quia non currunt: falsa enim fides eorum vere fidei gratiam accipere non meretur, Manifestat hoc Apostolus alio loco, cum dicit. Et si distribuero omnem substantiam meam pauperibus & si tradidero corpus meum igni vt ardeat, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Non enim habet charitatem Christi, qui Christo nō fideliter credit. Et ideo bene addidit Apostolus, dicendo. *Si currite, vt comprehendatis.* Currere ergo debemus fidei cursu in fide Christi, in mādatis Dei, in operibus iustitiæ, vt ad coronam æternæ vitæ peruenire possimus. Denique quemadmodum nobis currendum est idem Apostolus consequenter ostendit, dicendo: *Omnis, inquit, qui in agone contendit, ab omnibus continens est: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptibilem.* Vide quibus nos Apostolus exem-

A plis ad coronam promissæ immortalitatis inuitat. In agone isto terreno qui vincere volunt, abstinet se à cibis quibusdam, à potu nimio: abstinent ab omni immunditia, sub tanta castitate, vt etiam propria coniugia non requirant: nec aliter se vincere posse sperant, nisi corpus suum castum, pudicumque serauerint. Et post tantum laborem quid aliud quam paruum, & corruptilem, & vilem quidem coronam accipiunt? Si ergo pro corruptibili corona tantus labor à quibusdam suscipitur: quanto magis nos omnem laborem sustinere debemus, quibus præmium cœlestis, & æternæ gloriæ corona promittitur? Est ergo nobis agonizandum nō leui certamine: certamus enim contra spiritualia nequitæ, contra diabolium & angelos eius: certamus contra inuistitiam, contra impietatem, contra malitiam, contra impudicitiam, contra diuersas illecebras peccatorum. Et si certantes vincimus, tot coronas accipimus, quot vitiorum victores fuerimus. Magnus itaque agone iste est, in quo spectaculum domino exhibemus: spectamur enim certantes à domino: spectamur ab angelis eius: in terra vincimus, sed præmium virtutis in cœlestibus accipimus. Denique sancti martyres in agone certaminis positi, non solum vitia peccatorum, sed ipsam mortem vicerunt, & præmia immortalitatis susceperunt. In hoc agone primo Dominus & Saluator noster, & certauit & vicit, vt nobis exemplum certaminis & victoriæ demonstraret. Hæc ergo vobiscum tractantes, semen boni certaminis iniicimus in cordibus vestris, tanquam sulcata inuenientes pectora vestra aratro iustitiæ. Colite igitur verbum quod sparsimus in vobis, vt possit germinare quod satum est. Deus autem visitatione sua, rore suæ pietatis infundat: & det incrementum seminibus nostris, quo possitis in collectis manipulis meritorum ad fructum centesimum peruenire.

*In verba eiusdem, Nolite configurari huic sæculo, &c.*

SERMO CXX.

**C**HRIſTUS Apostolos sal esse hodie patefecit, dicendo: Vos estis sal terræ. Ne quis ergo impatenter ferat, si beati Pauli verba vt grana <sup>Manh. 5.</sup> diuini solis terminus: quatenus altius saporati sensus intelligentiam condire possimus. Grana enim salis integra saliant, quatenus

quatenus in medullis ipsa subtilius atrenuata descendant: sic sermo Apostoli communiter lectus præbet simplicem sensum, profundam scientiam præstat, lectione sedula iteratur ad illa, quæ ante perscrutati sumus. Hodie dicit beatus Apostolus, *Nolite configurari huic sæculo*. Putasne beatus Paulus Apostolus dicendo sic, elementorum figuris ne configuremur obstitit? neue simus vt Perfarum Reges, qui subiecta nunc pedibus suis sphaera, vt polum se calcare vices mentiuntur: nunc radiato capite ne sint homines, solis resident in figura: nunc impositis sibi cornibus, quasi viros se esse doceant, effæminantur in Lunam: nunc varias velut siderum sumunt formas, vt hominis perdant figuram, & nihil supernæ claritatis acquirant. Sed ista licet de sæculi vanitate descendant: & à sapientibus tam fugienda sint quam ridenda: tamen Apostolus cum dicit, *Nolite configurari huic sæculo*. Sæculi vitam corrigit, arguit mores, iudicat institutum, castigat voluntates, luxuriam condemnat, & totam vanitatum sæcularium pompam propellit, effugat, excludit à mentibus Christianis. Sed hoc modo strictim commonet, quod est in principio huius epistolæ latius executus: vbi figuram sæculi in vitiis sic figurat. Repletos, inquit, omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurratores, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, erectos, superbos, inuentores malorum, parentibus non obediens, insipientes, incompósitos, sine affectione, sine misericordia, qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: non solum qui faciunt illa, sed & consentiunt faciendis. Fratres, audistis formam sæculi, didicistis speciem, vidistis figuram: si tamen formam & non informe monstrum, vbi confusione criminum tota rerum facies est deleta: vbi peccatorum connubio tota mundi figura est dissoluta, vbi delictorum morbis imago ipsa ablata est conditoris, vbi homo in vitiis est sepultus, vbi corrupti corporis scatent scelera, vbi homo hominis est sepulchrum, vbi in homine non homo cernitur, sed cadauer. Apostolus ergo huic formæ nos prohibet esse conformes: & configurari nos huic vetæ figuræ: huic similitudini conformes non esse permittit sed ad formam Dei reformat, ad similitudinem reuocat. Christi, & totam reducit ad imaginem conditoris, dicens: *Sed reformamini in nouitate sensus ve-*

*A stri*. Hoc est, sicis per Christum sensibus inuouati, abiecta sæculi huius figura: & tota inueteratæ imaginis deformitate proiecta, formam vestram in formam vestri reducite Saluatoris: vt nouitas sensuum vestrorum in vestris actibus eiuceat, & cælestis homo cælesti habitu iam gradiatur in terra. Qualiter autem componat formam noui hominis, iam pateat. *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem habent actum: sic multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habentes autem donationes secundum gratiam quæ data est nobis differentes*. Agit, agit vt corpus quod collocat in cælesti actu, in superna vita, in moribus sanctitatis, membrorum consensu, & copulatione consistat: neque pes oculi ministerium, neque oculus pedis officium peruersio tumore confundat: sed vt sanctitatis membra donis contenta sint largitoris, & credant suum esse membra omnia, quod vnum fecerit membrum: quia minorari nescit membrum vnum, quod totum honoratur in corpus. Hinc est quod Apostol. actus membris membra actibus sic depingit. *Sive qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui præst in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Caritas sine simulatione, odientes malum, adherentes bono, inuicem honore præuenientes, inuicem benigni, sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, Domino seruentes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, memoriis sanctorum communicantes, hospitalitate sectantes: benedicite, & nolite maledicere: gaudete cum gaudentibus flete cum flentibus, providentes bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes: si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes: non vindicantes vosmetipsos, sed date locum iræ. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: non li vinci à malo, sed vince in bono malum*. Superius fratres, Apostolus patefecit membra vitiorum: reuelauit modo nobis membra virtutum: vt cæleste corpus tantis solidatum membris, neruis talibus roboratum, possit facile mundi bella prosternere, diaboli superare confictus. Et ita viuens, vt Apostolus docuit, non prosternit mundum? non poterit carnem? non diabolum vincit? non æquatur Angelis? non maior est cælo? Plane maior cælo, quia cælum non mouetur sponte, non voluntate agit, non iudicio facit quicquam, sed sola ne-

cessitate feruit semper, quia semel iussum est feruire: impollutum se non viribus, non labore custodit: vnde cum non sit obnoxium poenæ, sic tamen nec consistit ad præmium: at homo ex terrena vilitate concretus, dum terrenam labem vincit, dum sanguinis stimulos frangit, dum carnis exuperat passiones, transcendit cælum, ad ipsam deitatis peruolat sedem: & sic fit maior cælo, meritis supergreditur Angelos, non natura. Probat hoc Apostolus Paulus, qui dum satis terram vincit, & intrauit cælum, & transiit alium, & vsque ad tertium meruit peruenire. Et iuste, nam primus conscendere debet cælos, qui sic & verbo & exemplo homines penetrare docuit cælos. Erit, erit maior cælo, qui vixerit: sicut docuit Paulus, erit clarior Sole, qui sic virtutum radiis toto orbe splendet, vt fuscari se nulla vitiorum nocte permittat. Erit, erit iste lucidior Luna, qui tenebras has non tenuato lumine temperat, sed totam sæculi noctem pleno meritorum fulgore depellit: nec sicut Luna quotidiana lucis detrimenta persentit, sed iugi factorum lampade in superni luminis claritate persistit: nec iste sicut illa menstruo interpollatur obscuro, sed in claritate Dei continua permanebit. Et si magna est illa quod mitigat noctem, quanto hic maior cuius vita recipit nil de nocte? De stellis taceo, quia quot cælum stellis, tot sancti virtutibus elucescunt: dicente Domino: Vos estis lux mundi, Lucete sicut luminaria in mundo. Ad summum, Cælum, Sol, Luna, Stellæ, (Deo dicente) transibunt: iustus autem in claritate Dei continua permanebit. Velim fratres, de singulo Apostoli verbo proferre singulas dictiones, sed quia & frequentata lectio fastidium generat audientis, & nos diutius non possumus Euangelicas tacere virtutes: gratum sit charitati vestræ quod compendio sermone præsentem clausimus lectionem: Deus autem noster, & quæ diximus, & quæ tacuimus, ipse sanctis vestris sensibus insinuare dignetur.

De diuite & Lazaro.

SERMO CXXI.



Vdistinguit fratres, hodie & paupertatis finem, & diuitiarum, qualis sit exitus cognouistis: dicente Domino, Homo quidam erat diues,

& induebatur purpura & bysso, & quotidie epulabatur splendide: & erat quidam mendiculus nomi-

ne Lazarus, huiusmodi plenus, qui iacebat ad ianuam eius, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant & lingebant huiusmodi eius. Factum est autem, inquit, vt moreretur pauper, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahamæ. Diues autem mortuus est, & sepultus in inferno. En fratres, quam rerum lamentanda mutatio: pauperem portant Angeli: diuitem deglucit infernus. En fratres, mors pauperis: totam vitam diuitis vicit: & elatio sola pauperis totam diuitis pompam transcendit, & gloriam. Quare sic sepultura decipit oculos: quare sic exequiarum pompa mentitur: in obsequium diuitis migrat hic tota ciuitas cum funus effertur: pauper vadit solus: pauperem duorum portat miseratio baiulorum: nec quatuor vt mortuo, sed duo sub vno veste, quasi proiciendo oneri portitores addicuntur inuiti: Merito ei mox angelica officia, merito diuina deputantur obsequia, cui tam crudeliter negata sunt ipsa humanitatis extrema. Funus diuitis antecedit lugubris turba feruorum: feretrum pauperis præcedit Angelorum psallentium multitudinem. In marmoreo tumulo & curata veste iacet diuitis corpus inclusum: pauperis caro naturali quiescit in limo: & materiali situ vermium morsus nescit: præuenit putredines & foetores. Sed requiramus fratres, quæ diuitis culpa, quod crimen, quod scelus eum supplicii addixit inferni: & ante iudicium damnationis eius, elogium tot sæculis fecit, ipso iudice referente, cantari, dicente Domino, Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide: & erat quidam mendiculus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam diuitis, & cupiebat saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis. Nunquid per se tantum diuitiæ criminose sunt: aut solæ, & per se penes Deum damnandæ sunt vestes: & tantum per se puniendæ sunt epulæ, vt non solum careant præmio bonorum, sed omnium malorum ferant & mereantur exitum? Aut ita per se probata est, & sanctificata mendicitas, huiusmodi tam sacrata, vt Angelorum manibus Abrahamæ sancti rapiantur ad gremium? Et mirum fratres, quod Abraham quondam diues nunc diuites spernit: dicente scriptura, Erat autem Abraham diues valde, & cum quem habuit in bonis presentibus parem, nunc reprobat & patitur esse poenalem: præsertim cum neque pauperis huius bona, neque mala diuitis istius prodiderit sermo diuinus. Cur ergo nunc Abraham ambit pauperem, diuites refugit & refutat? Aut quem-

Matth. 5.  
Phil. 2.  
Matt. 24.

Leu. 10.

Gen. 30.

admodum hunc Abraham innocentem habuere diuitiarum, hunc fecere diuitiarum criminofum? Illum promouere ad omnium requiem beatorum, hunc in omnium malorum barathrum deputarunt? Verum ne propositus sermo uestrum diu fatiget animum, suspendat auditum, acceleranda nobis est huius solutio quaestionis. Abraham fratres, non sibi, sed pauperi diues fuit, & opes non habere, sed prorogare gestiuit magis magisque, in sinu pauperis, quam in horreis recondere suas studuit facultates, sicut toto vitae eius ordine perdocetur. Nam peregrinus ipse iugiter laborauit, sicque ne peregrinus peregrinum se esse sentiret: sub tentorio manens ipse, sine recto aduenam manere non passus est: & hospitem hospes semper ipse suscepit, extorris patria, domicilij nescius, ipse & Dominus omnium fuit: & patria, sciens se non incubatorem, sed dispensatorem diuinæ positum largitatis, ut vindicaret oppressos, absolueret captiuos, eriperet iam, iamque morituros, ipsum se morti nouus bellator addidit, apud quem pietas in alterum vita sua charior fuit. Abraham suscepto hospiti astitit, non assedit: & fuit iste non coniuua hospitis, sed minister: Abraham uiso peregrino, Dominum se esse nesciuit, ipse allator prandij, ad coquinam satis delicatam sollicitus addixit uxorem: & qui se, suaque omnia famulis suis credit ac committit, committere vix audet hospitem coniugi quam probatæ. Et quid plura fratres? Huius denique humanitas sic sancta sanctis est semper manibus præparata, ut inuiteret apud illum ipsum Deum, & compelleret hospitari. Ille ad Abraham, ille ad requiem pauperum, ille ad hospitem receptaculum venit, qui se in hospite & paupere receptum fatebitur in futuro, cum dicet. Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes fui, & suscepistis me. *Factum est autem, ut moueretur pauper & portaretur ab Angelis in sinum Abrahamæ.* Non immerito fratres, sua tunc omnes sanctos suscipit in requie, & in ipsa cœlesti beatitudine fungitur dispensatoris officio: quia dum semper hic suscepit peregrinos & pauperes, ipsum cum Angelis suscipere Deum, ipsum sub tentorio suo videre hospitem meruit, quem semper habuit largitorem. Et reuera fratres, parum se beatum credidit, si in ipsa superna gloria ab hospitalitatis pio cessaret officio. Et solis donis frueretur diuinis, qui hic humana, bona crudelem se credidit quicquam si negaret Abraham fratres,

A venientibus longè semper occurrit, prætereuntes etiam prece vocat: nolentes magna cum supplicatione suam compellit ad mensam: prima, & sagine de gregibus hospitibus semper apponit: suis, & coniugis suæ manibus factos calentes semper offert panes, quos frigidos & hesternos esse utique iugis humanitas non sinebat. At iste alter diues, imò diuitiarum captiuus, seruus opum, & ipsis censibus compedibus, tantum pompæ immobile sepulchrum, in quo pietatis totus utique & uisus defecerat, & audirus, non iam personam, non pauperem, sed ipsam misericordiam despicit ad ianuam suam Lazarus sic iacente. Purpura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis ferrea viscera crudelis anima nutrebat: quem Deus humanæ salutis audis inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum, quam ipsum pietatis conflatatorium eius proiecit ad ianuam: conflatatorium dixi, propter ferrea viscera. Impiis ergo oculis mendicus Lazarus ingeritur, admouetur, & ut diues dare possit, magis magisque diuitis census cumulatur: sed diues adamante durior, quicquid Deus pauperis propter alimoniam diuitis conferebat ad censum, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat. **C** Deus ut non taceret, ut clamaret, ut admoneret diuitem, ut panem se querere tantum ieiunus pauper ostendat, ut vel ad minima largienda abundantis impellat animum, augetur pauperi fames. *Cupiebat inquit, de micis saturari que cadebant de mensa diuitis.* At diues variis crapulatus ferculis indigentiam suam ructabat ad cœlum, ne vocem pauperis humi & taliter iacentis, audiret. Itémque Deus, quia obduratis auribus unius oris nil erat vox clamantis, ad aperiendum cor diuitis totum corpus pauperis, vulneribus aperit, ut in admonendo diuite tot essent pauperis ora, quot vulnera, soluuntur viscera, hulcera producuntur, hiatus vulnerum dilatatur, fames effunditur, & tota pauperis caro componitur in scenam pietatis: ut quem vox esurientis non mouerat, vel suspiria, vel dolores, gemitus, & tota ærumnarum congeries commoueret, sed diues superbo oculo & infatiabili corde, hæc omnia & audire, & videre, & sentire contemnit. Quærit adhuc Deus quemadmodum diues à sua obstinatione soluatur. Soluit pauperi manus à suis artubus, uti nec abigeret canes diuitis, quos vulneribus suis diuitis erat pasturus in vulnus: & nouo modo fratres, humanitatis

ordo mutatur: fit humana mendicitas, vt cupiditas prodatur inhumana. Diues pauperem nec cadentibus de menfa micis pascit: & Lazarus pauper, quia aliud non habebat, etiam de carnibus suis canibus humanus exciuit. Miser diues, si panem non dedisti, quare vel canes abigere noluisti? Sed mitiores te canes tui, imo tu scruior canibus tuis: nam te scruiente illi parcunt, qui non ad morsum dentes, sed linguas ad obsequium sic producant, vt in modum spongiæ non vexent vulnera, sed detergant. Diues in canibus tuis famem pietas vicit: in te impietatem saturitas non eicit. Nam quod canes hoc studio facere curantur, vsus ipse qui semper est in oculis, probat. Nam canes lambendo semper curant vulnera sua: canes curant pauperem magisterio naturæ, & homo hominem negligit, ipsa grauius accusante natura. Verum est, verum est, quod diues cum nec micas dare potest, semper auarus eger. Differendus est sermo fratres, quia & dicendi tempus absumpsimus: & lectionis loca, quæ nobis tractanda sunt, maxime subsequuntur.

## DE EISDEM,

## SERMO CXXII.



Eberet fratres, sermo noster hodie sancti Andree, in quantum sufficit, referre virtutes: sed quia de diuite illo, & Lazaro Euangelico paupere, quod superest nos diximus redditorios, & B. Andree Apostolatus, & Martyrij sui prerogatiua sufficit, & abundat ad gloriam. Si placet, nos quæ promissimus, quæ debemus, ipso Domino reddente, soluamus. Scientes namque quod & dicenti & audienti semper generet lassitudo fastidium, superiore tractatu maximam partem propositæ distulimus lectionis: vt reparatis animorum vitibus salutaris verbi sequentia toto vigore & debito caperemus auditu. Post illa enim quæ diximus, hæc sequuntur. *Et eleuans oculos cum esset in tormentis, Abraham vidit à longè, & Lazarum in sinu eius.* Et eleuans oculos suos: serò diues sursum leuat oculos suos, quos semper depressit in terram. Diues, quos oculos leuas, ipsi sunt accusatores tui: quos oculos leuas, ipsi non placant iudicem, sed inflammant: non reportant veniam, sed reatum: & exigunt pœnarum cumulum, non solamen. Quo oculos leuas? quid clamas adhuc diues? quo respicis diues? Ibi est

Luc. 16.

A Lazarus, ibi est impietatis tuæ proditor, reus criminis, crudelitatis assertor. *Et clamauit, inquit, pater Abraham miserere mei.* Modo cognoscis patrem, & modo tibi patrem se esse nescit, quem in Lazaro patrem sic spreuisti: modo tibi iustus occurrit, qui tunc, vt tibi pius esset, diu Lazarum passus est cruciari. Infelix quem sic ipsa origo arguit, quem sic ipse lucis author addicit: infelix cui in iudicio pro magnitudine criminis non misereri genitor, non pater ignoscere, non affectio potuit subuenire. Quid clamas adhuc diues? Adhuc diues, sed crimine, non sensu, non substantia, sed reatu. Quid clamas? quid postulas? Hoc loco iam non geritur postulatio, sed controuersia, vbi è diuerso consistit ipse qui passus est: sed agendum diuersus est locus: hic agit de proximo, ille de longè: hic de sinu suggerit, clamat ille de tartaro: exorat ille de requie, queritur hic de pœna. Sed quid dicit diues? *Pater Abraham miserere mei.* Bene diceres, si Lazarus in sinu residens ipsum pectus iudicis non teneret: bene diceres, si Lazarus iustissimi cognitoris tota non possideret arcana. Gratis rogat iudicem, quem sic innocens confessor accusat: & frustra sibi credit iudicem posse subuenire, quando ore iudicis pronunciat ipse tanta qui pertulit. *Miserere mei, & mitte Lazarum.* Adhuc tu in Lazarum sit crudelis? *Lazarum mitte.* Quò? Ad infernum de gremio, de folio sublimi ad profundissimum chaos, ad tormentorum stridorem de sancta quiete, de tanto silentio beatorum. *Et mitte Lazarum.* Vt video, quod agit diues, non est nouelli doloris, sed liuoris antiqui: & celo magis incenditur, quàm gehenna. Est graue illis malum, est illis incendium non ferendum, quos aliquando habuere contemptui videre felices. Adhuc diuitem malitia non deserit, quem iam possidet pœna: qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vult deduci. Ad cruciatus tui stratum diues pius Abraham Lazarum mittere non potest, quem tu ad mensam tuam non es dignatus admittere. Iam vobis veræ sunt vices: vides eius gloriam, cuius supplicium sic spreuisti: videt ille cruciatus tuos, qui te tunc tua mirabatur in gloria. Sed videamus fratres, quare sibi mitti Lazarum sic deplorat, *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam.* Erras diues, hæc flamma non tam linguæ, quàm mentis est: non tam linguæ, quàm cordis est: & adhuc iste conscientie calor est, non illud extremum quid te manet

& expectat incendium. Nam si te iam nouissimum iudicij totus ignis ambiret, & illius desperatæ damnationis sententia iam teneret, nunquam leuares oculos, nunquam patrem colloqui, nunquam pro te rogare: nunquam præsumeres interuenire pro fratribus. Certè si te iam possidet totus ignis inferni, si te gehennæ flamma complectitur, quare solius linguæ æstibus desideras subueniri? Nisi quia cum pectus tuum anhelat flamma sui criminis & reatus, magis lingua uritur, ardet, æstuat, quæ insultauit pauperi, quæ misericordiam denegauit: hæc præcedit ad iudicium: hæc antea degustat, & patitur cruciatus, hæc de toto corpore prima sentit ardorem, quæ cum prima hic varios deliciarum cibos, & odorata degustaret pocula, mandare pietatem noluit: fieri misericordiam non præcepit, sed & ipsa cum alij facerent, derogabat. Ipse est qui induebatur purpura & bysso. Quid est diues? ab æstu byssus non defendit: purpura non resistit inferno? Remanserunt ista, deseruerunt ista, & ipse nunc nudus sudas, æstuas, qui aliquando insultabas æstibus artificiosa nuditate vestitus. *Et mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam.* Quid est diues? ubi sunt torrentes torcularium tuorum? ubi sunt horrea ad famem pauperis non minus cupiditatis dilatata, quam copis? ubi sunt, vina ad inopiam pauperis annositaribus, & ipsa temporum obliuione seruata? ubi sunt effusiones, lapsus, flumina ministeriorum tuorum? Ista omnia tibi periere, non criminis, qui sitis extremi digiti guttam, quam si vel folam dedisses pauperi, non sitires, Immisericordem te gutta & mica reddidit inhumanum, in quibus totus pauperis & victus consistit & vita. Velim scire diues si vel ipse tibi in pœna positus ignoscis: quia ad hæc mala non venisses, si de tantis horreis micam, guttam de tantis torcularibus tunc dedisses. Parum est quod caro eget, quod natura exigit, quod sufficit vitæ: auaritia causa est, quod homo magna & multa recondit non sibi, sed aliis, ad suum plane presentem, vel posterum cruciatum. Sed dicis diues, Ego & si vinum negaui, aquam peto, quam communem cunctis animantibus author ipse omnium præstitit & natura: Puto diues, quod & aquam pauperi tu negasti: cui ne ingrederetur ianuam tuam, ne ad tuum puteum perueniret, canes quam plurimos obiecisti. Quid est autem quod dicis? *Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti in aqua.* Et non deferat aquam? ergo iuxta te est aqua: & si iuxta est, quare de pro-

ximo non fumis? quare? quia vincæ sunt manus tuæ merito diues, quia solutis debilitate Lazari manibus subuenire temptasti. Debet homo, debet debilibus sua membra partiti: quæ cum Iob non daret, sed redderet, sic dicebat. Ego fui oculus sæcorum, pes autem claudorum: ego eram pater inualidorum, Homo si non habes nummum, da pauperi manum, quia maiorem misericordiam facit, qui ad mensam suam manu pauperem debilem ducit. Ipsum se pauperi dedit, qui se aptauit in obsequium pauperis, aptauit in pauperis seruitutem. Iterum fratres, præsentis verbi plenitudinem differamus, vt tertia audicione quam sententiam ab Abraham beatissimo pertulerit diues, proloquamur.

DE EISDEM,

SERMO CXXIII.



Nuerecundi debitoris est, aut differre credita, aut promissa denegare: honesti sine mora, & mox vtraque dissoluere. Promissimus vt omne quod restat de illo diuite redderemus, qui cum in Lazarum visus sit immitis, in se magis sæuus exitiit, & crudelis. Hactenus quid diues ad Abraham locutus fuerit, & sanctus Evangelista, & noster sermo, in quantum potuit declarauit. Dictum est, *Et eleuans oculos suos* Luc. 26: *cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & clamans, dixit, Pater Abraham misere mei: & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma. Cui nunc respondit Abraham, Fili uocasti bona in vita tua.* O mira pietas, adhuc vocat filium, quem generasse propria crudelitate sic respicit. O singularis bonitas, adhuc vocat filium, quem vidit inferni vernulâ, pœnarum sobolem, extremum mâcipium iam gehennæ. Sed vocat filium, vt magis, magisque filij probatur impietas: quâdo cum tali etiam paterni sermonis pietas perseverat. Tu vocas patrem, ego voco filium: vt te grauius doleas perdidisse quod natus es. Adhuc voco filium, vt amarius doleas perdidisse quod natus es. Adhuc voco filium, vt amarius doleas perdidisse te quod tibi gratia dederat, & natura: quia non habuisse doloris, non est tanti, quanti habita mœroris est perdidisse: voco filiû, vt intelligas iudicij esse, quod pateris, nō furoris: voco filium, vt in me mea patietia, & in te tua maneat pœna. Sed iste fratres intelligit se

non esse filium, qui fatetur, & pensat de suo merito, quod tam pij. patris perdidit de natura. Qui tunc utique respondisset generi, si pius, si hospitalis, si misericors, in pauperem si fuisset humanus. Qui genitoris opera non facit, negat genus, domino sic docente: Si filij Abrahamæ essetis, opera Abrahamæ faceretis. Ille fidem generis probat, cui tantus paterni operis assertor assistit. Sed quid dicit Abraham. *Fili, recepisti bona in vita tua.* Si tantum diuitis huius istud est crimen, quia recepit bona quantum reus qui inuadit indebita? Si tantum criminofus qui sua claudit, qui non largitur accepta, quàm pœnalis est qui & suis incubat, & aliena peruadit? Fratres, demus nostra, si tamen nostra, demus tamen quæ putamus nostra, vitemus aliena, declinemus extranea, certè si cui aliquid tulimus, tota celeritate reddamus: ne hic relinquentes omnia, illic cœnsu pauperes, crimine diuites, ad istum diuitem perducamur. Discat tamen diues quia recepit bona, non accepit: Videris fratres, quia Abrahamæ sancti verbo istius diuitis animus proditur, sensus arguitur, intellectus punitur, qui non sibi data, sed reddita credidit quæcunque domino largiente possedit. Intelligite quo sensu incesferit, quo corde ambulauerit, qui Deum sibi credidit debitorem, & dominum suum malè diues vsuris suis addixit obnoxium, ignorans quia dominus & si pauper incesferit in terra, diues tamen ascendit in cœlum: & dedit ille, non accepit in scœnore, qui dedit vni quinque talenta, alij duo, alij vnum: vnde & promittit se exacturum, non redditurum vsuram, cum dicit ad seruum: Serue nequam & piger, dedisses pecuniam meam, & ego venissem, & exegissem eam utique cum vsuris. Hinc autem plus impius diues iste, quia non in alium pius exitit: qui & si recepit bona, non pro bonis mala, sed pro malis bona recepit indignus. Sed transeamus ad Lazarum, & quæramus quid est quod dicit. *Et Lazarus similiter recepit mala.* Et id sufficiat ad meritum, abundet ad gloriam, si non fecit bona, sed recepit mala: plane beatus est fratres, qui se à Deo accipere bona, mala recipere fideliter credit. Beatus qui Deo semper reddit debita: certè si non potest, vel dimitti sibi debita tota humilitate deponat, ipso Domino sic docente. Dicite: Dimitte nobis debita nostra. Beatus qui Deo debita, & cum non intelligit se contraxisse, persoluit, altius Propheta instituente, cum dicit: Quæ non tapui tunc exolvebam. Beatus qui se apud Deum semper vt excuset, ac-

cusat, scriptura taliter admonente: Iustus in primordio sermonis sui accusator existit. Et si iustus, quare se iustus accusat: quia: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Homo coram homine de iustitia, de innocentia, de merito forsitan gloriatur: coram Deo qui se de innocentia iactat, de sua iustitia gloriatur, homo non est. Hinc est, quod ille Pharisæus cum non orat, sed iustitias suas computat, imputat, ructat, iniustus & Publicano deterior abscedit. Sed accedamus ad reliqua. *Nunc autem hic consolatur, ait, tu vero cruciarius.* Videtis fratres, intelligitis fratres, quia iustos ex his quæ dicta sunt, & si discretio locorum, vna tamen, & inferni adhuc regio continebat: atque eos & si chaos iam magni, nondum tamen cœlestis habitatio separabat: & si diuidebat illos hiatus tristis, nondum tamen deputata superius angelis altitudo. Flammea romphæa (sicut Legislator refert) Paradisi volebatur in ianua, ne illuc homini pateret accessus: æreis ianuis, & ferreis vestibus portæ inferi obseratæ cludebantur, ne animabus, quæ illuc iactatæ fuerant de supernis, vllus pateret egressus. Nam & chirographum paterni debiti, quod morti singulos adiiciebat, stylo culpæ, & reatus ipsius atramento tenebatur ascriptum, & ad sobolis noxam multa temporum currebat vsura: nec erat idoneus qui Paradisum introiret, flammam extingueret diuinitus institutam, aut aperiret ianuas inferni cœlitus obseratas, aut solueret chirographum, quod in arca legali Dei præcepto tenebatur inclusum. Hinc est, quod ipse dominus primi homini, id est, contumacis serui, exultator aduenit: ipse dominus qui obserauit Paradisum, qui clausit infernum, ad terras & inferos tota potestate descendit, vt accensa extingueret, clausa protinus aperiret, protoplasti facinus aboleret. Hinc est, quod arietem suæ crucis portat aggressurus infernum, vt conterat & confringat ipsas tartari ianuas ære munitas, & ferro. De latere fundit aquam, vt Paradisi viam temperet, ignem ex parte sanctorum extinguat inferni, totum chirographum debiti diluat, & soluat antiquum: & patiendo hoc remittat ipse, quod ipse intulit imperando. Agnoscite fratres, lætamini fratres, post triumphum Christi sanctorum custodiam dissolutam, & in sanctos vltra inferni nil deberi: quando Christus vt iustos, non iniustos absolueret, ad inferos vsque penetrauit. Intelligamus fratres quantum Christus pro-

fuerit, imo quam sine Christo in nullo fuerit salus, cum præter istam corporum solutionem, sanctorum quoque animæ apud inferos tenebantur astrictæ. Beatus ergo Lazarus, qui totum Deo debuit, ut crimini nil deberet. Beatus qui hæc recepit tot mala, ut ibi bona omnia possideret. Et adiecit Abraham, dicens: *Neque hinc ad vos transire neque huc transire quis potest. Terret fratres, terret nimis huius vocis auditus; quæ ostendit post mortem, & semel apud inferos pœnali custodiæ deputatos ad sanctorum quietem non posse transferri, nisi Christi gratia iam redempti, ab hac desperatione sanctæ Ecclesiæ intercessione solvantur: ut quod sententia negat, Ecclesia mereatur, præstet gratia.* Hic tamen diues rogat adhuc, & dicit: *Pater Abraham.* Adhuc vocat patrem, qui meritis suis & patrem & patriam sic amisit. *Pater Abraham.* Hic miser & in pœna mentitur. *Pater Abraham, mitte eum in domum patris mei.* Si verè hunc patrem vocat, cuius domum patris alterius tunc requirit? nisi fortè eum se in absentia habere patrem credit, quem in præsentia se taliter conspicit perdidisse: & sic sibi credit eius patris domum eius gratia custodiri, cuius ibi negari sibi finem videt, videt requiem pernegari. *Pater Abraham, mitte eum.* Quem? Nempe Lazarum. Vbi? *In domum patris mei.* Modo, & tardè, diues Lazarum ad domum patris sui non miserans, sed miserandus inuitat, quem toto tempore substantiæ miseratione suis incumbentem ianuis non recepit: & sub specie pietatis ad pristina vulnera, ad præteritos gemitus Lazarum vult redire, quem prima petitione ad suos deuocare non potuit cruciatus. Antè dixit: *Mitte ad me.* Modo dicit. *Mitte ad fratres meos.* Dolet, agit infelix, ne videat felicem, quem aliquando putauerat infelicem. *Mitte ad fratres meos.* Vbi? *In domum patris mei.* Ut quid? *Habeo, enim, inquit, quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Cui pius, qui sibi sic impius? Impudenter præsumit alijs impetrare pœnitentiam, qui sibi tam creduliter ad veniam nil prouidit. *Mitte Lazarum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres.* Et putas quod quinque fratribus tuis sufficit Lazarus, qui tibi tanto tempore, tot vulneribus suis, toto clamans corpore nil profecit? Merito ei respondit Abraham: *Habent Moysen & Prophetas, audiant illos.* Sine Lazarum tantos requiescere post labores, & tu desse tuas quas tuo merito sustines pœnas. Deus autem fratribus tuis, & omnibus, non pro tuo consilio, sed pro suo

A munere olim prospexit ad salutem, dedit per Moysen legem, Prophetiam largitus est per Eliam: audiant ergo illos, ne tuos sentiant cruciatus. Respondit diues: *Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei.* Cui respondit Abraham: *Si Moysi & Eliæ non credunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent ei.* Nihil tam verum fratres, qui de cælo loquenti per legem, de cælo venienti Christo credere noluit, iam non merebitur credere ab inferis reuertenti. Ipse Christus fratres, Deus & Dominus noster ad Moysen est locutus de cælo, ipse in terra terreno est locutus in corpore, ipse cum terreno corpore ab inferis est reuersus: & tamen referenti quæ bona in cælis, quæ sint apud inferos mala, fratres diuitis illius, qui Iudæis intelliguntur in populis, credere tota obstinatione noluerunt. Verum fratres, quia nos, qui sit diues, aut quis Lazarus pauper, & qui sint quinque diuitis fratres, dicere nunc tempus excludit: nec quid in hac historia spiritualis intelligentiæ lateat, aperire permittit: edocti per Christum quid apud ipsum iusto maneat, quid apud inferos expectet iniustos, agamus, curamus verbo, opere, misericordia, ut & superna bona apprehenderet, & mala perterriti vitare & declinare possimus.

## DE EISDEM,

## SERMO CXXIII.



Uoties nobis à Deo diues ingeritur purpuratus, quoties vulneratus pauper apponitur, toties nobis misericordiæ *oportet* panditur, toties nobis stadium pietatis aperitur: ut de spectaculo cælesti possimus attendere, quam breui quantumuis pauper ad palmam, diues peruenit ad ruinam. *Homo, inquit, erat diues, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, & erat quidem mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis.* Induebatur diues purpura, pauper liuore: diues bysso, pauper squallorè: auro diues, pauper fetore: diues pulmeo decumbebat in sigmate, iacebat durissima pauper in terra: diues rustabat epulas, fanie pauper anhelabat: fundebat vina diues, pauper lachrymas: exfatigatus diues proiciebat panes, micas pauper esuriens non habebat: pascēbat obiatrantes pauperem diues ferculis suis, pauper vulneribus suis, saturabat diuitis canes. Ac ne plurimis, ad

*Id est, carnalium laborum.*  
Luc. 10.

diuitem bona omnia, ad pauperem mala omnia perlegimus prouenisse, neque tamen pauperem fregerunt aduersa aut diuiti-omnia secunda profuerunt, imo pauperem prouexit ad Philosophiam paupertas, ad virtutem dolor, contemptus ad patientiam, necessitas ad voluntatem, fames ad ieiunium, sitis ad tolerantiam, ad vitam mors, ad primum pena, ad caelum terra, egestas ad superbiam, byssus ad luxum, ad inhumanitatem copia, abundantia ad impietatem, vnguenta ad marcorem, ad caecitatem splendor, sublimitas ad ruinam. Ergo neque prospera ignauos erigunt, neque fortes aduersa prosterunt, quia neque diuitiae, neque paupertates, sed animus aut ducit gratos ad primum, aut ad penam deducit ingratos. Ianua diuitis pauper apponit vlcibus plenus: ac fit hoc non humano casu, iudicio fit diuino, vt diuitis & pauperis cõflictus esset in terra, spectaculum maneret in caelo. Diues totus indutus diuitiarum stabat armis: & contra pauper iacebat ipsa vestitus in carne: nisi forte lorica erat illi vnum totius corporis vulnus. Diues morabatur seruorum choris, pauper exutus cute dolorum stimulis agebatur. Iaciebat impietatis tela diues, clypeum miserationis Lazarus opponebat crudelitatem suam, diues pauperis vibrabat in vulnus, frustrabatur diuiti fontem animam totus corpore deferente migravit, & calcata carne in spiritum totus armiger supernus ascendit, ne vbi possit ferre diuitis credulitas inueniret. Ob hoc enim egerat Deus, vt diues pauperis, pauper diuitis in oculis semper essent, quatenus vicissim sibi ambo curam de vario languore praestaret. Egrotabat pauper corpore, mente diues. Hinc est, quod differebatur cura pauperis, diues fumeret de vulnere medicinam, de gemitu compunctionem, de lachrymis poenitentiam, de patientia exemplum, de fame misericordiam, de siti sensum. Ad summam, caeleste de terrena compassione confortium, certe vt tantis diues bonis fultus Deo gratus esset, quando gratus Deo pauper in malis omnibus, vidente diuite, permanebat. Merito ergo portabatur ab Angelis qui iacebat, qui lugebat, Abrahæ consolabatur in gremio: & viuunt Deo semper, qui se sibi viuere nec sciunt in mundo. Factum est, inquit, vt moveretur pauper, & portaretur ab Angelis in sinu Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Miser accepit ante animæ, quam corporis sepulturam: nec ante quieti corporis, quam poe-

nali traditus est sepulchro: vt viuat poenæ semper, cum sit semel mortuus vitæ. *Et sepultus est in inferno: & vidit Abraham de longe, & Lazarum in sinu eius.* Immutatio quanta rerum: quo descendit diues? quo pauper ascendit? Respicit ibi sursum, quem despexerat hic deorsum: & videt eum de inferno in sinu Abrahæ, quem iacentem se coram superbo de sigmate non videbat. *Pater Abraham, miserere mei.* Stulte petit à patre misericordiam, quam negauerat fratri. *Miserere mei.* Quid illi cum misericordia, cui iam totum in poenam? Aut quæ illi supplicatio apud patrem poterit subuenire, cui in sinu patris residet accusator? Pectus patris Lazarus tenet & totam sancti cordis pulsant æquitatem, quatenus se filij patrem boni, mali iudicem seruet. *Pater Abraham, miserere mei: & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aqua: & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Mitte Lazarum: vt ipse qui cruciatus mei causa est, iam refrigerij minister extremum digiti sui solamen modo ipse porrigat, cui ego iacenti manus meæ totius solarium tunc negavi. *Et mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua & refrigeret linguam meam.* Sicut itaque guttam, qui vini lacus cum pauper sitiret, effudit: & stilla digiti extremi credit gehennæ flammam extingueret, qui mensuris per totam diem ebrietatis non extinxit incendia. Sed hanc sibi guttam ad refrigerium dari petit, ad ardorem pauperis quam negarat. Ista gutta est diues, quæ te facit crudelem, ista gutta est quæ os Lazari à te negata siccauit: quia ad refrigerium pauperis & gutta sufficit, & mica. *Cupiens, inquit, saturari de micis, quæ cadebant de mensa.* Spargebatur panis, fundebatur vinum, & quod ad extremam vitam pauperis negabatur, hoc totam diuiti peribat ad pompam. *Et mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aqua: & refrigeret linguam meam.* Lingua in capite, caput mali, ipsa derogat egeno, insultat pauperi, pietatem latrat, misericordiam carpit: & merito prima est in gehenna, in cruciatu præuia, dux poenarum, quia ipsa interdixit misericordiam, cui datum fuerat vt iuberet. Et quamuis series lectionis & me compellat dicere, & vos inuitet audire, qui sit purpuratus diues, qui sit Lazarus pauper, qui sint quinque fratres diuitis, quomodo ante diem iudicij diues cruciatus sentiat gehennæ, sed dolor reuocat ad dicendum. Et si est sub terra tartari carcer, si est *resivos* ardens, si est inferus sine fine crucians, si est apparitor istis, quæ nos ad

ita rapiat post sæculi labores, quid stupeamus? ubi sumus? quis est iste qui nos eludit fomnis? quæ est ista quæ nos tenet obliuio lechalis? quare non omnibus contemptis euadendi à malis talibus nobis sola sit cura, ne viuentes mundo, ne alijs currentes, ad tantas, tales, tam crudeles subito rapiamur pœnas? Et si est ascendendi possibilitas ad superna, si est facultas viuendi in cœlestibus, si est Abraham sinus bonis omnibus ad requiem præparatus, si est Lazarus in sinu patris tanti, imo quia dubium non est, ubi & loca, & personæ, & nomina describuntur: quare non cœlo mutamus terram? quare non caducis emimus æterna? quare non perituris manentia comparamus? ut & supplicia deitemus inferni: & hæc quæ audire desideramus anguste, late videre, habere & tenere possimus.

## DE VILICO INIQVO,

## SERMO CXXV.



Mnium quidem ciborum sal salubre est condimentum, si mensura non desit: alioqui sine modo & ipsū perit, & quod salierit perdit: amara enim nimietas quod poterat condire mensura. Sic qui in nobis est sensus, si teneat modum, dat saporem, intellectum parit, prudentiam generat, cor dilatat, auget ingenium, maturat dicenda, audienda componit, fitque sibi dulcis, fit degustantibus tota dulcedinis plenitudo: & plane erit ille melleus sensus, qui ore profert nil amarum. Hoc præmissimus, ut sit nobis in Euangelicis sensibus nostri sensus constringenda mensura: quatenus vitalem cibum, diuinum pastum, cœlestem saporem non violet, sed caustissima nobis sobrietate custodiat, iuxta illud Apostoli: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatē. Sed iam quid dominus dixerit, audiamus: *Homo quidam erat diues. Et quis erat homo iste, nisi Christus? Quis diues, nisi ipse qui in paupertate nostra totas creaturæ diuitias possidebat? Homo quidam erat diues. Hoc Iudæis sæpius inculcabat, ut intelligerent quod inesset locuples deitas, cui erat humana paupertas. Erat diues. Erat in maiestate sua diues, qui oculis Iudæorum erat pauper. Et quomodo diues non erat, cui ministrabant angeli? virtutes parebant? elementa seruibant? & quæ non erant fiebant iussa, vocata veniebant. Homo quidam erat diues: & habebat villicum. Quem nisi hominem, cui ad colendum mundum*

A tota fuerat cōmissa possessio: *Homo quidam erat diues: & habebat villicam: & hic diffamatus est apud illum. Quali non præscierit, quasi non præuiderit, cui occulta nota sunt, cuius oculis etiam illa nuda sunt quæ teguntur. Et hic diffamatus est apud illum. Ergo ille famæ credidit? fama nunciante cognouit? Absit: Sed quia illa quæ nouerat, quæ pietate velabat, quærere tunc cœpit quando accusabat terra. Vox sanguinis fratris tui clamat de terra: clamabat terra, clamabat cœlum, dolebant Angeli, quando iam tota sæculi fama loquebatur. Et hic diffamatus est apud illum quod dissipasset substantiam eius. Filius iunior ante istius hominis lectus est substantiam dissipasse, perhibetur. Sicut idem Deus & homo Christus, idem pater familias, & pater: sic hunc eundem esse & villicum constat, & filium: est hic causarum diuersitas, est mutatio nominum: non est varietas personarum. Et diffamatus est apud illum, quod dissipasset bona ipsius, & vocauit eum. Vocauit per Euangelium. Et ait illi. Et quid per Euangelium non agit? Per quod mores arguit, occulta nudat, consciētiam pandit, commissa castigat, dinumerat mala, & in his præsistenti minatur pœnam, quamuis conuerso veniam repromittit. Et vocauit eum: & ait illi: Quid hic audio de te? Cognita velut audita imputat: quia in reum non vult accelerare sententiam: & conuictum penes se, velut accusatum conuenit, qui iudicium gestit venia sic præire. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Tam piis tam seuera cur iungit? cur ante à villicatione submouet, quam rationem agnoscat? Redde rationem, iam enim non poteris villicare. Rationem modo instar hominis experit: modo sicut Deus instantia denunciat, & futura. Redde rationem: iam enim non poteris villicare. Rationem petit, non ut exigat, sed relaxet: perit, ut petatur: petit hic, ne petat ibi: petit in sæculo, ne petat in iudicio: petit cito, ne pœnarum tempus, tempus satisfactionis excludat. Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Quare? Quia venit finis vitæ, tempus mortis, iam te apparitio superna constringit, iam iudicium vocat. Festina ergo, ne satisfactionis tempus perdas: qui tempus operis perdidisti. Redde rationem. Hoc est dicere, compone rationem, compone tua, ne reddas mea: compones autem, si iam delinens dissipare: priora debita suscepi ego, cum te suscepi: solui ego cum te absolui: ego cognitor pro te cognitori audiendus*

astiti : iudicium intraui iudex, rei mei reus factus sum, à pœnalibus suscepi pœnas, à damnatis sententiam non refugi, mortis perstitor mortem excepi, penetraui inferos destructor inferni, vt te per ista non modo subducerem tuæ pœnæ, sed & meæ consortem facerem dignitatis. Age ergo, vt te quem tempus tuæ villicationis exclusit, perpetuitas meæ donationis includat. Sed villicus quid responderit iam perferretur. *Ait, inquit, intra se: quid faciam? Quid faciam modo, semper homo bona facere tunc cupit, quando mors faciendi tempus ademit. Ait, inquit, intra se. Quærit, inquit, intra se consilium, qui foris, vnde sibi iam succurreret, non habebat. Ait intra se. Pungit cor suum, stimulat mentem suam, & omnia vexat interna, vt à se pœnitentiam, quam pro se dare possit, extorqueat. Fodere non valeo. Non vires isti, sed tempora defecerant ad laborem. Fodere non valeo: mendicare erubesco. Confusionem futuri iudicij pertimescit, in quo iam non pœnitendi tempus est, sed pœnarum, & vbi reus plus de conscientia, quam de gehennæ erubescit incendio. Mendicare erubesco. Et quis non erubescit in cœlestibus mendicare? Miser quæ temporalitas habuit diuitum, mendicum sempiternitas possidebit: & habebit hunc mundum tartarus, quem locupletem suscipere cœlum potuit, & tenere. Præfens figura tendit ad pópulum, sed bonum nobis, bonum nimis, si ad nos illa aptemus singuli, si ad nos ista referamus, qui in terra nos debemus sentire villicos, dominos non putare: prorogationis temporariæ ministerium suscepisse, non inuenisse ius perpetuum possidendi: cauere ne ad patrem familias fama versæ substantiæ nos præcedat, iuxta illud Apostoli: Quorumdam peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. Non peruenit ad statutum terminum vitæ, qui villicationis amittit tempus: quem sonarit credita dissipasse. Hinc, hinc est immaturus exitus, hinc est ante diem mors, hinc est vocatio amara, hinc est seipsa acerbior redhibitio, sicut Propheta lamentatur, clamans: Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Sed vtinam, quando nos de vocatione commouet ægritudo, quando febris à villicatione inclementer excludit, quando vis doloris ad reddendam villicationem properare compellit, præsentis villici factum, sensumq. sequeremur, conuerteremur ad animæ consilium, ad compunctionem cordis, ad mentis pœnitentiam, ad misericordix suffragium, ad pietatis patrocini-*

um, ad confessionis aduocationem, certe peteremus dominicorum chirographa debitorum, & si non tota, vel media, sicut iste villicus ad nostram veniam solueremus: vt qui bona credita dissipando iniquitatis vocatur villici, in nouissimis pia fraude ipsius laudem iudicis consequamur. *Et laudauit, inquit, villicum iniquitatis.* Et quia Evangelici factum villici non paruam generat quæstionem, qui reus de multis vnâ legitur placuisse per fraudem: quare placuerit sic, vel quis sit iste sequenti per Deum plenius sermone pandemus.

DE EODEM,  
SERMO CXXVI.



Vam sit commodum, quam lucrosum debitorum nodos soluere, cautionum vincla laxare præsentis villici nos edocet & informat exemplum: qui dū chirographorum cumulos pio moderatur assensu, non modo euasit certissimas discussionis angustias, sed & etiam discussoris laudem mensuram sæculis conquiuit. Et nos fratres, quod de præsentis lectione vobis fecit promissio me debere auditu piissimo temperate; ne me vosque simul oneret seuera discussio, quos intelligentia poterit benigne releuare. Vnde quæ superfunt lectionis iam sequamur: & consilium villicus quod inuenit audiamus.

*Ait, inquit, intra se: Quid faciam, quia dominus meus auferet à me villicationem? fodere non valeo: mendicare erubesco: scio quid faciam. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam & sede cito, scribe quinquaginta. Deinde dixit alij: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Et ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quod prudenter fecisset.* Vel nunc liquet in Euangelicis lectionibus obscuratas mysteriis diuinis, supernis velatas sensibus contineri, quamplurimas quæstiones: nec facile humano intellectui subiacere, quod ore Christi de cœlestibus profertur arcanis. *Et laudauit, inquit, dominus villicum iniquitatis, quod prudenter fecisset.* Rogo quid hoc loco mundanus capit animus? quid hic communis capit & recipit auditus? vbi inter villicum & dominicos debitores versutæ fraudis laudatur inuentio: vbi debitoris honestas tollitur, auferretur pudor, violatur innocentia, verecundia tota sepelitur: vbi villicus reddendæ ratio-

Thim. 5.

Psal. 54.

Luc. 26.

nis tempore plus ardet in fraude, quam A tempore villicationis anhelauit in luxu: in articulo discussionis ipsum dominicum plus in dispendium scruit, quam diebus suæ fudit & disperdidit actionis: & qui ante substantiam vacuauerat dissipando, vacuando chirographa quod remanserat plus euertit: nec curat unde possit sarcire quod deerat; sed quod remansit quemadmodum minorare possit excogitat. Dicebat debitori, *Quantum debes domino meo?* Non dicebat, quantum debes mihi. Conueniebat conscientiam, testabatur debitoris animum: sic dicendo, Et quid est quod sine respectu domini debitor ad tantam fraudem villico conspirauerat? *Quantum debes domino meo? Dicit ille. Centum cados olei. Accipe cautionem tuam, & scribe quinquaginta.* Ad tantam fraudem villicus conspirabat, & agebat vt totam fidem perderet, dum mediat cautionem. *Quantum debes domino meo?* Sciebant ambo quia præsens erat vbique, & semper supernus creditor: nec poterat fraude præueniri, sed neque in oculis dominicis desinit, semel cœperit qui futari. Esto tamen sit humani moris, vt debitor quærat compendia fraudulenta, & villicus sibi consulat: sic furando Dominus iterum quare probat fraudem? furta collaudat? prædicat falsitatem? Quod est nequitia, prudentiam dicit: & hoc pium iudicat, quod multis pessimū falsitatis præstat exemplum? Sapiat ita carnalibus sensibus, spiritualibus quod est diuini luminis iam luceat. Iterata est parabola per villicum, quæ fuerat iuniorem prælibata per filium. Villicus iniquitatis à mammona iniquo gentium populus nuncupatur. Facite vobis, inquit, amicos de mammona iniquitatis, qui relicto creatore totum se mammonæ tradiderat seruituti. Quisquis est ab huius mammonæ captiuitate liber, & pecuniæ iam crudeli pondere non grauat, consistat in specula cœlesti, & inde despectet mammonam mundo, & mundanis tyrannico furore dominantem. Imperat gentibus, iubet regnis, bella mandat, comparat bellatores, sanguinem vendit, agit mortes, prodit patrias, vrbes destruit, subdit populos, arces vrget, vexat ciues, foro præsidet, ius delet, fas, nefasq; confundit, & ad mortes vsq; tendendo: fidem tentat, violat veritatem, famam carpit, honestatem dissipat, soluit affectus, innocentiam tollit, pietatem sepelir, necessitudinem scindit, amicitiam subruit. Et quid plura? Hoc est in mammona, dominus iniquitatis, qui inique humanis & corporibus dominatur & mentibus. Huius ergo

A mammonæ villicus, hoc est gentilis populus dissipatæ taliter substantiæ reus à Domino per Euangelium conuenitur, vt reddat rationem villicationis, suæ id est, naturalis boni. Cui tunc dicitur, *Iam non poteris villicare.* Quando ei finis sæculi nunciatur. Credit denique iuxta Apostolum figuram <sup>1. Cor. 7.</sup> præteritæ mundi, transire tempora villicationis humanæ: & intra se, in se reuersus, quid facere deberet, interrogat. *Ait, inquit, intra se. Quid faciam?* Ingemuit cor, doluit mens, respondit fides, credulitas dedit consilium salutare, vt villicus ad verum dominum iam rediret: & erogando mammonem suum dominum suæ victor subderet seruituti, vt fieret salutis occasio, quod perditionis extiterat instrumentum. Pergit ergo villicus gentilis quondam iam Christianus, ad primum debitorem domini sui. Quem? Iudæum interrogat debitorem: quid quantumque interrogat, quasi nesciat modum debiti portitor cautionis nouerat iam per Euangelium, sed interrogando confessionem taliter requirebat, denique & qualitate & quantitatem debiti confitetur, dicens: *Centum cados olei.* Quare non argenti, vel auri pondus: quare non cœrum decem, aut nonaginta, sed centum? C Vt & de debito, & de numero cœlesti luceat sacramentum. Debebat Iudæus oleū, quod chirographo legis ad vngēdos Reges, Prophetas, & Sacerdotes, Christiani chris-matis acceperat in figuram, donec ad ipsum Regum & Prophetarum, & Sacerdotum principem perueniret, cui tota reddēda & infundenda erat centenaria chris-matis plenitudo. Sed quia contra cautionis fidem debitor, ne debitum redderet, occidit impius creditorem: legalis ipsa cautio peruenit ad Gentes, hoc est lex: vt Iudæus conuictus per gentilem, quia debitum conuertit in crimen, penitentiæ soluat vsuram. Vides ergo quia villicus non fraudem, sed D penitentiam suadet: sollicitat ad acquirendam misericordiam non impellit ad falsum, cum dicit: *Accipe cautionem tuam: sede cito, & scribe quinquaginta.* Quinquagesimum numerum ad misericordiam pertinere David pandit, cum psalmum quinquagesimum cantat, clamans: *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.* Quinquagesimus numerus <sup>Psal. 103.</sup> patefecit misericordiam, <sup>Leu. 25.</sup> dum quinquagesimum annum, qui est iubilæus, lex debitorum omnium, omnium contractuum delere, & soluere ligamenta perscribit. Villicus ergo agit iste, vt per misericordiam Christi idoneus sit Iudæus, qui per cautio-

Rom. 11.

nem legis insolubilibus confusus debitis tenebatur. Debet Iudæus oleum, qui iuxta Apostolum, feracis in se oliuæ pinguedinem incredulitatis sterilitate siccauerat. Vnde & Euangelicæ fidei calore iam tota redit in ramos, Christiano totam reuiuiscit in gratiam. Deinde alij dicebat: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Posteaquam granum tritici, quod est Christus, factum est in terra nostræ carnis, & ad ubertatem supernam per dominicam fecundatum est sepulturam, factum est ut homo ceterisimum fructum suo iam debeat

Ican. 12.

authori: Nisi, inquit, granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet. Videns ergo villicus satis prouidet, cum dicit: Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta. Quia sicut quinquagesimus misericordiam confert, ita octogesimus totam fidem præfiguratur & gratiam. Hic est numerus, in quo decalogum legis esse, & ogdoadæm gratiæ satis gnarus legis, satis studiosus Euangelij lector intelligit. Itaque villicus cum dicit, scribe octoginta, id agit, ut per gratiam soluat, quod reddere non poterat per naturam. Bene ergo iste villicus meruit laudem domini sui, qui in chirographis non fraudem molitus est, sed salutem: quod autem dixit: Prudentiores sunt filij sæculi in generatione sua, quam filij lucis. Ita intelligendum est, quia qui erant filij sæculi quondam, id est, gentiles, nunc electi sunt Dei, & qui erant filij Dei, hoc est Iudæi, nunc in filijs sæculi sunt, relictæ, in generatione sua. Qua renati sunt, non qua nati sunt. Scribantur hæc inquit, in generatione altera. Altera hæc est generatio quærentium dominum. Deus autem scientiæ & illuminationis illuminet corda vestra, & totam scientiæ suæ plenitudinem in vestræ mentis infundat arcanum.

Psal. 101.  
Psal. 23.

DE COLLATIONE S. IOANNIS  
Baptistæ.

SERMO CXXVII.

Qui falso D. Chryfostomi titulo editus est.



Odie nobis Ioannis virtus, Herodis veritas dum refertur, concussa sunt viscera corda tremuerunt, caligauit visus, intellectus hebet, aufugit auditus. Aut quid constat in sensibus humanis, quando perdidit virtutum magnitudinem criminum magnitudo. Herodes, inquit, tenuit

Matth. 14.

A Ioannem & alligauit eum, & posuit in carcere. Ioannes virtutum schola, magisterium vite, sanctitatis forma, norma iustitiæ, virginitatis speculum, pudicitia titulus, castitatis exemplum, penitentia via, peccatorum venia, fidei disciplina, Ioannes maior homine, par angelis, legis summa, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium Prophetarum, lucerna mundi, præco iudicis, præcurfor Christi, metator domini, Dei testis, totius medius Trinitatis, datur incestui, traditur adulteræ, addicitur saltatrici. Merito ergo concussa sunt viscera, corda tremuerunt. At Herodes ipse est qui prophetauit templum, Sacerdotium sustulit, confundit ordinem, temeravit regnum, corrumpit quicquid erat religionis: quod vitæ, quod legis, quod morum, quod fidei, quod disciplinæ, perdidit & confudit Herodes sicarius in ciues, in nobiles larro, populator in socios, in domesticos prædo, interemptor plebis, occisor filiorum, homicida in extraneos, in proprios parricida, inebrians eruore terram, in siti sanguinis permanebat. Hinc est quod Ioannes sanguinem pium ingenti populo crudelitatis absorbit, sed ipsa lectio iam loquatur. Herodes, inquit, tenuit Ioannem, & alligauit eum. Qui vincula soluerat peccatorum, peccatoris vinculis alligatur, ut vincula venia locum veniæ non relinquat. C Alligauit eum, & posuit in carcere. Herodes, tu adulterium facis, & in carcerem vadit Ioannes? Sic iudicis sedens in loco iudicis reus, in loco vindicis innocentia persecutor? Rogo vbi rerum facies? vbi fama? vbi pudor? Vbi existimatio publici cognitoris? certè vbi Deus? vbi homo? vbi fas? vbi lex? vbi ipsius iura naturæ? Simul omnia sunt Herodes te agente, te iudicante, te iubente confusa. Tenuit, inquit, Ioannem, & alligauit eum, & posuit in carcere. Herodes, te causa petit, te arguunt vincula, te carcer accusat, te diuulgat producta in publicum Ioannis iniuria: causam custodiæ qui requirit, inuenit in te quod puniat, & in Ioanne quod doleat. Ioannes orbi notus, fama virtutis cognitus, celebratissimus sanctitate, dum trahit ad se suæ inquisitores iniuriæ, facit ut tuus cunctis innotescat incestus: agit ut te habeat confusio publica, quem corrigere non potuit secreta correctio. Herodem Ioannes monitis, non accusatione pulsabat: corrigere voluit, non perire: sed Herodes facibus libidinis ardens perire maluit, quam redire: & uxorem fratris illicite possidere. Captiuus criminum, innocentia inimicis, odiosa fit semper libertas, virtus contraria vitiosis, sacrilegis

sacrilegis exola sanctitas, inimica castitas impudicis, corruptis integritas pœna, luxuriosis aduersa frugalitas, crudelibus misericordia, pietas impijs, iniustus iustitia non ferenda: probat hoc Euangelista cum dicit, *Dicebat enim illi Ioannes, non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui.* Ecce vnde Ioannes offendit, ecce vnde Herodes furit: malos qui monet, offendit, incurrit odium qui arguit criminosos. Dicebat Ioannes quod erat legis, quod iustitiæ, quod salutis: certe quod erat non odij, sed amoris: ecce qualem consecutus est ab impio pro pietate mercedem. *Volens, inquit, occidere eum, timuit populum.* Facile deuiat à iustitia, qui in causis non Deum, sed hominem pertimescit. Hic timor peccandi facultatem differre potest, auferre non potest voluntatem: vnde etiam quod suspenderit à crimine auditores reddit ad crimen, & æstuat animo quouisque perficiat, quod cogitat malum. Solus est Dei timor, qui mentes corrigit, fugat crimina, innocentiam seruat, perpetem tribuit facultatem. Sed audiamus ipsam Ioannis beatissimi passionem, *Die, inquit, natalis Herodis saltauit Herodiadis filia in medio triclinio, & placuit Herodi: vnde iururando pollicitus est dare ei quodcumque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua, da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptiste.* Hæc est mulieris antiqua malitia, quæ Adam eiecit de Paradisi deliciis: hæc cœlestes homines fecit esse terrenos: hæc humanum genus misit in infernum, hæc vitam abstulit mundo propter vnus arboris pomum: hoc malum quod homines ducit ad mortem: hoc malum fugit Elias Propheta: & cuius lingua clauis facta est cœli tanquam verum, fugit à facie mulieris, hæc inuenit verum laborem & pressuram, quæ nunc occidit Ioannem Baptistam, deiicit peritiam, perdit iuuentutem, illicit & inquietat emortuam senectutem. *Præmonita à matre sua, da mihi, inquit, in disco caput Ioannis Baptiste.* De matris pectore dans rugitum noua belua, contempta corporis præda, caput ipsum truncatura peruadit. *Et contristatus est Rex, propter iusurandum tamen, & propter discumbentes iussit dari; misitque decollari Ioannem, & allatum est caput eius in disco, & datum est puella, & puella dedit matri suæ.* Audistis fratres, quanta sit nata de voluptate crudelitas, de libidine impietas. *Et allatum est caput eius in disco.* In arenam vertitur domus, mensa migrat in caueam: fiunt de pranforibus spectatores, furore mutatur conuiuium: fit cibus cædes, vinum transit in sanguinem,

A finis apponitur natali, in ortu exhibetur occasus, conuiuium in homicidium commutatur, organa tragœdiam personant sculari, intrat bestia, non puella: quærit amputare, non saltare: discurret fera, non femina; spargit iubas per ceruicem, non capillos: membra dilatat anfractibus sæuitiæ crescit augmentis, fit grandis crudelitate, non corpore, & singularis fera vsque dum capiat prædam, fremit ore, dentibus frendit, ferrum non suscipit, sed producit. Verum ne quis existimet declamare nos velle de talibus, nos non declamare volumus, sed clamare, vt festiuitatum gaudia, sint cauta vestrarum, nataliumque vestrorum solennitas teneat in exultatione mensuram, epulis nostris interfit Christus, in facie prædeatur auctoris, honestate conuiuij natura ipsa, quæ vos producit, honoretur, lætitiæ mensæ vestræ pertingat ad pauperes, familia vestra innocentia tripudiet disciplina, luxus absistat, fugetur effusio, saltatricum pestis, lenocinia cantorum, voluptatum fomenta, ventris onera, naufragia mentium, cum Herodiadis cõuiujs abscindantur: vt præsens gaudium vestrum ad lætitiæ perueniat sempiternam. Hodiæ fratres sermonem tulimus, non in Herodem tantum, sed etiam in Herodiadem: quia satis auditor intelligit, quanta sit sclicitas martyris, quando miseriam persecutoris audierit: scire tamen nos conuenit, quia & Ioannes de morte sua natus est, & de natali suo mortuus est Herodes.

IN SANCTVM APOLLINAREM  
Episcopum & Martyrem.

SERMO CXXVIII.

**B**Eatus Apollinaris primo Sacerdotio solus hanc Ecclesiam Rauennatensem vernaculo atque inelyto Martyrij honore decorauit. Merito Apollinaris, quia iuxta mandatum Dei sui hic perdidit animam suam, vt eam inueniret in vitam sempiternam. Beatus qui ita cursum consummauit, fidem seruauit, vt vere primus à credentibus suo reperiretur in loco. Nec cum quisquam confessoris vocabulo minorem credat esse, quam Martyrem, quem Dei nutu quotidianum, & multiplicem reuersum, conspicit ad agonem. Audi Paulum dicentem: Quotidie morior. Semel mori parum est

eum, qui potest regi suo gloriosam sæpe de A  
 hostibus referre victoriam. Non tam mors  
 quam fides & deuotio Martyrem facit, &  
 sicut virtutis est in acie, in conflictu, pro  
 re amore succumbere, ita perfectæ virtu-  
 tis est, diu agere & consummare certami-  
 na. Non ideo persecutus est Martyrem:  
 quia non intulit mortem, sed probauit  
 Martyrem: quia non eliquit fidem, iniecit  
 tela quæ potuit, & omnia armorum suo-  
 rum genera callidus exegit inimicus: nec  
 tamen fortissimi ductoris mouere mentem  
 potuit aut temerare constantiam. Sum-  
 mum est fratres, pro domino præsentem  
 vitam, si necesse sit, contemnere, sed glo-  
 riosum est etiam cum vita mundum suo  
 temnere & conculcare cum Principe. Fe-  
 stinabat Christus ad Martyrem, Martyr  
 suum festinabat ad regem. Bene diximus  
 festinabat, iuxta illud Prophetæ: Exurge  
 in occursum mihi, & vide. Sed vt propu-  
 gnatorum suum sibi ecclesia sancta retine-  
 ret, Christo vehementer occurrit, vt vin-  
 centi iustitiæ reseruaret coronam, & sibi  
 belli tempore præliatoris sui præsentiam  
 condonaret. Fundebat sæpe confessor  
 sanguinem suum, suisque vulneribus fide  
 mentis suæ testabatur auctorem. Cælum  
 suscipiens carnem despiciebat & terram.  
 Vicit tamen, tenuit, & à suo desiderio re-  
 tardari Martyrem teneta adhuc Ecclesiæ  
 impetrauit infantia. Infantiam dico fra-  
 tres, quæ totum semper obtinet, quæ plus  
 lachrymis, quam virium ratione contem-  
 dit. Neque enim tantum vultus & sudor  
 fortium, quantum possunt lachrymæ par-  
 uulorum: quia ibi corpora, hic corda fran-  
 guntur: ibi mentis iudicia vix mouentur,  
 hic tota pietas inclinata descendit. Et quid  
 plura fratres? Egit, egit Ecclesia sancta  
 mater, vt nusquam à suo separaretur anti-  
 stite. Ecce venit, ecce vt bonus pastor suo  
 medius assistit in grege, nec vnquam sepa-  
 ratur Spiritu, qui corpore præcessit ad tem-  
 pus, præcessit dico habitu: cæterum ipsa D  
 inter nos corporis sui habitatione quiescit.  
 Extinctus est diabolus, persecutor occu-  
 buit: ecce regnat & viuuit, qui pro rege suo  
 desiderauit occidi, qui viuuit & regnat cum  
 patre in vnitare Spiritus sancti Deus, per  
 omnia sæculorum sæcula.

IN SANCTVM CYPRIANVM  
 Martyrem.

SERMO CXXIX.



Voniam hodie Deo in natali  
 sancti Cypriani Martyris conue-  
 nimus, in quo miro certamine de  
 diabolo triumphauit: & quia no-  
 bis virtutum suarum gloriosum reliquit  
 exemplum: ideo exultare nos conuenit &  
 lætari. Natalem ergo sanctorum cum audi-  
 tis charissimi, nolite putare illum dici, quo  
 nascuntur in terram de carne, sed de terra  
 in cælum, de labore ad requiem, de tenta-  
 tionibus ad quietem, de cruciatibus ad de-  
 licias, non fluxas, sed fortes & stabiles &  
 æternas, de mundanis risibus ad coronam  
 & gloriam. Tales natales digne martyrum  
 celebrantur. Cum ergo huiusmodi festiui-  
 tas agitur, noli æstimare charissime, quod  
 in solis prandijs & profusioribus epulis na-  
 tales martyrum celebrentur: sed imitandū  
 tibi proponitur, quod in memoria marty-  
 ris celebras. Aspice ergo charissime, alacritatem  
 populi circumstantis. In hac enim  
 die aliquando turba astitit impiorum, cum  
 sanctus Cyprianus iussu tyranni feriretur,  
 turbæ erant malorum expectantium chori,  
 nunc multitudo fidelium ad collætandum  
 deuota confluit: tunc turba sæuientum,  
 nunc exultantium: tunc desperatorum,  
 nunc sperantium. Idcirco ergo natales mar-  
 tyrum annua læticia celebrantur, vt quod  
 semel actum est, per omne æuum in memo-  
 ria maneat deuotorum. Gesta res est charis-  
 sime, ne te diceres ignorare, celebrantur  
 annua, ne dicas, oblitus sum. Ad hæc ergo  
 imitanda vos animate charissimi, hanc ma-  
 gnanimitatis gratiam concupiscite: hoc pe-  
 tite dari vobis, quod ille meruit adipisci. Om-  
 nes enim cælestia cupientes terrenorum  
 bonorum laqueis irretiri non possunt, quia  
 conuersationem suam in cælestibus statue-  
 runt. Sicut ait Sanctus Apostolus: Nostra *Philip. 3.*  
 autem conuersatio in cælis. Dirigatur er-  
 go cordis nostri desiderium ad habitatio-  
 nem cælestem, vbi quum dispersus fuerit  
 pauperibus thesaurus vester, illic erit & cor  
 vestrum. Thesaurus autem bonorum om-  
 nium Christus est, qui vos cum Patre & Fi-  
 lio & Spiritu sancto donis cælestibus, &  
 nunc, & in æternum cumulare & replere  
 dignetur.

IN CONSECRATIONE EPISCOPI.

## SERMO CXXX.



Icut magnæ promissionis longa expectatio accendit animû, mentem fatigar, ita sensus omnes, & interna ipse viscerum suscitatur optatus promissionis effectus. Hinc est quod hodie, sicut dixit Isaias, Ecclesia mater sancta festiua, tota gaudens & compta processit, induit se tunicam iucunditatis suæ, & sicut sponsa <sup>B</sup> imposuit sibi mitram, ac vario se composuit & decorauit ornatu, vt cœlum stellis fulget luminibus, & terra vernat floribus suis: & vt hortus producit germina sua, ita producit latitiam in conspectu omnium filiorum suorum. Quia iuxta pollicitationem <sup>Psal. 44.</sup> Dauid: Hodie pro patre natus est ei filius, qui eam non pondere inclinet, non auctoritate deterreat, non commotione sollicitet, non asperitate conturbet, sed fideli sustentet obsequio: cura peruigili faciat persecuram, sollicitudo labore necessaria procuret, familiam blanda institutione componat, hospitibus occurrat, parentibus seruiat, regibus obtemperet, potestatibus colloboret, det senibus reuerentiam, pueris gratiam, fratribus amorem, paruulis impendat affectum, liberam per Christum cûctis exhibeat seruitutem. Dauid dixit, <sup>Psal. 44.</sup> Audi filia, & vide. Ego dicam, Audi mater & vide, pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Sint prudentia senes, grauitate patres, charitate filij, virtute iuuenes, dulcedine soboles, innocentia infantes, malitia paruuli, quæ mûdi sunt nescientes: totam regni Dei præsentiam possidentes: attestante Domino, cum dicit: Sinite paruulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Tales generat perpetuæ virginitatis copula, tales generat cœlestis vitæ coniunctio, sexus nescia, conceptus conscia, gnara patus, corruptionis ignara, pudore integra, integritate clausa, casta pignoribus, fecunditate diffusa. Hæc tam pia mater dum vnus germinis sui hodie natalicia festa celebrat, sinus aperit, extendit amplexus, emittit vocem, diuinis cantat in canticis, vt omnes aduocet, omnes capiat, omnes ad congaudendum sibi gremio charitatis includat. Adest ipsa etiam mater Christiani perennis, & fidelis imperij, quæ dum fide, opere misericordiaz, sanctitate in honore Trinitatis beatam sectatur & imitatur Ecclesiã, procreare, amplecti, possidere, augustam meruit Trinita-

A tem. Sic remunerat Trinitatem. Sic remunerat Trinitas in sui amore & ardore feruentis, ista meruit vt daret sibi honorem, gauderet quod sibi fecit ei de gratia religionem consimilem. Ista meruit vt genitricis dignitas per genitricem redundaret in posteros. Orate fratres, vt Christiani Principes, quia pia deuotione dignantur nostris occurrere gaudijs, nostris solennitatibus interesse, ipsos quoque pari gratia omnium sacerdotum longo in tempore obsecratio deuota commendet.

<sup>B</sup> IN ILLVD IOANNIS, SI QVIS sermonem meum serauerit, &c.

## SERMO CXXXI.



<sup>C</sup> Epe diximus, quod Deus corporeis oculis non videtur, quod diuinitas non clauditur mente carnali, quod humana ratio rerum non capit conditorem, sed Deum sola fides attingit, crudelitas sentit tota, nec quantus est, sed quia est, hominis quantuscunq; est, intuetur aspectus. Deniq; Moyses, qui de seruo in amicum, de homine promouetur in Deum, Dei faciem quærit, sed non inuenit: petit, sed non accipit: & vt posteriora tantum Dei videat, admonetur: quatenus homo Deum quærat sequi, non præcedere: neque ante Deum quæ sint quærere præsumat, sed quæ per Deum sint omnia adorator agnoscat. Crebro Deus hominibus formam hominis demonstrat, & magnitudinẽ suam tantam breuem nostri operis colligit in figuram, vt præsentiam diuinam possit infirmus noster oculus intueri, angustus noster recipere possit aspectus. Sic ad Abrahamã <sup>Gen. 12.</sup> Deus venit in hominis forma, succedit hospitis in figura, & lasciuia totis in mortem accepit pedibus suis aquam: sed & inuitatus ad mensam vituli, & panis appositione saturatur: & ita se totus humano credit & committit obsequio, vt ipso tactu, visu, verû hominem videatur explere, & hoc eo tẽpore, quo verus Deus sterilitati extreme senis desperatæ patefactis visceribus in partû sobolem largiturus aduenit. Sic Iacob vianti cõuuiator occurrit, & ita se humano collegio <sup>Gen. 32.</sup> socium præbet, vt prouocati homini Deus totus in luctum inferatur, & tunc videbatur neruis aut lacertis vincere, quando victor cœlestia dat dona, munera dat diuina: <sup>Psal. 63.</sup>

Dan. 7.

Ioan. 10.

Sic Ifaias Deum regali habitu federe confepxit, vt agnosceret nisi à Deo rege regantur reges, ipsos cum sint homines, nihil regere posse tectores. Sic Daniel Deum patrem, crine niueo, senectute reucrenda, antiquitate terribilem, septem angelis, ignitum sede, ad iudicandum residere conspicit, Sic ipsum filium Dei in hominis filio venientem cum coeli nubibus intuetur, vt ignotum antè tantis perfidis Christum, fidelibus notum semper fuisse cognoscat. Si toties Deus ab hominibus in figura hominis videtur: quid est quod Iudæus modo hominem videns Christum sic exasperatur? nisi forte figura, honor, veritas, putatur iniuria. Retulit Euangelista hodie Christum dixisse: *Si quis sermonem meum seruauerit, non videbit mortem in æternum.* Ad quod verbum responderunt Iudæi: *Nunc cognouimus quia dæmonium habes: Abraham pater noster mortuus est & Propheta: & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.* Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? *Quem te ipsum facis?* Omnes perfidia qualiter excepit. O qualiter oculos claudit liuor, quantum iudicium cordis nequitia præiudicata confundit: ô quam durè amputat obstinatio rationem: sensus humanus peruersus audire non potest, quod semel statuit odisse, malis bonitas exosa, iustitia iniustis inimica. Hinc est quoddam homines mendaces cognoscere nequeunt veritatem, iudex animus inuenire verum non potest inter nuncia falsitatum. Quod vult, non quod est, audit semper, qui decreuit errare. Dixerat Christus: *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Iudæus non discuntit audita, interpretari sibi dicta non quærit: quod ipse impossibile æstimat, exigit vt ille astruat qui promittit, sed mox de conceptu mentis blasphemiam parturit, ferit iniurias, maledicta diffundit, & auctoritatem dicentis ita contumeliis vacuare nititur, vt & æterna dare posse mortalibus non credatur, qui sic humanis videtur subiacere: *Nunc scimus: quoniam dæmonium habes.* Dæmon mali auctor, mala promittit, non bona: occidere, non viuificare consuevit: nec vult æternos esse homines, quos nec temporales esse permittit. Ergo non est dæmon, sed Deus est Christus, qui redonat quam donauerat vitam: & verbo suo æternos facit homines, quos diabolus persuasione sua fecerat temporales. *Abraham, inquit, mortuus est & Propheta, & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in æternum.* Audiat fidelis, vt fidè reuelante cognoscat, quod

infidelis nescit audire: quod videre non potest, qui semet incredulitatis demeruit obscuro: dixit Christus: *Mortem non videbit.* Obstinatio tua Iudæe, merito dicere falsitatem quærit. Abraham & Propheta: verbum audientes tenaciter seruauerunt, sed tamen mortui sunt, sed non in æternum; Ego cum dicit: *Mortem non videbit.* Et addidit: *In æternum.* Resurrectionem promittit, non temporaliter negat esse morituros. Iudæe, quos mors in præsentis sæculo faciebat non esse, hoc resurrectio perpetuos reficit in futurum. Audi apertius hoc dicentem. *Omnis qui crediderit, non morietur in æternum, sed transibit de morte ad vitam.* Quomodo non moritur? Quia de morte transit ad vitam. Moritur ergo, moritur omnis qui nascitur de conditione mortali, sed viuuit, & in æternum viuuit omnis qui renascitur de generatione vitali. Sed dico, qui potuit auferre mortem: quare hominem voluit transire per mortem? gratior enim Medicus, qui anticipat morbos, quam qui morbis ingerit feram, & non sine dolore medicinam. Iudæe fecisset & hoc Medicus Christus, si medico ægrotus non fuisset ingratus. Ille & vitam dedit, & homini mortem venire prædixit: sed ille qui aduersa non senserat, prospera seruare nesciuit. Bona quam sint bona, scire, nisi malorum cognitione, non possumus. Ergo magnificabitur Christus, qui & antè inhabitam vitam dedit, & perditam modo reddit: & homo plus gnarus vitæ erit sibi cautior, erit plus gratus auctori. *Nunquid maior es, inquit, patre nostro Abraham?* Plane maior & tanto maior, quantum seruo dominus, quantum Deus homine, quantum factura factor, quantum viuificans mortuo, quantum suscitando suscitatus. *Respondit, Abraham exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est.* Ille vt ostenderet viuere Abraham, dixit, illum vidisse diem suum, id est, diem quo mundo natus est Christus. Dierum conditor non tenetur die, temporis auctor tempora nescit: sed Christus propter hominè homo natus, & diem suscepit & tempus. *Abraham exultauit vt videret diem meum.* Si Moyfes & Elias in monte occurrunt, vt promissum conspicerent Christum: quomodo nec Abraham occurrit ad partum Virginis, vt promissam benedictionem ingentibus, id est, in femine suo, patientissimus expectator intenderet? *Amen, amen dico, inquit, vobis, quia ante Abraham ego sum.* Si omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: & hic est cui pater

*Gen. 1.* dixit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: quomodo Abraham non vidit? Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Angelus & Deus, ut diuersa est substantia, sic imago. Ergo non nisi ad filium loquitur pater, cum dicit: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, quibus est imago eadem, eademque substantia. *Tulerunt lapides ut mitterent in illum.* Et ædificantes turrem ut altius caderent, ipsi sibi lapides prouiderunt, & isti lapides non ut Deum occiderent: sed se vnde occiderent, miserabiles attulerunt. *Iesus abscondit se.* Non timens, sed ignoscens, Deus peccatorem cum fugit, parcat: Deus rebellem non vult perdere, cum declinat.

## DE VNITATE FIDELIUM,

## SERMO CXXXII.

**S**I perfecta omnia, si robusta, si nullius indigna gigneret & proferret natura, profecto aboleretur pietas, ingenium deficeret, ars periret, aurum obscuraretur in terra, gemma occultaretur in lapide: vtraque tamen inuenit, purgat, distinguit, elimat opifex disciplina: & ars eadem vsq; ad murenulæ preciosæ speciē, gratiamque perducit: & quod terra naturæ largo de fonte producit, aut asperatur sensibus, aut agrestis luxuria dominante syluescit, nisi illud ad cultum suum solers agricola reuocet industria: & ne longius euagemur, vno & vernaculo ea in quibus nitimur, asseramus exemplo. In cunabulis iam natus homo in homine est, sed later: est corpus, & non est: membra videntur, & non sunt: viuunt quæ non vigent sensu, inclinatur pietas, desudat industria, ars laborat: & ut plenius dicam, quot membra hominis, D tot magisteria ut hominem perficiant, elaborant. Et quid plura? cuncta quæ natura generat vel producit, pietas nutrit, industria excolit, ars decorat. Et quid mirum fratres, si Deus, qui pati propter hominem vult, ut hominis honoraret industriam, in rebus præsentibus insinuari voluit & naturam? Hinc est quod sensus in litera later, occultatur diuinum in humano sermone mysterium: ut quæ credentibus adhuc futura iam patent, perfidis & non credentibus obscurerentur, ac sic infidelium pœna fidelium redundet ad gloriam. Non enim parui est cruciatus visa non cernere, audita nescire, salutifera vult noxia declinare, virtutes

quasi vitia sic cauere: dicente ipso domino: In parabolis loquor, ut videntes non videant, & audientes non audiant. Et ad fideles: Vobis autem datum est nosse mysterium Dei. Nulli ergo fratres, simplicitate sua aut communis aut vilis sermo Euangelicus habeatur, præsertim cum ipsa præmia Euangelicæ lectionis nihil bene petentibus, & pie cupientibus prædixerit denegandum, dicendo. *Quia si duo ex vobis conuerterint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo.* Audistis quantum possit, & præualeat sanctæ petitionis assensus: non dixit illud aut illud, sed totum se promittit quicquid vnitas postulationis concupierit præstaturum, cum dicit: *De omni re quamcumque petierint, fiet illis.* Salua tamen ea cautela & reuerentia, ut à Deo, quæ Deo digna sunt, postulentur: qui enim mala à Deo postular, Deum mali iudicat & sentit auctorem: & quia vilia & indigna precatur, præstantis potestatem & potentiam degener petitor ignorat. Non ergo impia, sed pia: non terrena, sed cœlestia: non illecebris, sed virtuti cõgrua: non digna odiis, sed apta concordia, à tali semper exoranda sunt largitore. Vbi sunt qui præsumunt Ecclesiæ conuentum posse contemni, & solitarias preces venerandæ congregationi autumant anteferri: si duobus vel tribus simul positis mediū se futurum, & omnia se promittit quæ postulatus fuerit præstaturum? Qui nil negat tam paucis, quid in conciliis & congregatione sanctorum poscentibus denegabit? Sic credens Propheta hoc adeptum se gloriatur, cum dicit: *Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum & congregatione.* Toto corde confitetur, qui totum sibi in consilio sanctorum, quod poposcerit, audet esse præstandum. Sed nonnulli sub specie fidei contemptus sui excusare nituntur ignauiam, ut neglecto venerandi cœtus & congregationis ardore: illud se tempus orationi deputasse consingant, quod domesticis dederint & impenderint curis, & dum propriis desideriis mancipantur, diuina contemnunt & despiciunt institura. Isti sunt qui corpus Christi dissipant, membra dispergunt: nec ad decorem suum patiuntur formam dominici habitus peruenire: quam propheta cum vidisset in spiritu, sic canebat: Speciosus forma præ filiis hominum. Habent quidem singula membra proprium sui munus officij, quod tamen tunc implere poterunt, si connexa sibi & compaginata perfecti corporis perueniant ad decorem. Hoc ergo interest

inter congregationis plenitudinem gloriosam, & separationis præsumptam de ignorantia, aut negligentia vanitatem: quod in salute & honore integri corporis, species est vnitas membrorum: & in separatione viscerum est fœda, lethalis & horrenda perniciēs. Homo, quid aliud te docuit in tuo corpore, aut sit diuifa coniunctio, aut tam coniuncta diuifio, nisi vt ex multis vnus, & vnus in multis viueres? Est membrorum commercio salutari preciofus oculus, sed si perseverat in corpore: alioqui vbi corpori defuerit, sibi non aderit: debent illi membra omnia suæ lucis obsequium: sed & ipse oculus sentit corpori se debere quod lux est, qui vtiq; cum omnibus membris ministratum membrorum prouideat, euulsus à corpore nec sibi videt. Quisquis ille est qui se purat esse aliquid, tali institutus exemplo maneat in Ecclesia, vt sit aliquid: alioqui vbi defuerit illi, sibi esse mox desinit. Quod qui plenius nosse desiderat: Apostoli de corpore Christi loquentis perlegat instituta: quia nos illa percurrere sermonis breuitas amica non patitur. Lex est data non vni, sed omnibus Christus non pro vno, nec ad vnum, sed ad omnes, & pro omnibus venit: vt redintegraret omnes in vnum, solum bonum & solum iucundum Propheta futuri præcius, sic proclamatur: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Quia Deo non singularitas est accepta, sed vnitas, Spiritus sanctus Apostolis in vnum congregatis vbertate tota sui fontis illabitur: cuius vt simul discipuli operirentur aduentum dominica sunt præceptione commoniti. Fratres, amittit diuina munera, perdit gratiæ largitatem, charitatis fraudatur bonis, vnitatis illum benedictio non manebit, qui de se malefidus, & ex defectu suo stulte sibi sufficiens, sic præter Ecclesiam vitam querit: quam in ipsa tantum esse Propheta testatur, dicendo: Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum: quia illic mandauit dominus benedictionem & vitam vsque in sæculum.

IN SANCTVM ANDREAM  
Apostolum.

SERMO CXXXIII.

**B**Eatus Andreas merito natus hodie creditur, quando non ad præsentem vitam materno est effusus ex utero, sed conceptu fidei, martyrij partu, cœlestem noscitur generatus ad gloriã.

**A** Quando non eum materna cunabula suscepere vagientem, sed superna triumphantem secreta receperunt: quando non infirmum lactis pastum genitricis trahit ex pectore, sed pro Rege suo deuotissimus miles virtutis sanguinem fudit. Viuit, quia mortem cœlestis militiæ bellator occidit. Sequitur hic moriendo domino cœtuans & anhelans ac toto virtutis gradu dominicis incumbit hæere vestigijs, nec eum cursus faciat disparem fratri, quem natura similem, vocatio socium, parem gratia ipsa perfecerat. Ad vnã vocem domini sicut ille patrem, patriam, censum reliquit: laboribus, opprobrijs, itineribus, contumelijs, vigilijs, Christi indefesse germani societate donauit: solum est quod tempore dominicæ passionis fugit, sed neque hoc impar, quia fugit: negare autem si aliqua putatur culpa, non est grauius fugere, quam negare: sed tacenda sunt alia: æquauit fratres venia, quos sic discreuerat culpa. Et secutus vt deuotio perprobauit, quos merus improbauerat antecedens. Nam crucem quam refugerant, postea coniunctis viribus ardentè inuadunt, vt vnde reatum sumpserant, inde conscenderent cœlum, inde præmium sumerent, & coronam. Petrus namq; crucem, arborem conscendit Andreas: vt qui Christo compati gestiebant, in semetipsis figuram, formamque ipsius exprimerent passionis: & redempti ligno consummarentur ad palmam: Sic Andreas noster & si cedit ordini, præmio tamẽ nõ cedit, & labori.

IN SANCTAM FELICITATEM  
Martyrem.

SERMO CXXXIV.

**D**oniam varios martyrum, multiplicesque triumphos, quos persecutoris crudelitas toties illusa cummulauit, tempus nos dinumerare non patitur, ad illam tota nostri sermonis confugit oratio, quæ meruit filios tot habere, quot dies mundus accepit. Vere mater luminum, fons dierum, quæ septenario corusco germinis sui toto orbe splendet. Beata quæ non solum pro lege patitur, sed ipsius legis heptalissimum meruit mater sancta generare: heptalissimum fratres, qui non vnus & temporalis tabernaculi illustraret arcanum, sed Ecclesiam sempiternam sacro illuminaret incenso. Fœlix, quæ meruit portare tot virtutum pingnora, quot illa atca præceptorũ volumina

sacrata gestauit: & vt illa verbo, ita hæc doceret exemplo. Iam tunc eos fratres, martyres genuit, quando eos partus sui septenario numero consecrauit, & mystico. Huc, huc sanctus Paulus veniat, qui adhuc parturit donec Christus formetur in homine. Ecce mulier iterum, atque iterum parturit, donec in virtutem mutetur infirmitas, caro transcendat in spiritum, terra trasferatur in cælum. Ardebat, anhelabat, vt eos vno die sacros martyres pareret, quo vix paruulos per annorum curricula generabat. Ecce mulier, ecce mater, quam vita filiorum fecit anxiam, mors securam. Beata cui in futura gloria tot astant candelabra, quot germina. Beata, quæ tot præmisit ad regnum: beator: quæ suum in sæculo nil amisit. Discurrebat lætior inter cõfossa cadauera, quam inter cunabula chara filiorum, quia internis oculis tot cernebat bravia, quot vulnera: quot tormenta, tot præmia: quot victimas, tot coronas. Et quid plura fratres? Non est, non est vera mater, quæ nescit filios sic amare.

IN SANCTVM LAURENTIVM,

SERMO CXXXV.



Odiernus dies baptisimi martyris Laurentij corona illustratur: cuius egregij martiris merita nulla pars Romani orbis ignorat: Passus est in ipso capite gentium, id est in ipsa vrbe Romana. I bienim diaconus ministravit: & in ipso iuuentutis suæ flore decorem iuuentutis suæ sanguine purpurauit. Passio eius insignis est, multumque mirabilis: hanc breuiter, Domino adiuuante, narrabo. Illo tunc Archidiacono beatus Sixtus erat Episcopus, cuius triumphus martyrij ante triduum fuit. Cum ergo sanctus Laurentius Episcopum suum Sixtum pergentem ad martyrium sequeretur, fide fultus, tristis affectu, non quia ille patiebatur, sed quia ab illo ipse deserebatur, respexit venerabilis senex venerabilem iuuenem, & ait illi: Non esse tristis fili, post triduum me sequeris, Tunc ille exhibita Prophetia, iam corde paratissimus, ex spiritu ebrius certum sperauit futurum, quod prædixerat ille qui nouerat. Deinde apprehensus est adductus: & quoniam erat Archidiaconus, apud illum esse vtique credebantur opes Ecclesie, quas desiderabat persecutor, nõ tam avarus, quam furiosus. Oderat quem occidebat: sed ama-

bar apud eum quod ille contemnebat. Erat autem sanctus Laurentius pauper opibus, diues moribus: non se negauit Ecclesie habere diuitias, sed vt eas ostenderet, tridui dilationem petiit, deinde mandauit congregari agmina pauperum. Tunc deinde ipso die coronæ suæ præsentatus examina, tanquam demonstraturus quod ille quærebat, demonstrauit quod habebat. Tunc ait persecutor: Vbi sunt Ecclesie facultates? At ille manum extendens in pauperes: Hæ sunt, inquit, Ecclesie facultates. Verum dixit, sed amarum. Quid autem mirum, si veritas auxit odium? Irrisum se dolens crudelis tyrannus & avarus inimicus, qui forte mitiorem pœnam cogitauerat, ferro interficere venerabilem iuuenem, parari flammæ præcepit. Plus ardebat, quam vtebat: vtebat in carne, ardebat in corde. Supplicium eius tanto erat grauius quanto interiorius. Tunc oblata est torrenda, & vt verius dicam, affanda martyrio nobilis illa Laurentij craticula: astrictus est ferro, sed ille craticulam supplicij, lectum quietis putabat: supplicium dixi, secundum animum punientis, non secundum conscientiam patientis. Nullum est enim supplicium dånati, vbi non est pœna peccati. Itaque beatissimus martyr ostendens quam quiete iaceret in illo ignito ferro, ait circumstantibus: Iam me versate, & si vna pars cocta est, vorate. Miramur patientiam, donum Dei miremur. Ibi fides non solum non arsit, sed & consolabatur ardentem. Quare fides consolabatur ardentem? Quia fidelem tenebat promittentem. Vt fides non deficeret, vt spes non auertetur, vt charitas inter pœnas igneas corporales plus accenderetur, Dei dona erant. Fratres mei, nemo arroget potentie suæ quod non dat nisi Deus. Merito Apostolus alloquens martyres, vt in epistola eius hodie cum legeretur, audistis: Vobis, inquit, donatum est pro Christo, nõ solum vt credatis in eum, sed etiam vt patiamini pro eo. Ergo martyrum merita velut Dei dona laudemus, amemus, oremus, subinferamus volũtatem nostram. Voluntas enim sequitur, non præuenit. Sed tamẽ non deest charitas, si non desit voluntas: ipsa enim ardens voluntas vocatur charitas. Quis est qui timeat volens? quis est qui amet nolens: ferueat oratio, & festum martyris celebretur: sed vt non sit inanis qui celebrat, imitemur.

Aaa iij.

IN ADELPHVM EPISCOPVM,

A fuderit, ad æternam gloriam, &amp; censum perpetem possidere possitis.

## SERMO CXXXVI.



**A**bet hoc Adelphi antistitis sanctus animus, & plena pietate dignatio, vt diues pauperis inter hospitium, pauperis se ponat ad mensam, & humilib. se faciat esse communem, quem diuitiæ, potestas, honor fecit & reddidit singularē. Inter maximas enim virtutes numeranda est ista voluntas, quæ contempto obsequij sui fastu despecta magnificæ domus reuerentia, calcato etiam suæ fastigio potestatis, & abiecta opū suarum interna conscientia, vnde tumor maximus humanis semper dominatur in mentibus, ad vilissimas inopis se inclinavit angustias, vt suo pauperem contubernio sublimaret. Beatus plane iste animus, & ab omni morbo arrogantiæ remotus, qui ad hoc pauperis diuersorium primus intrauit: vt ante humanitatis debitor, quam largitor existeret. Imitari Deum euidenter iste gessit, qui ante humana in corpore suscepit obsequia, quam beneficia homini diuina concederet, quod pontificem Dei summi præsentem Adelphum fecisse cōspicimus: qui cum sit verbo diues, scientia copiosus, magnus ingenio, loco primus, egeni sensus, & mediocris eloquij nostri audientiam concupiuit: illius Prophetæ instar, qui illius viduæ victum esuriuit extremum, & paruulorū eius sua fame vexauit angustias, nouum differens sua petitione ministerium, vt petendo tribueret, esuriendo saturaret, & exhauriendo, deficientibus horreum diuina largitate cumularet. Et nos filioli, quod habuimus, dedisse non pœnitet: quia & si nos factum conturbauit, ad tempus releuat, & solatur exemplum. Cito ad verbum huius Dei hominis exiguitas ingenij nostri, vt viduæ illius pastu, cœlesti proficiet incremento, ac deinceps à deposito cordis nostri non vitæ substantia deficiet, sed ipsa inopia abolebitur, & defectus. Fœlix vena, quæ suo ditatur irriguo, & fluētā putei sui tota acquirit, atque attrahit libertate. Ecce venit, & sublimes vestros animos cœlestis imber infudit: totōq. impetu superni fluminis, quæ in vobis est, ciuitatem Dei suo rigauit illapsu, vt terra nostra diuino rore madida censuram vsque fœcundetur ad fructum. Aperite sensus, corda dilatate, & gremium vestræ mentis extendite: vt quicquid de cœlestibus iste thesaurus vobis largiter ef-

## DE PRÆDICATIONE S.

Ioannis Baptista.

## SERMO CXXXVII.



**D**oste equam legis vomere, & iugi cultu exinanita Iudaici cespitis est vberitas, beatus Ioannes gentium cōuolans ad desertum, sentes criminū spiritus igne succendēs, infructuosas arbores excidens vltionis securi, cōplanans asperos superbiæ colles, humilitatis conualles erigens ex æquādo, & planitiem terræ totam (gramine perditō) aptans, nutriticib. submittens irrigua Iordanis: ac sic Euangelico semini noualia diffusa præparat, fœcunda componit. *Factum est, inquit, Verbum Domini super Ioannem Zachariam filium in deserto.* Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Super Ioannē. Quare non ad Ioannem, sed super Ioannē? Quia quod desursum est, super omnes est. *Factum est Verbum Domini super Ioannem.* Quia Ioannes vox est, Deus verbū. *Factum est Verbum Domini super Ioannem.* Deus super Ioannem, super seruum dominus, super vocē verbum. Sed dicis mihi: Quid, quod vox præcedit verbū? Præcedit, sed non præcellit: antecedit ad sequentis obsequiū, non ad propriæ potestatis iudicium. Vox non est ipsa iudex, sed est nuncia iudicātis: verbum iudicat, vox prætonat, iubentem potestas respicit, non clamātem. Sed hoc fateatur, testetur, asserat vox ipsa, præco ipse, qui clamat: Qui post me venit, inquit, fortior me est. Quare? Quia in me terror est, in illo est sentētia. *Venit in omnē regionē Iordanis.* Venit ad Iordanē, quia Iudaicas sordes nō poterat hydria iam lauare, sed flumen. Sicut scriptum est: Erant, inquit, hydriz lapidæ secundum purificationem Iudæorum. *Venit ad Iordanem.* Vt pœnitentes potaret aqua, non vino. *Venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Erat penes Ioannem venia, sed non sine pœnitentiā: erat remissio, sed luctibus comparata: erat cura vulneris cum dolore, erat baptisma quod culpam tolleret, conscientiam non deleret. Et quid plura? Per baptisma Ioannis purificabatur homo ad pœnitentiā, non promouebatur ad gratiam. At vero Christi baptisma, sic regenerat, sic immutat, sic hominem reddit ex veterē nouum,

Luc. 3.  
Ioan. 3.

1. Reg. 17.

Mat. 3.  
Ioan. 3.\* Alio  
studeret.

vt præterita nesciat, non recorderetur anti-  
 qua, qui de terreno cœlestis iam cœlestia  
 possidet, & diuina. Hinc est, quod redeun-  
 ti post luxuriam, filio pater immortalitatis  
 reddit stolam primam, annulum libertatis  
 imponit, occidit vitulum saginatum, aquas  
 poenitentiae, gratiae conuertit in vinum, vt  
 conuiuium gratiae iam pocula mera satia-  
 rent: quatenus conscientiae dolores, poeni-  
 tentiae gemitus, peccatorum lamenta, sob-  
 ria dominici calicis aboleret ebrietas. Di-  
 cente Propheta: Et calix tuus inebrians,  
 quam præclarus est. Quantum enim terre-  
 na ebrietas est deformis, tantum præclara  
 & decora ebrietas est cœlestis. Dicebat ergo  
 ad turbas, quæ exibant, vt ab illo baptizarentur:  
 Progenies viperarum quis ostendit vobis fugere ab  
 ira ventura? Facite ergo dignos fructus poeniten-  
 tiae: & ne cœperitis dicere patrem habemus Abra-  
 ham, dico enim vobis, quod potens est Deus de la-  
 pidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim secu-  
 ris ad radices arborum posita est. Omnis arbor non  
 faciens fructum bonum excidetur, & in ignem  
 mittetur. Progenies viperarum. Exemplo  
 corripit, comparatione notat, figura prodit,  
 vt iam non mores solum, sed ipsam natu-  
 ram possit venenosi germinis immutare.  
 Progenies viperarum. Quia quos Deus crea-  
 uerat homines: fecerat filios Abraham, mali-  
 tia peperit, & conuertit in viperas: & quos  
 conditos cœlestis dulcedine pietatis infu-  
 derat, hos impietas amara fecit lethales vom-  
 itus, serpentium virus effundere: & in-  
 fando crudelitatis auspicio de morte patris  
 concipi, matris de morte generari. Progenies  
 viperarum. Soboles ingrata naturæ, cuius or-  
 tus est genitoris exitium, cuius vita est mors  
 parentis. Progenies viperarum. Vipera concep-  
 tus sui tempore intra os suum receptum  
 caput coniugis refertur abscindere, vt per  
 cruenta oscula non foetum concipiat illa,  
 sed crimen: ac sic carnifices sceleris sui pa-  
 riat filios: vindictæ ordine, non naturæ.  
 Nam genimina patris concepta de cæde,  
 sanguinis antequam lactis exigunt nutri-  
 mentum, & vitionem petunt, matris nam-  
 que vterum viperæ dicuntur excindere,  
 & scelestum conceptus sui domicilium ad-  
 huc immaturis visceribus, maturo furore  
 confringere: vt hoc sit illis viuere, matrem  
 suam, matrem quæ illos tales genuit, non  
 videre. Compulsi\* latius comparationis  
 quam sanctus Ioannes fecerat typum de-  
 scripsimus & figuram, vt non maledicti, sed  
 veritatis sit, quod ab illo Iudæi taliter nun-  
 cupantur. Progenies viperarum. Synagogam  
 fratres, eiusque filios tales fuisse demon-  
 strat: ad quam Christus affectu coniugis

A cum venisset, dicente Ioanne: Qui spon-  
 sam habet, sponsus est: inter amplexus &  
 oscula cruenta Iudæ, Christi caput est ex-  
 petitum, & ore petitum, cum dicitur: Cru-  
 cifige, crucifige. Vnde pignora sanguine  
 concepta, tanto mox ad matris armantur  
 interitum, vt disrupto synagogæ vtero, ad  
 vocem Ioannis concurrerent & regenera-  
 rentur ad Dei progeniem. Progenies viperarum,  
 quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Quæ  
 est ista ira ventura? Illa quæ non habet finem,  
 quæ hominem non absoluit morte,  
 sed colligat: nec iam veniæ spem habere  
 permittit, quam semel tartari depuravit ad  
 poenam. Admoniti taliter, cognoscunt &  
 genus, & crimen, & ideo responderunt, di-  
 centes: Quid faciemus, vt saluemur? Qui respon-  
 dens, ait illis. Quod dicturus est fratres, ti-  
 meo dicere, ne quot auditores hodie vi-  
 deo contemptores, ille tot faciat contu-  
 maces. Quid faciam? Dicere timeo, ta-  
 cere non possum: aliud me prohibet pie-  
 tas, ad aliud impellit utilitas: Pietas, quæ  
 non auditur, ne dum contemnit, incurrat:  
 utilitas, ne qui facturus sit non audiat, &  
 per hoc doctor offendat. Dico fratres, vt  
 & nudus se vestiat, & ego me exuam. Qui  
 habet, inquit, duas tunicas, det non habenti: &  
 qui habet escas, similiter faciat. Putasne satis  
 petit, qui duabus tunicis vnâ petit? Non  
 satis petit: quia non petit gemmam, sed  
 tunicam: non aurum, sed panem. Et si qui  
 de duabus tunicis non dederit vnâ, reus  
 est: qualis est vnâ de plurimis qui nega-  
 rit? qui ad hoc vestes suas carcerat, & pa-  
 nem claudit, vt pauper fame pereat, frigore  
 consumatur? Ille vestes sepelit, non reponit:  
 non credit diligentia, sed sepulchris:  
 qui quod negat pauperi, dat tunicis: & ipse  
 vestibis suis corporis vorator est, dicente  
 domino: Vermis eorum nõ morietur, quia  
 Christum concussit pauperis fames, dolor  
 hominis Dei prostravit ad viscera, captiui  
 gemitus ad Christi penetrauit interna, ino-  
 pis contemptus ad creatoris sui redundauit  
 iniuriam, profitente ipso, cum dicit: Esuri-  
 ui, & non dedistis mihi manducare, nudus  
 fui, & non vestistis me. Venerunt & Publicani  
 dicentes: Quid faciemus? Audiant Publicani:  
 Nihil amplius quam constitutum est vobis, petatis.  
 Prodidit quæ res reum faciat publicanum,  
 ne amplius petatis. Qui plus petit, frau-  
 dis exactor est, non tributi: cogitet quam  
 Deo reus est, qui defessum & depressum  
 publicat: magis ac magis sua fraude depri-  
 mit & fatigat: & ad debita vix sufficienti su-  
 perimponit, & auget indebita: Venerunt &  
 milites, dicentes. Audiant & milites quid

Ioan. 3.

Psal. 12.

Esa. 66.

Mat. 23.

etiam militibus interrogantibus, responderit hic magister: *Et nos quid faciemus? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniemini: contenti estote stipendiis vestris.* Verus miles est, qui non concutit, sed defendit: qui calumniam non ingerit, sed repellit: qui currit ad regis stipendia, non ciuis currit ad prædam. Beatus Ioannes sic diuina docuit, vt non turbaret humana, instituit rempublicam, non dimouit: probauit à Deo ordinata esse quæ docuit, posse facere & seruare iustitiam. Quid sit autem inter baptisma Ioannis, & Christi baptisma, quia latius explanandum est, nunc tacemus.

## DE PACE,

## SERMO CXXXVIII.



**M**elius quidem fuerat, fratres charissimi, si pater, ac magister noster communis imperitiam nostram latere permitteret, nec publicaret penuriam, quæ in nobis hætenus velamento propriæ verecundiæ tegitur, Melius fuerat, vt qui tam copiose abundat in spiritualibus doctrinæ diuitiis, de nauicula pauperis nequaquam tenuis verbi vestigal exigeret. Quis enim aut egenus diuitibus, aut peregrinus ciuibus, aut agrestis & ignarus studiosis conferat? Tamen quoniam iussis parere cogimur eadem nos humilitatis ratio, quæ excusare videretur, ad dicendum cogit: cogit ad obediendum. Quid igitur est, ô religiosa plebs domini, quod vobis quamuis paupores, quamuis ineruditissimi, attamen decenter offerimus? Pacem sine dubio, quam dominus noster Iesus Christus ingredienti nos offerre omni domui iubet: vade & nos in principio salutationis nostræ pacem vobis à domino exorauimus: quæ & habenda semper est, & semper oranda, non illa infida, & instabilis huius mundi pax, quæ vel pro commodis quæritur, vel pro timore seruatur: sed pax Christi, quæ secundum sententiam Apostoli Pauli, superat omnem mentem, & credentium corda custodit. Pax, quæ charitatis fecundis nutritur vberibus. Pax, alumna fidei: columna iustitiæ. Pax, futuræ spei pignus idoneum. Pax, quæ præfentes sociat, absentes inuitat. Pax, quæ terrena cœlestibus, & diuinis humana conciliat: sic enim dicit Apostolus: Quod Dominus noster Iesus Christus pacificauit per sanguinem suum, non solum

Leu. 10.

Phil. 4.

Gal. 1.

quæ in terris sunt, sed quæ in cœlis. Hæc ergo vobis charissimi, pro virib. pauperis viatici peregrinus viator exposuit, expectans magis vna vobiscum apud mensam potentis magistri affluentibus, & copiosis dapibus saginari. Deus autem pacis, qui cœlestibus terrena coniunxit, concedat nobis eadem sapere in alterutrum: & plena vnanimitate gaudere, per Christum Dominum nostrum, per quem est Deo patri omnipotentis gloria in sæcula sæculorum, Amen.

## DE REMITTENDO FRATRI delicto.

B

## SERMO CXXXIX.



**S**icut in terra latet aurum, ita diuinus sensus verbis celatur humanis: & ideo quoties dominica nobis eloquia panduntur, mens euigilet, animus intendat, vt intellectus possit scientiæ cœlestis intrare secretum. Quare dominus hodie sic cœperit, audiamus. *Attendite, inquit, Luc. 17. Vobis.* Quid sibi ista nouitas elocutionis? Quo ista tendit admonitio præter vsum? *Attendite, inquit, Vobis.* Ille attendit sibi, qui non alienis actibus importunis, impudens, curiosus intendit. *Attendite, inquit, Vobis.* Vagus oculus, lasciuus intuitus, improbus aspectus, suas non respicit ad ruinas: alienos currit, & decurrit ad lapsus: sua cæcus ad crimina, ad aliena errata perliucet: malorum suorum nescius, alienorum est accusator & testis: suum repidus ad reatum, ad alterius & innocentis flammatur, & excandescit examine. Et ne multis, sicut dixit dominus: Oculus in se trabem non videns, videt in alio festucam. Nonne oculus præuaricationis est author? Et vidit, inquit, mulier, quod bonum esset lignum ad manducandum, & quod gratum oculis ad videndum. Mortis ianua, inuidiæ fax, liuoris caminus, toro cupiditatis incendio velocius per aliena percurrit, quam currit ignis arida & terrena per gramina. Dei est quod oculus in orbem sic apertus arctatur angustissimus in pupilam, quatenus moderate visum videat, non inuideat: præuideat, non proripiat: prospiciat, non despiciat, oculus sit animæ fenestra, speculum sit mentis, sit lumen corporis, membrorum dux sit, non introitus vitiorum. Sed ad præfata redeamus. *Attendite, inquit, Vobis.* Vobis, non dixit tibi, quia quicquid alij attenderit homo, attendit sibi: & quantum videbit ipse alteri, vide-

Math. 7.

Gen. 1.

bit alter ipſi: ſicut ex ſequentibus eluceſcit. *Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, increpa illum: & ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi.* Age homo, mandante Deo, dimitte, dimitte peccata: eſto miſericors ad delicta: in te commiſſorum tu remiſſor eſto peccatorum: tu modò ne perdas in te diuinæ iuſtitiæ poteſtatis: quicquid in alio tu non remiſeris, tibi in alio tu negabis. *Si peccauerit in te frater tuus, inquit, increpa illum.* Increpa ut iudex: ut frater remitte: quia iuncta libertati charitas, charitati mixta libertas, & terrorem comprimit, & ſuſcitat fratrem: fratrem frater eſt in febre cum lædit: eſt in fide proximo cum delinquit: eſt ſui neſcius, eſt humanitatis extraneus: huic qui per compaſſionem non ſubuenit, hunc qui per patientiam non curat, non per veniam ſanat; ſanus non eſt, egrotat, inſirmatur, viſcera non habet, & ab humano ſenſu monſtratur alienus. Furit frater, aſcribè ægritudini, tu illum iuua ut frater: ſcribe tu quod ſic geritur febrì, & fratri non poteris imputare commiſſum: dabiſque tu prudenter inſirmitati culpam, fratri veniam, ut illius ſanitas ad tuam gloriam recurrat, illius venia tuum redundet ad præmium; *Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, increpa illum: ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi.* Nemo iſta audiens cenſuram ſibi remittentis aſſumat & imponat fratri delinquenti vana præſumptione perſonam: ac ſic durum putet remittere delicta. Se peccatorem, peccatorum ſe homo cogitet: & tunc incipit amare veniam, non amare vindictam. Audis tu quia remittere debeas, & quia tibi remitti debeat, non audis. Peccabis & tu illi cras, qui tibi hodie peccauit: & erit tibi iudex, qui tibi erat reus antè, & reddet tibi veniam, ſi dediſti, ſi non dediſti, aut negabit veniam: aut ſi dederit, imputabit amplius, quam donabit. Remitte peccanti, remitte pœnitenti, ut cum tu peccaueris, repenſeris in venia, non doneatur. Bona ſemper venia, ſed tunc dulciſſima cum debetur. Vicit pœnam, iudicem præuenit, euadit iudicium, qui remittendo ante ſibi veniam, quàm delinqueret iam prouidit. *Eſti ſepties, inquit, in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: pœnitete me, dimitte illi.* Quare veniam lege conſtringit, anguſtias numero, ſine cõcludit, quàm ſic pullat per miſericordiam, per gratiam ſic relaxat? Si ſepties, ſi octies, vincit numerus gratiam? bonitati calculus obſiſtit? & addicit vna culpa pœnæ, quem commiſſa ſeptem veniæ iam dederunt? Abſit. Nam ſi

cut foelix ille qui ſepties remiſit, ita foelixior eſt iſte ſeptuagies ſepties qui remiſit. Petrus mandati immemor huius, interrogat dominum, dicens: Si peccauerit in me frater meus, quoties remittam illi? *Septies.* Mat. 18. Reſpondit Dominus: Non ſolum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties. Præſcriptus ergo numerus non anguſtat veniam, ſed dilatat, & quod præcepto ſinit, ſine fine relinquit arbitrio, ut ſi quantum iuſſerit remiſeris, tantum ſit obedientiæ, ſit præmij. Verum ſeptimus numerus, qui numerus videtur paruus, inuenitur ampliſſimus ſacramento: nam ſeptimus numerus per dies gradiens ſabbatum facit, quod benedixit dominus, & deputauit ad requiem tam ſui operis, quam laboris humani. Septimus numerus per odoadas currens, ſic ſeptem ſeptuplicat ſeptimanas, ut Pentecoſten nobis impletam myſterij ſolemnitate concludat, totumque ſancti Spiritus imbrem in Eccleſiaſticam ſegetem cœleſti ſonitu tunc effundat. Septimus numerus cum per meſes prope- rat, ſeptimi meſis feſta conſecrat tota nobis ieiunij ſanctitate. Septimus numerus cum vadit per annos, ſeptimanas facit: facit annum qui requiem dat terræ, nexus omnes fraternæ obligationis abſoluit. Septimus numerus annorum cum circuit ſeptimanas, annum quinquageſimum, qui iubilæus vocatur, ad plenitudinem totam veniæ & remiſſionis adducit: ut tollatur ſeruitus, redeat libertas: ut cautionum documenta & monumenta rumpantur, reſurgat debitor, debitum ſit ſepultum, redeat ut ager pauperis, ut pereat diuitis totus de cupiditate contractus. Eſt ſeptimus numerus ſeptuplicatus per dies, per meſes, per annos, totum contulit remiſſionis & veniæ, ſeptuplicatus ſeptuagies ſepties. Septimus numerus quid afferre poſſit, Chriſtianus æſtimer, & aduertat auditor. Tunc vere ceſſabit crediti contractus, & debiti, tunc verè abolebitur tota conditio ſeruitutis, tunc illa, illa veniet ſine fine libertas, tunc æternus ager victurus ſemper remeabit. Veniet, veniet remiſſio tunc vera, quando abolebitur etiam neceſſitas ipſa peccandi: quando pereunte immunditia verè mundus iam vocabitur mundus: quando redeunte vita mors non erit: quando regnante Chriſto diabolus iam peribit. Orate fratres, & ut nobis dominus augeat fidem, quatenus hæc bona credere, & videre, & tenere poſſimus.

DE ANNUNCIATIONE  
sanctæ Mariæ Virginis.

SERMO CXL.

**S**atis modo sit oculorum nostrorum pura acies ut possit in diuini ortus intendere claritatem: nam si nascētis iubar Solis oculorum nostrorū vix suffert sanitas rota: vel puritas, quanta interni visus est præparanda sinceritas, ut splendorem sui ferre possit orientis & radiantis authoris? *In sexto autem mense missus est, inquit, Angelus Gabriel in ciuitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph. Locum, tempus, personam, sanctus Euangelista designat, ut relationis veritas manifestis ipsarum rerum comprobetur iudiciis. Missus est, inquit, Angelus ad Virginem desponsatam. Ad virginem Deus aligerum portitorem mittit: nam dat arrham, dotem suscipit, qui fert gratiam: fidem refert, & tradit munera virtutis, qui mox virginis consensus resoluit sponsonem. Peruolat ad sponsam festinus interpret, ut à Dei sponsa humanæ desponsationis arceat, & suspendat affectum, neque auferat ab Ioseph virginem, sed reddat Christo, cui est in vtero pignorata cum fieret. Christus ergo suam sponsam recipit, non præripit alienam: nec separationem facit, quando suam sibi totam iungit in vno corpore creaturam. Sed quid egerit angelus, audiamus: Ingressus est ad eam, dicit: Ave gratia plena: dominus tecum. In hac voce oblatio est, oblatio muneris, non simplex salutationis officium. Ave. Hoc est, accipe gratiam. Ne trepides, ne sis sollicita de natura. Gratia plena. Quia in aliis gratia, in te tota gratiæ pariter veniet plenitudo. Dominus tecum. Quid est in te dominus? Quia ad te nõ visitandi studio venit, sed in te nouo nascēdi illabitur sacramento. Adiecit congrue: Benedicta tu in mulieribus. Quia in quibus Eua maledicta puniebat viscera, tunc in illis gaudet, honoratur, suspicitur Maria benedicta. Et facta est vere nunc mater viuentium per gratiam, quæ mater extitit morientium per naturā. Quæ cū audisset, turbata est in sermone eius. Quid est quod personā vider, & de sermone turbatur? Quia venerat Angelus blandus in specie, fortis in bello: mitis in habitu, in sermone terribilis: humana proferens, diuina repromittens. Vnde & Virginem, quam leuiter visus sollicitauerat, nimium turbauit auditus: & quam missi præsentia parū mo-*

*uerat, concussit toto pondere mittentis auctoritas. Et quid plura? Mox sensit in se supernum suscipi iudicem, vbi ante iam cœlestem vidit, & contemplata est metatorē. Quamuis enim blando motu, affectu pio, Virginem sibi Deus in matrem, seruum sibi verteret dominus in parētem: turbata sunt tamen viscera, mens refugit ipsa est tremefacta conditio, cum Deus, quem tota creatura non capit, totum se intra pectus recipit, & condidit humanum. Et cogitabat, ait, Virgo, quæ esset ista saluatio. Aduertat vestra charitas, ut diximus, consensisse Virginem salutationi non verborum, sed rerum, & vocem fuisse non communis obsequij, sed supernæ vim totā fuisse virtutis. Cogitat ergo Virgo, quia cito respondere est facilitatis humanæ, cogitare vero ponderis est maximi, & iudicij permaturi. Quātus sit Deus satis ignorat ille, qui huius Virginis mentem non stupet, animum non miratur, pauet cœlum, tremunt angeli, creatura non sustinet, natura non sufficit, & vna puella sic Deum in sui pectoris capit, recipit, oblectat hospitio, ut pacem terris, cœlis gloriam, salutem perditis, vitam mortuis, terrenis cum cœlestib. parentelam, ipsius Dei cum carne commercium, pro ipsa domus exigat pensione, pro ipsius vteri mercede conquirat, & impleat illud Prophetæ: Ecce hæreditas Domini, filij merces fructus ventris. Sed iam se concludat sermo, ut de partu Virginis, donante Deo, & indulgente tempore, gratius proloquamur.*

DE INCARNATIONE CHRISTI,

SERMO CXLI.



**D**antum secretum cubiculi sit regalis, quali reuerentia, quo tremore locus habeatur, vbi ipsa Principis requiescit potestas, quam nulli extraneo, immūdo nemini, nulli infideli pateat illuc, & permittatur accessus, quam munda, quam casta, quam fidelia, ibidem prætolentur obsequia, imperialis aulae manifestis docetur insignibus. Quis ad ipsas palatij fores vilis, quis propinquat indignus? Certe ad thalamum sponsi nisi satis proximus, nisi satis intimus, nisi bonæ conscientiæ, nisi laudabilis famæ, nisi probabilis vitæ nullus admittitur. Intra thalamum verò ipsū virginem Deus capit solam: suscipitur sola virginitas illibata. Vnde, ô homo, his admonitus exemplis, æstima quis sis, quantus sis, qualis

qualis sis, & tunc demum cogita, vtrum possis Dominicæ natiuitatis penetrare secretum, vtrum merearis ad illius pectoris cubiculum peruenire: vbi tota superni Regis, tota diuinitatis requiescit maiestas, vtrum debeas humanis oculis, corporeis sensibus, conceptum virginis temerarius diffusor attendere: vtrum possis ipsas Dei manus operantes sanctum sibi corporis templum intra aluum genitricis audax, & curiosus arbiter intueri: conspectibus tuis absconditum sæculis nudare mysterium, reuelare tibi ipsi Angelis inuisibile sacramentum: & ita cœlesti fabricæ præfidere, vt deprehēdas liquide tu quomodo Deus penetrale clausæ carnis intrauerit: quem admodum sacri corporis in illo venerabili vtero præter Virginis conscientiam lineamenta pinxerit: quomodo præter concipientis sensum mansura sæculis ossa solidauerit: qualiter præter hominis ordinem, hominis veram produxerit formam: quemadmodum præter carnis sollicitudinem totam carnis assumpserit veritatem: qua ratione præter naturam nostræ carnis integram susceperit qualitatem: & si ad hæc tibi liber non perparuerit accessus: iam Deus ex carne nunc assumere non potuit, quod in principio assumpsit ex limo? Imo quia totum Deo est possibile, & tibi ne ad minima quidem operum Dei possibile est peruenire, conceptum Virginis noli discutere, sed crede: Deum voluisse nasci piè senti, quia facis iniuriam si requiris, magnum dominicæ natiuitatis sacramentum fide percipe, quia ne minima quidem operum Dei assequi poteris sine fide, dicente scriptura: Omnia opera eius in fide. Sed tu hic totum vis de ratione constare, vbi totum consistit ex fide: quod tamen non sine ratione subsistit, sed ratione Dei, non tua homo. Quid tam rationabile, nisi vt Deus quicquid voluerit, possit? Qui quod vult non potest, Deus non est. Quæ ergo mandat Deus, exequitur Angelus, implet Spiritus, efficit virtus, Virgo credit, natura suscipit, cœli narrant, annunciat firmamentum, ostendunt stellæ, magi prædicant, pastores adorant, pecora cognoscunt, attestante Propheta: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Tu homo, si non mox cum Angelis, agnosce vel tardissime cum iumentis: ne dum moraris ipsis iumentis, quibus ante comparatus fueras, postponaris. Ecce iumenta adulantur caudis, blandiuntur auribus, linguis lambunt, & motu quo possunt authorem suum fatentur contra naturam in tuam venisse

A naturam: & tu cum Iudæis discutis, carpis, qui excluderunt à diuersis suis dominum suum, quem iumenta suis in præsepibus susceperunt. Vnde si tandem vel Angelis es pium præstaturus auditum, quæ ab Angelo dicenda sunt, si non feliciter vel dignanter admitte: quod nos hodie differre, & sequenti referre sermone sancti fratres, satis vobis necessarius sermo compellit.

DE ANNUNCIATIONE  
sanctæ Mariæ Virginis.

SERMO CXLI.

**A** vdistis hodie fratres charissimi, Angelum cum muliere de hominis reparatione tractantem. Audistis agi, vt homo cursibus eisdem, quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit cum Maria angelus de salute, quia cum Eua Angelus egerat de ruina. Audistis Angelum de carnis nostræ limo templum diuinæ maiestatis arte ineffabili constructum. Audistis in terris Deum, in cœlis hominem sacramento incomprehensibili collocari. Audistis inaudita ratione in vno corpore Deum, hominēque misceri. Audistis fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam deitatis gloriam Angelica exhortatione roborari. Denique ne tanto ponderi cœlestis fabricæ in Maria subtilis nostri corporis arena succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura fructum virga tenuis frangeretur, fugatura metum vox Angeli, mox præcessit, dicens: *Ne timeas Maria.* Ante causam dignitatis virginis annunciat ex nomine: nam Maria Hebræo sermone, Latine domina nūcupatur: vocat ergo Angelus dominā, vt dominatoris genitricem trepidatio deserat seruitutis, quam nascis & vocari dominā ipsa sui germinis fecit: & impetrauit auctoritas. *Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam.* Verum est, quia qui inuenit gratiam, nescit timere. *Inuenisti gratiam, Apud quem? Apud Deum.* Beata quæ inter homines audire sola meruit præ omnibus. *Inuenisti gratiam.* Quantam? quantam superius dixerat. Plenam. Et verè plenam, quæ largo imbri totam funderet & infunderet creaturam. *Inuenisti enim gratiam apud Deum.* Hæc cum dicit, & ipse Angelus miratur, aut scēminam tantum, aut omnes homines vitam meruisse per scēminam, stupet Angelus totum Deum venire

intra virginalis vteri angustias, cui tota simul angusta est creatura. Hinc est quod remoratur Angelus, hinc est quod Virginem vocat de merito, de gratia compellat, vix causam prodit audienti, sane vt sensum promoueat, vix longa trepidatione componit. *Æstimate fratres, qua reuerentia, quo tremore nos tanto interesse deceat, & conueniat sacramento, quando ipse Angelus non sine metu discurrit audientis. Ecce concipies in Vtero. Bene concipies, quod caro nescit, conditio non habet, non admittit natura. Ecce concipies in Vtero. Quis ante ad fructum peruenit, quam terræ laborem sentiat, & sudorem? Quis ante prima carpit, quam plantæ suam tribuat & impendat industriam? Quis præter viam ad villam peruenit mansionem? Quis præter naturam naturæ suscipit incrementum? Beata ergo, & vere beata Maria, quæ præter generandi curas, præter materni doloris fastidia, tantam germinis peruenit ad gloriam. Beata quæ diuinum pignus sic suo suscepit & seruauit in pectore, vt illud tota corporis externa nesciret. Beata, quæ quod de supernis Angelo referente suscepit, sic menti suæ solæ commisit & credidit. Intra domum Virginis negorium cæleste sic geritur, vt manentibus claustris ipsa domus septa non sentiant. *Concipies & paries filium. Quis egreditur & ingreditur, & introitus sui, & exitus nulla vestigia relinquit, diuinus habitator est, non humanus: & qui conceptu suo virginem seruat, & ordo suo relinquit virginem, non terrenus homo est, sed cælestis. Nostræ ergo carnis ordo secedat, hic sibi natura nostra nil vindicet, vbi ad diuinam progeniem cælestis ordo diuinam instituitur in naturam. Conceptus & partus sermo audientis animum non fatiget, nec leuiter censum moueat Christiani vbi ad cælestem progeniem virtutis Dei diuina peraguntur insignia. *Concipies & paries filium. Non dixit tibi, dixit tuum. Quare? Quia sanctum vocabitur filius Dei. Virgo te gratia matrem præstitit, nõ natura: genitricem te dici pietas voluit, quam non sinebat integritas: in tuo conceptu, in tuo partu creuit pudor, aucta est castitas, integritas roborata est, est solidata virginitas, omnes persequerentur virtutes. Virgo si tibi salua sunt omnia, quid dedisti? Si virgo, quomodo mater? Si sponsa, genitrix quomodo? Ille quo tibi aucta sunt omnia nil minuit virgo. Virgo concipitur ex te auctor tuus, tua ex te ositur origo, in tuo gremine est genitor tuus, in tua carne est Deus tuus, & ipse lucem mundi per te cepit,***

A qui lucem mundo dedit. Monita ergo per Angelum virgo, ne præsumas hunc vocare filium tuum, sed mox vt generis, inuoca saluatorem: quia virginitas non sibi parit filium, sed parit pignus auctoris, & integritas suum gestat dominum, non alumnum, dicente Angelo: *Ecce vocabis nomen eius Iesum. Quod saluator Latino vocabulo nuncupatur. Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud? Ecce Maria interrogat: & si qui interrogat, dubitat, cur solus Zacharias velut querulus percussor incurrit: Quia pectorum cognitor non verba, sed corda peruidit: non quid dixerint, sed quid senserint, iudicauit, erat enim interrogantium causa dissimilis, species perdiuisa, hæc contra naturam credidit, ille dubitat pro natura: hæc integræ rei ordinem quærit, ille quæ Deus iubet fieri non posse perscribit: ille impellentibus exemplis non accedit ad fidem: hæc sine exemplo percurrit ad fidem: hæc miratur de partu virginis, ille de conceptu disputat conjugali. Merito ergo hæc loquitur, hæc Deum suo cognoscit & confitetur in corpore, ille tacet, donec Ioannem quem negabat conuictus proprio redderet ex corpore. *Quomodo fiet istud? Quare? Quia virum non cognosco. Mulier, quem virum quæris? quem tu in Paradiso perdidisti? Redde virum mulier, redde depositum Dei, redde ex te quem perdidisti per te: prætermitte naturæ ordinem, recognosce ordinem creatoris. Ille ex te assumet & faciet virum, qui in principio te fecit & assumpsit ex viro: ne quæras virum, cesset opus hominis, quia ad reparationem hominis sufficit ars diuina. Hinc est quod Deus ipse ad te venit, quia te pœnituit ad hominem peruenisse. Nec iam caro ad carnem. *Sed Spiritus sanctus superueniet in te. Quia quod de carne natum est, caro est: & quod de Spiritu, spiritus est: qui ergo de Spiritu nascitur, sine controuersia Deus est, quia Spiritus est Deus. Spiritus sanctus superueniet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Obumbrat Dei virtus, ne portatura Deum fragilitas humana succumbat. Et Virtus Altissimi obumbrabit tibi. Æstus nostri corporis nescit, quam diuinæ protegit vmbra virtutis: nec secretum mundanæ habitationis inquirat, quæ se septam superni splendoris circumspicit velamento. Propterea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Nemo hic communiter accipiat sanctum, sed illa singularitate qua clamatur***

Ioan. 3.  
Ioan. 4.

Isaia 6.

in cœlestibus: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth. Mitteritur autem Maria ad Elizabeth, virgo ad sterilem, infans ad anum, ut certamine pio fumant ambæ; percipiant pariter, altera de nouitate fidem, altera de necessitate virtutem. His auditis, respondit Maria: *Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum Verbum tuum.* Quæ vocatur ab Angelo domina ipsa se cognoscit, & confitetur ancillam. Quia deuotus animus in fuls beneficiorum crescit ad obsequium: augetur ad gratiam, non ad arrogantiam proflit, non ad superbiam pertumescit. *Fiat mihi secundum Verbum tuum.* Quæ credit verbo, merito concipit verbum. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: & ad totam rem peruenit, quæ secretum fidei consentit auditu. Quantum peccat hæreticus, qui post causam non credit, cum tantum hanc credidisse conspicit ante causam.

## DE EADEM,

## SERMO CXLIII.



Ebetur quidem vobis natalitius sermo, sed ineffabile natiuitatis dominicæ sacramentum credere magis conuenit, quam referre. Virgo peperit, quod natura non habet, & vsus nescit, ignorat ratio, mens non capit, pauet cœlum, stupet terra, creatura miratur, quomodo sermo narrabit humanus? Denique Euangelista conceptum Virginis, Virginis partum sicut humano sermone pandit, ita diuino claudit arcano: & hoc facit, ut homo quod credere iussus est, discutere non præsumat. Quis attingit arcanum Dei partum Virginis: rerum causas? seculorum negotium? commercium diuinitatis & carnis? hominem Deumque vnum Deum? Euangelista sic ait. *Missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilee, cui nomen erat Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph: & nomen Virginis Maria.* Missus est Angelus à Deo, vbi mediator est Angelus, humana cesset opinio: vbi cœlestis est nuncius, interpretatio terrena pellatur. Curiositas humana torpescat: vbi supernus habetur interpretis. *Missus est Angelus à Deo, Qui audit attentius, quia à Deo missus sit, deitatis refugit perferuari secretum.* Quod per Angelum Deus mandat, ille meretur scire, qui timet scire. Audi dominum dicentem: Super quem respiciam, nisi super humilem &

mansuetum, & tremementem verba mea: Humilem & mansuetum, quantum mansuetus est ille qui iussis obtemperat: immansuetus tantum est ille qui iussa discutit. *Missus est Angelus ad Virginem.* Quia semper est Angelis cognata virginitas. In carne præter carnem viuere non certena vita est, sed cœlestis. Et si vultis scire angelicam gloriam, acquirere maius est, quam habere: esse Angelum fœlicitatis est, virginem esse virtutis: virginitas enim hoc obtinet vitibus, quod habet Angelus ex natura. Angelus ergo & virgo, diuinum agunt officium, non humanum. *Ingressus, inquit, Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, dominus tecum.* *Benedicta tu inter mulieres.* Ave gratia plena, dominus tecum: videtis quibus est virgo oppignorata muneribus. *Ave gratia plena, dominus tecum.* Ave, hoc est accipe. Quid? Virtutes munerum, non pudoris. *Ave gratia plena.* Hæc est gratia, quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitiis, vitæ ordinem, moribus disciplinam. Hanc gratiam detulit Angelus, accepit virgo salutem sæculis redditura. *Ave gratia plena.* Quia singulis gratia se est largita per partes. Mariæ vero simul se totam dedit gratiæ plenitudo. Omnes, inquit Euangelista, de plenitudine eius accepimus. Vnde *Ioan. 1. & David dicit: Descendit sicut pluuia in vellus.* Vellus cum sit de corpore, nescit corporis passionem: sic virginitas cum sit in carne, vitia carnis ignorat: cœlestis ergo imber virgineum in vellus placido se fudit illapsu, & tota diuinitatis vnda bibulo se nostræ carnis celauit in vellere, donec per patibulum crucis expressum terris omnibus in pluuiam salutis effunderet. Et sicut *Psal. 78. stillicidia stillantia super terram.* Ut vitalibus partita stillicidiis tempora fidei rigarent germine, non necarent. *Ave gratia plena, dominus tecum.* Missus est Angelus à Deo & quid dicit? Dominus tecum. Ergo erat cum virgine, qui ad virginem miserat. Præcessit nuncium suum Deus, sed à Deo non recessit: teneri locis non potest, qui omnibus habetur in locis: & totus vbique est, sine quo nihil est totum. *Benedicta tu inter mulieres.* Vere benedicta virgo, quæ & virginitatis possidet decus, matris & pertulit dignitatem. Vere benedicta, quæ & superni conceptus meruit gratiam, & sustulit integritatis coronam. Vere benedicta quæ & diuini germinis suscepit gloriam, & Regina totius exitit castitatis. Vere benedicta, quæ fuit maior cœlo, fortior terra, orbis latior: nam Deum quem mundus non capit, sola cepit. Portauit eum, qui portat

orbem: genuit genitorem suum, nutriuit A  
omnium viuentium nutritorem. Sed vi-  
deamus quid ait Euangelista. *Maria, inquit,*  
*vt vidit Angelum, turbata est in sermone eius.*  
Turbata est caro, concussa sunt viscera,  
mens tremuit, tota cordis obstupuit altitu-  
do: quia in ingressu Angeli sensit di-  
uinitatis ingressum. Turbatur humani cor-  
poris templum, & carnalis domicilij moue-  
bantur angustia, cum se in virgineo pecto-  
re tota Dei conderet magnitudo. Sed si  
placet, priusquam fidei Christianæ pene-  
trémus arcanum, loquamur ad eos qui par-  
tum virginis, qui magnum pietatis sacra-  
mentum, qui reparationem salutis huma-  
næ referunt ad diuinitatis iniuriã. Venit ad  
virginem Deus, hoc est, ad opus suum opi-  
fex, creator ad creaturam suam. Quando  
ad opificis honorem operis restauratio non  
redundat? Quando honor non deputatur  
ad gloriam, si factor facturam suam reparer?  
Ne amittat quis opus suum, nõnne cum  
veterascit reuocat: & cum cadit, erigit? &  
cum destruitur, in melius non reformat?  
Ergo quod in partu virginis agitur, non est  
creatoris iniuria, sed salus est creaturæ. Si  
Deus fecit hominem, quis arguit cur refe-  
cit: & quod ex limo formasse digne credi-  
tur, quare ex carne reformasse iudicatur in-  
dignum? Quid preciosius caro aut limus?  
Ergo reparationis nostræ quanto precio-  
sior materia, tãto maior est gloria. Aut quã-  
do Deus non in vtero plasmator est homi-  
nis? Audi Iob: Manus tuæ fecerunt & fini-  
xerunt me. Et post: Vt caseum coagulasti  
me: ossibus & nervis inseruisti me, vitam  
& misericordiã dedisti mihi. Et David: Tu  
formasti me, & posuisti super me manum  
tuam. Et ad Hieremiam Deus: Priusquam  
esses in vtero noui te, & in vulua sanctifica-  
ui te. Si ergo parentis in aluo Iob linea-  
menta depinxit, si matris in vtero Dauid  
membra compegit, si Hieremiam genitri-  
cis sanctificauit in vulua, si Ioannem steri-  
lis in vtero repleuit Spiritu sancto: quid  
mirum modo, si virginis habitauit in vtero,  
qui mulierem hominis sumpsit ex latere?  
Ipse hominem mulieris resumpsit ex vte-  
ro, qui virginem viri formauit ex corpore:  
ac perinde homo quæ tibi videntur noua,  
Deo habentur antiqua. Sed dicis: Quæ nas-  
cendi necessitas Deo, cui suppetit facienda  
potestas? Quæ? Vt ipsam naturam nascen-  
do reficeret, quam fecerat operando: quia  
quæ facta fuerat vt generaret ad vitam, ipsa  
generabat ad mortem. Per peccatum primi  
hominis natura lethale vulnus accepit, &  
cœpit esse origo mortis, quæ erat initium

Ioan. 1.

Iob 10.

Psal. 137.

Hier. 1.

vitz. Hoc est ergo negocium natiuitatis  
quod nasci compulit Christum, vt naturæ  
curam natiuitas daret auctoris, & naturæ  
curatio esset viuificatio filiorum.

## DE EADEM,

## SERMO CXLIV.



E natiuitate Christi  
nos comperendinare  
sermonis altitudo rei  
facit, & cogit myste-  
rii magnitudo. Virgo  
peperit, quis loque-  
tur? Verbum caro fa-  
ctum est, quis narra-  
bit? Si verbum Dei infantia dar vagitum  
homo imperfectus quomodo clamabit in  
verbo? Quantam stella magis nocte dedit  
querentibus lucem, tantam doctoris ser-  
mo ortus dominici præbet audientibus cla-  
ritatem: vt Christum inuenisse gaudeant, *Leo. 1.*  
discurrere non præsumant: honorent mu-  
neribus infantiam non minorent. Sed ora-  
te fratres, vt qui nostro sensim creuit in  
corpore, paulatim nostro crescere dignetur  
in verbo. Euangelista hodie angelum  
retulit sic locutum. *Ne timeas Maria, inuenisti  
enim gratiam apud Deum.* Ne timeas Maria,  
quare? Quia inuenisti gratiam. Timet non  
qui inuenit, sed qui perdit. Inuenit, inuenit  
hæc concipiendo superni germinis gra-  
tiam, quæ pariendo non perdidit virgini-  
tatis insignia. *Ne timeas Maria.* Quid timet,  
quæ securitatem rerum concipit, parit gau-  
dia sæculorum? Timor non est, vbi diui-  
num est negocium, non humanum: vbi vir-  
tutis conscientia est, non pudoris. Quid ti-  
met, quæ suscepit eum, quem timent om-  
nia quæ timentur? Quid timet, cui iudex  
causæ est assertor, integritas testis inno-  
centiæ? *Ne timeas Maria, inuenisti enim gra-* *Ioan. 1.*  
*tiam apud Deum.* Quod erat in principio ap-  
ud Deum, verbum Deus intra se virgo re-  
perit, & factum est magnum Deitatis tem-  
plum, quæ erat pusillitas humanitatis ho-  
spitium, & quem nõ capiebat pusillitas hu-  
mani corporis, cœpit virginalis vteri ma-  
gnitudo. *Eccè, inquit, concipies in vtero.* Pro-  
pter reuerentiam dixisse suffecerat: concipies  
quod exaggerat, in vtero quid est? Vt  
conceptus esset veritas, nõ figura: vt partus  
esset proprietas non imago, vt sicut de Deo  
vero Deus natus est, sic de vero conceptu  
veritas humani corporis nasceretur. In ortu  
Christi fratres, humani corporis iniuria

sublata est, non natura: nec est creatura de-  
lecta, sed culpa damnata. Est ergo hæresis,  
quæ Christum æræum corpus assumpsisse  
mentitur: nec habuisse carnem, sed homi-  
nem stimulasse confingit. *Concipies, inquit, in  
utero; & paries filium, & vocabis nomen eius  
Iesum.* Quod Hebraicè Iesus, Græcè *emph,*  
hoc dicitur Latinè Saluator. Merito ergo  
virgini salua sunt omnia, quæ omnium ge-  
nuit saluatorem. *Et vocabis nomen eius Ie-  
sum.* Quia in hoc nomine deitatis tota a-  
doratur Maiestas: omnes qui commoran-  
tur in cælis, vniuersi qui habitant terram,  
cuncti qui in profundo tenentur inferni,  
huic prosternuntur nomini, hunc adorant.

Philip. 2.

Audi Apostolum dicentem: vt in nomine  
Iesu omne genu flectatur, cælestium, ter-  
restrium & infernorum. Hoc nomen quod  
dedit cæcis visum, auditum surdis, claudis  
cursum, sermonem mutis, vitam mortuis,  
totamque diaboli potestatem de obsessis  
corporibus virtus huius nominis effuga-  
uit. Et si nomen tantum est, quanta pote-  
stas? Sed quis est iste, qui vocatur hoc no-  
mine? Iam dicat Angelus. *Et filius Altissimi  
vocabitur.* Videtis quia quod concipit Vir-  
go, non terrenum germen est, sed cæleste.  
Virgo peperit, sed Deus suscepit filium.

Ergo qui de hac natiuitate humano modo  
disputat ad omnem tendit tanti genitoris  
iniuriam. *Et dabit, inquit, ei dominus sedem  
David patris sui.* Hinc hæreticus generat  
perfidie suæ nebulas: hinc sibi fingit er-  
roris materiam. Ecce, inquit, non ego di-  
co, sed Angelus, dabit illi Dominus Deus,  
nunquid non maior est qui dat, quam qui  
accipit? & qui accipit, antequam accipe-  
ret, non habebat. Sed nos ista fratres, au-  
diamus, non vt perfidi, sed vt fideles: & sit  
nobis argumentum fidei, quod illis est er-  
roris occasio. *Dabit illi Dominus Deus.* Quid  
dat, aut cui dat? vtique Deus homini dat,  
diuinitas carni. *Dabit illi Dominus Deus.* Quis  
Deus? vtique verbum quod erat in prin-  
cipio semper Deus. Cui dat? quod caro  
factum est, & habitauit in nobis. Audi A-  
postolum dicentem, Deus erat in Christo  
mundum reconcilians sibi. Sibi vtique non  
alij: Hic ergo Deus, qui in Christo erat,  
regnum sibi dabat in Christo: & confere-  
bat suscepto corpori, quod semper sua di-  
uinitate possederat: sicut ex ipso Angeli  
probaturo eloquio. *Dabit illi Dominus Deus  
sedem David patris sui.* Vides quia quando ac-  
cipit: Dauid filius dicitur: quando dat, Dei  
filius nuncupatur, ipse dixit: Omnia quæ  
habet pater, mea sunt. Et quæ necessitas  
accipiendi, vbi est habendi potestas? Air,

1. Ion. 1.

1. Cor. 5.

1. Ion. 16.

A omnia quæ habet pater, mea sunt. Quis ac-  
cipit quæ sua sunt? Aut in gratia dantis est,  
si accipientis est quod donatur? Fatemur  
quia accepit, sed iste qui natus est, qui sus-  
cepit carnem, qui suscepit infantiam, qui  
cunabula pertulit, qui suscepit ætates, qui  
laborem sustinuit, qui famem sensit, qui si-  
rim passus est, qui tota iniuriarum genera  
nō refugit, qui ascendit crucem, qui subit  
mortem, qui intrauit sepulchrum: hæreti-  
ce, huic quod accepit ascribe. Aut putas  
quod honorem à Deo dedignatur accipe-  
re, qui ab hominibus tantas accepit iniu-  
rias? Aut existimas quod conferri sibi re-  
gnum à patre falsidit, qui ab inimicis pœ-  
nas, mortemque suscepit? Hæretice, quod  
est iniuriz, quod infantiz, quod ætatis,  
quod temporis, quod dati, quod accepti,  
quod minorationis, quod mortis, si intelle-  
xeris non esse diuinitatis, sed corporis, tu  
nullam filio irrogabis iniuriam, nullam tu  
facies in Trinitate distantiam. Sed reuertamur  
ad nos, & quæ sunt nostra iam loqua-  
mur. *Dabit illi, inquit, dominus Deus sedem Da-  
uid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum  
& regni eius non erit finis.* Qui in cælo sem-  
per concedit patri, nunc sedem Dauid ac-  
cepit in terra: qui regnabit sibi semper mo-  
do nobis in domo Iacob regnum fortitus  
est æternum. Gaudeamus fratres, quia qui  
sibi regnauit regnaturus est nobis: gaudea-  
mus, quia venit regnaturus in terra, vt nos  
cum illo regnare possimus in cælo. Audi  
Apostolum: Si compatimur, & conregna-

Tim. 2.

bimus. Nobis natus est, nobis vtique re-  
gnum venit donaturus: ipso promittente,  
cum dicit: Venite benedicti patris mei, per-  
cipite regnum, quod vobis paratum est ab  
origine mundi. Vobis dixit, non mihi. *Ve-*  
niet, vt sit nobiscum semper: vt nostris sit  
semper in oculis, qui nunc tantum nostris  
habetur in cordibus. Veniet, vt quibus est  
gloria de regno, sit de familiaritate fidu-  
cia. *Et regni eius non erit finis.* Qui eius aduen-  
tum credis, gaude, quia regnum sine fine  
promisit: vbi est sine successore militia, vbi  
sunt perpetuz dignitates. Sed quid est  
quod permansura non ambiunt, qui am-  
biunt transitura? Quid est? Quid est quod  
caducos honores auro comparant, & no-  
lunt gratis accipere sempiternos? Fratres,  
hic parant officia, hic decernuntur loca,  
hic honores designantur, hic qui non de  
Euangelij fide acceperit codicillos, ibi æ-  
ternarum infulas non habebit dignitatum.  
Ergo si delectat militia, si volumus semper  
militare, arripiamus arma Christi, vigile-  
mus, sobrii simus, vincamus diabolum,

prosternamus vitia, vt possimus accipere A  
præmia pariter, & coronas ab ipso Domino  
nostro Iesu Christo, qui cum Deo patre re-  
gnat nunc & semper, & per omnia sæcula  
sæculorum, Amen.

DE GENERATIONE CHRISTI,

SERMO CXLV.



Vdituri estis hodie fratres, quæ-  
admodum nobis beatus Euan-  
gelista generationis Christi re-  
tulit sacramentum. *Christi, inquit,*  
*generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius*  
*Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in*  
*utero habens de Spiritu sancto: Ioseph autem vir*  
*eius cum esset iustus, & nollet eam traducere, vo-*  
*luit occulte dimittere eam. Et quomodo iustus,*  
*qui conceptum sponsæ duxit non discute-*  
*re: Suspecti non exquirunt causam pudoris,*  
*coniugij famam non vindicat, sed requirit?*  
*Voluit occulte dimittere eam. Hoc pio magis vi-*  
*detur conuenire, quam iusto, sed humano*  
*iudicio, non diuino. Penes Deum neque*  
*pietas sine iustitia est, neque sine pietate*  
*iustitia: cœlesti sensu sine bonitate æqui-*  
*tas, sine æquitate bonitas non habetur. Vir-*  
*tutes si separatæ fuerint, dilabuntur, æqui-*  
*tas sine bonitate sæuitia est, & iustitia sine*  
*pietate crudelitas. Ioseph ergo merito ius-*  
*tus, quia pius: & pius, quia iustus. Deniq;*  
*dum pietatem cogitat crudelitate caruit:*  
*dum causam temperat, iudicium custodi-*  
*uit, dum vindictam differt, crimen euasit:*  
*dum refugit accusatorem, fugit senten-*  
*tiam. Æstuabat animus sanctus negotij no-*  
*uitate percussus, stabat sponsa prægnans,*  
*sed virgo: stabat plena pignore, sed non va-*  
*cua pudore: stabat de conceptu folicita,*  
*sed de integritate secunda: stabat vestita ma-*  
*terno munere, sed non honore virginita-*  
*tis exclusa. Sponsus quid faceret ad ista?*  
*Accusaret de crimine? Sed erat ipse inno-*  
*centiæ testis. Culpam diceret? Sed erat*  
*ipse custos pudoris. Vrgeret adulterium?*  
*Sed erat ipse virginitalis assertor. Quid fa-*  
*ceret ad ista? Cogitat dimittere, quia non*  
*poterat vel foris prodere, vel intus quod*  
*euenerat, continere. Cogitat dimittere, &*  
*dicit Deo totum, quia quod homini dice-*  
*ret, non habebat. Et nos fratres, quoties*  
*turbat, fallit species, facit color negotij*  
*interna nescire, declinemus iudicium, sub-*  
*trahamus vindictam, sententiam fugia-*  
*mus, dicamus Deo totum, ne dum facile*  
*innocentum forte gestimus in pœnam, ipsi*

nobis noxiam sententiam proferamus, di-  
cente Domino: In quo iudicio iudicau-  
eritis, iudicabitur de vobis. Certe si nos ta-  
cuerimus, clamabit Deus: respondebit  
Angelus, qui Ioseph, ne innocentiam de-  
fereret, sic præuenit. *Ioseph, inquit, fili David,*  
*noli timere, accipere Mariam coniugem tuam: quod*  
*enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet*  
*autem filium, & vocabis nomen eius: Iesum: ipse*  
*enim saluum faciet populum suum à peccatis eo-*  
*rum. Ioseph fili David: Videtis fratres, in*  
*persona genus vocati, videtis in vno totam*  
*profapiam nuncupari, videtis in Ioseph se-*  
*riem Dauidici stemmatis iam citari. Ioseph*  
*fili David, Tricesima octaua generatione na-*  
*tus, quomodo Dauid filius dicitur, nisi quia*  
*generis aperitur arcanum, fides promissio-*  
*nis impletur, superna conceptio cœlestis*  
*partus virginea iam signatur in carne? Io-*  
*seph fili David. Tali voce ad Dauid prolata*  
*fuerat promissio Dei patris. Iurauit Domi-*  
*nus Dauid veritatem, & non frustrabitur*  
*eum de fructu ventris tui ponam super se-*  
*dem tuam. Quod factum quidem tali glo-*  
*riatur in cantico. Dixit Dominus Domino*  
*meo, sede à dextris meis. De fructu ventris*  
*tui, bene fructus ventris tui, bene de vtero:*  
*quia cœlestis hospes, supernus habitator:*  
*sic in vteri descendit hospitium, vt corpo-*  
*ris claustra nesciret: sic de habitaculo ven-*  
*tris exiit, vt virginalis ianua non pateret, &*  
*impleret illud quod cantatur in Cantico*  
*Canticorum: Hortus clausus foror mea*  
*sponsa: hortus clausus, fons signatus. Ioseph*  
*fili David, noli timere. Sponsæ causas sponsus*  
*ne timeat, admonetur: & vere pius animus*  
*dum compatitur, plus paucescit. Ioseph fili*  
*David, noli timere. Ne qui de conscientia*  
*securus sis, de sacramenti cognitione suc-*  
*cumbas. Ioseph fili David, noli timere. Quam*  
*vides virtus est ista, non crimen: hic non*  
*humanus lapsus est, sed est diuinus illa-*  
*psus: hic præmium est, non reatus: hic in-*  
*crementum cœli est, non corporis detri-*  
*mentum: hic non est proditio personæ, iu-*  
*dicis est secretum: hic palma cognitoris est,*  
*non supplicij pœna: hic hominis furtum*  
*non est, thesaurus est Dei: hic non est mor-*  
*tis causa, sed vitæ. Et ideo noli timere,*  
*quia quæ vitam parturit, non meretur oc-*  
*cidi. Ioseph fili David, noli timere Mariam coniu-*  
*gem tuam accipere. Sponsam vocari coniu-*  
*gem legis est hoc diuinæ, sicut ergo manen-*  
*te virginitate mater est, ita coniunx dici-*  
*tur pudore permanente. Ioseph fili David, noli*  
*timere accipere Mariam coniugem tuam: quod e-*  
*nim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Ve-*  
*niant, audiant, qui requirunt, quis sit quem*

Mat. 1.

Mat. 7.

Psal. 101.


Cant. 4.

Maria genuit. *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Veniant, audiant, qui Græco turbine Latinam nubilare nisi sunt puritatem, ἀβραμνίαν, ἁγιωσύνην, vt ἁγιωσύνην, tollerent, blasphemantes. *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Et quod de Spiritu sancto natum est, spiritus est, quia Deus spiritus est: Quid ergo requiris, quis est qui de Spiritu sancto natus est, cum tibi quia Deus est, Deus ipse respondeat? cum te Ioannes increpet, qui dicit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, & verbum Deus caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam eius. Ioannes vidit gloriam, respicit infidelis iniuriam. *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Et vidimus gloriam eius, cuius eius? qui natus est de Spiritu sancto, eius qui verbum caro factum est, & habitavit in nobis. *Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Virgo concepit, sed de spiritu: virgo parit, sed eum quem prædixit Isaias. Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. Nobiscum Deus, cum illis homo. Et maledictus homo, qui spem ponit in homine. Audiant qui requirunt, quis est qui natus est de Maria? *Pariet filium* inquit, *Angelus, & vocabis nomen eius Iesum.* Quare Iesum? Apostolus dicit: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & tu quis sic Iesus, dolosus cognitor nunc requiris? Omnis iam lingua confiteretur? quia Dominus Iesus in gloria est Dei patris, & tu adhuc inquiris, quis est Iesus. *Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum.* Non alterius saluum faciet. Vnde? *A peccatis eorum.* Esse Deum, qui peccata donat, si Christianis non credis, crede infidelissime vel Iudæis dicentibus: Cum sis homo, facis te ipsum Deum. Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Illi eum negabant Deum, qui eum peccata dimittere non credebant: tu ab eo peccata dimitti credis, & Deum dubitas confiteri? Verbum caro factum est, vt hominis caro promoueretur in gloriâ Dei, non vt Deus in carnis verteretur iniuriam, sicut dicit Apostolus: qui se iungit Domino, vnus spiritus est. Et quomodo non, quando se iungit Deus homini, vnus est Deus? Humanæ leges intra triginta annos litigiosas omnes interimunt quæstiones, & Christus circa quingentos annos natiuitatis suæ causas præstat: ortus sui lites patitur: status sui sustinet quæstiones? Hæretice, desine

A iudicare iudicem tuum, & adora in cælis Deum, quem Deum magus adorauit in terris. *Matth. 2*

DE EADEM,

SERMO CXLVI.

oties transcursis anni metis dies dominicæ natiuitatis aduentat, & virginei partus fulgor toto orbe diffunditur flammeo corusco, voluntatis non paucis est quod tacemus. Quæ mens in ipso ortu diuini regis obijcere se præsumat? Solis radij cum erumpunt, visus hebetatur humanus, radiante Deo, quomodo non totus animorum sauciatur aspectus? Reparatis ergo sensibus noui luminis post stuporem, tempus est quo iam nobis per carnem ipsius diuinitatis visu generationis Christi contemplemur arcana. *Christi, inquit, Euangelista generatio sic erat.* Fratres, si volumus intelligere quæ dicuntur, diuina verba modis non pensemus humanis: seponendus est humanus sensus, vbi totum quod dicitur est diuinum. Sic Christus quod nascitur non est consuetudo, sed signum: non est natura, sed virtus: non ordo est, sed potestas: & est cæleste miraculum, ratio non humana. Hic mundana scientia quid capiet? hic carnis intelligentia quid requireret? *Christi, inquit, generatio sic erat.* Non dixit sic facta est, sed sic erat: quia Christi generatio erat apud patrem, quando generabatur ex matre. Quod erat, semper erat, quod factum est, hoc reddebatur: erat Deus, reddebatur homo: ex utero nos suscepit ille, qui nos plasmauerat ex luto. *Cum desponsata esset mater eius Maria.* Suffecerat dixisse, cum desponsata esset Maria. Quid sibi vult sponsa mater? si mater, non sponsa: si sponsa, non adhuc mater. *Cum desponsata esset Maria mater eius.* Virginitate sponsa, fecunditate mater: mater viri nescia, partus conscia. Aut quomodo non ante conceptum mater, quæ post partum virgo mater? Aut genitrix quando non quæ sæculorum genuerit authorem? principium dedit rebus? natura virgo mater semper nouerca corruptio. Est ergo muneris virginalis, vt regeneret per Deum virgo, quod per Deum virgo genuerit: Deus & integritas est cæleste consortium, virginitas iuncta Christo copula est perfecta virtutis. Quod Virgo concipit, est honor Spiritus, non onus est carnis: quod parit Virgo, secretum est Dei, non est ministerium

coniugale: quod nascitur Christus, diuinæ maiestatis est, non est imbecillitatis humanæ, est gloria deitatis tota, vbi nulla carnis sentitur iniuria. *Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Quid est quod ad sponsam, & non ad liberam celestis innocentiae destinatur arcanum? Quid est quod sic zelo sponsi sponsæ periculum comparatur? Quid est quod virtus tanta putatur crimen, salus certa discrimen? Quid est quod inter innocentes taliter laboret pudor, verecundia succumbit, fatigatur castitas, sauciatur fides, extat accusatio, vrget causa, facultas tota excusatione auferitur? Quis excusat sponsam, quam conceptus accusat? Aut quid proficiet defensor externus quando facti testis internus assistit? Quid tenemus fratres? Non apices, non litteræ, non syllabæ, non verbum, non nomina, non personæ in Euangelio diuinis vacua sunt figuris. Sponsa quaritur, vt iam tunc Ecclesia Christi sponsa signetur: iuxta illud Osæ Prophetæ: Sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & miserationibus, & desponsabo te mihi in fide.*

*Hinc Ioannes ait: Qui habet sponsam, sponsus est. Et Beatus Paulus. Sponsaui vos vni vito virginæ castam exhibere Christo. Vere sponsa, quæ virginali partu nouam Christi regnignit infantiam. Procurator Ioseph sponsus, vt iste in illo Ioseph Christi figuram impleat passionis: Ioseph Prophetalibus somniis incurrit zelum, Christus propheticis visionibus suscepit inuidiã: Ioseph missus in lacum mortis, viuus emergit à lacu, Christus mortis sepulchro datus, viuus remeat à sepulchro. Ioseph venundatus est, precio taxatus est Christus. Ioseph transducitur in Ægyptum, ad Ægyptum fugatur Christus. Ioseph esurientibus populis panem copiosæ subministrat, Christus cæli panem manentes orbe toto exaturat nationes. Sic lucet, cur Ioseph iste celestis sponsi typum prætulit, portauerit imaginem, ambulauerit in figuram. Maria mater vocatur, & quando non Maria mater? Congregationes, inquit, aquarum appellauit Maria. Nonne hæc exeuntem populum de Ægypto concepit vno vtero, vt emergeret celestis in nouam creaturam renata progenies? Iuxta illud Apostoli: Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Et vt semper Maria humanæ præuia sit salutis, populum quem vnda generatrix emisit in lucem, ipsa iure præcessit in Cantico, Maria,*

*A* inquit, soror Aaron sumens tympanum in manu sua, dixit: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est. Nomen hoc prophetiæ germanum est, hoc renascentibus salutare, hoc virginitatis insigne, hoc pudicitiae decus, hoc indicium castitatis, hoc Dei sacrificium, hoc hospitalitatis virtus, hoc collegium sanctitatis: merito ergo matris Christi nomen est hoc maternum. Diximus quare mater sponsa, quare Ioseph sponsus, quare Mariæ maternum nomen, vt totum circa ortum Christi fuisse mysticum panderemus: nunc quare sponsa quæstra sit ad partum Christi, aliis prodamus ex causis. Prædixerat Isaias & Virginem parere Deum cæli, Regem terræ, orbis Dominum, reparatorem mundi, mortificatorem mortis, redditorem vitæ perpetuitatis authorem, hoc quam esset mundanis triste, terribile regibus, pauendum Iudæis, ipse dominicæ natiuitatis probauit euentus. Namque vbi natum Christum nunciabantibus magis audiuit Iudæa. Herodes didicit, mox perdere Iudæi, Herodes occidere molitus est Christum, & dum successorem sibi timent, omnium perdere conati sunt saluatorem: denique quia ipsum inuenire nequierunt, delent patriam: lac miscent sanguini, coæuos eius parricidali furore collidunt: laniant innocentiae socios, quia culpæ participes inuenire non poterant, quos punirent: Et si iam nato Christo hæc faciunt, concepto Christo tanta feritas quid fecisset? Hinc est quod prouidetur sponsus, prouidetur maritalis species, vt celet miraculum, vt tegat signum, vt velet Virginis partum, vt crimini non det locum, vt furentis insidias sic eludat. Christus quamuis morti deditus in vtero si fuisset extinctus, mors præceps quod nostræ salutis venerat, abstulisset. Et quia locus iste multa nobis conferre poterit si dicatur, prælibasse nos hodie fratres dominicum sufficiat sacramentum.

## DE INCARNATIONIS

Sacramento.

## SERMO CXLVII.

**D**ominum Christum fratres, quæ res fecerit terreni corporis inire commercium, intrare humanæ carnis angustias, habitare virginalis vteri mansionem, quia ante hæc audire ccepimus, hodie plenius audiamus. Vos mihi vita, vos mihi salus, vos mihi gloria: & ideo

non patior nescire vos, quod Deus mihi dederit scire. Deum sciuit Euangelista cum dicit, Deum nemo vidit vnquam. Ergo Deum quem sciebat, agnoscebat, sentiebat: quia videre non poterat creatura, ferebatur seruitute dura, triste exhibebat obsequium pro inuisibili maiestate, obfederat pauor omnia, timor soluerat vniuersa, cuncta concusserat terror, in cælo diuinus splendor prostrauerat Angelos, in terra tonitrua & fulmina corda mortalium quassabant. Sic minus pauor amorem dominantis exclusit, Angelos fugauit ad terras, homines traxit ad idola, mundum vanis erroribus occupauit: fecit omnes creatorem fugere, colere creaturas. Amare non potest, qui satis timet: hinc est, quod mundus perire maluit, quam timere: pauore mors ipsa leuior. Denique Cain vbi parricidali cepit terrore vexari, mortem petit, requiem credit si periret. Et quid dicam Cain? Elias ille vbi sensit toto se timore aspergi, repetebat quã fugerat mortem, melius existimans morti succubere, quam timori. Petrus quoque dominicæ virtutis timore turbatus, Christũ vt à se discederet, supplicabat. Discede, inquit, à me, quia homo peccator sum. Hoc dicebat, quia quicquid erat amoris & fidei, pòdus pauoris extinxerat, sic timor nisi amore fuerit téperatus, quamuis deuotam seruitutem efficit contumacem. Videns ergo Deus mundum labefactari timore, continuo agit vt cum amore reuocet, inuitet gratia, charitate teneat, & constringat affectu. Hinc est, quod inueteratam malis terram abluit vlciscen-  
te diluuiò: & Noe noui sæculi vocat parentem, blando sermone compellat, dat familiarem fiduciam, pie de præsentibus instruit, consolatur per gratiam de futuris, & iam non iussis, sed participato labore vna in arca claudit totius sæculi partum, vt socraticitatis amor timorem seruitutis auferret, & seruaretur amore communi, quod fuerat communi labore saluatum. Hinc est quod Abraham vocat de gentibus, auget nomine, patrem fidei facit, comitatur via, inter exteros seruat, ditat rebus, honorat triumphis, promissis oppignorat, eripit iniuriis, hospitalitati blanditur, mirificat germine desperato, vt tot repletus bonis, tanta diuinæ illectus dulcedine charitatis, Deũ diligere disceret, non timere: amando colere, non pauendo. Hinc est, quod Iacob fugientem solatur in somnis, reduntem pro certamine prouocat, luctatoris constringit amplexu, vt amaret patrem certaminis, non timeret. Hinc est, quod Moysen

A patria voce vocat, paterna alloquitur charitate, vt sit plebis suæ liberator, inuitat. Et quid plura? Deum facit: dedit eum in Deũ Pharaonis: Deum facit, munit signis, armat virtutibus, iussis bella expugnat, militem ipso verbo vincere tribuit, præceptis triumphare concedit, atque per omnes virtutum coronas ad amicitiam suam promouet, cælestis regni præstat esse participem; & vt ipse sit legislator indulget; totum tamen vt amaret, accepit: denique tantum esset Dei amore succensus, vt ipse ardeter diligeret, & alios vt diligenter, sic mone-  
ret, Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Quicquid est cordis, quicquid mentis, quicquid virtutis humanæ, ita Dei amore voluit possideri, vt hominis mundanus non haberet quid violaret affectus. Sed per hæc quæ memorauimus, vbi humana corda flamma diuinæ charitatis accendit, & humanis sensib. amoris Dei tota se fundit ebrietas, faucia mente cœperunt Deum carnalibus velle oculis intueri. Deum quẽ mundus non capit, angustus quomodo capere poterat humanus aspectus? Quid erit, quid debeat, quid possit, non respicit ius amoris. Amor ignorat iudicium, ratione caret, mundum nescit. Amor non accipit de impossibilitate solatium, non recipit de difficultate rémedium. Amor nisi ad desiderata peruaferit, necat amantem: & ideo vadit quo ducitur, non quo debeat. Amor parit desiderium: gliscit ardore, ardor ad inconcessa pertendit. Et quid plura? Amor quod amat non potest non videre: hinc est quod omnes sancti omnia quæ meruerant praua duxerunt, si dominum non viderent. Et reuera fratres quomodo pro beneficijs reddet obsequium, si beneficiorum non videat largitorem? Aut quomodo credit à Deo se amari, cuius non meretur aspectum? Hinc est quod amor qui cupit videre Deum, & si non habet iudicium, habet tamen studium pietatis. Hinc est quod Moyses audeat dicere: Si inueni gratiam coram te, ostende mihi faciem tuam. Hinc est quod alius dicit: Ostende faciem tuam. Denique & ipsi Gentiles ob hoc simulacra finxerunt, vt in ipsis erroribus oculis cerneret quod colebant. Sciens ergo Deus visendi se desiderio cruciari, lassarique mortales, vnde se visibilem faceret hoc elegit, quod esset & terrenis magnum, & non minimum supernis. Nam quod in terra à Deo sibi simile factum est, in cælo poterat honorificum non haberi? Faciamus, inquit, hominem ad imaginem, & si-

Iuan. 1.

Gen. 4.  
1. Reg. 19.

Lut. 5.

Cant. 7.

Gen. 12.

Gen. 28.

Exod. 3.

Exod. 20.

Exod. 33.

Psal. 79.

Gen. 1.

militudinem nostram. Perfecta deuotio hoc debet imagini, quod debet & Regi. Si de caelo sumpisset Angelum, nihilominus inuisibilis haberetur, si de terra minus homine, & diuinitatis esset iniuria, & deiecit hominem, non leuasset. Nemo ergo charissimi Dei, credat iniuriam, si Deus ad homines per hominem venit & assumpsit ex nobis, vt videretur à nobis, qui viuit, & regnat Deus nunc, & per omnia saecula saeculorum.

## DE EODEM,

## SERMO CXLVIII.

**H**odie fratres, hesternum debemus reddere sermonem: hodie dominicæ natiuitatis lætitiã debemus iterare: quando concipit Virgo, Virgo parit, manet Virgo: non est consuetudo, sed signum: non est ratio, sed virtus, auctor est, non natura: non est commune, sed solum: diuinum est, non humanum. Cesset ergo inanis Philosophiæ labor nasci Christum non fuit necessitas, sed potestas: fuit honor, iniuria non fuit: sacramentum pietatis fuit, deitatis non fuit detrimentum: fuit reparatio salutis humanæ, imminutio substantiæ non fuit hoc diuinæ. Qui non nascendo ex intacto limo fecit hominem, nascendo ipse hominem de corpore fecit intacto: manus quæ in nostrum plasma lutum dignanter assumpsit, ad reparationem nostram dignanter assumpsit & carnem. Ergo quod creator in creatura sua, quod Deus inuenitur in carne, creaturæ honor est: non est creatoris iniuria. Sed hoc contumeliam credit, qui credit lutum preciosius esse quam carnem. Fortasse pœnitet de luti iniuria in honorem carnis, in hominis gloriam se mutatum? Homo quare tibi tam vilis es, qui tam preciosus es Deo? Quare sic honoratus à Deo te ipsum taliter inhonoras? Quare quæris, vnde factus sis, & ad quid factus sis, non requiris? Nonne tota ista quam vides tibi facta est mundi domus? Tibi infusa lux circumfusas remouet tenebras, tibi est temperata nox, tibi dimensus est dies, tibi cœlum, solis, lunæ, stellarum vario fulgore radiatum est: tibi terra floribus, nemoribus, fructibus est depicta: tibi creata est in aere, in campis, in aqua speciosa continens mirabilis animantium multitudo, ne gaudium noui sæculi tristis solitudo confunderet. Hinc est, quod fecit te

A esse de terra, vt esses tu dominus terrenorum, & esses ipsis in ipsius substantiæ communionem communis, nec tamen te terrenum terrestribus sic æquauit, vt non etiam cœlestibus animatum te cœlitus exæquaret, & vt esset tibi cum Deo ratio communis, corpus commune cum iumentis: dedit tibi animam de cœlo, dedit tibi corpus de terra, vt in te nexa cœli, terræque concordia seruarietur. Adhuc tamen quid adiciat ad honorem tuum tuus creator excogitat: in te imaginem suam ponit, vt terris inuisibilem conditorem visibilis imago præsentem poneret: & in terrenis dedit tibi B vices suas, vt non fraudaretur domini vicario mundi tam larga possessio. Et si ista ita sunt quare modo putatur iniuria, quando Deus quod per se fecit in te, in se clementer exceperit, & in homine se vere videri voluit, in quo ante imaginario voluit se videri, deditque vt proprietas esset ipse, qui antè vt similitudo esset acceperat? concepit Virgo, Virgo peperit non te conceptus turber, partus te non confundat auditus, quando virginitas quicquid est humani pudoris excusat. Aut quæ ibi verecundiæ læsio, ibi ininit. Deitas cum amica sibi semper integritate consortium, vbi est interpret C Angelus, fides pronuba desponsatio castitas, donatio virtus iudex conscientia, causa Deus conceptus integritas, virginitas partus, virgo mater? Nemo ergo iudicet humano modo quod diuino geritur sacramento, nemo mysterium cœleste discutiat ratione terrena, nemo ex vsu tractat nouitatis arcanum, nemo quod singulare est, metiatur exemplo, nemo contumeliam de pietate componat, nemo periculum subeat de salute. Certe qui scire desiderat altiora, recurat ad legem, per legem legis scientiam quarat: auctoris factum auctoritate cognoscat. Auctoris lex D refert, quod Deus hominem propriam creauit ad vitam, quod homini terram iussit proferre fructus spontanea seruitute, quod bestias, pecudes, armenta, humanæ iussit potestati subiacere, non arti, vt homo laboris nescius, doloris ignarus, beatus delicias possideret. Sed omnia hæc ne haberet homo; Angelus, qui inter primos habebatur, inuidit, maluitque in diabolum commutari, ne hominem plenum gloriæ sic videret. Denique hoc liuore succensus aggreditur dolis fœminam, virginemque vt vetitum degustaret pomum inducit: inducta Virgo inducit virginem mox maritum, deiecit vitæ statum, mortis cibum, peccati pabulum, dum ministrat, & ipsa fit torius

materia ruinæ, quæ facta fuerat ad solatium singulare. Hinc peccatum primum, hinc origo mortis, hinc labor, hinc dolor, hinc gemitus, hinc amara nostræ conditio seruitutis. Namque homo ante dominus omnium in omnium deiectus est seruitutem: & timet omnes qui timebatur ab omnibus: & vix arte valet, qui potestate regnabat. Hinc est fratres, hinc est, quod Christi talis est ordo nascentis: ad virginem diabolus venerat, venit Angelus ad Mariam: ut quod malus deiecerat Angelus, bonus Angelus alleuaret. Perfidiam suavit ille, hic fidem: suavori credidit illa, ista credit auctori. Nascitur Christus, ut nascendo corruptam redintegret naturam: infantiam suscepit ille, paritur nutrimenta, percurrit ætates, ut vnam perfectam, manentem, quam ipse facerat, instauraret ætatem: portat hominem, ne iam cadere homo possit: quem terrenum fecerat, fecit esse cœlestem: animatum humano Spiritu, Spiritum viuificat in diuinum, & sic eum totum tollit in Deum, ut in eo quod peccati, quod mortis, quod laboris, quod doloris, quod terræ est, nil relinquat: præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre viuuit, & regnat in vnitæte Spiritus sancti Deus, nunc, & semper, & per immortalia sæcula sæculorum, Amen.

## DE NATIVITATE CHRISTI.

## SERMO CXLIX.

*Quem quidam Sancti Seueriani Episcopi putant, sed falso.*



N aduentu domini & saluatoris nostri, atque in præsentia eius corporali Angeli ducentes choros cœlestes Euangelizabant pastoribus, dicentes: D

*Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.* Ab ipsis ergo sanctis Angelis etiam nos mutuati vocem, annunciamus vobis gaudium magnum. Hodie enim Ecclesia in pace est, & hæretici in ira: hodie Ecclesie nauis in portu est, & hæreticorum furor iactatur in fluctibus: hodie fratres, pastores Ecclesie in securitate, & hæretici in perturbatione sunt: hodie oues domini in tuto, & lupi insaniunt: hodie vinea domini in abundantia, & operarij iniquitatis in indigentia: hodie populus Christi charissimi, exaltatus est, & inimici veritatis humiliati sunt: hodie dilectissimi Christus in lætitia, & diabolus in lætibus: hodie Angeli in exultatione, &

dæmones in confusione. Et quid plura dicere? Hodie Christus qui est Rex pacis, cum sua pace procedens fugauit omne dissidium, dissentiones depulit, discordiam perturbauit, & sicut cœlum splendor Solis, ita Ecclesiam fulgore pacis illuminat. *Quia natus est vobis hodie, ait saluator mundi.* O quam desiderabile nomen pacis: quam religionis Christiane stabile fundamentum, & altaris dominici cœlestis ornatus. Et quid dignum possumus de pace proloqui? Pax nomen est ipsius Christi, sicut & Apostolus dicit: *Quia Christus est pax nostra, qui fecit vtraque* *Philip. 2.* vnum: quæ non sententiis, neque fide, sed inuidia diaboli dissidebant. Verum sicut procedente Rege, & plateæ mundantur, & omnis ciuitas diuersis floribus & ornatus coronatur, ut nihil sit, quod minus dignum vultui regis appareat: ita & nunc procedente Christo Rege pacis, omne quod triste est auferatur à medio: & illucescente veritate, fugetur mendacium, fugiat discordia, resplendeat concordia. Et sicut frequenter fieri videmus, vbi regnum, vel fratrum tabulæ depinguntur, ut inter utrosque vnanimittatis declarentur insignia, artifex pictor scemineo habitu post tergum vtriusque concordiam statuit, quæ brachijs suis vtrumque complectens indicet: quod hi qui videntur corporibus separati, sententiis & voluntate conueniant, ita nunc pax domini media assistens, & vtrumque nostrum gremio palpante connectens, discreta corpora in vnum conuenire animum vlnis inuentibus docet, in quo sine dubio completur sermo Propheticus, qui ait: *Et erit* *Zach. 6.* *consilium pacificum inter utrosque.* Et hesterno quidem pater noster communis Euangelico pacis sermone præfatus est, hodie vero nos verba pacis expromimus: ipse nos hesternos resupinis manibus in verbo pacis excepit, & nos hodie dilatato pectore, vlnisque parentibus ad eum cum muneribus pacis occurrimus. Iam bella destructa sunt. Omnia pulchritudo pacis obtinuit, nunc in lætibus est diabolus, & in lamentatione omnis dæmonum turma, nunc in cœlestibus lætitia, & in Angelis exultatio, quibus specialius familiaris est pax: hæc enim etiam cœlestes admirantur virtutes, apud quas fons eius habetur perennis: ex quo etiam terreni guttis quibusdam exinde distillantibus irrorantur. Et ideo etiam in terris pax laudatur à sanctis, laudis eius splendor redundat in cœlū: laudant etiam cœlestes angeli, & dicunt: *Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Videtis fratres, quomodo cœlestes omnes,

terrestres inuicem sibi munera pacis mittunt, cœlestes angeli pacem terris annunciant: sancti in terris Christum, qui est pax nostra, collaudant in cœlestibus positum & mysticis choris conclamant. *Hosiah anna in excelsis.* Dicamus ergo & nos cum angelis: Gloria in altissimis Deo: qui humiliavit diabolum, & exaltauit Christum suum, Gloria in altissimis Deo, qui discordiam fugauit, & pacem statuit. Videre fratres, vocem angelicam exultantem. Gloria in excelsis Deo: & in terra pax. Dico enim vobis artem diaboli, cuius neque vosignoratis asturias: Vidit satanas firmitatem fidei, stabilitatemque: vidit eam pietate dogmatum septam: vidit eam operum bonorum fructibus abundantem: & ideo pro omnibus ad insaniam venit, & rabie furoris exarsit, vt inscinderet concordiam, vt conuelleret charitatem, vt disrumperet pacem, sed pax sit semper nobiscum.

## DE FUGA CHRISTI IN AEGYPTVM,

## SERMO CL.

**I** conceptum Virginis, Virginis partum sermo non aperit, sensus non recipit, non capit mens humana, Deum fugisse vt hominem quis loquatur: *Apparuit, inquit, Angelus Domini in somnis Ioseph, dicens: Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Si pietatis esse diximus, quod natus est Christus, Christus quod fuisse legitur: quid dicemus? Forte sicut natum diximus, repararet naturam: dicamus, vt fugaces reuocaret aufugit. Et reuera si vt reuocet errantem ouem in montibus ipse errat, quomodo ipse non fugit fugientes populos vt reducat? *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Quid est quod sic cœlestis causa tristatur, vt humanus se confundat auditus, lassetur animus, laboret intelligentia, sensus hebetetur, fides nutet, spectatubet, credulitas ipsa succubat? *Accipe puerum & matrem eius & fuge in Aegyptum.* Persequente homine, Deus fugit: læuiente terra, cœlum trepidat, & volitante puluere pauore turbantur angeli, & pauor patris filio fugiente monstratur. *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Dauid persequenti Saul, ad Iudæam confugit, recepit vicinia, domus vnus viduæ Elizæ sufficit ad latebras, Christo fugiente locus deest, prouincia deficit, non subuenit patria. Dum migrat, non vicinæ gentes, non finitimæ sufficiunt regiones: sed Aegypti tri-

stem locum, extorrem habitu, lingua, moribus barbarorum procuratur exilium. *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Si rerum refugium fugit, auxilium latefcit omnium, si formidat fortitudo cunctorum, si se vniuersorum defensio non defenlat, quare humana notatur fuga, arguitur trepidatio, formido culparur? *Quare vocatur in crimen Petrus qui negat, Ioannes qui expauescit, & fugit: discipuli omnes, quia deserunt per pauorem? Et ista fratres, esto facta sint, quare literis mandantur, quare referuntur in libris, quare recitantur sæculis, quare quotidianis lectionibus innotescunt, quare omnes panduntur in gentes, nunquid vt diuinum timorem lingua locus ætas, tempus, vniuersa cognoscant? Sicut enim cum virtutes leguntur, animos erigunt ad profectum: ita deponunt animos cum recitantur infirma. Quid sibi vult ergo Euangelista, quod hæc scribit ad memoriam sempiternam? Deuoti militis est regis sui tacere fugam, referre constanciam: virtutes loqui, timores filere, aperire fortia, infirma reticere: aduersa delere, prædicare victorias, quo & hostium frangere ausus possit, & sociorum excitare virtutem. Euangelista igitur referendo talia, videtur excitasse hæreticorum latratu, & defensionem fidelibus sustulisse. *Tolle, ait, puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Mandatur fuga, non profectio, imponitur necessitas, non voluntas, inducit Angelus latentem peregrinationem, non liberum com meatum, vt via, quæ est per se molesta, semper esset molestior per timorem. Ergo ob quam causam hæc nobis scripta sint, iam tempus est vt quæramus. *Tolle puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum.* Bellicosus quod in bello fugit artis est, non timoris, Deus quando fugit hominem, Sacramenti est, non pauoris: potens quando se subducit infirmo, insequentem non pauet, sed foris producit, vult nemo in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoste victoriam: occultum se non patitur inire conflictum, qui mandare suum sæculis vult triumphum. Secreta victoria, virtusque latens exemplum posteris non relinquunt. Hinc est? quod Christus fugit, vt cedat tempori, non Herodi: neque enim mortem fugit, qui venerat de hoste reportare victoriam: neque humanas insidias expauescit, qui totas venerat diabolicæ fraudis aperire versutias: neque tunc timuit quando infans, & secundum hominem timere nesciuit: & secundum Deum potuit non timere. Christus fratres, si*

mactatus

Math. 2.

Math. 18.

1. Ro. 21.  
E. 22.  
2. Ro. 17.

maclatus in illo grege lactentium tunc A  
 fuisset, mors ei casus fuerat, non voluntas,  
 non virtus fuerat, sed infirmitas, necessi-  
 tas fuerat, non potestas, & innocentia  
 fuisset præmium, maiestatis gloria non  
 fuisset. Certe ubi esset, quod à Deo di-  
 ctum est: Non coques agnum in lacte ma-  
 tris suæ? *Futurum est, inquit, vt Herodes qua-*  
*erat puerum.* Herodes quærebat, sed quære-  
 bat diabolus per Herodem, qui videbat  
 sibi magos quos habebat in erroribus suis  
 principes aufugisse, Christus si victus  
 pannis, si sub matris vberibus occupatus,  
 si tacens lingua, si latens opere, si gressu  
 nullus, diaboli signiferos, hoc est magos B  
 in duces fidelissimos commutauit, perfe-  
 ctæ ætatis Christus quid posset facere dia-  
 bolus iam videbat: & ideo mouebat Iu-  
 dæos, instigabat Herodem, vt Christi sus-  
 pectam sibi præueniret infantiam, vt fu-  
 tura virtutis eius anticiparet insignia, vt  
 preceptorium sibi nobis victoriosissimum  
 vexillum crucis callidus machinator au-  
 ferret. Sentiebat diabolus, sentiebat quod  
 Christus doctrinis, virtutibus, vitam mox  
 repararet, & mundum totum, qui adhuc  
 vagiens, ipsum quod erat mundani verti-  
 ces occuparet, iuxta illud Prophetæ: Prius-  
 quam sciat puer vocare patrem aut ma- C  
 trem, accipiet & virtutem Damasci, &  
 spolia Samaritæ. Et vt ipsis probantibus  
 Iudæis, cum dicunt: Videtis, quia nihil  
 proficimus, ecce mundus totus post ipsum  
 vadit: Christus se in carne venturum, as-  
 censurum per ætatem gradus, annuncia-  
 turum gloriam cœlestis regni prædicatu-  
 rum fidei doctrinam, & imperio verbi so-  
 lo fugaturum dæmones, daturum cæcis vi-  
 sum, claudis cursum, mutis verbum, audi-  
 tum surdis, peccatoribus remissionem, mor-  
 tuis vitam, per legem promiserat, & per Pro-  
 phetas, vnde hæc Christus impleturus vir,  
 infans mortem distulit, non fugit. Deniq;  
 fugam eius non de periculi metu, sed de  
 Prophetæ venisse mysterio Euāgelista as-  
 serit, sic dicendo. *Accipe puerum & matrem*  
*eius & fuge in Ægyptum.* Et post. *Vt implere-*  
*tur quod dictum est à Domino per Prophetam di-*  
*centem: Ex Ægypto vocaui filium meum.* Chri-  
 stus ergo fugit, vt staret legis veritas, Pro-  
 phetæ fides, Psalmistæ testimonium, di-  
 cente ipso domino: Necessè erat impleri  
 omnia quæ scripta sunt in lege Moyse, &  
 Prophetis, & Psalmis de me. Christus fugit  
 nobis, non sibi. Christus fugit, vt dispensa-  
 ta temporibus sacramenta seruariet. Chri-  
 stus fugit, vt futuris virtutibus, & perfidis  
 materiam tolleret excusandi: & credituri

fidei fiduciam largiretur, quia in persecu-  
 tione melius est fugere, quam negare. De-  
 nique Petrus, quia fugere noluit, abne-  
 gavit: Ioannes ne abnegaret, aufugit. *Matth. 14.*

DE EADEM,

SERMO CLI.



Odierna lectio mouit corda, con-  
 cussit viscera, stupere fecit auditum.  
*Ecce inquit, Angelus domini apparuit Ioseph in somnis, dicens: surge accipe puerum & matrem eius & fuge in Ægyptum.* Cui nascenti virginitas non resistit, non obuiat, ratio contradicit natura, potestas quæ, quæ vis, quod discrimen præualeret, vt compelleretur ad fugam. *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Reuerentius diceret, vade in Ægyptum: vt esset profectio, non fuga: voluntas, non necessitas: iudicium, non metus: humanum saltem, si non diuinum: at nunc mandatur fuga, mandatur cœlitus, mandatur per Angelum, vt videatur cœlum timor ante tenuisse, quam terram. *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* In Ægyptum fuge à tuis ad extraneos, ad sacrilegos à sanctis, à templo tuo ad demonum fana: ad idolorum patriam è regione sanctorum. Sic Iudææ non sufficit latitudo, sic angustatur sæculi diffusa possessio, non capit secretum templi, sacerdotum turba non suscipit, non abscondit numerositas inuestigabilis cognatorum, vt ad deitatis latebras profana Ægyptum conducatur, sic res vrget, si non vacat intueri vercundiam virginis, laborem marris, sexus pudorem, periculum in Ioseph, longinquitatis fatigationem exitium totius domus, & quod his durius, Iudæos peregrinatos in Gentibus: quibus nec ipsa est communitio, imo est profundum legis transgressionem naufragium. O quam durum est peregrinatio etiam inter ciues, fratresque sapit quid sit sua domus, qui sentit alienam, & ubi est illud: Domine refugium factus es nobis? Et, Deus noster refugium & virtus? Si refugium fugit, si timet virtus, si præsidium migrat, quæ vita, quæ spes, quæ securitas, quod muninem. Eliaz contra insidis liberi Regis, vidua vna sufficit: Christo contra Herodis captiui minas Iudæa tota nõ sufficit. Elias missos ad se cœlesti igne cõsumit, Christus sola fuga sit saluus: Hucusque fugæ Christi querimonias exaggerasse sufficiat. Fratres, quod fugit Christus, fuit mysterij, non timoris: fuit liberatio, non periculum creatoris: diuinæ virtutis fuit, non

Exod. 23.  
 34.

Esai. 9.

Joan. 12.

Osai. 11.  
 Luc. 24.

Matth. 23.

Psal. 93.  
 Psal. 45.

3. Reg. 17.  
 4. Reg. 1.

fuit fragilitatis humanæ : non fugit propter authoris mortem , sed fugit propter sæculi vitam. Nam qui mori venerat, quare fugeret mortem? Christus totam causam nostræ salutis occiderat, si se paruulum permisisset occidi. Christus venerat, ut quos præceptis docuerat, firmaret exemplis : & ipse faceret quæ facienda mandauerat : & visu probaret possibilia, quæ impossibilia videbantur auditu. Venerat ut mundo notitiam suæ deitatis infunderet : & humani generis ignorantiam auferret. Venerat ut pigra mortaliū corda ad fidem virtutibus excitarét. Venerat diabolum publico superare conflictu : ut ab omnibus & diuino vinceretur iussu, & humano prosterneretur exemplo. Venerat præsentia suæ promissa persolvere : ut quibus scire se dederat, concederet se videre. Venerat, ut veniret Iudæus de contemptu legis. Venerat introducere ad fidem gentes. Venerat eligere Apostolos doctores orbis, eosque cælestibus implere doctrinis, munire virtutibus, armare signis, ut signis edomarent feros, sanarent virtutibus infirmos, doctrinis dociles edocerent : & ad summum, venerat mortem perdere moriendo, penetrando inferna dissoluere, resurgendo sepulchra referare, ascendendo ad cælos cælestibus donare terrenos. Omnia hæc vtiq̄ue perisissent nobis, si Christus cum esset in cunabulis, non fugisset. Sed auditor dicas cum posset aliter, quare tantis, quare talibus summis iniuriis? Quare? Primum, quia neque sine homine poterat saluari homo : neque sine humanis iniuriis iniuriæ humanæ poterant amputari : causam suam facit, qui alterius vult cauere : qui non compatitur, amputare non potest passiones. Christus nos in se suscepit, ut se daret nobis : pertulit passiones nostras, ut nostras tolleret passiones. Hinc est, quod Christus fugit, ut nostras fugas in persecutionibus temperaret. Martyr comprehensus debet tenere constantiam, non comprehensus debet fugere persequentem : ut

*Matth. 10.* & persecutori indulgeat respiscendi tempus, & sibi tempus non auferat supplicandi, dicente domino : Si vos persecuti fueritis in hac ciuitate, fugite in aliam. Persecutorem qui prouocat, facit : corrigit qui declinat. Fugere debemus ergo, prouocare non debemus, si saluari persecutores nostros volumus, pro quibus præceptum est nos orare. Orate, inquit, pro persequentibus vos. Orandum est, fugiendum est, ut & ille qui per ignorantiam furit, sanetur, & ille qui patietur de patientia

A palmã subeat, non subeat de temeritate delictum. Fratres, si Paulū martyres nō fugissent, Paulū non fecissent. Hoc faciendum docuit Christus : hoc nobis reliquit exemplum, ut fugiente domino, fugere indignum non putet seruus. Et alia est causa quod fugit Christus, quod infans tempus suæ distulit passionis, quod crucem supra tricesimum annum vitæ corporalis ascendit : ut qui ad vitam perfectum hominem fecerat, perfectam repararet in vitam : & qualem terris dederat, talem redderet cælo. Et quod ad Ægyptum fugit, aliam proccedit ad causam. Fugit ad Ægyptum, ut perfidiam Iudæorum per fidem gentium castigaret : nam dominum suum quam Iudæa fugauerat, Ægyptus obsequenter accepit : ut Ecclesiã Synagogæ, Iudæis Gentes anteponeudas in fide suam panderet per figuram.

DE INFANTIVM NECE,  
SERMO CLII.

*Qui non recte tamen Sancti Severiani titulo circumfertur.*

**C** Elus quo tendat, quo profiliat liuor, inuidia quo feratur Herodiana hodie patefecit immanitas : quæ dum tēporalis regni æmulatur angustias, æterni regis ortum molitur extinguere, sicut ait Euāgelista : *Tunc Herodes videns, quia illusus esset à magis, iratus est valde : & mittēs, occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius.* Videns quia illusus esset à Magis : dolet impietas se illusam, dilatatam se crudelitatis furit, fremit dolositas se deceptam, & in se fraus reuerfa, colliditur. Herodes stridet cadens ipse in laqueum quem tetendit, hinc iniquitatem quam condiderat, euaginat : de fide perfidiæ sumit arma : terreno quærit furore, quem natum cælitus non credit : ad sinus matrum militum cogit castra, inter vbera arcem pietatis oppugnat, in teneris vberibus ferrum durat, lac fundit antequam sanguinem, dat ante mortem sentire, quam vitam, tenebras ingerit intrantibus lucem. Sic ait magister mali, minister doli, iræ artifex, inuentor sceleris, impietatis auctor, pietatis prædo, inimicus innocentia, hostis naturæ, malus omnibus, suis peior, pessimus sibi : quem Christus non ut euaderet, sed ne videret, aufugit. In altum tendens, ce-

dir ab alto : cœlum pulsans , intrat profundum : in se vadit , qui vadit in Deum : se occidit , qui vitam conatur occidere : quia capi non potest perditione salus , occisione vita , æternitas sine . O ambitio quam cæca semper ? O quam semper præsumptio pessima ? O quam perdit concessa , qui inconcessa captat ? Herodes obsidens terrenum regnū , impugnat cœleste , terrenis inhiās , irruit in diuina : ipsamque pietatem tota impietate sectatur . Audierat natum Regem , quæsierat , vbi , quando , vnde , & ad quid : at qualiter debuerat , non quæsiuit : quia apud illum peccandi amor , amor innocentie non manebat . Destinatus ad scelus , ad piaculum promptus , paratus ad crimen , causas innocentie non requirit , ius abrogat , confundit vas , nefasque : cui nequitia est sodalis , cui odiosa est æquitas , iniquitas semper est amica , qui cædibus viuit , qui se munit sanguine , qui crudelitatem sectatur , cui de timore stat totum , de amore nil cõstat . Herodes tunc cæcus sic Christum gladiis quærit , inuestigat cruore , crudelitatem rimatur , successorem timens , inaccessit in authorem : peremit innocentes , volens innocentiam deperire . Rector populi , morum custos , disciplinæ censor , iusticie indagator , æquitatis defensor , seruator innocentie , ampliatur populi , innocentis causam facit innocentium crimen , munus nati natorum vertit in pœnam , authoris ortum , orientum mandat occasum negocium saluantis , saluandorum iubet esse discrimen . Iudex audientes vocat , interrogat loquentes , negantes arguit , vrget reos , percellit noxios , confcios corripit , addicit complices , sententia dat detectos . Infantes quid ? Quorum lingua tacuit , oculi nil viderunt , nil audierunt aures , manus nil fecerunt , & quibus actus nullus est , vnde culpa ? Sumpserunt mortem , qui viuere nescierunt , non tempus affuit , non excusauit ætas , silentium non defendit , quibus apud Herodem solum quod nati sunt , hoc fuit crimen , & reuera , quomodo non redderent nature creditum , à quibus causa exigebatur authoris ? Infelix homo , qui sibi ad accusationem parauit omnia : ad excusandum spacium non reliquit , sed totum parauit ad pœnam . Qui excusabit quem pulsar innocentia , infantia impetit , lac vt sanguis accusat ? Hoc contra Herodem . At Christus futurorum præscius , confcius secretorum , cogitationum iudex , mentium perscrutator , qua re deseruit quos sciebat quærendos esse propter se , & pro-

Apter se nouerat occidendos ? Natus Rex , & Rex cœlestis quare neglexit milites innocentie suæ , cõrtaneum sibi quare contempsit exercitum , quare conabulis suis deputatas excubias sic reliquit , vt regem solum quæsiturus hostis totum grassaretur in militem ? Fratres , Christus non despexit suos milites , sed prouexit : quibus dedit antè triumphare ? quam viuere : quos fecit capere sine concertatione victoriam , quos donauit coronis antequam membris , quos voluit virtutibus vitia præterire ante cœlum possidere , quam terram , nec ante humanis inserere quam diuinis . Præmisit ergo Christus suos milites , non amisit : recepit suas acies , non reliquit . Beati , quos martyrio natos vidimus esse , non sæculo . Beati , qui labores in requiem , in refrigerium dolores , mœrores in gaudium commutarunt . Viuunt , viuunt , qui vere viuunt , qui pro Christo merentur occidi . Beati ventres qui portauerunt tales , beata vbera quæ se talibus infuderunt : beata lachrymarum quæ pro talibus fuserunt : beata gratiam baptismatis contulerunt . Nam diuerso modo , dono vno , in lachrymis suis matres , & sui filij suo sanguine baptizantur . In martyrio filiorum passæ sunt matres , nam gladius filiorum pertransiens membra ad matrum corda peruenit , & necesse est vt sint præmij consortes , quæ fuerunt sociæ passionis . Arridebat paruulus occifori , gladio adiocabatur infantulus , nutricis loco attendebat lactans percussoris horrorem , nescia lucis ætas moritura gaudebat : infans filius omnem hominem non hostem respicit , sed parentem , Matres tulerunt quicquid & angoris extitit & doloris , & ideo non martyrij gaudio , martyrij lachrymas quæ fuderunt . Hoc loco attendat auditor , attendat vt intelligat martyrium non constare per meritum : sed venire per gratiam . In paruulis quæ voluntas , quod arbitrium , vbi captiua fuit & ipsa natura ? De martyrio ergo debemus totum Deo , nil nobis vincere diabolum , corpus tradere contemnere viscera , tormenta expendere , lassare tortorem , capere de iniuriis gloriam , de morte vitam , non est virtutis humanæ , muneris est diuini . Ad martyrium qui sua virtute currit , per Christum non peruenit ad coronam : sed ipse nos cœleste perducat ad pabulum , qui nostro dignatus est iacere in stabulo Iesus Christus Nazarenus dominus noster , qui viuit & regnat in sæcula sæculorum Amen .

DE EADEM,

SERMO CLIII.

**R**atres, humani sensus non est virginis partus aperire mysterium: quod natura non habet, auctoris est, non naturę est opus superni spiritus, quod sentire non potest caro: ubi non est humanitatis iudicium, ubi deitatis est signum, dicente Propheta: Ipse dominus Deus dabit vobis signum. Ecce virgo in utero accipiet. Vbi nil est terreni usus, est ibi cęlestis ordinis totum, quod de mundo non est, mundano intellectui non potest subiacere. Conceptus qui virginem seruat, partus virginem qui relinquit, diuinum est quod generat, non humanum: Deus graditur, ubi vestigium nullatenus humani transitus inuenitur, consuetudo deficit, miracula cum geruntur, consuetudines non respiciunt signa, singularitas non admittit exemplum, sicut hodierna pandit lectio, quę diuina narrat pręlia paruulorum. Coorta regi cohors sua magis pręmori quam commori tota gestit: Christo dicati milites cęperunt ante militare, quam viuere, ante pugnare, quam ludere: fundere ante sanguinem, quam lactis vbera perpotare: ardentis animę moras corporis non tulerunt, a gremio ad furentes hostium cuneos peruolantes, anticipant virtutibus blandimenta, vulneribus oscula, vnguenta ferro, vt cęelum possint ante inhabitare, quam terram: pręmia spiritus ante portare quam carnem: ante referre triumphos Deo, quam perferre hominum nutrimenta. Vere, vere fratres, isti sunt gratię martyres, consententur tacentes, nescientes pugnant, vincunt in scij, moriuntur in conscij, ignari tollunt palmas: coronas rapiunt ignorantę. Ergo sicut virginitas corruptionis nescia contulit honorem matri, sic infantia passionis ignara martyrij palmas rapuit & coronas. Sed quid dicemus quod Rex ipse qui stare debuit, fugit solus, & fugit monente patre? Fugere istud est amoris intimi, non timoris ignauitę. Si stetit Christus haberet eos signagoga filios, hos Ecclesia martyres non haberet.

IN SANCTVM STEPHANVM.  
protomartyrem.

SERMO CLIV.

**S**icut dominum prędiorum limitibus affixi tituli proloquuntur, ita nomina ipsa sępe sanctorum merita indicant, testantur insignia. Ita Abraham, quod fide credidit, nominis adiectione monstrauit: quando ex Abram Abraham diuinitus nuncupatur: vt dilatandus genere, nomine ante dilaretur, dicente domino: Et non vocabitur amplius nomen tuum Abram, sed Abraham crit nomen tuum: quia patrem multarum gentium posui te. Sic coniunx sancta eius cum de sterili fit fecunda, ex Sarai vocitata est Sarah, vt & ipsa ante creseat nomine, quam creseat pignore, & quia promittente domino risum credidit, si verula conciperet exarata iam rugis, si pareret desperata iam fecunditas, si sterilitas iam penes senectutis extrema pręgnans fieret, risum mox quod genuit, nuncupauit: & hoc aptauit in nomine, quod sensu passa est cum rideret, & vocauit nomen eius Isaac, quod interpretatur risus. Sic Jacob, qui in utero cępit ante luctari, quam viuere: ante viribus superare, quam membris: etiam inter viscera materna ipsa supplantatoris est vocabulum cōsecutus, eo quod antequam nasceretur, noscitur diuinitus reprobatum supplantasse germanum. Et quia longum est ire per singula: sicut Petrus a petra nomen adeptus est, quia primus meruit Ecclesiam fidei firmitate fundare: ita Stephanus vocatus est a corona, quia primus meruit pro Christi nomine subire conflictum, primus meruit sanguine militum Christi martyrium dedicare. Petrus Apostolici suorum verustum teneat principatum, aperiat intrantibus regnum cęlorum, reos potestate vinciat, pœnitentes clementer absoluat: Stephanus est martyrum primus, Stephanus purpuratum ducit exercitum, qui pro domini sui adhuc calente sanguine, sanguinem suum audis bellator effudit. Et quia cruore proprio tinctam sibi ipse purpuram conquisiuit: merito a rege suo consecutus est, post coronam, qui iam cum nasceretur nomen sortitus est a corona vere quem pręsciuit & prędestinauit, ipsum nunc martyrij primum vocauit ad gloriam.

DE CALENDIS IANVARIIS,  
quæ varia gentium superstitione polluebantur.

## S E R M O C L V .



BI nostram Christus pie natus est ad salutem, mox diabolus diuinæ bonitati numerosa genuit, & perniciosa portenta, vt ridiculum de religione componeret, in sacrilegium verteret sanctitatem, de honore Dei Deo pararet iniuriam. Hinc est fratres, hinc est quod hodie Gentiles Deos suos scæditibus exquisitis, excogitato dedecore, & ipsa turpitudine turpiores deos suos vidēdos trahunt, distrahunt, pertrahunt, quos faciunt non videndos. Quæ vanitas, qualis dementia, quanta cæcitas, fateri deos, & eos ludibriis infelicibus infamare? Irrisores sunt, cultores non sunt, qui deos quos venerantur, illudunt: iniuriis afficiunt, non honorant, qui deos à quibus se formatos existimant, sic deformant, confundunt, non glorificant, qui eos de ipsa confusione componunt. Vere, sicut ait Apostolus, quia non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt: quādo eis quibus humana abrogant, dant diuina: quando eos iudicant dignos cælo, quando ipsos faciunt terra ipsa non dignos, vere dati sunt in reprobum sensum, & non est hoc iudicij diuini, est hoc sapientiæ Dei, vt ipsi sint iniuriarum Dei vindices, qui iniuriæ probantur auctores. Quæ ira, quæ vltio, sic in Deum de idolis exequeretur offensam, vt eos quos vetustas aris, incenso, victimis, gemmis, auro deos esse mentita est, posteritas turpi cultu homines fuisse turpissimos iudicaret, & eorum vitam, mores, actus, ipsis eorum signaret in vultibus, ac doceret tales fugiendos esse potius quam colendos? **D**esleamus fratres, & eos qui talia sunt secuti, & nos euasisse talia cælitus gaudeamus. Quorum formant adulteria in simulachris quorum fornicationes imaginibus mandāt, quorum titulant incæsta picturis, quorum crudelitates commendant libris, quorum parricidia tradunt sæculis, quorum impietates personant tragœdiis, quorum obscœna ludunt, hos qua dementia deos crederent, nisi quia criminum desiderio, amore scelerum possidētur, criminum deos exoptāt habere criminosos? Qui peccare cupit, peccatorum colit & veneratur auctores. Hinc est quod Veneri adulter

Rom. i.

**A** inferuit, hinc est quod se Marti crudelis addicit. Hæc diximus fratres, vt proderemus causam: quare facientes hodie quæ talia sustinemus, faciant Gentiles deos suos, & faciant tales qui videntibus & horrore sint & pudori: faciant vt eos aliquando & ipsi qui faciunt, horreāt & relinquunt, & Christiani glorientur à talibus se liberatos esse per Christum: si modo non eorum ex spectaculis polluantur, si eorum non inquinēt thura tactu, si huiusmodi fugiant de assensione discriminē: quia factis semper est æqualis assensus, Apostolo probante, cum dicit: **Rom. i.** Non solum qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Et si tanta est assensione damnatio, quis fatis luceat eos, qui simulachra faciunt semet ipsos. Nonne isti amiserunt imaginem Dei, similitudinē perdiderunt Christi, exuti sunt indumentum, qui se simulachrorum formis sacrilegiis formauerūt? Sed dicit aliquis non sunt hæc sacrilegiorum studia, vota sunt hæc iocorum: & hoc esse nouitatis lætitiarum, non vetustatis errorem: esse hoc anni principium, non gētilitatis offensam. Erras homo, non sunt, hæc ludicra, sunt crimina. Quis de impietate ludit, de sacrilegio quis iocatur, piaculum quis dicit risum? **C** se decipit, qui sic sentit: tyrannus est tyranni habitum, qui præsumit. Qui se Deum facit, Deo vero contradictor existit: imaginem Dei portare noliuit, qui idoli voluerit portare personam: qui iocari voluerit cum diabolo, non poterit gaudere cum Christo. Nemo cum serpente securus ludit, nemo cum diabolo iocatur impune. Si qua sunt ergo viscera pietatis in nobis, si qua est in nobis contemplatio humanitatis, si qua nos habet fraternæ salutis affectio, abstrahamus eos qui sic ad perditionem currunt: rapiuntur ad mortem, trahuntur ad tartara, festini sunt in gehennam. Abstrahat ergo pater filium, seruum dominus, parens parentem, ciuem ciuis, homo hominē, Christianos omnes qui se bestiis compararunt, exæquarunt iumentis, aptauerunt pecudibus, dæmonibus formauerunt. Et ille qui liberat inuenit præmium: qui negligit, acquirit offensam. Beatus qui suæ vitæ custos est, & prouisor est salutis alienæ:

DE EPIPHANIA ET MAGIS.

## S E R M O C L V I .



**V**oties salutaribus succis contra lethales morbos antidotū tēperat pericia præcauta medicorū, si præter

Ccc iij

artem, præter medicinam, præter tempus accipere præsumat ægrotus, fit periculi causa quod prouisum est ad salutem, sic Dei verbum si præter magisterium, præter doctrinam, præter dogma fidei, scire temerarius præsumat auditor: quod est vitæ materia, fit perditionis occasio. Quærendum est fratres, ne per audiendi imperitiam, quod ad profectum nobis diuinitus scriptum est, ad animarum veniat detrimentum. Putasne Chaldaeos siderum scrutatores, errantes per astra magos, cæli negotia in tenebris noctium perquirentes, nascendi, moriendi causas stellarum cursibus ascribentes, bona, malaue hominum de arbitrio luminarium firmantes, Euangelista hodie ortum Christi absconditum sæculis stella duce docuit inuenisse? Absit. Sic sentit mundus, sic gentiles intelligunt, sic fallit species lectionis: cæterum sermo Euangelicus non humana loquitur, sed diuina: non vñitata, sed noua: non arte fallentia sed veritate subnixta: non oculis alludentia, sed cordibus infixta: non coniecturis nutantia, sed auctoritate firmata: à Deo venientia, non à fato, non collecta numeris, sed virtutibus acquisita. *Cum natus esset Iesus inquit, in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis Regis: Ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus Stellam eius in Oriente & venimus adorare eum.* Cum nascitur Iesus, oritur origo rerum, generatur largitor generis, nascitur auctor naturæ, vt repararet naturam, genus redderet, originem recrearet. Adam primus homo, pater generis, origo generationis, naturæ bonum, libertatem generis & germinis vitam sic perdidit, dum deliquit, vt malum naturæ, seruitutem generis, germinis mortem successio lamentanda portaret. Hinc est quod Christus nascendo naturam reddidit, tulit moriendo mortem, vitam reuocat dum resurgit: & qui homini animam dederat de cælo, inde hominem fecit & carne

Matt. 2.

Colof. 15.

Ioan. 3.

bulis Iudæ signatur domus, genus vocatur, vt promissionis fides, vt prophetiæ veritas impleatur, dicente Iacob: Iuda te laudabunt fratres tui, manus tuæ supra dorsum inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Et post: Non deficiet Princeps ex Iuda, nec Dux ex femoribus eius donec veniat cui reposita sunt, & ipse expectatio gentium. Vnde & Dauid, Iuda Rex meus. *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis Regis.* Quid est quod tempore Regis nefandi Deus descendit ad terras, miscetur diuinitas carni, fit terreno corpori cælesti commercium? Quid est & quando non verus Rex expulsurus tyrannum, vindicaturus patriam, instauraturus orbem, libertatem redditurus aduentat? Herodes refuga gentis Iudaicæ inuasit regnum, libertatem sustulit, prophanauit sancta, confudit ordinem: quicquid disciplinæ, quicquid cultus est, aboleuit: merito ergo genti sanctæ quia humana defunt, diuina succurrunt, & adest Deus ipse, cui homo non erat qui adestet. Sic iterum Christus veniet, vt Antichristum subruat, liberetur orbis, Paradisi patria reddatur, mundi perpetuetur libertas, sæculi seruatus tota tollatur. *Ecce magi ab Oriente venerunt.* Ab Oriente ad orientem veniunt magi, vt susciperet venientes, ipse qui iusserat vt venirent: quando enim Deum magus, nisi Deo iubente perquireret, quando regem cæli nisi reuelante Deo Astrologus inuenisset, quando vnum Deum sine Deo Chaldaeus adoraret in terra, qui in cælo Diis totidem, quot sideribus seruebat? Plus cæleste de magis, quam de stella signum est: quod Iudæi Regem, quod legis auctorem magus scit, nescit Iudæus: Chaldaea defert, non defert Iudæa: Hierosolyma auerfatur & refugit, Syria sequitur & adorat. *Ecce magi ab oriente venerunt, dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus stellam eius.* Et quid tamen est quod videtur? Vere sicut dixit Apostolus: Cum

Gen. 49.  
Iudæ  
LXX.

Psal. 119.

1. Cor. 3.

Magis dormiente excubat, excubat stella: sicut magus, ut quibus viandi par conditio est, par sit necessitas seruiendi: & stellam iam non Deum credit, sed iudicat esse conseruam, quam cernit taliter suis obsequiis mancipatam. *Vbi est qui natus est Rex Iudzorum? Vidimus stellam eius in Oriente, & Venimus adorare eum.* Dicendo vbi est, qui natus est Rex Iudzorum, non interrogant, sed insultant, quando scientes interrogant, nescientes non ignorant, sed negligentes arguunt, increpant desides, malos produunt, contumaces verberant, seruum domino non occurrisse causantur. Nam quid ab hominibus querunt, qui per Deum noverant quod querebant? Ut quid illis ad hoc humanæ demonstrationis officium, quibus ad hoc cæli sydera seruibant? Quo illis lucerna templi, quibus cæli sidus mirabile perlucebat? *Vbi est qui natus est Rex Iudzorum? Hoc est dicere: Cur Rex Iudzorum in præsepe iaceret, & non decumbit in templo? Cur non fulget in purpura, sed squallet in pannis? Cur latet in specu, & manifestus in sanctuario non habetur? Receperunt iumenta in præsepe, quem in domo sua recipere vos spreuistis. Agnouit, sicut scriptum est, bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: tu autem Israël tuum dominum non quæstisti. Vidimus stellam eius.* Apparuit stella non volens, sed iussa: non cæli nutu, sed diuinitatis impulsu: non lege siderum, sed nouitate signorum: non cæli climate, sed virtute nascens: non ab arte, sed à Deo: non Astrologi scientia, sed præscientia conditoris: non Arithmetica ratione, sed sanctione diuina, superna procuratione, nõ curiositate Chaldaea, non arte magica, sed Iudaica prophetia. Sic vbi vidit magus humanas periisse curas, suas defecisse artes, mundanæ sapientiae exinanitos labores, omnium sudores obriguisse sectarum, totius Philosophiæ thesauros esse vacuatos, fugisse paganam noctem, opinionum nebulas conecidisse, ipsas dæmonum detulisse umbras, stellam non vt cometam in circumsuso crine occultare quod nunciat, obscurare quod lucet, sic dicit: Fas est, vt & te nouo radio, signifero lumine, splendore certo radiare videam illic natum regem, præter mundi legem, præter carnis ordinem, præter humanam monstres naturam. Sic deposito errore, sequitur, currit, peruenit, inuenit, gaudet, procidit, adorat: quia non per stellam, non per artem, sed per Deum, Deum se inuenisse, humana miratur in carne. Ergo fratres, lectione præsentis non est firmatus er-

tor magicus, sed solutus. Sed sufficiant ista hodie, vt per Deum quæ sunt in sequentibus clare elucescant.

## DE EISDEM,

## SERMO CLVII.



Omniscæ festiuitates causas suas suis vocabulis eloquuntur: nam sicut nascendo Christus diem dedit natalem, & resurgendo resurrectionis diem dedit, sic lumine signorum diem suæ illuminationis ostendit. Qui enim nascendo ante humano corpore se velauit, postea operando ipse se cælesti reuelauit arcano: post Deus ipse apparuit trino modo, qui homo in partu paruit singularis. Merito ergo solennitas præfens epiphaniæ vocabulo nuncupatur, in qua illuxit deitas, quæ nostra nobis obscurabatur in carne. Ista est fratres, ista est festiuitas, quæ concepta tempore diuerso peperit tria deitatis insignia. Per epiphaniam magi Christum Dominum muneribus mysticis continentur, & cultores siderum, noctis incolæ, auctorem lucis densis inueniunt in tenebris: vt sit hoc auctoris gratia, non sit hoc industria sic quærentis, non sit stellæ: sed Dei, sit creatoris donum, non sit beneficium creaturæ, non sit humanæ artis, muneris sit diuini. *Ecce magi, inquit, ab Oriente venerunt, dicentes: Vbi est qui natus est Rex Iudzorum? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & Venimus adorare eum. Vidimus stellam eius. Et quid non eius? Stella eius est, non ille stellæ. Stellam eius. Quæ accepit esse, sed non dedit: stellam, cuius ortum tenebat auctor, non quæ ortum tenebat auctoris: Stellam eius. Venientem non à genesi, sed à genitore: mandato, non fato: non à computatore, sed ab auctore: non quæ daret ortum, sed quæ sustineret occasum. Stellam non legiferam, sed signiferam: ferentem non dierum ordinem, sed noctium lumen. Stella hæc ministra viæ, non vitæ: comes magorum, non cognata Christi: non dominantis domina, sed ancillula seruorum. Sed dicit aliquis: Quare magi? Quare per stellam, si cum stellis cum origine nulla causa est, nulla ratio cum natura? Quare magi? Quare stella? Vt per Christum ipsa materia erroris sic fieret salutis occasio: quemadmodum per Christum mortis causa, causa facta est vitæ. Hostem proprio mucrone*

turbare fingulare est infigne virtutis. Apud magos in culpa, erat ignorantia, non voluntas: & erat in crimine non studium, sed error. Quære Deum: & nescire quærere, necessitas magis est, quam reatus. Fuit ergo pium, vt & Deus inuenire se quærentibus daret, & culpam deputeret errori. Denique Paulus iudicio tali de persecutore factus est prædicator: quia per zelum legis impugnabat legem, & in Deum Dei amore peccabat. Hinc est quod fides currit ad Paulum, perfidia ad ignorantiam recurrit: Sed adhuc dicit auditor. Esto quod stella, non nutu proprio, sed Dei iussu ostenderet viam quærentibus magis: vnde tanta munerum scientia mysticorum, vnde donorum sacramenta tanta? Non Chaldæa arte, sed de prisca sanctorum traditione maiorum, erant isti de genere Noë, de filiis Abrahamæ, qui Christum nasci per Deum didicerant, non per artem, eumque hominem, Deum, Regem, moriturum alto cognouerant sacramento. Hinc est quod apta patrum fidei munera portauerunt: vt aurum Regi, incensum Deo, morituro myrrham scienter offerrent, talique munere & pietati satisfacerent & honori. Sed de magis ista sufficiant. Per epiphaniam Christus in nuptiis aquas saporauit in vinum, vt Christum nuptiis interfuisse virtutis fuerit, non voluptatis, non fuerit humanitatis, sed potestatis: signi fuerit causa, non ventris: ebrietatis non fuerit apparatus, fuerit deitatis ostensio. Denique vbi aqua mutauit naturam, mox patefecit auctorem, & elementorum, creator mutatione reuelatus est creaturæ. Fœlices nuptiæ, fœlices illæ, quibus Christus est præfens, non luxu, sed virtutibus consecrantur. Quid ibi non transiuit in gratiam, vbi qua transiuit in vinum? Per Epiphaniam Christus Iordanis alueum baptisma nostrum consecratus intrauit, vt quos nascendo in terra susceperat, hos renascendo releuaret in cælum: in se haberet liberos, quos præter se viderat esse captiuos: faceret vitales ipse, quos culpa fecerat esse mortales: perpetuos redderet, quos mors dederat temporales: & quos diabolus exules fecerat terrenorum, hos ipse in cælestibus sibi faceret esse confortes. Hinc est fratres, quod Spiritus sanctus runctoto se fudit illapsu, quando pater de cælestibus clamat. Hinc est filius meus dilectus: vt quibus in creandis nobis operatio fuerat vna cum filio, vna fieret de nostra reparatione dignatio, sicque Christus diuerso tempore vno eodémque die magorum munere, atque mutatione,

atque patris voce Deus trino testimonio nosceretur, fieretque de trina ostensione Christi Epiphaniæ vna & sacrata sollemnitas.

DE EISDEM,

SERMO CLVIII.



Æpe quærimus, quare sic mundum Christus intrat, vt ventris experiatur angustias, partus patiarur iniuriam, sustineat vincla pannorum, cunabula toleret imbecilla, lachrymis vberum nutrimenta disquirat, ætatum gradus, necessitatesque perferant. Et qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, quærere charitatem? Natura docet omnes quid valeat, quid meretur infantia. Infantia quam barbariem non vincit, quam non feritatem mitigat, quam crudelitatem non comprimit, quem non compefcit furorem, quam non potestatem deponit, quem non intelligit rigorem, quam duritiam non resoluit, quid non amoris expostular, quid non affectionis extorquet, quam non imponit gratiam, quam non impetrat charitatem? Hoc ita esse sciunt patres: matres sentiunt: probant omnes: viscera humana testantur. Sic ergo nasci voluit, qui amari voluit, non timeri: & tamen apud malitiam humanam sic blanda, sic pia, sic chara, audire quid proficit infantia. *Audiens, inquit, Herodes Rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum ipso, & congregans omnes Principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis, vbi Christus nasceretur. Si Hierosolyma, si Rex, si Scribæ, si Principes sacerdotum ad Christi sic turbantur infantiam: quid isti facerent, Christus perfectum mox in hominem si venisset, si fultus diuitijs, & multitudine, si cum suspectis, si cum extraneis? Quid nil dant tempori, nil ætati, nil pauperi, nil parenti, sed vt audiunt natum, parant nascenti mortem, innocenti dolos, scelus, pio, nudo gladios, soli milites, vagienti necem, pœnam parenti: & vt vis miscetur sanguini crudelitas acerba cunabulis bella indicit, vbera telis vrget, clypeos illidit gremij, quatenus humanam, diuinamque sobolem ante sepulchrum faciat intrare quam mundum. Esto quod Herodes Rex amore regni, successoris timore, coactus sit talia moliri: quare Hierosolyma, quare Principes, quare Scribæ? Quare? quia*

Joan. 1.

Mat. 2.

Mat. 2.

nasci non vult prophanus Deum, seruus dominum, iudicem reus, rebellis principem, perfidus cognitorem. Hierosolyma varia se contaminatione perfuderat, sacerdotes prophanauerant sancta, & peccata vendentes, in quaestum veniam, pietatemque conuerterant, Scribæ doctrinam cœlestem, scientiam salutarem, vitale magisterium, in suum sensum, in perfidiam lapsum, in lethale vaniloquium commutarant. Hinc est quod Christum nolunt nasci, viuere timent, quia nouerant se mox ignominiam dandos, trahendos opprobriis, eiiciendos templo, priuandos Sacerdotio, oblationum munere vacuandos. Semel enim cupiditate flammata, capti pompa, vitiis sauciati, vanitate ebrii, madefacti luxu, quia de correctione nil cogitare poterant: de venia nil sperabant. Bonus villicus quando copiosum fructum continuo labore conquirat, venire dominum suum ad luctum suum cupit, suum concupiscit ad gaudium: diligens operarius quando opus suscepti laboris impleuerit vt mercedem percipiat, patrem familias desiderat aduenire: deuotus miles post conflictum, post victoriam, praesentiam regis optat, vt praemijs sudores & vulnera remuneratione compenset, sic ad palmam suam cupit venire Christum, qui bella mundi indefessa virtute prostrernit: sic Christum venire non vult, qui superatus illecebris saeculi de poena trepidat, de venia nil praesumit. Fratres, faciamus bona, declinemus a malis: fugiamus vitia, virtutes sequamur: dissimulemus praesentia, futura cogitemus, nostrum petamus ad regnum, nostram veniamus ad palmam, optemus ad gloriam, tendamus votis omnibus ad coronam. Sed ad illa sermo quæ sunt in sequentibus iam recurat. *Tunc Herodes, inquit, clam vocatis magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens in Bethlehem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum.* Occulte vocat magos, quia palam nil audet simulata mens, conscientia dolosa. Occulte vocat magos, quia fur amat noctem, latro in occulto tendit insidias. Diligenter inquit tempus stellæ, sed cum timer regnum, signum cœli non timer, temporis non pertimescit auctorem. Quid turbatis Herodes? Quid es tantum de successore sollicitus? Cui sidera militant, terreno imperio non tenetur. *Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi.* Herodes magos adorare iussus est,

non deferre: testari venit ille, non prode-  
re: videre illi datum est, tibi non datum  
est inuenire. *Ite & interrogate.* Quasi magos  
semel interrogare non sufficit interrogan-  
tibus pie datum est sine pietate responsum,  
salutis nuncius male audientibus conuer-  
sus est in ruinam. Contumax seruus audit  
natum Dominum, sed domino nascenti  
parat laqueos, non honorem: mortem præ-  
parat, vt careat seruitute. Sed quia nec fi-  
niri Deus, nec perire salus, nec vita pote-  
rat interire, permanet in honore dominus,  
seruus remansit in crimine, & ad poenam  
trahitur, qui ad obsequium venire con-  
tempst: capitur ad sententiam, qui ad gra-  
tiam noluit peruenire. *Ite, & interrogate di-  
ligenter de puero, & cum inueneritis, renuncia-  
te mihi.* Conuenienter dixit, renunciate  
mihi, quia semper diabolo renunciat, qui  
peruenire festinat ad Christum. Christia-  
nus futurus a sacerdote cum audit, renun-  
cians diabolo, responder, renuncio. Pro-  
prie ergo Herodes a magis sibi renunciare  
debere dicit, qui se diaboli sciebat tenere  
locum, satanæ nouerat implere personam.  
*Vt ego veniens adorem eum.* Vult mentiri,  
sed non potest: veniet, vt ad tormenta cur-  
uetur, ad supplicia iaciatur, sternatur ad  
poenam, qui adorare finxerat, vt scruiret.  
Sed magi vbi Iudaicæ perfidiam nubila tran-  
sierunt: & in Christianæ fidei sereno reui-  
dent, quam viderant stellam, ipsa præuia,  
ipsa duce, ad ortus dominici locum sacra-  
tissimum peruenerunt. *Et apertis thesauris  
suis obtulerunt ei munera. Aurum, Thus, &  
Myrrham, Aurum Regi, Thus Deo, mori-  
rituro Myrrham, dominicæ deuotioni of-  
ferunt, scientiæ thesauros maximos in po-  
sterum credituris, sic ad sua per innocen-  
tiæ viam redeunt, qui iter Herodianæ  
fraudis calcauerunt in ruinam.*

## DE EISDEM,

## SERMO CLIX.



Nte hos dies, id est, diem octauum  
Calendarum huius, quo cresce-  
re dies cepit, quia dies verus il-  
luxit, in carne natum dominum  
Christum Iesum in Evangelio scriptum fa-  
cile recolunt, qui legerunt, vel qui aurem  
legentibus præbuerunt. Israëlitiçi pastores  
super gregem suum vigilantes Angelis nū-  
ciantibus cognouerunt: hodie in eadem  
carne manifestatum gentiles magi curiosa  
sectantes signis indicantibus inuenerunt:

illis ortum dominicæ natiuitatis annuncians locuta est vox spiritualium ministrorum, istis stella tanquam linguæ cælorum. Dicunt illi ad quos sæpius Prophetæ missi fuerant: Transcamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est ad nos, dicunt isti quibus nullus vnquam locutus fuerat Prophetarum, & sciscitantes interrogant: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus stellam eius in Oriente, & Venimus adorare eum.* Accedunt ergo illi de proximo, hi veniunt de longinquo, vtrique tamen ad vnum, eundemque fidei locum, quia deuotione conueniunt: ibique Regem Christum appositum ante duo Prophetica illa iumenta, duorum videlicet populorum, typum, figuramque gestantia intuentur, admirantur, agnoscunt. Agnouit enim bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Agnouit enim bos Iudæus iugo legis excusso: agnouit & asinus paganus stultitiæ feritate deposita: ille deferens superfluum obseruationis laborem, hic relinquens vagum superstitionis errorem. Vterque agnouit, quia vterque ad vnum præsepe domini epulaturus accessit, epulaturus non scænum mortis, sed cibum salutis. Edite, edite pia animalia æternæ vitæ cibaria: & perpetuæ retributionis escam auidis quantum potestis faucibus occupate, non diuidentes in frustra, sed integrum, solidumque fumentes. Non potest enim edi Christus, & diuidi: integer à credentibus sumitur: integer in ore cordis recipitur. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis: habitauit, ex quo vterumque Virginis dignanter impleuit. *Obtulerunt illi, vt scriptum est, Aurum, Thus, & Myrrham.* Nos fidei Thus longinquæ regionis, nos proximæ confessionis Myrrham boni odoris, nos sua uolentia dona charitatis: tria namque ista offerimus, quando Christum, & Regem, & dominum, & hominem confitemur: sed in Spiritu & veritate adoremus Christum, si ei munera fidei & confessionis obtulimus: & nos sicut illi magi qui sunt fidei nostræ duces, crudelitatisque principis, commoniti in somnis, id est, in hac vita, quæ somno est similis, illuso Herode Rege, id est, diabolo huius mundi Principe, per aliam viam, id est, per alteram vitam, ad illam nostram patriam reuertamur, de qua per Adam eiectione infeliciter sumus, per Christum vero misericorditer nunc reducti.

DE EISDEM,

SERMO CLX.



Q Vamuis in ipso dominicæ incarnationis sacramento affuerint clara semper diuinitatis insignia: Deum tamen venisse in humanum corpus multis modis aperit, & reuelat hodierna solemnitas, ne perdat per ignorantiam semper obscuritatibus inuoluta mortalitas, quod tantum tenere meruit, & possidere per gratiam. Nam qui nobis nasci voluit, à nobis noluit ignorari: & ideo sic aperit, ne magnum pietatis sacramentum magni fieret erroris occasio. Hodie magus quem fulgentem quærebat in stellis, in cunis reperit vagientem. Hodie magus clarum miratur in pannis, quem diu in astris patiebatur obscurum. Hodie magus quid vbi videat profundo stupore peruoluit: in terra cælum, in cælo terram, in Deo hominem, in homine Deum, & vniuerso sæculo non capacem concludi corpore perpusillo. Vnde magus quia scrutari valet, capere non potest, mox adorat: videt enim non sic lucere in cælo stellas, lunam, solem, qualiter illuxisse carnem contemplantur in terris: videt in vno, eodemque corpore diuinitatis & humanitatis cõuenisse commercium. Hic dum credit Deum, sentit Regem: intelligit humani generis amore moriturum, & pauida cogitatione pertractat: quemadmodum possit mori Deus, qualiter possit vitæ restitutor occidi. Ac sic magus cessat arte quærere, quod arte non potest inuenire: & quia se in cælo diu cum astris errantibus videt errasse, gaudet in terra se ad Deum ducatu vnici fideris peruenisse: & deprehendit magus cuncta quæ videntur in cælo, humanis clara oculis, profundis esse obscurata mysteriis. Iamque videns credere se, & non discutere mysticis muneribus confitetur: *Thure Deum, Auro Regem, Myrrha esse moriturum.* *Thure Deum, Auro Regem, vt eum diuini placaret obsequio, quem curiosus & importuno incesserat, & offenderat instituto: atque implet illud, quod multi de spadone ex Æthiopia suspicatur. Æthiopia præueniet manus eius Deo. Videt Christum magus Iudæum præueniens manibus suis, quia quando Christum Iudæus Herodi scelere prodebat, tunc magus Deum Christum muneribus fatebatur. Hinc est quod gentilis qui erat nouissimus, factus est primus: quia tunc ex magorū fide est gentium*

Mat. 2.

Esa. 1.

Ioan. 1.

Ipsal. 67.

credulitas dedicata, & Iudæorum est nota-  
 ta crudelitas. Hodie Christus Iordanis al-  
 ucum mūdi peccatum lauaturus intrauit:  
 ad hoc eum venisse Ioannes ipse testatur:  
 Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata  
 mundi. Hodie seruus dominum, homo  
 Deum, Ioannes Christum tenet: tenet  
 accepturus veniam, non daturus. Hodie si-  
 cut ait Propheta: Vox domini super aquas.  
 Quæ vox? Hic est filius meus dilectus in  
 quo mihi cōplacui. Hodie vox Dei super  
 aquas, quia pater Deus ut probaret, gene-  
 ris fidem, ipse sui testis filij, ipse assertor af-  
 sistit. Hic est filius meus dilectus, quia alter-  
 rum qui testimonium diceret, non habebat:  
 arcanum patris, arbitrum non habebat,  
 testem generationis nescit diuina, diuini-  
 tatis externam non recipit notionem: ipso  
 filio dicente: Nemo nouit filium, nisi pater,  
 neque patrem quis nouit, nisi filius. Ho-  
 die Spiritus sanctus supernat aquis in  
 specie columbæ, ut sicut illa columba Noe  
 nunciauerat diluuium discessisse mundi:  
 ita ista indice nosceretur perpetuum mun-  
 di cessasse naufragium, neque sicut illa ve-  
 teris oliuæ furculum portaret, sed totam  
 in caput parētis noui chrismatis pinguedi-  
 nem fundit, ut impleat illud quod Pro-  
 pheta prædixit: Propterea vnxit te Deus  
 Deus tuus oleo latitæ præ confortibus  
 tuis. Hodie dominus super aquas. Bene su-  
 per aquas, & non subtus aquas: quia Chri-  
 stus baptismati suo non seruit, sed imperat  
 sacramentis. Hodie Deus maiestate into-  
 nuit, & si pater de cælo intonat, si filius  
 Iordanis insilit fluentis, si Spiritus sanctus  
 corporaliter apparet de supernis: quid est  
 quod Iordanis qui fugit ad præsentiam lega-  
 lis arcæ ad fortius Trinitatis præsentiam non  
 refugit? Quid est? Quia pietati obsequitur:  
 incipit non esse timori. Hic Trinitas exer-  
 cet gratiam totam, totam secum loquitur  
 charitatem: ibi elementa corripit, ut ser-  
 uulos instituat ad timorem. Inter hæc ta-  
 men talia, & tanta intrepidus stat Ioan-  
 nes, quia timere non potest, qui totus ad  
 Dei amorem natus Angelico testimonio  
 comprobatur. Hodie Christus initium dat  
 signorum cælestium, dum cōuertit aquas  
 in vinum: ut quem pater voce filium iam  
 probaret, ipse se Deum virtutibus appro-  
 baret: qui elementa commutat & natu-  
 ram fecit ipse: qui contra naturam facere  
 non laborat, aquam transfert in vinum,  
 ut diuinitatis in vigore naturæ nostræ pro-  
 ficiat hebetudo. Nam qui panes quinque  
 fragmento profuso & furtiuo incremento,  
 ad quinque millia hominum tetendit &

A dilatavit faginam, potuit augmentis suc-  
 crescentibus ad nuptiarum festa vini am-  
 pliare & perpetuare mensuras. Sed aqua  
 in sanguinis erat cōuertenda mysterium,  
 ut mera pocula de vase corporis sui Chri-  
 stus bibentibus propinaret: ut impleret il-  
 lud Prophetæ. Et calix tuus inebriās quam  
 præclarus est. Tribus autem modis hodie  
 Christi deitas est probata, magorum mu-  
 nere, patris testimonio, aquæ mutatione  
 in vinum: quia tribus stare omne verbum  
 scripturæ firmavit auctoritas, dicendo: In  
 ore duorum vel trium testium stet omne  
 verbum. Sed quia festiuitas ipsa ad men-  
 sam nos domini, & calicis istius lætitiā,  
 commonet iam venire, res amplas breui  
 sermone sufficit conclusisse, per dominum  
 nostrum Iesum Christum, qui uiuit & re-  
 gnat, nunc & semper, & per omnia sæcu-  
 la sæculorum, Amen.

DE PARABOLA SERVI AB  
 agro, deque hominis erga Deum  
 gratitudine.

SERMO CLXI.

V distis fratres, quemadmodum  
 famulatum diuinū dominis exi-  
 git humanæ seruitutis exemplo,  
 dicendo: Quis vestrum habens ser-  
 uum arantem, aut pascentem, qui regresso ab agro  
 dicat: statim transi, recumbe, & non dicit ei, para  
 quod cocnem, & præcingere, & ministra mihi do-  
 nec manducem & bibam, & post hæc tu mandu-  
 cabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi,  
 quia fecit quæ sibi imperauit? Non puto. Sic &  
 vos, inquit, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt  
 vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debemus  
 facere, fecimus. Sic & vos. Quid simile? Imo  
 longe dissimile. Tārum debet homo Deo,  
 quātum debet homini homo? Absit. Nam  
 est alter ordo, diuersa causa, dissimilis fides.  
 Deus hominē fecit esse, nasci iussit, dedit  
 viuere, concessit sapere, donauit & tempora,  
 distribuit ætates, concessit ad gloriam,  
 aperuit ad honorem præfecit animanti-  
 bus, & toti terræ dominum definita lege &  
 ætate præscripsit: & cum talia, tantaque  
 homini Dei beneficia deperissent: secun-  
 da reparauit tanto maior, quanto diuina:  
 præstantiora tanto, quanto cælestia. Nam  
 cæli post habitorem dedit, quem dede-  
 rat ante incolam terrenorum, ut aduer-  
 sum nullum illi, nullus incarsus, nullus-  
 que terrenis intepere bonis, amplius in  
 hominem non valeret: seruaretque condi-  
 tio iam certa, quem perdiderat incerta li-

bertas: & esset homo liber omnium sola  
domini seruitute, cui conditorem qua fa-  
ctus est debet, debet originem quod redē-  
ptus est, quod emptus est: debet utique ser-  
uitutem, dicente Apostolo: Precio empti  
estis, nolite fieri serui hominū. Et Propheta  
ut conditorem, ut originem fateretur. Ego  
seruus tuus, inquit, & filius ancillæ tuæ.  
Deo ista, homini quid tali debet homo? Et  
tamen querit Deus vel tantum, quia red-  
dere homo Deo nil vult cui debet totum.  
Sed repetamus lectionem, & oculis nostris  
similitudinem proponamus ipsam, & quod  
diximus tunc lucebit, quia nullam Deo,  
hominī totam dependimus seruitutem.  
*Quis vestrum habens seruum arantem, aut pas-  
centem, cui regresso ab agro dicat, statim transi,  
recumbe: & non dicit ei, para quod cœnem: &  
præcingere: & ministra mihi, donec manducem,  
& bibam, & post hæc tu manducabis & bibes?*  
Quam familiaris, quam vernacula, quam  
de quotidiano vsu veniens, quam com-  
munis est ista doctrina. Si dominus est, qui  
audit, agnoscit talia se exigere à seruo: si  
seruus, exhibere se domino ista cognoscit.  
Seruus namque post vigilias antelucanas,  
post totius diei varios & duros labores, post  
trepidantes, & anxios concursus, & parat  
domino suo cœnam, & cinctus quod para-  
uerat, subministrat: non est elatus quia fe-  
cit, sed cum deuotione singula faciens  
contremiscit: & apponit domino suo ci-  
bos multiplices, arte tota totius saporis  
conditos: ipse autem semicoctam, nec sal-  
litam forsitan cœnulam gustaturus: porri-  
gens crebra pocula, varios calices, vina  
mutat, ad longissimi conuiuij fabulas lon-  
giores stat fixus, stat moueri nescius, stat  
cui lascessere non licet seruituti. Et cum  
dominus iam partem noctis infomnem de-  
ducit, peragit inquietem, seruus colligit,  
curat, accurat, ponit, componit, reponit:  
& sic in rebus necessariis immoratur, ut ni-  
hil sibi, aut parum noctis ad escam refer-  
uet, & soporem. Post hæc omnia nisi per-  
uigilet in crastinum, & dominum præue-  
nerit dormientem, fessus, indefessus mani-  
cabit ad verbera, ad præsentem pœnam ni-  
hil hesterni ei subuenit de labore, quia  
quicquid dominus indebite, iracunde, li-  
bens, nolens, oblitus, cogitans, sciens, nes-  
ciens, circa seruum fecerit, iudicium, iusti-  
tia, lex est: imperantis ira subdito ius est, &  
ad libitum domini vocem non habet con-  
ditio seruitutis. Si ergo & seruus sentit  
quid debeat hominī aliter seruiendo, &  
dominando dominus qualem seruitutem  
domino dominorum debeat, docetur, &

intelligit se magistrum. Hoc implebat Pau-  
lus, qui seruitutis suæ titulos sic scribebat.  
Vsq̄ ad hanc horam esurimus, & sitimus,  
& nudi sumus, & colaphis cædimur. Et ali-  
bi: Liuidum facio corpus meum: & serui-  
tuti subiicio. Præbebat vindictam bonus  
seruus, qui se vsque ad liuorem sic agens  
iugiter verberabat: nec laxabat fræna cor-  
pori, ne per indulgentiam caro laxata alte-  
rius incurreret seruitutē. Sed homo quod  
à seruo exigit, impende ei qui te dominum  
fecit. Tu qui semper dormis, & à seruo exi-  
gis vigilias indefessas, aliquando vigila tuo  
domino pro te sine cessatione vigilantī: as-  
siste tuo domino vel momento vno ieiun-  
nanti qui manducanti tuus seruus semper  
assistit: remitte seruo innocenti, cui pec-  
canti blanditur dominus tuus: da interim  
veniam, cui tutus dominus semper ignos-  
cit. Certe si quicquam boni feceris, crede  
te dominanti soluisse debitum, non bene-  
ficiū præstitisse. *Cum feceritis, inquit, omnia  
quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles su-  
mus, quod debuimus facere, fecimus.* Quando  
per se homo utilis ad diuina, qui sic sibi est  
inutilis ad humana? Cogitet homo cordis  
mala, carnis vitia, voluptarum fluctus, desi-  
deriorum procellas, irarum scopulos, nau-  
fragia criminum, & tunc quicquid in se est  
utile, dabit Deo, sibi quicquid inutile est,  
deputabit. Sed ad proposita redeamus: ut,  
quare dominus discipulos suos admonue-  
rit, iam pateat. Apostolos suos Christus  
ut mitteret ad populos vario dolore lan-  
guentes, dedit illis virtutem spiritus, pote-  
statem supernam dedit, dedit gratiam fan-  
nitatum, vnde perambulantes illi redde-  
bant visum cæcis, claudis cursum, surdis  
auditum, & ne per singula vos morer, cun-  
ctis male habentibus dabant salutem, vn-  
de redeuntēs gloriabantur dicentes: Do-  
mine, etiam in nomine tuo dæmonia sub-  
iecta sunt nobis. Quos dominus tempe-  
rat, dicens: Nolite gaudere, quia dæmonia  
subiecta sunt vobis: gaudete autem quia  
nomina vestra scripta sunt in cælis. Ergo  
ne per elationem perderent quod conqui-  
sierant per laborem, & deputarent sibi  
quod diuinitus fuerant consecuti, ad hu-  
militatem quæ mater est doctrinæ, tali re-  
uocat exemplo: *Quis vestrum habens seruum  
arantem, aut pascentem, qui regresso ab agro dicat  
ei, statim transi, & recumbe, & non dicit ei, para  
quod cœnem, & præcingere, & ministra mihi do-  
nec manducem & bibam: & post hæc tu mandu-  
cabis & bibes?* Post exactos labores, & ma-  
gna & multa documenta virtutum, Apo-  
stoli satis sibi utiles videbantur, sed versati  
in

1. Cor. 7.

Ezal. 115.

1. Cor. 4.

1. Cor. 9.

in luto carnis, & limo corporis huius, & quod essent inuiles, nesciebant, sed deprehenduntur cum Iudas tradit, Petrus negat, Ioannes fugit, relinquunt omnes, vt solus in quo erat, & ex quo erat tota vtilitas appareret. Quod autem dixit. *Et postea tu manducabis.* Monet discipulos vt post ascensionem suam statim copulari se domino in illa beatitudine superna gestirent. Nam denique hic relicturos approbat: & praeiungit ad tolerantiam passionis, & ministerij sui perficit ad laborem. Nam tunc tanto tempore ministrarunt Apostoli discumbenti, quanto tempore inter peccatorum coquinas, & gentium focos, cœnam domini super mensas Ecclesiae in memoriam perpetem praeepararunt. Hanc cœnam qui fidelis est nouit, qui nescit, & scire desiderat, sit fidelis.

DE EO QUI VOLEBAT  
diuidere hereditatem.

SERMO CLXII.



Vdistis fratres, hodie quid à domino hæres bonorum petierit mundanorum. *Magister, inquit, dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem.* Præceps cupiditas; & incauta, mundanæ litis arbitrum credidit ipsum sæculi cognitorem, & eum fieri voluit diuisionis authorem, qui ad restituendam venerat humani generis vnitatem. *Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem.* Hinc non magister quæstus est, sed amoris. *Dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem.* Cum dicit, dic fratri meo, præmisit quod charitatem moneat, quod interpellet naturam, quod pulset affectum. *Dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem.* Non potest dicere fratri, diuide, qui per Prophetam docuit: Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. *Dic fratri meo vt diuidat mecum hereditatem.* Quæ maior hereditas, quæ melior hereditas quam diuinæ vinculum charitatis? Quia hereditas aliquando perit, charitas nunquam, dicente Apostolo. Charitas nunquam excidit. Sed dicit aliquis, ergo charitas nunquam perit, nunquam violatur? Plane nunquam, quia charitas si est, permanet: si non permanet, non est. Sicut sterilis arbor quæ Vernali tempore cum tota candescit in flore, fructum non dat illa, sed fallit: ita ista charitas quæ putatur, & non est, occasionum concussa fluctibus, euanescit:

Ac sic lædit sollicitos, & decipit incautos. Sed ad cœpta redcamus. *Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum hereditatem.* Hereditas mundana ante posteris infert iurgia, quam confert sensum: antequam diuidat facultates, scindit hæredes: antequam debitas tradat singulis portiones, successores ipsos desecat, & mittit in partes. Proinde non est hereditas ista, sed pugna, & hæc nouerca filiorum est, non facultas. Ille dicit filios, qui relinquit filijs plenissimam charitatem. At tu quisquis ille es, qui dominum tali petitione compellas, Dominum pro-uocas, Dominum producis ad litem, cum quo tibi Apostolus hereditatem docet, & ostendit esse comunem. Hæredes, inquit, Dei sumus, cohæredes autem Christi. Hic tibi sic hæres est, hic est tibi frater, qui nascendi forte, conditione crescendi, viuendi ordine, moriendi exitu, per omnia tibi voluit similis inueniri. Nam cum esset & solus Dei hæres, & filius vnicus per naturam te participem sibi, te cohæredem sibi voluit, & fecit esse per gratiam: qui eras miser, & subiectus vltimæ seruituti. Habebis itaque, & collata poteris sceleriter possidere, si manseris in aula patris, si fueris in diuina hereditate communis. Dari non potest, diuidi non potest fors diuina, quia cœlestia & qui dedit non amittit, & qui acceperit sibi singulariter non recondit. Vnde homo quid hunc ad diuisionem vocas, quid hunc ad discussionem miserandus inuitas, quid ab eo partem petis, qui tibi quæsiuit, & contulit totum? Vel expertus cessa: & iam pœniteat talia te petiisse. Nam partem substantiæ principalis accepisti: & acceptam peregrinus, vagis, luxuriosus cū luxuriosis heluo perdidisti. Hinc Paradisi exul, hinc hereditatis exors, hinc extorris à vita. Homo dicit tibi Christus, quod à me, & per me consecutus es, sine me non poteris possidere, quia sine me qualis fueris, iam vidisti: hoc sciens pro te patrem ingratis omnium sic poposci. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Et quia nec hoc tibi sufficere poterat ad tutelam, nam cum mecum esses in Paradiso, & extra me tu petisti, adieci, dicens: Pater, sicut tu in me, & ego in te, ita & isti in nobis vnum sunt. Ego vt patris bona habeam, processi de patre, à patre penitus non recessi: & ideo tantum te in nobis habere volo, quantum nos ipsi sumus, & manemus in nobis. Desine ergo vel superna diuidere, vel de terrenis me audiente litigare, ne quem tenes, & habes. hodie largitorem pium, & scue-

Matth. 26.  
Matth. 14.

Rom. 8.

Luc. 15.

Psal. 132.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

rissimum sentias postmodum cognitorem. Sed iam quid responderit dominus audiamus: *Homo inquit, quis me constituit iudicem, diuisorem super vos? Quis me constituit iudicem? Et ubi est illud quod tu dixisti domine, Pater neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio? Aut diuisorem super vos? Et quis diuidet iustos ab iniustis, sicut segregat pastor oues ab hædis? Si tibi iudicium debetur hominis, & per te est totius sæculi celebranda diuisio quomodo dicis, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Est quidem penes Christum, & fuit, atque erit omne iudicium, sed tunc non iudicaturus venerat, sed iudicandus, nec additurus reos, sed à reis innocens addicendus. In homine agebat Deum: in seruo dominum, vt esset vernula temporis, qui erat & factor & cognitor sæculorum. Merito ergo respondit: *Quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos? Et quis eum constitueret iudicem, qui constituit & restituit vniuersa? Christus ad litigatoris arbitrium arbiter esse non poterat, qui totius iudicij sūma est & potestas, illi iurgator non inuitatus à patre taliter tu petisti, hæc dicit, sed inuisus astitit, vt adiudicantes, illi fas non sit resiliere sententiam. Et quia correcturus venerat, non damnaturus reum præcepto remouet fomitem iurgiorum, dicendo: *Videte, caueat ab auaritia. Hoc est dicere, abiiciatur auaritia, & non erit in hæreditate contentio. Auaritia, fratres, parentes negat, germanos diuidit, separat socios, amicitiam soluit, excludit affectum: hanc qui intra se habuerit, erit nullius, suus non erit. Auaritia, fratres, sicut dicit Apostolus, radix est omnium malorum: quæ cum radicari cœperit in corde, sic morum dissipat ornamenta: sicut arbor noxia feralibus radicibus nexa soluit, & dissipat monumenta maiorum.***

*liciti esse anima vestra, quid manducetis, neque corpori vestro quod vestiamini. Anima plus est quam esca, & corpus plus est quam vestimentum. Quis sic ita inuidus bonis suis, quis sic delicias suis inimicus, vt spontanea, & cælitus præparata despiciat, & concupiscat mūdānis laborib. & doloribus conquirit? De gener nimis animus, mēs tota seruilis est, quæ eo quorum affatus, squallores coquinæ, hæsterno horrore fecerit perquirat obsonia, cui iugiter regius deseruit, atque adiacet apparatus. Noli ergo homo inania prouidēdo gemere, noli laborare caduca preparando, quia prandij tui semper, & vbique Deus præparator assistit. Quis Rex deuotis militib. debitam non procurat annonam? Quis dominus fidelibus seruis iusta cibaria non ministrat? Quis pater non dat panem filiis? Si ergo nobis Deus, & Rex & Dominus, & Pater est, quid negabit? Stipendiis suis militans derogat miles Regi, suis sumptibus viuens dominum seruus accusat, pro se sollicitus filius culpam superstitem patre. Noli ergo homo exponere Deum pro te: taliter cogitando, qui & iustitia regnantis, & dominantis studio, & generantis affectu, in se totam tui recepit sollicitudinem, refudit & curam, dicendo: *Nolite solliciti esse anima vestre quid manducetis. Sed te forte mellitus imber, & singularis cibus Iudaici fastidij deterreret exemplo: nec carnem credis humorum varietate concretam per solum Manna sua voluntate compleri: dicis, Deus corpus sicut ex diuersis voluit constare membris, ita variatis dapibus voluit & iussit enutrir. Superfluum est, o homo, iste qui te exagitat, timor: nam creatoris ad prandium tota concurrat & aduolat creatura. Vnde si te legalis cibi singularitas & parcitas terret, inuitet & prouocet Euangelici conuiuij cælestis effusio: quæ in vno ferculo manducatur Petro totius apponit genera creaturæ. Nam quicquid Noë vector noui sæculi, sæculi seruaue ad semen, quicquid in aëre volitat & ferrur, quicquid gignitur & viuat in terra, quicquid in aquis est, & mouetur, hoc vno Petri cœlitus mactatur, & exhibetur ad cœnam. Si ergo vis homo accipere & omnia manducare despice vilia tibi prouidere cellaria. Et nos quidem magnis exemplis tibi superna cogitanti carnalia non defutura probare cōrendimus: Deum autem pro suæ maiestatis insignibus de suis dubitantem promissis ad vilia & extrema remittit exempla: vt te tali examinatione redarguat, quem tanta mutatione non traxit. Considerate, inquit, cornus quia non seminant, neque metunt: quibus non est cella-**

DE TERRENORVM CVRA  
despicienda.

SERMO CLXIII.



Eati quorum corda hodie dominici sermonis penetrauit auditus. Beati quorum mentes promouit ad fidem tanta, & talis promissio Saluatoris. Beati qui credulitate cœlestium mandatorum duris absoluti sunt presentium curis. Tali namque hodie discipulos suos, imo omnes auditores suos, dominus voce compellat. *Nolite so-*

*lita esse anima vestra, quid manducetis, neque corpori vestro quod vestiamini. Anima plus est quam esca, & corpus plus est quam vestimentum. Quis sic ita inuidus bonis suis, quis sic delicias suis inimicus, vt spontanea, & cælitus præparata despiciat, & concupiscat mūdānis laborib. & doloribus conquirit? De gener nimis animus, mēs tota seruilis est, quæ eo quorum affatus, squallores coquinæ, hæsterno horrore fecerit perquirat obsonia, cui iugiter regius deseruit, atque adiacet apparatus. Noli ergo homo inania prouidēdo gemere, noli laborare caduca preparando, quia prandij tui semper, & vbique Deus præparator assistit. Quis Rex deuotis militib. debitam non procurat annonam? Quis dominus fidelibus seruis iusta cibaria non ministrat? Quis pater non dat panem filiis? Si ergo nobis Deus, & Rex & Dominus, & Pater est, quid negabit? Stipendiis suis militans derogat miles Regi, suis sumptibus viuens dominum seruus accusat, pro se sollicitus filius culpam superstitem patre. Noli ergo homo exponere Deum pro te: taliter cogitando, qui & iustitia regnantis, & dominantis studio, & generantis affectu, in se totam tui recepit sollicitudinem, refudit & curam, dicendo: *Nolite solliciti esse anima vestre quid manducetis. Sed te forte mellitus imber, & singularis cibus Iudaici fastidij deterreret exemplo: nec carnem credis humorum varietate concretam per solum Manna sua voluntate compleri: dicis, Deus corpus sicut ex diuersis voluit constare membris, ita variatis dapibus voluit & iussit enutrir. Superfluum est, o homo, iste qui te exagitat, timor: nam creatoris ad prandium tota concurrat & aduolat creatura. Vnde si te legalis cibi singularitas & parcitas terret, inuitet & prouocet Euangelici conuiuij cælestis effusio: quæ in vno ferculo manducatur Petro totius apponit genera creaturæ. Nam quicquid Noë vector noui sæculi, sæculi seruaue ad semen, quicquid in aëre volitat & ferrur, quicquid gignitur & viuat in terra, quicquid in aquis est, & mouetur, hoc vno Petri cœlitus mactatur, & exhibetur ad cœnam. Si ergo vis homo accipere & omnia manducare despice vilia tibi prouidere cellaria. Et nos quidem magnis exemplis tibi superna cogitanti carnalia non defutura probare cōrendimus: Deum autem pro suæ maiestatis insignibus de suis dubitantem promissis ad vilia & extrema remittit exempla: vt te tali examinatione redarguat, quem tanta mutatione non traxit. Considerate, inquit, cornus quia non seminant, neque metunt: quibus non est cella-**

IOAN. 3.  
MAN. 25.

1. Tim. 6.

ENC. 12.

*rium, neque horreum, & Deus pascat illos: quanto magis vos plavis estis illis? Dubium merito infidelem ad aera: mittit amicam belli, furoris sociam insatiatam sanguine, & in ipsos mortuos ferro grauius saeuientem. Namque cessante gladio carnifex improbiſſimus examine graſſatur in corpus, laniat, diſſipat, ſpargit, ne quid funeris inuentum quieti miſericors ſepultura commendet. Itaque dominus exemplo tali exaggerat dubitantis infaniam: qui putat Deum hoc piis filiis denegaturum, quod impiis auibus ſubminiſtrat: & exiſtimant relinquentibus propter ſe patriam, domum, parentes, filios, coniuges, victus ſubſidia non daturum, qui naſcenti indulſit creſcere, terminauit corporis incrementum. O miſerum, o tota infœlicitate digniſſimum, cui cum detur regnum, ſuſpirat panem: cum perpetuitate donetur, deſert potum: cum immortalitatis gloria induatur, plangit corporis veſtimentum. Genuinæ infœlicitatis cōſcius fieri non credit ſe fœlicem: & terreno enutricus in puluere cœli incolam dubitat ſe futurum. Conuenienter ergo dominus quæ ſequuntur, adiecit: *Quis autem veſtrum cogitando poteſt adiciere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Humanarum mentium cogitationes intimus ſcrutator exponit: nam omnis homo dum ſui corporis pulchritudinem concupiſcit, procerum ſe eſſe exoptat: ſed cogitare homo hoc poteſt: hoc per ſe homo obtinere non poteſt: ad id credendo peruenit, ad quod peruenire non poteſt cogitando. Hinc eſt quod dominus humani conſcius deſiderij hominem Chriſti tetendit in formam: vt in menſuram Chriſti ſpecioſitate tota decorus eſſet, qui in breuitate ſua erat ipſo erubeſcente deformis, vnde bene ſubiunxit. *Si ergo neque quod minimum eſt poteſtis, de cæteris quid ſolliciti eſtis? Hoc eſt, quid cogitatione homo maiora præſumis, qui per fidem minora deſperat? Quid veſtimento minus, quid maius corporis incremento? D* Crede ergo tibi à Deo veſtitum corporis poſſe præſtari, à quo tibi fides corporis incrementa repromittit. Verum, quia Deus ſic humanum diligit genus, vt ipſos quos dominantis iure corripit, mox paterno ſoletur, & mulceat blandimento, quos comparatione fœdiſſimæ auis exaſperatſe videbantur, ad floris odorati & ſpecioſi nimium hos reducit exemplum. *Conſiderate, inquit, lilia quomodo creſcunt: non laborant, neque nemi: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria ſua, veſtiebatur, ſicut vnum ex iſtis. O quantum ſe ſuperna pietas hominis amore de-***

*A*ponit: Nam qui poterat præcepta ſua ſola authoritate firmare, toto inſinuat, & aſtruit labore doctōris, & qui ſufficiebat in ſola fide depromiſſionis ſuæ terminum collocare, auditores ad fidem promiſſi ſuaſoris perducit exemplo, dubios lilij comparatione confirmat, liliū Salomonis ſublimat exemplo: quia ipſo domino teſtante, inter omnes mundi reges Salomon ſingulari gloria, ornatu vnico, ſpecioſus effulſit: & omnes terræ flores liliū vincit, & præcellit in gratia: tantūque diſtat ab vniuerſo germine liliū, quantum Regem ſpecie, gloria, cunctus conſtat excellere. Nec à nobis latius lilij deſcribenda eſt pulchritudo, cuius prærogatiuam dominica teſtatio reddit ſingularem: iteranda ſunt ſane illa, quæ ad robur fidei noſtræ geminato dominus commendaui exemplo: quia Chriſtianus de viſta, de regno, de immortalitate certus de paſſu & veſtitu non debet neceſſitate pulſari, cum videat Deū hodie nato, & perituro in craſtinum germini tantam veſtibus gloriam contuliſſe: ſed ſicut ariditati iſta, ſicut clibani deputantur incendio, ita mortis, ita gehennæ ignibus deſtinantur, qui præſentia ſibi à Deo præſtari dubitant, cum futura ſibi iam ſentiant contributa. *Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in ſublimia tolli: hæc enim omnia gentes mundi quærunt, Pater autem veſter ſcit quoniam hiſ indigeris. Veruntamen quærite regnum Dei, & hæc omnia adiciantur vobis. Cum ſe patrem noſtrum dicit noſtri ſibi piam curam comprobat non deeſſe: cum nos regnum cœleſte iubet quærere, ſubiicienda monſtrat omnia, nobis quicquid cœleſtis exigit apparatus, indicat aſſuturum.*

IN ILLVD LVCÆ, IGNEM  
Veni mittere in terram, &c.

SERMO CLXIV.

**S**icut febrientibus amarus eſt ſemper ſalutaris cibus, ita & ſæpe dominicus ſermo contrarius imperitis, veris que tamen aliter, aut ex corporis, aut ex mentis infirmitate contingit. Hodie dominus exaſperatſe nonnullorum videtur auditum, dicendo: *Ignem Veni mittere in terram, & quid volo, niſi vt accendantur? Et infra, Putatis, quia pacem Veni mittere in terram? Non, dico vobis, ſed ſeparationem.*

Ddd ij

Ysa. 53.  
Matt. 11.

Et vbi est illud : Ecce Agnus Dei ? Vbi illud : Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum ? Sed & illud : Dicite filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus ? Et quid est quod agnus iste tam dure in prædicatione percutit. Quid sic arietat in verbo, qui in passione tanta patientia tacet, in morte tota humilitate succumbit. Et reuera fratres, mundum suum Christus per omnia mitis & mansuetus intravit, dum nascitur nostro dulcis in germine, dum cunis blande blandior ipse fouetur : dum paruulus in gremio se fundit, & resoluit humano : dum parentis in collo stringitur, & stringit tota charitatis amplexu : & vt enutriet toto dum nutritur affectu, per omnes sensum currit & adolescit ætates : pauper agit semper, solitarius semper incedit, quia pauper communis est semper : pater omnibus, solitarius semper. Et quid est quod tantum verbis spargit ignem, quod tanta & talia inflammat, & dilatat incendia, dicendo : *Ignem veni mittere in terram ?* Quid est ? Ager quoties longa incuria syluescit, & toto luxuriæ agrestis sordescit horrore, peritissimi cultoris vtique semper aperitur, & purgatur incendio : ac studio benigno cultor ignis apponitur, vt exultis sentibus reueletur prima facies campi, præstetur agricolæ libertas, fiat facilis via vomeri, sit germinis ferax sterilis diu terra, & longa, ac mæsta oria læto lætissima iam repenset in fructu. Ergo vbi Iudaicus cespes continuo aratro legis & iugi cultu effectus ad inopiam, non respondit germi, non labori, sed pro tritico lolium reddidit, protulit pro viribus spinas, Christus ad lata gentium diuini cultus conuertit industriam : ac diu oppressa dumis nationum cupiens noualia purgare, ignem mittit primum maximus magister in terram, & quicquid naturalis squalescebat luxus, quicquid arefecerat brumalis rigor, artificii depurgat & consumit incendio : quatenus sola longo exhausta ieiunio ipso suo cinere saginata pinguescerent, & post diuturnam duritiam tenera redderentur & mollia : ac sic Evangelico apta culto semini redderentur comoda : & felici sulco iam redderent tricesimum, sexagesimum, ac centesimum fructum, sed hic ipse cultus non est nouus agricolæ veteri & cœlesti, nam legem pangere, gratiam ferere, ignis semper opere consuevit. Daturus, legem ignem præmisit in rubo : sed diuinum rubus portauit : non concepit incendium iam tunc

Exod. 3.

Aculeis malitiæ plenum, & ingratum culturæ legis populum præfigurans, & nunc in arua gentium cum destinaret Apostolos, sic eos igneo imbri perfudit, & ignis confedit super eos, vt possent humecta siccare, sicca infundere, decoquere cruda, frigida calefacere, accendere extincta, comburere noxia : & in opere diuerso vno, atque eodem igne ad cœlestem copiam tota percolere deserta terrarum, dicente Propheta : In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed ad illud iam quod sequitur transeamus. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendantur ? Sed baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur ?* Vrget aqua ignem : cogitanda est talis, tam diuisa coniunctio. Vrget vnda flammam : multiplicat flamma vndam. Quæ est talis, tam concors ista discordia ? Geritur hic, sicut diximus, agricolæ diuini species : plena namque omnia calore germinant, humore nutriuntur. Vnde rerum parens Deus ignis, & aquæ commercio nos germinat, vos enutrit, quorum tanto ardet, calet, exæstuat, anhelat affectu. *Baptismo habeo baptizari.* Christus suo baptizatur in sanguine, vt quidquid ex nostra carne suscepit, diluatur, renouetur, & totam suæ diuinæ maiestatis redigatur in formam. Baptizatur Christus suæ baptismate passionis, qui totius peccatum mundi lauit, quod non nisi ab eo qui mundum fecerat, poterat aboleri. *Putatis, ait, quia pacem veni mittere in terram ? Non dico vobis, sed separationem.* Quare ? Quia coniunctio cœlestis est in ista separatione terrena. Nemo potest connecti terræ, & iungi cœlo. Grata ergo & chara sit ista terrena separatio, quæ nos sic à terrenis separat, vt inserat nos diuinis. *Erunt inquit, ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duo, & duo in tres : diuidetur pater in filium, & filius in patrem, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.* Cum quinque dixerit ex vna domo diuidendos numero, nomina sex diuidentur, pater, filius, mater, filia, socrus, nurus : sed quia est ipsa socrus quæ mater est, certum est, quinque tantum personas in his nominibus inueniri. Diuiduntur autem tres in duo, dum in sponso sponsa coniuncta, socrus quæ tertia est, diuisa remanebit in domo. Ergo ista in qua Ecclesia coniungitur Christo synagoga, quæ mater est, & socrus, permanet suo tam marito perdiuisa. Duo ergo in tres ita diuiduntur, dum de isto Christi & Ecclesia consortio altera hæres scinditur,

Psal. 18.

Rom. 9.

& diuiditur synagoga, vt Christus & Ecclesia diuifi ab hæreticis vno maneat & iungantur in Spiritu. Diuiditur & pater in filium, & filius in patrem, dum Iudaicus populus qui per carnalem Christi generationem paternum sortitus est nomen, à Christo filio per inuidiam separatur, pater liuidus in odium vertit affectum, cui filij gloria iugis est pœna: est continuus cruciatus, dicente Apostolo: Quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem: qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Diuiditur & mater in filiam: est namque synagoga mater, ex qua per Petrum & cæteros Apostolos nascitur Ecclesia filia, quæ vbi diuini Regis Christi meruit habere consortium, matrem & æmulam pertulit, & nouercam. Et quæ filia mater talis, qualis nuri focus? Hæc namque synagoga mater vbi Ecclesiam nurum vidit ex gentibus aduenisse, occidit scelestam filium, nurus consortium ne videret: occidit Christum, si vel sic amorem nurus furibunda valeret extinguere, sed ex morte totum resurrexit in Ecclesiæ coniugium Christus: vt probaret charitatem non separari morte, sed crescere. Arguit eos autem dominus qui faciem cæli, ortus nubium, stellarum cursus, plagas orbis student nimia curiositate perquirere, & tempus salutis suæ nullis studiis, nullis iudiciis nituntur agnoscere. *Hypocritæ, ait faciem cæli & terræ nostris probare: & quomodo tempus istud non probatur?* Oculus effusus perdit lumen, quia tota hominis intra pupillam visio continetur, ne ergo studeas videre multa, vt videas temetipsum: ne præsumas excelsa contueri, nec longinqua ambias conspiciere, quia angustus oculus non capit multa, non penetrat excelsa, longinqua non perspicit, atque ita videt nihil, qui videre existimat totum. Agnosce ergo diem salutis, tempus acceptum per Christum Iesum dominum nostrum, si vis à te.

*Deest finis.*

DE CONSECRATIONE  
sancti Proiecti Episcopi Fero-corneliensis,

SERMO CLXV.



Mnibus quidē Ecclesiis venerationē debere me profiteor, & fidelissimam seruitutem: sed Corneliēsi Ecclesiæ inferuire peculiariter ipsius nominis amore cōpellor. Cornelius namq. memorie

A beatissimæ vita clarus, cūctis virtutū titulis vbiq. fulgens, operum magnitudine notus vniuersis, pater mihi fuit, ipse me per Euāgelium genuit, ipse pius piissime nutriuit, ipse sanctus sancta instituit seruitute, ipse Pontifex sacris obrulit & consecrauit altaribus: & ideo mihi clarum, colendum mirabile Cornelij nomen. Amor ergo cognominis me compellit, Cornelienſis Ecclesiæ desideriis desideranter occurrere, & Proiectum venerabilem virum amabilibus Pontificem consecrare, Proiectum dixi, sed non abiectum: iuxta illud: In te proiectus sum ex vtero: de ventre matris meæ Deus meus est tu. Et vere iste Proiectus ex vtero humanæ matris, matris diuinæ in vtero iugiter mansit: qui domus suæ nescius, domus Dei esse perstitit habitator: qualiter autem fratres, cunabulis ab ipsis gradus Ecclesiasticæ militiæ conscenderit, & officia, quia dicere mihi longum est, sicut dicit dominus, ætatem habet: ipse pro se loquatur, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat cum Spiritu sancto in sæcula sæculorum, Amen.

Psal. 22.

Ioan. 2.

DE QUADRAGESIMALI  
Ieiunio,

SERMO CLXVI.



Habet quidem simplicitas innocentie suæ gratiam: habet fidei suæ fructū, scientiæ præmium habere non potest, palmam habere non potest virtutum. Aliud est otio & securitati suæ viuere: aliud est pro omnibus ferre vigilias & labores. Simplicitas ciuem bonū facit, non facit militē fortem: hinc est, quod ille cæsum soluit, hic stipēdia percipit, & honores. Cuius aut cedit, aut succumbit aduersis: aduersa miles sustinet & propellit: ille pugnare non didicit, hic non timere: ille cauet semper, hic vincit. Hæc diximus, vt quæ sit distantia monstrarem inter eum qui Christianæ fidei simpliciter accipit & sequitur sacramentum, & inter eum qui studet ipsius fidei & apprehendere scienter, & nosse mysterium. Ecce Quadragesimæ ieiunium, quod deuotione solēni die castino suscipit vniuersalis Ecclesia: multi putant abstinentiæ tantum studio, vel nobis traditum, vel pro nobis dominū peregrisse, nec altioris intelligentiæ cōtinere mysterium, sed solummodo castigandis corporibus, refecandis vitiis, temperandis mentibus

Ddd iij

hoc prouifum. Porro quadragenarius iste numerus tam facratus eſſe à ſæculis, tam myſticus reperitur, vt ſemper in efficiendis rebus diuinis, & maximis Dei negociis explicandis adhibitus lege inuiolabili perſcribatur. Quod vt luceat ad purum copioſiſſimis percurramus exemplis. Cum mundus intra generis humani primordia perdeſtenda nefando vitiorum ſquallore fordeſceret, & totus criminum foeteret horrore, ac pene ipſo iniquitatis ſux fumo fulcare cœli tantam contenderet claritatem, quadraginta diebus ac noctibus expiaturus! terram cœleſtis imber effunditur, vt, quia perire ſibi mundus, quod factus fuerat iam debebat, gauderet tali baptiſmate ſe renatum: ſcieturque quod eſt non ſe naturæ, ſed authoris ſui gratiæ, iam debere, ipſamque noſtris baptiſmatis formam terra noſtri corporis origo prælibaret, vt quæ ante natos homines producebat ad mortem, hos ad vitam produceret iam renatos. Attendite fratres, quantus ſit quadragenarius numerus iſte, qui & tunc cœlum terris aperuit abluendis: & nunc fonte baptiſmatis orbem totum pandit gentibus innouandis. Merito nos quadraginta diebus per ieiunium currimus, vt perueniamus ad fontem baptiſmatis & ſalutis. Quadraginta annis populum Iudæorum panificus in eremo paut imber: nec ſolito miniſtratu incrementa germinis produxit è terra: ſed ipſe terris potius fluxit frumenta, totumque ſeruitutis humanæ ademittit laborem, qui blando rore eſurientibus cœleſtem præbuit & euexit annonam. Quadraginta diebus terram re-promiſſionis exploratio miſſa diuinitus circuiuit: vt hic facratus numerus promiſſas Iſraëliticum populum euocaret ad terras: qui nos quadragenariis ieiuniorum curſibus euocat, & perducit ad cœlum. Namque & noſtri corporis terram quadraginta diebus explorat nunc, & circuit cœleſtis inſpectio: vt expugnatis & expulſis vitiorum gentibus, regionem noſtri cordis poſſideat turba virtutum. Et quia nihil omittendum eſt, Moyſes ipſe dierum quadraginta ieiunio ita humano deſæcatus eſt, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam: & adhuc in noſtri corporis obſcuro toto fulgeret lumine deitatis: neque intueri eum mortalium viſus poſſet, qui ſubſtantia Dei diu paſtus tota mortalis cibi oblitus fuerat adiumenta: vnde didicit coram Deo, & cum Deo commemorantibus vitæ ſubſidia non deſiſſe. Et reuera fratres, nef-

ci laſſari, mori non poteſt, cui panis, cui vita Deus eſt. Merito hic talis legem ſancire meruit, qui totum quicquid in homine lex vrgeret poterat, peramiſit. Præſtiterat hoc Moyſi iuge fortaiſſe ieiunium: ſed nõdum reddiderat talem, ſi deuiſſet quadragenarius numerus hic facratus. Ieiunium Eliam leuauit ad cœlum, & purificato ſic corpori ignei currus addixit obſequium: vt oſtenderet gehenna, quæ exurit reos, innocuis quam deſeruit: ſed vt ad hoc perueniat & Elias quadragenarij numeri ante viam myſticam præcurrit. Ezechiel eximius Prophetarum quadraginta diebus iacens latere vno, ſcientibus legem loquor, captiuitatem futuram dum præfigurat abſoluit: quia facratus numerus iſte ſuſcipit iniquitates vt deleat, iniquitates vt abſoluat ingreditur, vincula patitur vt relaxet. Hinc eſt ergo quod dominus author à ſæculis in hoc numero abſconditi ſacramenti intrat ipſum numerum dierum quadraginta ieiunij, vt quod adumbrauerat in ſamulis ipſa per ſe iam veritate facta & cœpta perficeret, firmaret tenera, inchoata ſuppleret, & quæ præceptis inſtituerat, roboraret exemplo: non enim ſuffecerat hoc tantum tanti numeri ſacramentum imperaſſe verbis, niſi commendatſet & factò. Et tamen fratres, à tempore diluuij ſacramenti huius contendimus aperire myſterium, non auſi anteriora contingere, ſuperiora rimari loqui tacita, tam diu certè reposita proferte: præſertim cum mihi temerarium, & vobis non neceſſarium videam, cauſarum, tales, tantæque origines perſcrutari. Veræ deuotionis eſt, fideliffimæ ſeruitutis eſt, quid fieri velit, non quare velit, dominator inquirere. Si ergo quadraginta dierum ſimplex, purum, æquale, tantis testimonijs, ſub tanti numero ſacramenti traditum nobis à domino ieiunium perducetur: vnde iſta varietas vnde nouitas iſta, vnde hebdomadæ nunc reſolutæ, nunc rigidæ, nunc indulgentes nimium, nunc ſeueræ? Vnde intemperati ieiunij vſus iſte, qui aut afficiat ſine venia, aut remittat ad crapulam? Hoc eſt, ſeparatim calida, ſeparatim frigida, ſeparatim ſalis, ſeparatim cibi, ſui vſibus depurare, & totum vitæ negligere conditorum? Certe qui corporis cibos condiunt, ſapienter diſcant animæ pabulum temperare, ne aut plus ſalutem, aut penitus infulſum ſalutaris cibi generet lethale ſatiſdium. Ieiunium ſit æquale: &, vt eſt nobis traditum, ſeruetur ad corporis & animæ diſciplinam. Certe qui ieiunate non po-

Gen. 7.

Exod. 16.

Num. 13.

Exod. 24.

4. Reg. 1.

Ezec. 4.

3. Reg. 9.

Math. 4.

*Mat. 9.* test, non presumat inducere nouitatem sed fateatur esse fragilitatis propriae quod relaxat: & redimat elemosynis, quod non potest supplere ieiuniis: quia illius gemitus dominus non requirit, qui pro se gemitus pauperum sic redemit.

DE DIVO IOANNE BAPTISTA  
 predicante, deque penitentia agenda,

SERMO CLXVII.



*Mat. 9.* Pportune nobis Ioannes beatissimus ieiunij tempore penitentiae doctor aduenit, doctor dicto, factoque, magister verus: quod verbo asserit demonstrat exemplo, Magisterium stat de scientia, sed magisterij autoritas constat ex vita: docenda faciens obedientem perficit auditorem. Docere factis sola est norma doctrinae: doctrina in dictis scientia est, in factis virtus. Scientia ergo illa vera est, quae fuerit mixta virtuti: illa, illa diuina est, non humana, *Mat. 1.* Euangelista probante, cum dicit: Quae cepit Iesus facere & docere. Praeceptor cum docenda facit, & auditu instruit, & informat exemplo. *Mat. 3.* In diebus inquit, illis venit Ioannes Baptistae predicans in deserto Iudaeae, & dicens: Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum. Penitentiam agite, quare non magis gaudete? gaudete magis, quia succedunt humanis diuina, caelestia terrenis, temporalibus sempiterna, malis bona, secura anxiiis, ærumnis beata, mansura perituris. Penitentiam agite. Peniteat plane peniteat qui diuinis prætulit humana, qui seruire voluit mundo, & dominationem mundi cum mundi domino non habere. Peniteat qui maluit perire cum diabolo, quam regnare cum Christo. Peniteat qui virtutum libertatem fugiens; captiuus voluit esse vitiorum. Peniteat, & *D* satis peniteat, qui ne vitam teneret, manus tradidit morti. *Appropinquauit enim regnum caelorum.* Regnum caelorum, est præmiam iustorum, iudicium peccatorum impiis poena. Beatus ergo Ioannes, qui penitentia iudicium voluit præueniri, peccatores non iudicium voluit habere, sed præmium: impios voluit regnum intrare, non poenam. Et tunc Ioannes vicinum cecinit regnum caelorum, quando adhuc puer mundus ætatum conquirebat augmenta. Modo caelorum regnum quam proximum iam scimus, quando mundus senectute fessus extrema vacuatur viribus, membra deponit, amittit sensus, doloribus vrgetur, curam respuit, vitæ moritur, viuut

A morbis, defectum clamat, testatur finem. Nos ergo duriores Iudæis, qui fugientem sequimur mundum, qui futurorum temporum obliuiscimur: presentibus inhiamus, qui in ipso positi iam iudicio non timemus, qui venienti iam domino non occurrimus, qui volumus manere mortem, resurrectionem nolumus mortuorum, qui seruire volumus, nolumus regnare, ut tantum regnum nostro domino differamus. *Luc. 19.* Vbi est illud: Cum orabitis, dicite, Veniat regnum tuum. Maiori ergo penitentia opus est nobis, & pro modo vulneris modus adhibendus est medicinae. Peniteamus fratres, peniteamus cito, quia nobis spatium temporis iam negatur: iam nobis ipsa hora conclusitur: iudicij praesentia iam nobis satisfactoris locum excludit. Currat penitentia, sententia ne præcurrat: quia dominus quod non venit adhuc, quod adhuc expectat, quod moras facit, nos sibi redire desiderat, non perire, quos pietate tali semper est allocutus. *Ex. ch. 33.* Nolo mortem peccatoris, sed ut reuertatur impius à via sua, ut viuat. Penitentes ergo reuertamur fratres, & ne de arcto temporis pertimescamus: quia auctor temporis nescit arctari: probat hoc Euangelicus *Luc. 13.* latro, qui in cruce & in hora mortis rapuit veniam, inuasit vitam, effregit Paradisum penetrauit ad regnum. Et nos fratres, qui de voluntate meritum non quaesiuimus, acquiramus vel de necessitate virtutem, ne iudicemur iudices nostri simus: penitentiam debemus nobis, ut possimus nobis auferre sententiam. Prima est felicitas perpetua innocentiae securitate gaudere, inuiolatam seruare mentis & corporis sanctitatem: nulla immunda mundi inquinamenta sentire, reatus conscientiam non habere, vulnera nescire peccati, gratiam semper possidere virtutum, semper sub spe viuere caelestium præmiorum, sed si quo forte nostra mens iaculo fuerit confixa peccati, si caro tumescat ex crimine, si vitiorum sanie fragilitas humana corrumpatur: tunc ægris illa, quae non sanis, penitentiae medicina succurrat, ferum compunctionis accedat, apponatur adustus tunc doloris, adhibeantur suspiriorum tunc fomenta, tumentis conscientiae feruor euaporet, tunc reatus hucera lachrymis abluantur, immundiciam corporis cilicia tunc detergent. Ferat, ferat, amaram penitentiae curam, qui seruare debitam noluist sanitatem. Cui vita sua chara est, dura nulla est cura: medicus non sit ingratus, qui per dolorem reuocat ad *Mat. 9.* salutem. Qui innocentiae creditum seruat,

pœnitentiæ non soluit vſuram, dominus A  
hoc aperit dicendo: Non est opus ſanis  
medicus, ſed male habentibus. Et qui ma-  
le haberent patefecit, iterum dicens: Non  
veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Reuo-  
cat per pœnitentiã Ioannes. Chriſtus  
per gratiam vocat, hinc eſt quod Ioannes  
veſtitu, victu, loco, totus pœnitentiã for-  
matus incedit. *Venit, inquit, Ioannes Bapti-  
ſta predicans in deſerto Iudææ, & dicens: Pœni-  
tentiã agite.* Per deſerta Iudææ pœniten-  
tiam clamat Ioannes, quæ legis cultum,  
Prophetarum laborem, fœcunditatem  
Patrum, frugem Dei ſua ſterilitate perde- B  
bat: vnde ad pœnitentiã merito vocan-  
tur diſciplinã deſerta non hominum,  
non locorum: vacat clamor, vbi non aſſi-  
ſtit auditor. *Iſe autem Ioannes habebat veſti-  
mentum de pilo camelorum.* Poſuit de ca-  
prarum, ſed cilicio opus non erat: ſed ac-  
cepit tortuoſiſſimi pilos animantis, nihil  
habentis recti, nihil gratiæ, nihil decoris:  
quem natura dedit labori duro, addixit  
magno ponderi, extremæ tradidit ſeruitu-  
ti, tali pœnitentiæ magiſter indui debuit  
veſtimento: vt qui à recti derorſerant diſci-  
plina, & deformes ſe totos formis reddide-  
rant peccatorum, magnis pœnitentiæ ſar-  
cenis ſubderentur, adiicerentur duris ſatis-  
factionis angoribus, ſuſpiria compunctio-  
nis laborioſa portarent: vt directi & atte-  
nuati in modum acus per anguſtum pœ-  
nitentiæ foramen ampla remiſſionis intra-  
rent: & impleretur dominicum dictum:  
Camelum per foramen acus poſſe tranſi-  
re. *Eſca autem eius erant locuſta, & mel ſilue-  
ſtre.* Locuſta caſtigandis peccatoribus at-  
tributa merito pœnitentiæ figuratur in  
paſſum, vt de peccati loco exiliens, in pœ-  
nitentiæ locum ad cœlum poſſit pennis  
veniæ peruolare. Hoc Propheta ſenſerat,  
qui dicebat: Sicut vmbra cum declinat ſu-  
blatus ſum, & excuſſus ſum ſicut locuſta, D  
genua mea infirmata ſunt præ ieiunio, &  
caro mea immutata eſt propter miſericor-  
diam. Audis quemadmodum de pecca-  
to in pœnitentiã excuſſus eſt vt locuſta,  
& curauit genua vt pœnitentiæ pondera  
baiularet: & adiicitur mellis cibus, vt a-  
mara pœnitentiæ dulcis miſericordia tem-  
peraret.

Matth. 23.

Eſai. 181.

DE PARABOLA CENTVM  
OVIUM.

## SERMO CLXVIII.

**S**icut profunda maris ingredi, &  
liquentiſ viæ calles inuios tranſ-  
meare artifex viator inuenit: ita  
de Dei dictis aliquid audire, & ad diuini  
ſenſus penetrare ſecretum dedit & docuit  
lex diuina. Hinc eſt quod ratem noſtræ  
mentis carnis à littore ſoluentes in pelagus  
Euangelici ſermonis intramus, credentes  
quod ſtante Spiritu ſancto cœleſtis intelli-  
gentiæ perueniamus ad portum. Dominus  
noſter hodie ſpem peccatorum promouit  
ad veniam, & ſuperborum murmur piſſi-  
mo compreſſit exemplo. *Erant, inquit, ap-  
propinquantes domino publicani & peccatores, Luc. 15.  
vt audirent illum: & murmurabant Phariſæi  
& Scribæ dicentes, quia hic peccatores, recipit  
& manducat cum illis.* Non minus inuidi,  
quam ſuperbi malitiam de dominica bo-  
nitate capiebant: de pietate Dei impij  
reddebantur, fiebant de Chriſti miſera-  
tione crudeles, ſumebant de cœleſti cu-  
ratione languorem, & pœnitentium ve-  
niam vertebant iudicis in reatum. *Peccato-  
res recipit, & manducat cum illis.* Sic videt  
inuidus, ſic ſuperbus ſentit: auarus ſic ſa-  
pit, intelligit ſic malignus. *Peccatores re-  
cipit.* Non dicunt ſuſcipit. Quid amiſerat,  
qui recipit: Donat culpas, iram vertit in  
gaudium, dolorem mutat in gratiam, qui-  
cunque inuenit quod amiſit. *Peccatores re-  
cipit.* Recipit peccatores Deus, ſed Deus  
peccatores eſſe non ſinit, quos recipit: pec-  
cator Deum non violat appropinquans,  
Deus peccatorem ſanctificat cum propin-  
quat. Phariſæe, Chriſtus peccata non re-  
cipit cum recipit peccatorem: quia Deus  
nō criminis, ſed hominis eſt receptor. Vn-  
de Phariſæus non quales venerant, ſed  
quales redibant videre debuit peccatores.  
Certe Paulum quem perſecutorem mi-  
ſerant, prædicatorem videant mox re-  
diſſe. Sed iam Deus gaudium ſuum  
de reditu peccatoris compæratione qua,  
quã ſimilitudine inſinuet audiamus. *Et  
ait ad illos parabolam: Quis ex vobis homo qui  
habet centum oves, & ſi perdidit ex eis vnã, non  
ne dimittit nouaginta nouem in deſerto, & vadit ad  
illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum in-  
uenerit eam, imponit ſuper humeros ſuos gaudens &  
Veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens  
illis: Congratulamini mihi quia inueni ouem  
meam quæ perierat. Ita dico vobis gaudium erit in*

*cælis super vno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustus qui non indigent penitentia. Semper quidem cum perditam reperimus, nouum capimus cumulum gaudiorum, & est iucundius nobis inuenisse perditam, quam non perdidisse seruata. Sed hæc parabola plus diuinæ pietatis, quam consuetudinis humanæ loquitur, & exprimit veritatem. Magna relinquere, amare minora Dei potestatis est, non est cupiditatis humanæ, quia Deus & quæ non sunt, facit esse: & perditam sic sequitur, vt teneat quæ reliquit: & amissa sic inuenit, vt quæ seruata sunt non amittat: Ergo non terrenus pastor iste est, sed cælestis, & parabola hæc tota non figurata est laboribus humanis, sed diuinis est obumbrata mysteriis: sicut ex ipso numero mox lucefcit, cum dicit: *Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdidit ex eis vnā. Quare non quinquaginta, quare non ducentas, sed centum? quare non quatuor, quare non quinque, sed vnā? Vt ostenderet non ex damno fuisse, sed ex numero plus dolorem. Namque amissio vnus torum dissipauerat centenarium numerum, & totum de dextera redegerat ad sinistram, vt dispendio vnus & sinistra clauderet omnes, & dextera nil haberet. Nonagesimus & nonus numerus, in sinistra latet clausus, constrictus hæret, tenetur oppressus: qui tamen vbi vnus perceperit & senserit augmentū: mox dexterae trāsit ad palmā, mox centenarij numeri peruenit ad coronā, & si non habuisse centenarium numerum doloris est, cuius doloris est perdidisse? Videtis quia per vnus ovis amissionē pastor iste totum gregem cecidisse de dextera, & totum in sinistram doluerat recidisse, & ideo relictis nonaginta nouē, vnā sequitur, vnā quærit, vt inueniret in vna omnes, redintegraret omnes in vna. Sed iā cælestis parabola pādāmus secretum. Homo habens oves centum Christus est. Pastor bonus, pastor pius, qui in vna ovis, hoc est in Adam, posuerat totum gregem generis humani: hanc inter amœna Paradisi, hanc in regione vitalis pascuæ collocarat: sed illa vocem pastoris oblita dum lupinis vlulatus credit, & caulas perdidit salutaris, & tota lethalibus sauciata vulneribus. Hanc ergo Christus veniens quærere in mundum, in vtero virginæ regionis inuenit. Venit suæ natiuitatis in carne, & in crucem leuans humeris suæ imposuit passionis, & gaudens toto resurrectionis gaudio per ascensum ad cælestem tulit & pertulit mansionem. Et vocauit amicos & vici-**

*A nos. Hoc est angelos: Dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Congratulantur & congaudent Christo Angeli super ovis Dominicæ reditu, nec indignantur in toto sibi præsidere solio maiestatis, quia de cælestibus inuidia cum diabolo fuerat iam fugata: nec poterat per agnum qui peccatum mundi tulerat in superna; amplius inuidia penetrare peccatum. Fratres, ille nos quæsiuit in terra, nos illum quæramus in cælis: ille nos portauit suæ diuinitatis ad gloriam, nos illum sanctitate tota nostro portemus in corpore. Glorificate, inquit Apostolus, & portate Deum in corpore vestro. Ille Deum in corpore suo portat, qui nullum portat in suæ carnis operatione peccatum.*

DE PARABOLA DRACHMÆ  
perditæ.

SERMO CLXIX.

**P**ER omnes Euangelicas lectiones latere mysticos sensus & cælestis intelligentiæ manere secreta, norunt soli quicumque diuini spiritus gratiam perceperit. Ecce posteaquam pastor supernus perditam centenarij gregis ouem perquisiuit, inuenit: & angelorum lætitiā totam cæleste iam retulit ad ouile, mulier Euangelica producit in figuram quæ lumine accenso de decem drachmis vnā drachmam perditam sic requirit, vt inuenta hac de lucro suo, de suo gaudio, causam pariat cælestium gaudiorum, sic enim dicit: *Aur quæ mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnā, non accendit lucernam & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenit, conuocat amicos & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore penitentiam agente. Putasne mulier ista, cōmunis est, aut habuisse eam decem drachmas humano putatur excessu, aut vnā casu creditur perdidisse mundano, aut simpliciter contigit quod eam nocturno requirit in tempore, aut lucernam de nostri vsus more succendit, aut consuetum quod eam perdidit & inuenit intra domum, aut familiare, quod amicas ad lætitiā conuocat & vicinas quas perdens conuocasse non legitur ad merorem? Nouum dāni genus, & quod drachmam non oblatam patefaciat, sed dila-*

psam: & quod eam domesticis absconditam tenebris, & non defossam dolis loquatur extraneis. Videtis quam singulare sit totum, quam morem transeat & supergrediatur humanum, quam diuinum spiriter, & redoleat sensum: quam attollat ad cœlum mentis intellectum, quam collocet in supernis, quam cogat superni cordis accendere lucernam, & instar Euangelicæ mulieris per dominicæ lectionis obscura drachmam quærere scientiæ salutaris. Antequam Christus ad ouem veniret errantem, & miserandis discursibus attritam misericordibus humeris subleuaret ad cœlum, & onustus pecore pio inaccessas lupis perueniret ad caulas: mulier habens decem drachmas tenebras diutinas sustinebat, & non solum drachmam perditam dessebat vnâ, sed ipsas nouem drachmas sibi residuas non videbat. Nox ei erat iugis, erat ei profunda & perseverans caligo, cui lucerna sine diuino igne ad noctis solatium non lucebat: sed posteaquam supernus ignis, ignis Spiritus sancti flammeo se super Apostolos imbre diffudit, & non minus frigida, quam terra mortalium corda toto ignis sui calore succendit. Mulier, id est Ecclesia, accendit lucernam suam, id est, internum illum sui cordis obtutum: hoc est, illuminatos, vt inquit Apostolus, oculos cordis vestri, Accendit ergo lucernam suam, & illam Iudaicam domum ignorantia cæcam tenebris euertit Apostolicum post laborem, donec iam de decem drachmis, hoc est, decalogo legis drachmam perditam reperiret in Christo. Christus est plenum deitatis numisma, Christus est drachma nostræ redemptionis & precij, Christus est qui & erat in legis decalogo & latebat, Christus est quem habebat & synagoga, & tenebris impugnantibus non videbat. Decem drachmas, decem legis diximus verba, ex quibus verbum perdidit & synagoga vnum. Quod D vnum? Illud quod in Ecclesia primus, quia lucerna ardens erat. Ioannes inuenit, dicente domino: ille erat lucerna ardens: dicente Euangelista: in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc fuisse in decalogo iam pateat. Audi, inquit, Israel, dominus Deus tuus, Deus vnus est. Hoc synagoga dum non videt in filio, amittit in patre: dum non credit in Christo, Christum lethaliter crucifigit: cui merito per decalogum consequenter dicitur: Non occides Siquidem dum Iudæus ipsam mandatorum seriem capite detruncat, ante Christi

quam legis extitit homicida: vnde & totum corpus retorfit in Christum: Non occides, non morchaberis, damnata est synagoga, quæ iuncta diis gētium repulit Christum, qui seposita potestate dominantis, coniugis ad eam descendit affectu. Non furtum facies. Furata est dominicam resurrectionem, quæ precium militibus dedit, vt resurrectionis infoderet & occuleret veritatem. Non falsum testimonium: dices, Hæc est quæ conquisiuit falsos testes, vt impleret illud: Exurgentes testes, iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me. Et reuera aliter tradere non poterat veritatis auctorem, quia semper sola impugnat falsitas veritatem. Sic ruit, sic per gradus cadit, qui de scalis labitur & corruit præceptorum. Nam si dominum Deum credidisset vnum, ad hoc ruinarum barathrum non venisset. Sed nos lucernam matris Ecclesiæ iam sequamur, & ambulantes in lumine dominici vultus Christi perueniamus ad drachmam, atque amicas & vicinas, id est, Ecclesias gentium conuocemus, ne matrem nostram drachmam suam nesciant inuenisse, & dicamus cum Propheta: Parauit lucernam Christo meo. Et quid lucerna profuerit audiamus: Ecce audiuius eam in Ephrata, inuenimus eam in campis syluæ. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Ecce quod per distensos campos, & nemora diffusa quærebamus in domino, hoc matris inueniamus ad lucernam. Super hoc lætetur & cœlum, quia in vno peccatore pœnitentiam agente totius Christiani populi claruit pœnitudo, & tota deitatis forma Christi nostram resulsit in drachmam.

DE EO QVOD CHRISTVS  
misit Apostolos curatum Varios morbos.

SERMO CLXX.

**B**Eatus Marcus hodie cum Galilæa dominū retulit circumisse castella, ineffabilem circa nos prodidit eius pietatem. *Et circumibat, inquit, Iesus castella in circuitu docens.* Audistis quemadmodum circuit, quemadmodum te, & propter te vbique pietas indefessa perquirat. Et ille qui capit ipse omnia, nec ab vlla capitur ipse creatura, intrat, & tuo angustatur in corpore, tuis in habitaculis se coarctat. Et ille cuius maiestatem vox fidelium quotidiana testatur clamans: Pleni sunt cœli & terra gloria tua:

Ephes. 1.

Ioan. 5.  
Ioan. 1.

Mat. 12.

Exod. 20.

Math. 23.  
Matth. 26.  
Psal. 34.

Psal. 131.

Mat. 6.

tuis propter te circuit, apparet, videtur, & tenetur in locis. Quo se mouet immobilis plenitudo, quo accedit, vel vnde recedit, quo sunt plena omnia? Et tamen vadit, redit, descendit, ascendit, & totum te & propter te homo Deus patitur, quia te nimis diligit, nimis amat. *Habit* suscipit, formas variat, commutat officia: & nunc igneus tibi resplendet in rubo, vt perfidia te frigidum fidei calore succendat: nunc elucescit cœlesti flammeus in columna, vt remotis ignorantie tuæ tenebris, per solitudines mundi huius viam possis scientiæ percurrere salutaris: nunc idem tibi nubis verritur in columnam, vt ardentes tuorum temperet æstus animorum: nunc te vt aquila protegit pennis sapientiæ, & cœlestem protocat ad volatum: dicente Moyse: Sicut aquila protegit nidum suum, & super pullos suos confidit, extendens alas suas accepit eos, & suscepit eos super scapulas suas: dominus solus ducebat eos, & non erat cum eis Deus alienus. Nunc sicut gallina educit, ducit, vocat, recipit, protegit, portat, fouet, ambit, amplectitur: & sui volatus oblita, suæ temporaliter immemor libertatis, tuis in penetralibus, tuo versatur in puluere, vt te vernaculis, familiaribus, domesticis alat, erudiat, instituat nutrimentis: nunc vt pastor bonus altissimis errantem solus requirit in montibus, solus inuenit, solus suis humeris imponit, & ne amplius in terrena pascua luporum moribus peruadaris, cœlestes euehit & perducit ad caulas. Sic, sicut diximus, habitus suscipit, formas variat, & vt te mutet in melius, ipse sua toties mutat & commutat officia. Et quia diu circuierat vt diriperet & deuoraret inimicus: nunc necessario circuit vt te vindicet, vt eripiat Christus, dicente scriptura: Aduersarius vester sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret. *Et conuocauit, inquit, duodecim.* Post diuturna tempora terræ noctis, auroræ suæ desiderato splendore æternus dies Christus noster reluxit in lucem, qui duodecim suas horas in Apostolis suis duodecim signanter aptaret. Hunc diem beatus Psalmista prophetali vidit spiritu: cum canebat: Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Vnde & Apostolus, lucis ac diei filios appellat credentes: Vos filij lucis estis & diei. *Et conuocauit duodecim.* Duodenarius numerus iste per quaternarium tripartitam nobis monstrat & format quadrigam: per quam trinitas tota toto orbe Apostolicis vehitur & fertur excursibus, vt diabolum mitis bellator

A expugnet, vt mundi superbiam mansuetus victor inclinet, vt discordias gentium pacificus auferat præliator, vt destructo inferno, hoc est, peccati fouea, diuturno carcere animarum humani generis captiuitatem liberam triumpho sui perducatur ad gloriam. Hunc trinitatis currum beatus Psalmista vidit Prophetali spiritu, cum dicebat: Ascendisti in altum, captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Hunc currum sibi, suo patri & Spiritu sancto, dominus cum diceret, præparat: Tollite iugum meum super vos, quia iugum meum suauis est, & onus meum leue est. Nescit lassescere baiulus misericordiæ, pietatis euector Duodecim Patriarchas, duodecim distinctos in tribubus, duodecim fontes eremi, duodecim lapides eleuatos ex alueo in figuram, formamque Apostolici numeri fuisse descriptos scrutatori legis relinquamus altius ad probandum: quia nobis cur binos ad prædicandum discipulos miserit, propositæ lectionis series conatur aperire. *Et cepit eos mittere binos & binos.* Binos mittebat, ne destituta singularitas aut negaret, vt Petrus: aut fugeret, vt Ioannes. Cito cadit fragilitas humana, quæ de se superbe confisa socios despicit: non vult habere collegam, dicente scriptura: Et vni cum ceciderit, & non est secundus qui erigat eum. Quantum autem alter alterius roboretur auxilio, eadem scriptura testatur, cum dicit: Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas munita. *Et cepit eos mittere binos & binos.* Nec mirum fratres, si Trinitas quæ ex duodenario numero tripartitam conscendit quadrigam, nunc ascendit & bigam: vt duobus nunciis duorum vocatio monstraretur & clareat populorum, dicente Apostolo: Nunquit Iudeorum Deus tantum? Nonne & gentium imo & gentium: & impleatur Isaia vaticinium: qui se ascensorem bigæ vidisse testatur, vnde mox cecidisse Babylonem clamat, & omnia sculptilia. Quis dubitat inequitasse discursus: cum videat Apostolica prædicatione corruisse templa, idola deperuisse, cessasse pecudum mugitus & victimas, ipsas aras cum thuris sic fumo iam tota euauisse per sæcula? Has bigas Abacuc viderat, cum clamaret? Qui ascendis super equos tuos, & equitatus tuus fanitas. *Et dedit, inquit, eis potestatem spirituum immundorum.* Hoc est, diuinæ virtutis insignis: hoc trophæum singularis triumpho: vt prædæ suæ prædo ipse ipsi captiuus suis ipse captiuus, vincis quondam suis vincis

Exod. 3.

Exod. 15.

Deut. 32.

Iuxta.

LXX.

Matth. 23.

Luc. 15.

1. Pet. 5.

Psal. 117.

1. Th. 5.

Psal. 67.

Matth. 11.

Gen. 40.

Exod. 15.

Iosue 4.

Matth. 14.

Ecol. 4.

Prov. 18.

Rom. 8.

Isai. 21.

Abac. 5.

ipse diabolus nunc tradatur: quatenus eorum subijciatur imperio, quorum ante fuerat magnificus: seruitute merito dolet, gemit merito, merito stridet, qui se videt hominum sententia, hominum potestate percipi, qui se Deum hominibus longam diu fuerat persuasione mentitus. *Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, non panem, non in xonis es.* Homo cum operarios inuitat ad opera, non necessaria victus solum, sed etiam largo fundit epulas apparatus, vt conuiuium humanitatis effusa pondus operis superet & laborem. Deum quantum credit inhumanum, qui ad opera eius inuitatus, pera, pane, precio onustus incedit, & anxius, vt aut lassus, aut tardior ad opus operarius infidelis occurrat, aut occurrere fortassis non potuit, præmia promittit ille copiosa: tot chirographis, tot testibus, largam spondet ille mercedem: tu eum neque panem, neque vestimentum impio spiritu æstimas præbiturum? Te ipsum cum non esses, dedit esse: & quicquid homo habes dedit ipse, & cum tibi ac tuis voluptatibus viueres, victus necessaria non negauit: hunc suis virtutibus, suis operibus seruienti, non panem, non vestimentum æstimas largiturum? Hoc ipsum quod in pera, quod in zona portas, quis dedit tibi? Quid illi de suo insultaturus occurris? Nouit quia diues es. Cessa homo operibus tuis: sufficit tibi diuina paupertas, depone sarcinas diuitiarum tuarum, onustus non potest per angustam viam ad opus dominicæ messis peruenire, veni expeditus, veni liber ad opera, antequam nudus & expoliatus, infidelis omnibus operariis rapiaris ad pœnam, quia sicut scriptum est: *Morientem diuitiarum non sequuntur.* Sit tibi pera conscientia tua, sit tibi panis vita tua: vt sit verus panis Christus in vita, qui dixit: *Ego sum panis.* Sit tibi in precium merces tua, quia ille præmium exigit securus à Christo, qui vt sequeretur Christum, nudus descepit respuens fideliter quod habebat.

Psal. 48.

Ierem. 6.

DE DISCIPVLIS ILLOTIS MANIBUS PRANDENTIBUS.

SERMO CLXXI.



Sicut fulgura cum saxa; montes arbores, ipsa domorum culmina, terribili collisione dissoluunt, sensus hominum, mentesque corripunt: ita dominus quoties in Phari-

æos intonat, suos timore salutari corrigere & emendat: sicut hodie Euangelicus sermo perdocuit, Phariseos & Scribas vituperasse aliquos discipulorum Domini, eo quod non lotis manibus manducarent. Nemo cum hæc audit, existimet discipulos domini sub specie contemptus incultis & lutulentis manibus edere; nec mensæ domini, nec conuiuij communis seruare & colere honestatem: quando istud neque natura patitur, neque hospitalitatis admittit affectio. Quis aquam manibus non offerat mox ad venientis obsequium, quis ad offerentis tristitiam mox recuet, præsertim cum dominus ipse arguat Simonem inuitatus ad mensam? Pedibus meis, inquit, aquam non dedisti? Vult itaque fieri, quod sic exigere perdocetur. Sed Pharisei non diligentiam corporis in discipulis domini, sed superstitionis suæ baptismata perquirebant, nescientes vnum baptismata, quod dominus non lauandis solum, sed innouendis animabus & corporibus inuenisset: quod non corpus ad cultum vitæ, sed conscientiam dilueret ad salutem. Hoc Propheta precabatur, cum diceret, *Amplius laua me ab iniustitia mea.* Id est, quousque me legaliter lauas, & me non lauas? laua me per gratiam semel, quem lauacra legis innumera non lauerunt. Sed hoc aperiat nobis ipse, qui sequitur Euangelicus sermo. *Pharisei, inquit, & omnes Iudæi nisi crebro lauerunt manus non manducant, tenentes traditionem seniorum, & cum de foro veniunt nisi baptizati fuerint non manducant, seruantes baptismata calicum & vrcorum ac aramentorum & lectorum.* Phariseæ, quid te mundum credis, cum tua omnia tuo sint polluta conuiuio? In foro tu de innocentis sanguine disputasti, de rapienda substantia pauperis perquisisti, perscrutatus es qualiter libertatem addiceres seruituri, & cum interiora tua tanto sint confecta crimine: quemadmodum te exterior lauare & mundare sufficiat aqua? Corda & corpora nostra mundare hæc poterit, cum fuerit & ipsa Spiritus sancti purificata commercio, vt visibili ministerio inuisibile purificationis nostræ perficiat sacramentum. Sed tu Iudæe, calices, vrcos, aramenta baptizas, quæ motu, sensuque carèntia per naturam, vtracumque nesciunt, ita non sentiunt: hæc honoras, & te per quem contaminata sunt omnia, non emundas: tuis visibus, tuis obsequijs hæc mancipata purificas, & te diuinis officijs, diuinis mysterijs non purificas mancipatum. Sed nos fratres, non quid Iudæis, sed quid discipulis suis

Psal. 50.

Mat. 7.

suis dominus responderit audiamus: Dice-  
 bas autem, quod quæ de homine exeunt, illa con-  
 taminant hominem. Abintus enim de corde ho-  
 minum procedunt cogitationes male, adulteria,  
 fornicationes, homicidia, furta, auaritia, nequi-  
 tia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia,  
 superbia, stultitia: omnia hæc mala abintus proce-  
 dunt & contaminant hominem. Quæ spatia  
 terrarum, quæ magnitudo urbium quæ la-  
 titudo regionum, tantos hostes ferre, tot  
 inimicos capere, tantas sustinere præualec-  
 nationes, quot vitia, quot delicta, quot cri-  
 mina rapiunt humanum sensus, hominum  
 corda patiuntur? Ad vnam ouem genera  
 tota, tota feritas bestiarum, quæ magis eo  
 sæuiunt, quo se explete nequeunt, satiari  
 non possunt vnus captione voraci dente  
 prædones: qui plus hinc æstuant & tabes-  
 cunt, quod capere nequeunt & vorare:  
 quod ad vnam columbam tot milui, tot a-  
 quilæ, vultures tot voraces, tantarum cur-  
 rat congeries auium sordidarum. Hanc nu-  
 merositatem, hanc multitudinem fenserat  
 Propheta cum caneret: Circumdederunt  
 me mala quorum non est numerus, com-  
 prehenderunt me iniquitates meæ, & non  
 docuit vt viderem. Abintus de corde hominum  
 procedunt. Tolerabilis est hostis cum muros  
 arietat extrinsecus, cum foris positus cedit  
 aliquando confictu: cui vero est ingus ini-  
 micus, cuius aduersarius in ipsis penetrabi-  
 bus iam desæuit, iste se intelligit, & sentit  
 oppressum: iste se & captiuum perdit, & de-  
 plorat: iste suus expugnator esse non potest:  
 C suis esse non potest liberator: alienum re-  
 quirat auxilium: quærit alterum defensor-  
 rem. Abintus exeunt de corde. Nouus est hic or-  
 do bellandi: de homine contra hominem  
 gentes exeunt bellaturæ: non contentæ in  
 occulto vincere, prostrernere in abdito,  
 quasi quæ famam quærant hominis de ru-  
 ina. Iudæi qui foris sunt, se & sua forinse-  
 cus lauent: nos fratres, ab istis vitiorum sor-  
 dibus emundemur intrinsecus: has nequi-  
 tiarum gentes in nostris mentibus Chri-  
 sto propugnante vincamus: has delictorum  
 bestias de nostris cordibus terrore domini-  
 ei nominis effugemus: has criminum ra-  
 bies, & voracissimas aues à nostris sensibus  
 crucis hasta fortiter propellamus, vt ciuita-  
 tis nostræ splendor, templi nostri sanctitas,  
 domus nostræ integer & singularis orna-  
 tus, ad habitandum semper in nobis no-  
 strum prouocet, & inuiter auctorem.  
 Illuc vitia redire nequeunt, vbi Christus  
 cum suis virtutibus commoratur.

## DE INVIDIA ET HYPOCRISI,

## SERMO CLXXII.



Vdistis hodie fratres, quemad-  
 modum dum seclusit alios, seip-  
 sum ianitor inuidiosus exclusit.  
 Vt vobis, inquit, legis peritus, quia tu-  
 listis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui  
 introibant, prohibuistis. Luc. 11.  
 Audistis ergo quemad-  
 modum seclusit alios, seipsum ianitor inui-  
 diosus exclusit. Acceperat clauem Phari-  
 sæus non vt clauderet, sed vt intrare desi-  
 derantibus aperiret: sed ne intraret alter,  
 ipse permanere foris maluit per liuorem.  
 Omnia quidem vitia ad suorum semper  
 B intendunt & profiliunt læsionem, sed suos  
 semper amplius inuidia consumit: inuidia  
 suorum carnifex semper exiit, extendit  
 sensus, torquet animos, discrutiat mentes,  
 corda corrumpit. Et quid plura? Hanc qui  
 receperit, sua sustinet sine sine supplicia,  
 quia in se domesticum semper diligit ha-  
 bere tortorem. Quis ibi malorum finis, v-  
 bi alterius bonum pœna est, vbi cruciatus  
 est aliena fœlicitas? Malum multiplex, quot  
 sunt prosperitates hominum, tot tormen-  
 ta sunt inuidorum. Cum alijs vitijs animus  
 poterit confligere Christianus, inuidiam  
 quisquis antequam sentiat non fugerit,  
 non euadit. Hæc peritis legis legem sua-  
 sit non aperire, sed claudere, & salutaris  
 præcepti non commodare doctrinam, sed  
 negare: obseratæ scientiæ fontem, & vita-  
 lis fluenti originis suæ secreta diuitias ob-  
 struere. Ille velociter fugiendus est mor-  
 bus: quia quos contigerit, non paritur  
 iam sanari. Inuidia celum tentat: ibi enim  
 diabolus fecit ex Angelo: vrit terras, quæ  
 vtique Paradisi nobis amœna flammeo cu-  
 stode seclusit. Reges vrget, quia hæc He-  
 rodem in cozuos Christi sic compulsi de-  
 sæuire, vt ante lac quam sanguinis teneris  
 funderetur ex membris. Charitatem violat  
 nam hæc Cain reddidit fratricidam, & in-  
 nocuam adhuc terram noui sanguinis cruo-  
 re perfudit. Vastat populos, namque Iu-  
 dæos hæc, si dici fas est, si capit sermo,  
 fecit esse deicidas: deicidas diximus,  
 non quo peruenit, sed quo facinus hoc  
 tetendit. In Christo enim Iudæi non  
 hominem tantum, sed Deum filium  
 Dei conati sunt opprimere, necare vir-  
 tutes, cum dicunt: Hic est hæres, ve-  
 nite occidamus eum, & nostra erit hære-  
 ditas eius. Sed quid valet diabolus ad  
 Deum? Inuidia quid valet ad dominicam  
Mat. 23.  
Gen. 4.  
Mat. 23.

charitatem? Inuidit diabolus terram, sed donauit cœlum Deus: clauis scientiæ Legisperitus sustulit, sed clauis cœlestis regni per Petrum largitus est Christus: Ac sic inuidia suis commodis est nudata, & homoditatus est ipsa necessitate damnorum. Bene ergo in sequentibus dominus adiecit,

Mat. 16.

Luc. 12.

dicens: *Attendite vobis à fermento Pharisæorum* Quia in fermento non est moles magnitudinis, sed tumoris, & conspersio tali specie inflata est, non ditata, quantum enim efferverit feruentius, tantum fratris massa turgescit, & totam formam leuitatis implet, & tumoris. Congruè ergo à Domino dictum est: *Attendite vobis à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.* Quid est hypocrisis,

2. Cor. 8.

nisi species arte composita, quæ aliud in re agit, aliud promit in vultum? Hæc penes Pharisæos per scientiam tumescebat, Apostolo sic dicente: Scientia inflat. Illos namque scientiâ inflabat ad superbiam, non instruebat ad vitam: & corrumpebat ad malitiam, non ad prudentiam promouebat. Erat in eorum facie hypocrisis, erat in eorum mente inuidiæ hydrops, erat in pectore siticulosus fons: erat ardens vnda, quæ suis magis inflammabatur fluentis, vt bibentis non extingueret sitim, sed augeter incendium. Sic, sic hypocrisis ministrante

1. Cor. 7.

sui semper inuidia propinat: Ab hoc nos morbo subtrahit Apostolus: Cum nos non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiae, sed in azymis synceritatis & veritatis sanctum Pascha domini celebrare compellit. Veritas nescit tumorem, simplicitas hypocrisim prorsus ignorat. In azymis synceritatis & veritatis. Hæc sunt cordis azyma: hæc cœlesti dulcedine confecta, hæc gratiæ saporata pinguedine: hæc sancti Spiritus igne decocta, hæc nos manducantes agnum Dei, agnum qui tollit peccatum mundi, ad nostrum Pascha solemniter immolamus; quibus Christus ad læticiam totam, totam est natus & immutatus ad gloriam.

## DE SANCTO IOANNE

Baptista &amp; Herode,

## SERMO CLXXIII.

Ioan. 10.

**R**astor bonus perugiles noctes, dies anxios ducit, ne quid callidus latro, ne quid luporum feritas astuta perniciosum chæro gregi, ne quid noxium molliatur. Pastor bonus, sicut dominus dixit, animam suam ponit pro ouibus suis.

Sed & oues bonæ pastoris sui audiunt arrentis auribus vocem, pastoris sui semper sequuntur arbitrium, pastoris sui totam faciunt voluntatem, ascendunt colles, perunt ardua, mutant sæpe regiones: ac sic apta pascuis, irrigua fluentis, vmbrosa, accommoda, secreta quietis loca penetrant, reperiunt amcenitates, & delicijs perfruuntur. Et vos filii domini gregis portio copiosa, niueo & diuino vestita iam velle, molli fœtu, cœlesti germine perfæcunda, si per nostræ vocis auditum ad loca sæpe salutaria, ad saluraria pascua peruenistis, si per nostri sermonis fluentia animi vestri æstus, vestræ sitis temperastis ardorem, si sub doctrinæ nostræ tegmine aliquanta commoditate recubastis, quæ ordinamus, attendite, quæ dicimus, audite: quæ facimus, approbate: nec pro voluntate vestra, sed pro dispositione nostra prædicationis nostræ percipite rationem, & siue cum dicimus de gradu isto, siue cum de sacerdotali sede pro temporis ratione tractamus, vt oues bonæ, vt chari greges, dilecta pignora, sine fastu impigræ, ac toto fidei cursu conuenite, concurrite, nec vos locorum mutatio tam propinqua, & spatia sic arcta, aut reddat desides, aut faciant murmurantes, quia nec ouis ad caulas peruenit, si pro suo libito peruageretur, nec scientiam discipulus poterit obtinere, si doceri pro sua voluntate contenderit: agrotus quoque nunquam poterit recipere sanitatem, si pro suo fuerit curatus arbitrio. Sed quia nobis hodie contra lupum furētem sermo est, arrepto pastoralis baculo transeamus ad Euangelicam lectionem.

*Audistis, inquit, Herodes Rex, manifestum enim factum erat nomen Iesu, & dicebat, quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis, propterea virtutes operantur in illo.* Stultus de mortuo pie credit, quem feraciter persecutus est viuum: Ioanes resurrexit, & tamen cõfiteatur ignorans, quia in Christo pro Christo resurgit occisus. Herodes quid egit gladius tuus, crudelitas tua quid profecit, quo processit impietas tuâ, si vt ipse dicis, rediit ad virtutes, resurrexit ad opera diuina, qui furore tuo perturbatur extinctus? Ioanes resurrexit sicut fateris ipse: nō hic persona, sed infirmitas perit: nō hic ioānes, sed mors magis tali morte succubuit: illa est pœna: carnis fex habetur irritus: ipsa est cognitoris miseri decepta sentētia, qui interemptum non perdidit, sed promouit, *Ioannes resurrexit à mortuis, propterea virtutes operantur in illo.* Et si hostis legis, per legē tamen ille resurrectionem promissam didicerat mortuorum. Et

Mat. 6.

si resurrecturum Ioannem nouerat, cur A  
 insanus occidit? Si ad totius diuinæ virtu-  
 ris culmen, si ad totum quidquid est pote-  
 statis insigne, tali morte sciebat eleuan-  
 dum: cur se tantæ mortis esse fecit aucto-  
 rem? Semper febricit impietas: à phrenesi  
 semper crudelitas obtinetur: carere de-  
 mentia furor nescit: in se namque sæuit,  
 quoties in alterum tendit: se punit dum  
 percellit infontem: sibi lethalis est totus,  
 cum erga iustum crudelis existit. Ecce  
 Ioannes, ut ipse dicit, iam uiuit in Christo:  
 ad tuam pœnam redit, qui uenit ad om-  
 nium cœlesti munere medicinam. *Alij au-*  
*tem dicebant, quia Elias est: alij uero dicebant, quia*  
*Propheta est, aut quasi unus ex Prophetis. Quo au-*  
*dito, Herodes ait: Ipse est Ioannes quem ego decol-*  
*laui, hic resurrexit à mortuis. Maleuolo qui-*  
*dem, & ueraci sensus testis ipse criminis*  
*sui, assertor sceleris sui, sui facinoris ac-*  
*cusator existit. Ioannes quem ego decollauit ipse*  
*est, hic resurrexit à mortuis. Verum dicit: nam*  
*sicut in Christo sui resurgunt, ita in suis*  
*ipse patitur Christus: & sicut honor capi-*  
*tis ad membra perrendit, ita membrorum*  
*pœna ad dolorem capitis ad capitis redun-*  
*dat iniuriam. Ioannes, quem ego decollauit, ipse*  
*est. Iste Rex sapiens, egregius iudex, cen-*  
*sor morum, disciplinæ cuitos, vindex in-*  
*nocentiz, criminum pœna, quod decolla-*  
*ueris Ioannem dicit, quare decollaueris*  
*tacet: ne potestatem regiam tanti facti*  
*confunderet turpitude, sed Euangelista*  
*prodit, ut interfectoris dedecus interfecti C*  
*producat ad gloriam. Nam ipse Herodes, in-*  
*quit, misit, ac tenuit Ioannem, & uinxit eum in*  
*carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fra-*  
*tris sui, quia duxerat eam uxorem, Dicebat enim*  
*Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem*  
*fratris tui. Herodias, quæ uxor esset duo-*  
*rum fratrum sceleris amore contendit,*  
 ut affectione violaret affectum, & socia-  
 reretur, Herodi Herodias, ne essent vel nõ-  
 mine dissimiles, qui erant scelete, mori-  
 bus, uitaque consimiles: & iungerentur  
 uocabulo, quos criminum iunxerat tur-  
 pitude: hæc ergo Herodias insidiabatur  
 Ioanni. Herodes adulteræ non vincebat  
 animum nefas tamen adulteræ differebat.  
 Illa, ne esset arguens: arguentis tendebat  
 ad mortem, ille ut placeret incestæ, capti-

uus ipse iustum tantum tenuit, uinxit in-  
 clusum, quia innocentem reus facile nõn  
 poterat dicere sententiam. *Cum accidisset,*  
*inquit, opportunus dies, Herodes natalis sui ce-*  
*nam fecit principibus, tribunus, & primis Galilæe,*  
*cumque intrasset filia ipsius Herodiadis, & sal-*  
*tasset, & placuisset Herodi, simulque recumben-*  
*ribus, Rex ait puellæ, Petè à me quod uis, &*  
*dabo tibi. Et iurauit illi quicquid petueris, dabo*  
*tibi, etiam si dimidium regni mei. Ingratus,*  
 inhumanus rex, qui uirtuti tantæ, tam glo-  
 rioso labori, tam memorabili factõ, non  
 totum regnum suum, sed dimidium dedit.  
 Et quare sibi uel pro parte seruauit, quid  
 post tantam domus suæ gloriam, post tale  
 castitatis exemplum esse, uicerit, uivere  
 non debebat? Illa ergo criminis filia, non  
 naturæ, non tam ad matrem, quam ad  
 ipsam sentinam sui sceleris mox currit: ut  
 quæ fluida tota, tota ierat resoluta, læua,  
 & truculenta reuolaret, & ut de ipsis arti-  
 bus loquar, ut tragœdiam nefandam eae-  
 neret, quæ impleuerat turpissime comœ-  
 diam. *At illa egressa dixit matri suæ: quid pe-*  
*tam? Illa uero dixit, caput Ioannis Baptista. Et*  
*ingressa statim cum festinatione ad Regem petiuit*  
*dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput*  
*Ioannis Baptista. Et contristatus est Rex propter*  
*insurandam, & propter simul recumbentes, no-*  
*luit eam contristare, & statim Rex misso spicula-*  
*tore, iussit afferri caput eius: Ille autem abiit, &*  
*decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in*  
*disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud*  
*matri suæ. Sic iudicat mens oppressa crapu-*  
*lis, soluta uino, & toto quodammodo e-*  
*brietatis demersa naufragio. Volo, ut pro-*  
*tinus des mihi in disco caput Ioannis. Serpentis*  
 germen caput hominis petit, cui suum ca-  
 put sententia principali sciebat addictum,  
 dicente: Deo: Ipse seruabit caput tuum, *Genes. 3*  
 & tu illius obseruabis calcaneum. In lon-  
 gum nos trahit prolixitas lectionis, & satis  
 in altum promouit loci ipsius immensa  
 profunditas. Differamus hodie quæ se-  
 quuntur, ne dum sermo festinat ad finem,  
 quæ sunt prolixè dicenda transmittat. Id  
 in clausula nostri commendamus eloquij,  
 quod sine causa eucurrerit, serpens: nam  
 tota germina serpentis antiqui iste Ioan-  
 nes noster interemit, & effusione sui san-  
 guinis extinxit occisus.

## DE DECOLATIONE SANCTI

Ioannis Baptistæ.

## SERMO CLXXIV.



Herodianiæ cœnæ cruentas epulas, coniugium sic ferale, tunc terra, tunc cælum, hodie mecū vester horruit & expauit auditus, *Herodes, inquit, natalis sui cœnam fecit. Bene cœnam, quia non luci, sed tenebris additus est hic natalis, in quo noctis filius natus est non diei. Natalis sui, inquit, cœnam fecit* B principibus, tribunis, & primis Galilææ. Quid egit incauta, & cæca semper impietas? Omnes euocat potestates, vt non tam multos conuiuij sui socios, quàm innumeros criminis sibi testes assumat, & tot habeat facinoris sui arbitros, quot habuit præfides disciplinæ. *Cumque intrasset filia ipsius Herodias & saltasset, inquit, & placuisset Herodi.* Respondit suo turpis generi, dum Patri complacet turpiori: de adulterio namque non nisi turpis debuit procreari: quæ fractis gressibus, corpore dissoluro, dissociata compage membrorum, fluentibus ex arte visceribus, tota patri fieret deformitate formosior. Et reuera suam credidit tunc Herodes cum talem vidit: nam putasset alienam, si pudicam vel aliquantum peruidisset. Serpens tunc larebat in fœmina, quæ reptans gressibus flexuosis lethale toto corpore virtus effudit? vt discumbentiū mentes furor, venenum corpora sauciret: homines verterentur in bestias, nec vino iam tales, sed sanguine potarentur: nec pane rabidi, sed carnibus vescerentur humanis. Tales vtique tales reddidit, quibus adhuc fumante sanguine caput intulit tunc Ioannis: vt illud Psalmitæ canticum probaretur: Dederunt carnes sanctorum tuorum bestijs terræ: effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam. Ecce qui pariunt totis noctibus protracta conuiuia, ecce quid generat quod cum mēsurā emittitur, & sine mensura bibitur vinum: ecce quo præcipitatur caro, cum ad luxuriæ facinus voluptatis inflammatur incendijs. Rogo quid tantis cuneis ardeatur? Sufficit infelix caro sibi suis casibus ad ruinam, attestante Propheta cum dicit: Vt quid irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos tanquam parieti inclinato, & maceris impulsæ? Iacebat in Herode caro oppressa crapulis, ebrietate captiua, quæ titillante luxuria, & non tam ludente, quàm il-

A ludente lasciuia, promitteret quicquid turpitudine peteret se daturam. *Pete a me quod vis, inquit, & dabo tibi: & iuravit illi. Iurat miser, dum quicquid honestatis est & virtutis abiurat. Pete a me quod vis. Quid peteret luxuria, nisi castitatis interitum, pudicitie necem, mortem sibi semper contrariæ sanctitatis?* *Volo vt des mihi in disco caput Ioannis.* Si caput viri est, iuxta Apostolum, Christus, iam tunc nouello ore antiquissimus serpens Christi domini tendebat ad mortem. *Volo, vt des mihi in disco caput Ioannis.* Iam tunc audus draco in ferui capite domini degustabat sitiens passionem. *Volo vt des mihi in disco.* Cur in disco, cur precise gestas, quem viriliter occidis, nisi quia, Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius? Hoc ipsum quod vis non agis, quomodo ipsa vis: quia agit te superna ratio aliter quam vis: in illo quidem tunc ferali antro, non aula Regis, rabies tunc fera pastum suum credidit, cum caput martyris vidit: totum suum sensit, cum liquorem sacri sanguinis sitiens aspexit: ferculum crudelitatis suæ toto ore, totis faucibus contendit, & conatur absorbere. Sed Ioannes venit in sublimi positus, vt fugaret, dicente Domino: Ille erat lucerna ardens & lucens. Venit Ioannes, vt iudex in tribunali resplendens, vt qui arguit adulterium, exponeret & damnaret homicidam: & qui pie viuens incestum vocarat ad pœnitentiam, reseruauerat ad veniam, homicidium etiam damnaret occisus. Quam quæso meretur veniam, qui in morte Ioannis ipsam pœnitentiam tam crudeliter interemit? Gratis cucurristis Herodes, Herodias, nomina non affectatione sociata, sed crimine: quæ vocem intercepti posse stultissime credidistis. Ego sum, inquit, vox clamantis in deserto. Vox occidi non potest, sed magis clamat angustijs corporis absoluta. Sic vox Abel in suo iam effusa sanguine magis sonat, magis penetrat, magis pertendit ad cælum. Sic nunc Ioannes toto orbe clamat, totis sæculis facinus vestrum cunctis refert, & ostentat in gentibus. Ecce Ioannes Christi capite gloriatur, qui capite putabatur additus. Ecce eo die quo tu finisti tuum, ille sibi natalem cœli conquisiuit: quia quando tuus ortus merfit in finem, tunc illius, ortus est in natalem. Iustus enim tunc inchoat viuere, cum pro Christo meretur occidi, transfertur ista morte vita martyris, non aufertur: morte magis claruit, qui ob hoc mortuus est, vt viueret in æternum.

Psal. 72.

Psal. 61.

I. Co. ii.

Psal. 117.

Ioan. 3.


Ioan. 2.

Gen. 4.

Ecce tu iaces in morte: Ioannes uiuit oc-  
 cibus. Tu fucatam murice purpuram per-  
 didisti, Ioannes cruore suo fulgenti pur-  
 pura semper gloriatur indutus. Tui conui-  
 uæ nunc participes efficiuntur in pœnis;  
 Ioannes cœlesti mensa cum choris vescitur  
 Angelorum. Ille audit cœlestem iugiter  
 symphoniam, tu audis inferni semper gem-  
 itum & stridorem. Ille meretricis tuæ,  
 saltatricis tuæ addictus in precium, nunc  
 regno, nunc præmiis cœlestibus honora-  
 tur: tu mercedem sententiæ tuæ cum tuâ  
 filia in tartaro percepisti. Vestimentum Io-  
 seph, cum adulteram fugeret, dereliquit:  
 Ioannes ne videret adulteram, ipsum pro-  
 iecit & corpus. Ioseph, ne adulterium fa-  
 ceret, libens carcerem suscepit: Ioannes,  
 vt argueret adulterium, eremum cœcere  
 commutauit, Ioseph somnia dum reuelat,  
 euasit ex morte: Ioannes, vt Dei filium  
 reuelaret, suscepit & mortem, Ioseph dum  
 panem præparat temporalem, ex auro tor-  
 quem meruit, & honorem: Ioannes, vt  
 ostenderet cœlestem credentibus panem,  
 martyrij torquem meruit ex cruore. Me-  
 rito in natis mulierum cunctis maior est  
 hic Ioannes: qui non solum adulteras ar-  
 guit, sed & licita mulierum confortia vir-  
 ginitatis amore calcauit. Et si Ioannes tan-  
 tus, Ioannes talis, tanta cremo separatus  
 à sceminis sceminatum pericula non eua-  
 sit, quis est qui inter sceminas viuens eua-  
 surum se sine labore maximo, maxima si-  
 ne cautione confidit, nisi is qui sancto ali-  
 tur Spiritu? Qui cum genitore, natoque  
 vna cuncta disponit sæcula per æui omnia  
 spatia.

DE MARCELLINO EPISCOPO  
 Vicohautino, & Sanctæ Mariæ  
 Virginis partu.

SERMO CLXXV.

 Mnum quidem rerum pri-  
 mordia sunt dura, sed durio-  
 ra sunt omnibus primordia  
 generantis. Sancta Ecclesia  
 Raucennas vt primum pare-  
 ret, viam fecit, angores pertulit, sensit do-  
 lores. Et hoc egit fratres, vt ordinem par-  
 tus diuini toto veritatis tramite custodi-  
 ret: nam posteaquam primogenitum to-  
 tius creaturæ Virgo mater vt pareret, viam  
 totius patriæ percucurrit, sic virgineus  
 partus, sic primitiuorum est dedicata nati-  
 uitas. Et necessario, fratres, via generatur

A in via. Ego sum, inquit, via: vt omnis adi-  
 tus excluderetur erroris, & viator tandem  
 cœlum peteret, qui terreni itineris inef-  
 sum diu sudores pertulerat & labores: Et  
 factum est in diebus illis, inquit Euangelista:  
 Exiit edictum Cæsare Augusto, vt proficeretur  
 vniuersus orbis. Ascendit autem Ioseph, à Ga-  
 lilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ad ciuita-  
 tem Dauid, quæ vocatur Bethlehem eo quod esset  
 de domo & familia Dauid, vt proficeretur cum  
 Maria desponsata sibi vxore prægnante. Et factum  
 est in diebus illis, impleri sunt dies vt pareret: &  
 peperit filium suum primogenitum. Libet hic  
 aliquid de dolore dicere Edicto Cæsaris,  
 & pagani dominus obtemperaturus occur-  
 rit, & decreto beati Petri decreto princi-  
 pis Christiani, seruus adhuc aliquis irre-  
 uerenter obstitit? Verum, quia neque pro-  
 spera aduersis, neque gaudii miscenda  
 sunt tristitia, his omissis hodierni germinis  
 lætitiâ proloquamur. Habeat modo na-  
 tus, qui primum natus est primogeniti re-  
 uerentiam, teneat & honorem: Marcelli-  
 nus hodie vernaculi partus totum rapuit  
 & conquisiuit affectum. Circumstant filij,  
 adsunt propinqui, cognatio tota concurrit,  
 familia exultat omnis, & ipsa penetralia  
 domus tripudiant & lætantur: quia videre  
 oculis, suscipere manibus, hodie primum  
 sanctæ genitricis partum, sobolemque me-  
 ruerunt. Ipsa quoque genitrix sponsa ma-  
 ter & virgo, in ipso sponsi sui thalamo, in  
 ipso coniunctionis suæ cubiculo genuisse  
 noua gratulatione miratur: Sed neminem  
 turber, nullum moueat, quod in thalamo  
 ipso sponsa ipsa cernitur peperisse: talis non  
 est de crimine, sed de virginitate conce-  
 ptus: quando in tali germine cœlestis par-  
 tus est, non humanus: nec vllus hic est si-  
 nistræ suspitionis locus, vbi ipse sponsus  
 sponsæ suæ testis habetur, & custos. Qui-  
 cunque sollicitus es de facto, esto de exem-  
 plo maximo persecurus: & præcedentis  
 trepidatio ad tuam cautelam proficiat, &  
 munimen. Ioseph ille maritus solo nomi-  
 ne, conscientia sponsus, prægnantem spon-  
 sam fluctuans & anxius intuetur: quia ne-  
 que accusare innocentem, neque prægnā-  
 tem poterat excusare: tacere tutum non  
 erat, erat loqui periculum, Admittit, non  
 prodit crimina accusator infantis. Erat ipse  
 testimonium castitatis, erat custos pudoris:  
 aliud nouerat, aliud intuebatur, confun-  
 debat. Virginis fides: actus & vita in biuio,  
 mens iusta & sanctus animus, ancipiti co-  
 gitatione torquetur: sentit, sed tantum  
 non potest penetrare sacramentum: quia  
 nec accusare poterat, & defensare penes

homines non valebat. Merito mox occurrit angelus : merito responsum subuenit : mox diuinum, cui humano deficiente consilio iustitia non defecit. Et quid dicit ? *Ioseph fili David, noli timere. Qui nihil fecerat, quid timebat ? Timebat, quia & si nullus in factu reatus erat, erat in causa maximus pauper. Sanctus animus quicquid non assequitur, expauescit. Caue ergo homo de partu nostræ matris taliter disputare cum angelum respondisse sufficiat. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam : quod enim in illa natum est, de Spiritu sancto est. Fœliciter parturit, quæ virginitatis coronam magis, magisque pariendo cōquisiuit, & gloriam. Hic vero qui nobis hodie natus est, semper retia tetendit in mare. Nemo ergo miretur si piscatorem Petrus gestiuit habere collegam. Orate ergo fratres, vt piscari mereatur homines, qui hæcenus pisces capere hominum laborauit ad vitam.*

## DE CÆCO.

## SERMO CLXXVI.

**D**Eus quoties desperatas humanorum curat corporum passiones deitatis suæ toties potentiam pandit : sed in vna eademque infirmitate, quando ordinem suæ curationis immutat, causas propter quas hoc faciat, facit nos altius perscrutari. Nam iuxta viam sedenti cæco, visum sola restituit iussione : alij à natiuitate cæco nato, non lumini, sed tenebris, & cui natura visum inuiderat, atque ipsa quæ parat, & aperit oculos, oculos clauserat, & negarat. Christus imponit lutum : & collyrio materiali fingit, facit, procurat oculos, non recurat : vt creante, non medicante manu inde homini suppleret lumina, vnde hominem fecerat totum. Iste vero cæcus, cuius nobis Euangelista Marcus retulit curam, sic nouo sanatur modo, vt omnes compellat exquirere, cur contumax cæcitas moram facere sic præsumit auctori : cuius nutu, visu, iussu infirmitates pereunt, redeunt sanitates, vita oritur, mors finitur, stant omnia, cuncta dilabuntur. *Venit, inquit, Iesus Bethsaida, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, vt eum tangeret, & apprehensa manu cæci, eduxit eum foras extra vicum. Quasi eum curare non potuerit in loco : aut beneficio loci indigerit, vniuersis qui contulit visum. Hæc est Bethsaida, cuius perfidiam dominus exprobrat, dicens : Væ tibi Chorozaim : væ tibi Bethsaida : quia*

*si in Tyro & Sydone virtutes factæ fuissent quæ in te factæ sunt, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent. Ergo apprehensa manu eius de domo infidelitatis educit, leuat eum de perfidie sessione, vt ante fidem quam oculos daret, ante menti, quam corpori redderet sanitatem, ante præberet, humani ducatus obsequium, quam diuinæ virtutis operaretur insigne. Illi rogabant vt vel tangeret eum : sed Christus, qui horrere nescit pauperem, pauperem scit amare, totam dedit pauperi manum, & debilitati Deus publicam præbuit seruitutem, vt homo non horreat hominem, & videns non videntem videat : & duce manu cæcum lucis faciat nescire orbitatem : ne dicat homo, non habet manus mea quod det pauperi, det ipsam manum pauperi, & plus erit manum pauperi dedisse, quam nummum : iter præbuisse pauperi, quam pauperi panis dedisse fragmentum. Et eduxit eum foras extra vicum, & expuit in oculos eius. Dominici sputo vacuas oculorum replet lacunas, diuino ore luciferam dat saluam, vt sancti roris gutta baptizaret oculos peccatoris, vt aperiat venia, quos clauserat culpa. Nemo ergo dubitet diuino imbri tota arefacta mortalia membra posse reuiuiscere : cum videat parua dominici sputi gutta arentes cæcitate oculos subito sic suscitatos in lucem. Exurgēt, inquit Isaias, mortui & resurgent qui in monumentis sunt, & lætabuntur qui sunt in terra. Quomodo ? Ros enim qui abs te est, sanitas est illis : quod est pluuia semini, hoc resurrecturis dominicus imber. Et imposuit illi manus. In faciendo, in reparando, in componendo hominem dominicæ manus curatrices hominibus semper adsunt. Manus tuæ, inquit, fecerunt me, & plasmauerunt me. Et interrogauit eum si aliquid videret. Interrogat vt homo, operatur vt Deus. Qui videt abdita terrarum, qui cordis intuetur occulta, cui omnia sunt nuda quæ sunt tecta omnibus, in opere suo, in oculis suis videre quærit, laborat scire, alio referente cognoscit ? Absit. Sed interrogat vt præsentem scirent, futuri cognoscerent, cæcitatibus huius non esse simplicem, sed mysticam curam. Denique non lumen, sed auroram quandam, lucemque erumpentem datam sibi adhuc qui curabatur, Domino interrogante, respondit : *Video, inquit, homines vt arbores ambulantes. Imperfectis oculis grandescunt formæ, turbantur species, res falluntur ipsæ : quia non iam visionem capiunt, sed adhuc vmbra sustinent visionis. Et quare tamen sicut**

Iam. 9.

Mar. 8.

Mat. 11.

Esa. 26.

Psal. 108.

Psal. 139.

arbore, non vt columnæ, aut aliud quid, neque stantes, sed ambulantes? Quia post curam Christi viderat, quod homines velut arbore transirent in hoc sæculo, non manerent: temporalem plantationem germinis humani esse in hac vita mox videt quem curauerit Christus. Iteranda est ergo cura Christi, vt perfecti oculi futura certa, manentia videant, & æterna. *Iterum inquit, posuit manus super oculos eius, & cepit videre: & restitutus est, ita vt clare videret omnia, & misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris.* Aperiatur iam spiritalis intelligentia, vt qui sit iste cæcus cognoscamus, & quare non sponte venit, sed ab aliis adducitur, & ducitur manu Christi, & educitur extra vicum, & alibi recipit visum, qui diu apud suos longam sui pertulerat orbitatem: & expuit in oculos eius, & iteratur diuinæ manus impositio, & cui videre extra domum datur, quid viderit, quomodo viderit, per quem viderit, suis dicere non donatur. Fratres, cæcus iste est Iudæus, qui in synagoga, hoc est, in perfidiæ domo, & in vico, hoc est, in conuentu malignantium, ignorantæ cæcitate tene-

atur, & sedebat oppressus. Hinc est, quod non veniebat ad Christum, sed venit ad eum Christus, & apprehendit manum eius, vt dono vocantis, non beneficio legis, non proprio curatum se gloriaretur arbitrio. Educit eum foras, vt in Ecclesia lucem fidei videat per libertatem gratiæ, qui sub legis velamine nil videbat. Imponit ei primum manum, vt videat transire vmbra legis: vt Sacerdotes, Scribas, Phariseos, & figuram totam Iudaicæ obseruantiam videat velut arbore præterire: quæ vt nascuntur, virescunt, florescunt, fructificant in tempore: sic cum tempore senescunt, pereunt, euanescent. Iterum imponit ei manum, vt resurgens non iam caduca videat, sed æterna, & videat quicquid est diuini luminis, honoris, & gloriæ: sicut ille magnus ex ipso Paulus qui extra vicum, & in via Iudæus cecidit vt resurgeret Christianus, & cæcatus est in lege vt videret in gratia: sicut ab ipso perhibetur. Nunc videmus in speculo & in ænigmate: tunc autem videbimus facie ad faciem. Tunc quando quod sepultum est in morte, surget in vita, & quicquid fatum est in contumelia, surget in gloria.

*Deuotissimi sanctissimique viri Petri Chrysolori sermones finiunt: Deo Optimo Maximoque auxiliante.*

F I N I S.

Ecc liij





# RERVM ET VERBORVM

## Index.

### A



**A**bel agnum portans ad  
 Dei sacrificium, sicut  
 agnus assumitur. 286.c  
 Abraham immolabat se  
 in filio. 26.a  
 aries Abraham cur sic ap-  
 pellatur. ibid.a  
 Abraham corpus suum  
 immolabat in filio. 284.d  
 Abraham quondam diues, diuites tamen spreuit:  
 315. d. non sibi sed pauperi diues fuit. 316. a  
 Abraham suscepto hospitio assistit, non affecit, &  
 fuit iste non conuiua hospitis sed minister.  
 316. b  
 Abrahæ sinus bonis omnibus ad requiem præpa-  
 ratus. 328. a  
 Abstinentia quid. 107.c  
 Adam de manu mulieris accepit mortem. 46.c  
 Adam primus inculit nuditatem. 59.c  
 Aduersa fortes non prosternunt, nec prospera  
 ignauos erigunt. 326. a  
 Amicos quos Deus vocat. 265. b  
 Amor verus non nisi passionibus probatur. 36. b  
 Angeli caelestes pacem terris annunciant, sancti  
 in terris Christum. 382. a  
 Angelis congratulantur & congaudent Christo  
 super ouis dominicæ reditu. 425. a  
 Angelus cur sedebat super lapidē sepulchri. 197. d.  
 ponebat super perram fundamenta fidei, super  
 quam Christus erat Ecclesiam fundaturus.  
 ibid. quid referebat splendor ipsius. ibid. &  
 100. a. b. cur terrorem custodibus incusserit.  
 198. a. & 100. b  
 Angelus & Deus vt diuersa est substantia, sic ima-  
 go. 344. a  
 Animas sanctorum Deus repetit & reducit, mi-  
 nistri tartarei repetunt & pertrahunt animos  
 impiorum. 275.  
 Annona esurientis prima est in cælo. 36. b  
 de Annunciatione B. Mariæ Virginis.  
 361. b. & seq.  
 Aquilo durus venter qui nobis gentes sic feras ad-  
 uectat. 52. b  
 Artius patri se putat obsequi filium blasphemando  
 & dum filio dat initium, patri finem mila-  
 randus imponit. 287. b  
 Ascendit Christus in caelos non vt se referret,

sed vt nos in cælum perferret. 148. a  
 Auaritia furit, anhelat pompa, iniquitas placet,  
 aliena delectant sed nostra peccunt. 53. a  
 Auaritia radix est omnium malorum. 76. a  
 Auctor mortis, mortis incubat passiones. 43. c  
 Aues pro demonibus accipiuntur. 49. c  
 Auriculatos securitatem non habet. 56. d  
 Aurum Iudaicum populum suo captiuauit aspe-  
 ctu, vt Deum verum denegarent. 76. c  
 Aurum avaritia non est, sed avaritia non cognos-  
 citur nisi per aurum. 303. b

### B

**B**aptisma Christi sic regenerat, sic immutat, sic  
 hominem reddit ex veteri nouum, vt præ-  
 terita nesciat, non recordetur antiqua, qui de  
 terreno caelestis iam caelestia possidet & diuina.  
 351. d. 352. a  
 in Baptismo trina demersione figuratur tridua  
 Domini sepultura. 295. c  
 per Baptisma Ioannis purificabatur homo ad pe-  
 nitentiam, non promouebatur ad gratiã. 351. d  
 Beatus qui scenerando pauperi ipsum sibi iudicem  
 præstitit debitorem. 37. c

### C

**C**ain gestans sibi stipulam, sumentum sibi per  
 quod exureretur inuenit. 286. c  
 Captores piscium sunt hominū piscatores. 73. b  
 Canis officium. 264. b  
 Castitatis Balthæus insigne militiæ Christianæ.  
 57. c  
 Catechumenus seruus. 26. d  
 Catholici per veram fidei prædicationem currunt:  
 heretici minime. 310. b  
 Centurio cohortis Romanæ dux factus est militiæ  
 Christianæ. 37. d  
 Charitas ex Deo est: sine Deo est, qui non habet  
 charitatem. 137. b  
 Charitas Christi non separatur morte, sed crescit.  
 416. b  
 Charitatem Christi non habet, qui Christo non  
 fideliter credit. 310. c. d  
 Cholera quid faciat. 100. b  
 Christiani à Christo vocati. 181. c. 184. c. 186. a  
 Christus pro nobis mortuus est. 12. d  
 Christus ambulat, non vt videat loca, sed vt ho-

# Index.

mines qui variis casibus, perierant inueniret.  
40. d  
Christus factus est via. 42. a  
Christus discipulis suis regnum ponit in præmio.  
56. a  
Christus ex quo ad desponsandum suam Eccle-  
siam aduenit, thalamus ornatur sponsæ, & orna-  
tur auro fidei, & argento sapientiæ, 58. b  
Christus carne non venit sed verbo. 47. d  
Angularis lapis appellatur, 72. b  
Christus cur misceatur conuiuium peccatorum.  
77. c  
Christus filius fabri illius qui fabricam non mal-  
leo, sed præcepto fecit. 125. c. d  
Christus à chrismate vocatus est qui diuinitatis  
unguentum aridis iam mortalium mēbris prius  
medicator infudit. 147. b. 182. a. loco. 152  
Christum natum esse confitendum est quomodo  
natus sit tacendum, & quare. 189. a. loco 159  
Christus cur saluet, cum discipulis in via saluate  
prohibeat. 201. d  
Christi pedes tenere qui dicantur. 202. b  
Christus sic humanas suscepit passiones, vt totum  
quod diuinitatis est non amittat. 212. a  
Christus in hunc mūdum venit peccatores saluos  
facere. 283. b  
Christus verè corpus suum fecit hostiam viuam.  
284. b. c  
Christus cur fugerit. 383. d  
Christus suo baptizatur in sanguine. 415. b. bap-  
tizatur suæ baptismate passionis. ibidem.  
Christus & Ecclesia diuisi ab hæreticis vno ma-  
nent & iunguntur in spiritu. 416. a  
Christus est drachma nostræ redemptionis & præ-  
cij. 426. c  
Cogitationes humanæ depressæ carnis pondere  
ad altum Dei mysterium conantur ascendere.  
215. c  
Communionem dei sacrilegus spernit. 79. d  
Confessionis prouido obsequio Deus præueni-  
endus, 120. c. confitendum Deo cum spes mise-  
ricordiæ est, cum tempus est veniæ, & cum pœ-  
nitentiæ locus est. ibidem.  
Cornelius sacris obtulit, & consecrauit altaribus.  
417. a  
Corpora sola digna diuinis hostiis. 285. c  
Creatæ à Deo omnia bona sunt & valde bona.  
234. b. 253. c  
Creatorem creaturæ cōtemplatione sapientes  
cognoscunt, stulti vero dum creaturas ipsas  
Deos existimant sapere nequeunt creatorem.  
234. b. Creator omnium Christus est fidelibus  
ad salutem, infidelibus in ruinam. ibid. c  
Credentes in Christo multi Ecclesiæ videntur in  
pace, vbi autem persecutionis procella perfla-  
uerit, pauci martyrij reperiantur in fructu.  
256. b  
Credentes appellat Deus filios lucis ac diei. 428. d  
Crudelitas immatura sepelit viuos. 44. c  
Cura terrenorum despicienda. 56. 57. 58. 59. 60  
Cyprianus martyr miro certamine de diabolo  
triumphauit. 339. a

## D

**D**aniel Deo sedulus supplicans, impetrauit,  
non solum præscientiam futurorum, sed &

captiuas diu gentis suæ meruit libertatem. 55. c  
Dæmon mali auctor, mala promittit, occidere  
non viuificare consuevit. 342. d  
Dæmones nisi vincti non cedunt, lædere non va-  
lent nisi iussi. 43. d  
Debita dimittenda non pecuniæ solum, sed om-  
nium causarum, culpæ, criminum. 182. a  
Delicta non videt vis amoris. 6. d. 7. d  
Deus humilia respicit, & alta à longè cognoscit.  
6. b  
Deus cur adiurat Deum per Deum. 44. d  
Deus dat sicut vult, tollit & cum vult. 121. a  
Deus quos vocauit, eos & iustificauit. 270. a  
Deus plus amari vult quàm timeri. 283. c  
Deus ad Abraham venit in hominis forma 341. c  
Deus quando fugit hominem, Sacramenti est, non  
pauoris. 383. c  
Deus nõ criminibus, sed hominis est receptor. 423. c  
Diabolus sensit ieiunium cunctis virtutibus ante-  
ferri. 33. c signum panis petit, qui signum iudi-  
cij pertimescit. ibid. d  
Diabolus mali author. 27. c secundi hominis ini-  
micus. ibid. decipit cum promittit, 44. b  
Diabolus quicquid vixit, solum est à Christo.  
136  
Diabolus non peccatores quærit capere, quos  
possidet subiugatos, sed vt iustos capiat, sic la-  
borat. 254. d Non quærit hominem, sed homi-  
nis interitum. ibidem  
Dij gentium dæmonia. 47. d  
Dilectio delet & abluit vniuersa peccata, 249. d  
Discipuli trepidi confugiunt ad Christum. 51. b.  
c. d  
Discipuli quare dæmonem eiicere non potuerit.  
136. a  
Discipuli territi cur se spiritum existimabant vi-  
deret. 214. d. & 215. a  
Discipulos binos cur Christus ad prædicandum  
miserit. 426. b. & seq.  
Diuinitas nec initium capit, nec recipit finem,  
nec admittit posterum, quæ non agnoscit occa-  
sum. 146. d  
Diues quantum largiter profundit, tantum lar-  
giter redundat in rebus. 275. d  
Diuinitas in personis trina est, sed vna est in Tri-  
nitate diuinitas, personis trinitas distincta est,  
non est diuisa substantiis. 184. d. loco 154  
Diuitiæ per se tantum criminose sunt 315. c  
Doctores officium. 134. d  
Dominus ille Deus est, qui fuit in carne nostra pu-  
sillus. 15. d  
Domus Petri quæ. 47. a

## E

**E**bricitas in alio crimen est in sacerdote sacrile-  
gium. 67. d. ebrietas cædis mater, parens litii.  
furoris genitrix, petulantia deformiter est ma-  
gistra, hæc qui habet se non habet, hæc qui  
habet homo non est, hæc qui habet non peccat-  
um facit, sed est ipse peccatum. 68. a. ebrietas  
quid. ibid.  
in Ecclesia, dormiente in morte Christo, magna  
est exorta tempestas, resurgente à mortuis  
Christo, Ecclesiæ reddita est tranquillitas ma-  
gna. 52. a. b  
Ecclesia mater sancta festiua, tota gaudet & com-

# Index.

pta processit, induit se tunicam iucunditatis  
fuz & sicut sponsa imposuit sibi mitram ac va-  
sio se composuit & decorauit ornatu. 340. a  
Ecclesia hodie in pace est, & heretici in ira. 380. c  
Eleemosynam quisquis ostentat, insultat. 23. b  
Eleemosyna pro delictis supplicat. 282. a  
Eliam currus erexit ad cœlum. 243. a  
Epicurei porcis comparantur. 12. b  
Euangelium sit bonis intelligentiæ salutaris, ma-  
lis verò erroris occasio. 234. c

## F

**F**actis docere sola est norma doctrinæ 420. b  
Facultates vnitatem sciadunt, fraternitatem  
separant, cognationem spargunt, parentum  
perdunt & violant charitatem. 1. a  
Fames prodigum reuocat, quem saturitas exula-  
rat. 3. c  
Feretrum pauperis præcedit Angelorum psallen-  
tium multitudo. 315. b  
Fidei laus est, ita Christum recipere vt est. 54. a  
Fides est baptismati sicut anima corpori. 220. d  
Fides seruos promouet in amicos. 269. b  
Fides recta non mortem, non interitum hominis,  
authori Deo deputat, sed salutem. 294. a  
Filii Dei qui. 25. b. filios arietum sibi deposcit affer-  
ri Deus 26. a  
Filij Dei multi per gratiam, Christus vnus & sin-  
gularis per naturam. 147. b. & 182. b. loco. 152  
Felicitas prima est perpetua innocentie securitate  
gaudete. 241. c  
Fragilitas innata peccare nos cogit. 88. c  
Fragilitas quid. 107. a. b  
Fratrem suum qui odit, est homicida. 137. b

## G

**G**enitoris opera qui nõ facit, negat genus. 322. a  
Germanorum & germanarum filij fratres  
nuncupantur. 129. c  
Gloria innata maior est quàm quæstia, præcedit  
quod venit ab origine quod sequitur ex labore.  
235. a. gloriam beatus est habere quàm quære-  
re. ibid.  
Gratia in vitam, peccatum regnat in morte. 294. a  
Grex pusillus mundo, magnus Deo. 56. b

## H

**H**ereditas nulla est maior aut melior quàm  
diuinæ vinculum charitatis. 408. d. heredi-  
tas aliquando petit, charitas nunquam. ibid.  
Heretici per falsam annunciationem. 310. b  
Herodem Ioannes monitis non accusatione pul-  
sabat: corrigere voluit, non perire. 335. d  
Homo non in solo pane viuunt, sed in omni verbo  
quod procedit de ore Dei. 29. d  
Homines sumus sub incerto viuentes: & nesci-  
mus quid pariat superuentura dies. 27. b  
Homines quinquam dicantur. 52. a  
Homo quandò altius ascenderit, tanto altius ca-  
det. 67. b  
Homine nihil infirmius. 117. c  
Homo quando se putat aliquid scire, tunc nescit.  
166. c  
Homo non est qui corde non peccet, cogitatione

non delinquat, dubitatione non offendar, tre-  
pidationis lapsus non incurrat. 240. c  
Homo vbi in vitis est sepultus, est cadaver. 312. d  
Hypocritis subtile malum secretum virus, ve-  
nenum latens, virtutum fucus, tinea sanctitatis,  
17. a hypocritis fugienda. 23. c  
Hypocritis, dolus, simulatio, fraus, mendacium  
elatio, timor, iactantia insunt nobis, & immi-  
nent à sinistris. 24. b

## I

**I**eiunij moderatione vacuandus est venter. 3. c  
Ieiunium quod contra vitia prima virtus est  
nobis, in arce corporis collocetur. 18. a  
Ieiunium est vitiorum mors, vita virtutum. 20. c.  
misericordia & pietas ieiunij funt alæ. ibid.  
Ieiunium sine misericordia simulacrum famis est.  
20. d  
Ieiunio quadragesimæ cantica diuina sunt iun-  
genda. 25. a  
de Ieiunio & tentationibus Christi. 27. c  
Ieiunantibus nobis diabolus esurit, qui nostris  
semper saturatur ex culpis. 30. c. d  
Ieiunium est Dei arx, Christi castra, murum spi-  
ritus, vexillum fidei, castitatis signum, sanctua-  
ris trophæum. 31. b  
Ieiunium virtutum nauis portat quæstum vitæ:  
lucrum salutis aduectat. 108. a  
Ieiunij vis & efficacia. 108. b  
Ieiunius immolare animam suam. 113. c  
Ieiunium Eliam leuauit ad cœlum. 419. a  
Ieiunium quadragesimæ cur ab Ecclesia obserue-  
tur. 417. d. & seq.  
Iesus à salute vocatus quòd ægris salutem, & per-  
ditis sanitatem reddiderit 147. b. 182. a. loco.  
152. 185. d. loco. 155.  
Iesus idest saluator recte dicitur salus quia dedit  
rebus esse & idem peruentibus dat salutem.  
182. b. loco. 152.  
Iesus Latino vocabulo Saluator nuncupatur. 363. a  
Infirmum Dei fortius est hominibus & stultum,  
Dei sapientius est hominibus. 258. c  
Innocentiæ creditum qui seruat, penitentia non  
soluit vsuram. 422. a  
Insipientia quicquid viri est, tollit. 11. a  
Inuidia intestinus hostis non carnis quatit mu-  
ros, sed in ipsam cordis arietat arcem. 8. d. inui-  
dus simulat semper: & mentitur. 9. c  
Inuidia magis cæcat & tenebrat mentem, quàm  
nubes cœlum, nox diem, & caligo solem. 124. c  
Inuidia omnibus malis peior, quos ceperit libe-  
rari nequeunt, quos vulnerauit, ad curam non  
veniunt, non redeunt ad salutem. 126. c  
Ioannes natus supra carnem & priuilegio singula-  
ri. 234. d. & 235. in fine.  
Ioannes maior homine, par angelis, præcursor  
Christi. 335. a  
Ioannes penitentia iudicium voluit præueniri.  
420. d. quado cecinit vicinum regnum cælorum,  
ibi per deserta Iudææ penitentia clamat. 422. a  
Iubilæus per quinquagesimum annum intelli-  
gitur. 333. d  
Iudæi sciebant Christi opera diuinæ esse virtutis.  
125. c  
Iudicium sibi sumit, qui corpus Christi indignè  
tangit. 86. c

# Index.

**Iudicium**, non iudicem oportet præuenire. 120. c  
**Iustitia** lux rerum conciliis non velatur obscuris.  
 21. b. omnes illustrat exemplo cum sibi factò  
 claret. ibid. c  
**Iustitia** quæ est hypocrisis, iustitia non est, menti-  
 tur oculis & fallit aspectum. 22. d  
 à iustitia facile deuiat, qui in causis non Deum.  
 sed hominem pertimescit. 336. a. b  
**Iustos** non repulit Christus, sed iniustos qui se  
 iustos mentiebantur, exclusit. 75. b  
**Iustus** Zacharias cur dictus fuerit. 240. b. c. d  
**Iesus** in claritate Dei continua permanebit. 314. c

## L

**L**abor patris matrisque est inanis nisi in germine  
 affuerit opus, & auctoritas conditoris. 16. a  
**Lachrymabundæ** mulieres ad sepulchrum & qua-  
 re. 109. b  
**Lachrymæ** sicut dolore magno, ita producantur  
 & gaudio. 121. c  
**Lachrymæ** ex oculis erumpunt quoties viscera  
 aut lætitiæ aut tristitiæ nimio arctantur impulsu.  
 169. a. b. cur lachrymarit Christus. ibid. b  
**Lachrymæ** peccata baptizant. 282. a  
**Laurentius** non se negavit Ecclesiæ habere diui-  
 tias, sed ut eas ostenderet, tridui dilationem pe-  
 titi, deinde mandauit congregari agmina pau-  
 perum. 349. a  
**Lazari** resurrectio nihil habet commune cum iis  
 quos Christus resurrexerat 164. d  
**Lazarus** prius animæ, quàm corporis sepulturam  
 accepit. 326. d  
**Lex** fidei ianua, gratiæ nuncia, Euangelij præuia,  
 pædagogus religionis infantie, remisit in sa-  
 cerdotio legalis coniugij castitatem ut in pon-  
 tificatu gratiæ vêturam perpetuæ virtutis glo-  
 riam nunciavit. 243. c  
**Lex** præuaticationum causa posita est. 292. b  
**Lex** data est non vni sed omnibus. 346. b  
**Lilij** pulchritudo. 413. a  
**Lingua** diuitis quare magis crucietur. 175. b. 327. d  
**Lucernæ** semper inimicæ criminibus. 63. a

## M

**M**agisterium stat de scientia. 410. a  
**Majestas** diuina lassitudinis expertis, quietis  
 ignara non dormit nec sibi dormitar. 54. b  
**Manducatur** Christus non quia ille cibum, sed suo-  
 rum semper esurit charitatem. 207. c  
**Manus** pauperis Abrahamæ sinus est. 21. a  
 manus pauperis gazophylacium Christi. ibid.  
**Maria** Hebræo sermone, Latine domina nuncu-  
 patur. 361. c  
**Martyres** occisi, resurgunt, viuunt & regnant.  
 105. d  
**Martyres** morte nascuntur, sine inchoant, occi-  
 sione viuunt. 284. c  
**Martyres** in agone certaminis positi, non solum  
 vitia peccatorum, sed ipsam mortem vicerunt,  
 & præmiis immortalitatis susceperunt. 311. b. c  
**Mater** vera non est, quæ nescit filios suos amare.  
 348. b  
**Militis** deuoti est regis sui tacere fugam, constan-  
 tiam referre, virtutes loqui, timores silere. 383. b  
**Misericordiam** qui non dat alteri, tollit sibi. 10. a

**Misericordia** implet cælum, replet terram, ibid. c  
**Misericordia** in cælis est, ad quæ per terrenas mi-  
 sericordias peruenitur. 21. b. c. absoluit addictos.  
 ibid. d. misericordia est in omni tempore facien-  
 da. 33. c  
**Mori** non potest cui panis, cui vita Deus est. 419. a  
**Mors** cum satis viuencibus sit amara, satis turbat  
 ipso exitu, plus conturbat exemplo: & mor-  
 tuum quotiens quis viderit, totiens se morti  
 ciulat destinatum. 169. a  
**Mors** inuidia diaboli introiit in orbem terrarum.  
 265. d  
**Mors** quæ erat inter homines reparatio tota vir-  
 tutis per Christum diuinæ commendatio est  
 facta charitatis. 289. d  
**Mors** non tam Martyrem facit, quam fides & de-  
 uotio. 338. a  
**Mortem** vincere mauult Christus, quam languo-  
 rem remouere. 163. a  
**Mortem** Deus non fecit. 292. b. mors penes ho-  
 mines est criminum pœna. ibid.  
**Mortis** nihil tam simile quàm dormientis aspe-  
 ctus. 61. c  
**Mortuos** sepelire mortuos suos explicatur. 50. a. b  
**Mortuus** Christus, ut mortuos totis sæculis sua  
 resuscitaret ex morte. 221. a  
**Moyse** dierum quadraginta ieiunio ita humano  
 defæcatus est, & exinanitus à corpore, ut totus  
 diuinitatis mutaretur in gloriam. 418. c. d  
**Mulier** instant sepulchrum ut fierent sepulturæ  
 participes, sociæ passionis exiit de sepulchro,  
 ut ante fide surgerent quàm resurgerent carne.  
 212. b  
**Mulier** pro Ecclesia sumitur. 426. b  
**Mundus** de sine principium sumit. 124. a  
**Mistica** discernere plus est quàm prohibere my-  
 sterium. 257. a

## N

**N**atales sanctorum dignè celebrantur. 335. b  
**Nauis** pro Ecclesia sumitur. 54. a  
**Necessitas** ubi est, fures deesse non possunt. 19. a  
**Nomen** Dei in se & per se sanctum est. 178. b

## O

**O**pera bona lucernis comparantur. 58. a  
**Ordo** pœnarum ad nutum Christi conuer-  
 sus est. 44. a

## P

**P**almæ paruulorum sunt verbera non virorum  
 98. d  
**Panem** vitæ se dedit ipsum, qui sanguinem suum  
 in poculum salutis effudit. 5. a  
**Panem** nostrum quoridianum cur petamus cum  
 solliciti esse non debeamus quid manducemus  
 aut bibamus. 186. c. 189. b  
**Panis** lachrymarum & doloris. 72. b. c  
**Panis** iugis ille est qui de cælo descendit. 194. a  
**Paruuli** quinam appellantur. 340. c  
**Pastores** Ecclesiæ hodie in securitate, & hæreuci  
 in perturbatione sunt. 380. d  
**Pater** terrenus postponendus est patri cælesti.  
 50. a

# Index.

**Pater cur dicatur, et si non præcedat, cur filius et si non sequatur.** 185. a. loco 155  
**Patientia malis brevis est, bonis tarda ultio.** 42. c  
**Patientia quid.** 189. a  
**Pauperem portant Angeli, diuitem deglurit infernus.** 35. a pauperis elatio sola totam diuitis pompam transcendit & gloriam. *ibidem.*  
**Pauperis stipendia prima tractantur in cælo.** 36. b  
**Paupertas virtutibus cognata.** 72. d  
**Pax quid.** 136. d & 137. a  
**Pacem plantare radicibus est Dei, euellere penitus inimici.** 137. a  
**Pax est custodienda præ omnibus virtutibus, quoniam Deus semper in pace est.** 137. c  
**Pax Christi, superat omnem mentem, & credentium corda custodit.** 354. d  
**Pax nomen est ipsius Christi.** 381. a  
**Peccatoris est, qui se peccatorem negat.** 80. a  
**Peccator cum dominum tangit, non dominum sordidat, sed ipse & peccato omnicaeret, & rapit subito sanctitatem** 428. a  
**Peccatorem quando quærit Deus, non peccata, sed hominem quærit.** 139. d  
**Peccatores recipit Deus, sed peccatores esse non sinit quos recipit.** 413. c  
**Peccatum quod est hominis opus, despicit Deus, ut opus suum, quod est homo, non amittat.** 139. d  
**Peccatum in hunc mundum intravit per vnum hominem.** 290. b, à Christo sublatum est. *ibid.* d  
**Petitia filios in pœnalem redigit seruitutem.** 269. b  
**Petitor improbus est, qui quod alijs negat, sibi postulat.** 112. b  
**Petrus non mulieribus cessit, sed Christo, non ancillæ, sed domino.** 211. c  
**Petrus peccata remittit, & toto cum gaudio suscipit pœnitentes.** 223. d  
**Petrus immobile fundamentum salutis.** 281. d  
**Pharisæi non diligentiam corporis in discipulis Domini sed superstitionis suæ baptismata perquirebant** 431. b  
**Pharisæus prandium dominicum putat non virtutis esse sed ventris.** 79. d  
**Philosophia quærendæ diuinitatis indixit laborem: veritatis inueniendæ fructum contulit nullum.** 11. d  
**Philosophi per inanem sapientiam currunt.** 310. b  
**Pietas facit splendere ieiunium & ad totam radiare continentie claritatem.** 20. b  
**Piscatores hominum Apostoli.** 123. a  
**Potentes potenter tormenta patientur.** 67. a  
**Primogenitus ille est quem cœlestis gratia generat non natura mortalis.** 195. d  
**Prophecia non est humani arbitrij, muneris est diuini.** 247. d. propheta is est qui non quantum vult, sed quantum Deus dederit prophetiam tribuit. *ibid.*  
**Publicanus deterius sedebat in telonio quam paralyticus.** 78. c  
**Puillus grex quis sit.** 56. b

**Q**uadragesimus numerus mysticus & maximis Dei negotiis explicandis adhibitus. 418. a  
**Quadragesimam ieiunare non est humana conditio.** 128. c

**Quadragesimale ieiunium cur institutum.** 418. c  
**Moyles quadragesima dierum ieiunio ita exinanitus à corpore, ut totus diuinitatis mutaretur in gloriam.** *ibid.* d  
**Quadragesimæ ieiunium vetustas diaboli prodidit, & patefacit insidias.** 31. c  
**Quinquagesimus numerus patefacit misericordiam.** 333. d

## R

**R**egnum cœlorum vim patitur, qui vim faciunt diripiunt illud. 144. d. 264. a  
**Regnum Dei cum intra nos sit, cur tamè oramus.** 186. a. 188. d. & seq.  
**Resurrectio nescit senectutem nec iuuentutem, nec ætates respicit æterna perfectio.** 217. d  
**Resurrectio Christi sui vultus effigiem non mutauit, ut enim erat in vulnere idem erat in vultu.** 218. d  
**de Resurrectione corporum.** 271. a  
**Resurrectio carnis quomodo prædicatur.** 306. d  
**Regnum cœlorum, est præmium iustorum, iudicium peccatorum impijs pœna.** 420. c  
**Resurrexit Christus non sibi, sed nobis.** 221. a

## S

**S**AL terræ, Apostoli vocantur. 311. d  
**Sanctorum mors somnus est, peccatorum vero mors est, quia in inferno pœnæ viuunt, vitæ pereunt peccatores.** 254. c  
**Sapientia vera Dei Christus est.** 310. c  
**Sapientie laus.** 125. b. c  
**Scandalum quid, 71. d. scandalum sanctos tentat, fatigat incautos, incautos deiicit, confundit omnia, conturbat omnes.** 72. a  
**Scientia vera quæ.** 420. b  
**Septimus numerus qui videtur videtur paruus, inuenitur amplissimus sacramento.** 337. a  
**Sepulchrum qui mori non potest, timere nescit.** 218. b.  
**Sepultura domini tridua trina demersione figuratur in baptismo.** 295. c  
**Sepultura suæ Christus tres dies impendit tribus habitationibus profuturos, inferis, terræ, cælo, instauraturus quæ in cælo sunt, reparaturus quæ in terra, & redempturus quæ apud inferos.** 148. a  
**Sero est plus mœroris quàm temporis.** 222. a  
**Serui hominum sunt qui mala patiuntur inuiti.** 38. c  
**Seruus somni est qui tali & tanto clamore non ad cœlestis regis nuptias suscitatur.** 58. c  
**Simplicitas iuxta innocentie gratiam habet, 417. c**  
**ciuem bonum facit, non facit militem fortem.** *ibid.* c  
**Sinus Abrahæ bonis omnibus ad requiem præparatus.** 328. a  
**Spes quid.** 189. a  
**Spes fidei Christianæ in resurrectione constituta est mortuorum.** 307. b  
**Sterilitas Elizabeth non erat maledicta, sed mystica, in qua partus non ablatus sed dilatus.** 236. b  
**Superbos Christus à se respicit.** 78. a  
**Symbolum est pactum vitæ salutis placitum inter**

# Index.

Deum & homines fidei insolubile vinculum.  
 146. c. d. 181 loco. 151. c. 183. c. loco. 153  
 Synagoga mater appellatur. 416. a  
 Synagoga damnata est, quæ iuncta diis gentium  
 repulit Christum. 427. a

## T

**T**entare Deus quando dicitur. 186. d. & 189. d  
 Tentatio quid. 189. d  
 Tentatio est ipsa vita hominis. 179. b  
 Tentatione trina diabolus Christum prouocat ad  
 lapsum. 44. b  
 Thesaurus cœli est manus pauperis, quod susci-  
 pit ne in terra pereat, reponit in cœlo. 21. a  
 Thesaurus aut per elemosynam cor hominis le-  
 uat ad cœlum, aut per auaritiam demergit in  
 terram. 57. b  
 Thesaurus bonorum omnium Christus est. 339. d  
 Thomas cur vestigia requirat, cur vulnera & latus  
 manibus palpare velit. 224. c  
 Timor culpæ malus, reuerentiæ timor bonus.  
 212. c  
 Traditionem patrum & quæ sunt roborata tem-  
 poribus Christianus debet venerari ea toto de-  
 uotionis eloquio. 225. b  
 Tribulatio quid. 189. a

## V

**V**elle & non posse, non est diuinæ maiesta-  
 tis, est infirmitatis humanæ. 265. b  
 Venter quid. 180. c  
 Verbum Domini sanitas est, verbum Domini vi-  
 ta est verbum Dei vbi accesserit, in dñe confe-  
 stim fugit dolor. 40. a  
 Vespera quid. 196. b. 198. c. d; 240. a. b  
 Vespere est cum finitur dies sæculi. 47. c  
 Veteres nobis vixerūt, viuitus non futuris. 265. c  
 Victoria secreta, virtusque latens exemplum pò-  
 steris non relinquunt. 383. d  
 Vigilia ad omnia salutares sunt, & plus vigilare  
 plus viuere est. 61. c  
 Vir coniugem deducat ad fidem. 27. a  
 Virtutis cingulum qui deponit, nescit vincere  
 vitia corporis. 57. c  
 Vita ista cur mortalis. 2. a  
 Vita sua cui chara est, dura nulla est cura. 421. d  
 Vitia qui vult vincere, pietatis non furoris at-  
 ma teneat. 99. c  
 Viuit semper Deo, qui se sibi viuere nec sciuit in  
 mundo. 326. d  
 Voluisse Dei, est fecisse, cuius dedisse est promi-  
 sisse. 239. d

F I N I S.